T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS SECUNDUS. PARS PRIOR.

STUTGARDIAE,
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.
VIENNAE IN COMMISSIS APUD F. HAERTERUM.
MDCCCXXI.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS SECUNDUS.

PARS PRIOR.

T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI I.

EPITOME LIBRI TERTII.

Seditiones de agrariis legibus factae. Capitolium, ab exsulibus et servis occupatum, caesis iis receptum est. Census bis actus est. priore lustro censa sunt civium capita centum quatuor millia ducenta quatuordecim, prae-

Seditiones de agrariis legibus factae] *de agrariis legibus fuere* Voss. 2. 3. et 4.

Capitolium, ab exsulibus et servis occupatum, caesis iis, receptum est] *Capitoliumque* Leid. Tum, praepositione *ab* inducta, *exsulibus et servis occupatum* Boend. Denique *τὰ caesis iis, receptum* non adparent in Voss. 1. et Berg.

Census bis actus. priore lustro censa civium capita] Ita primum Parisiis anno 1573. editum vidi, quod postea recentiores servarunt. Omnes antiquiores praeferunt, *Census bis actus est. priore lustro censa sunt civium capita.* quod in contextum recepi. Ita enim etiam legunt Leid. Voss. 2. 3. 4. Berg. et Hearnii Oxon. N. et Norv. nisi quod Voss. 3. a manu 2. habeat *census bis auctus est.* Leid. vero *censa sunt capita civium.* sed Voss. 1. et Boend. *τὸ est* quidem agnoscunt, verum illud *sunt* ambo omiserunt.

Centum quatuor et viginti millia ducenta quatuordecim] Putaveram hoc loco corrigi debere *quindecim* ex Livio c. 3. quum contra vidi, illic in Mstis omnibus reperiri *XIIII.* Quare ego nullus dubitavi nunc ita edere. Sed et Sigonius ita invenit contra Rhenanum. JAC. GRON. Admodum in numero variant et scripti et editi. *octo milia septingenta quatuordecim* Leid. *octo milia septingenta septemdecim*

ter orbos orbasque. sequenti, centum septemdecim millia ducenta novemdecim. Quum adversus Aequos res male gesta esset, L. Quinctius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus rustico operi esset, ad id bellum gerendum arcessitus est. Is victos hostes sub jugum misit. Tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent de-

Voss. 1. *VIII. milia DCCXIIII.* Voss. 4. et exc. Pithoei. *VIII. milia DCCCXIIII.* Voss. 2. et 3. *CIIII. M. CCXIX.* Berg. *CIIII. milia CCXIIII.* Hearnii Oxon. N. *LXXX.M.CCLXIIII.* Boend. *LXXX miliaDCCXIIII.* Norvic. et primae editt. Quae nunc exstat lectio, primum adparuit in ed. Aldina. Ex his patet, recte Jac. Gronovium infra in Livio c. 3, 9. scribendum vidisse *quatuordecim*, pro *quindecim*. Sed et reliquus numerus corruptus videtur, pro quo legendum puto *centum quatuor millia, ducenta quatuordecim*. Nam eo ducunt non modo omnes codd. apud Livium d. cap. 3. verum etiam quidam eorum hoc loco. Eodem etiam ducunt illi, in quibus *VIII. vel octo millia* legitur. Nam ex *CIIII millia*, duabus prioribus notis numeralibus in notam *V* coalescentibus, facillime factum est *VIII.* Sed quum numerus ille *VIII. M.* aperte vitiosus ac justo minor esset, cum alii mutarunt in *LXXX. M.* Praeterea ex nota millenaria ∞, quae tamen etiam in quibusdam codicibus literis perscripta fuit, formatum fuit *D* et *DC.* ut alibi saepe erratum est. V. infra ad 39, 20, 3.

Centum triginta duo millia quadringenta novem] Et hic etiam multum variant manu et typis exarati. *Centum decem et septem milia ducenta decem et novem* Leid. *CXVII. milia et CCXXIIII.* Voss. 1. *CXVII. milia CCVIIII.* Voss. 2. et 3. *CXVII milia CCXVIIII.* Voss. 4. et Berg. *CXVII. et CCXVIII.* Hearnii Oxon. N. *CXVII. milia CCXLVIII.* Boend. Norvic. et priscae edd. Quae nunc circumfertur lectio, iterum profluxit ex edit. Aldina, nisi quod habeat *novemdecim*, pro quo Curio primus *novem* reposuit. Aldus autem ita dedisse videtur, ne Livius c. 24. hujus libri et auctor Epitomes de numero in diversa abirent. Verum quid de eo censendum sit, ibidem videbimus. Plerorumque codicum scriptura indicat, legendum esse *centum septemdecim millia ducenta novemdecim*, quomodo etiam edi curavi. nisi quis *trecenta*, pro *ducenta*, mallet; ut ita inter Epitomen et lectionem, quam Livio vindicavi, conveniret: quod tamen non necesse arbitror. Rationem, cur numerus, qui in vulgatis exstat, justo major videatur, infra dabimus ad Liv. 3, 24, 10. Ceterum inter haec et proxima verba is, qui curavit edit. Londinensem nuperam, sequentia interposuit, *Fabius Vibulanus Volscos et Aequos superat. Tribunitium domi bellum. Aequi foedus rumpunt.* quorum omnium neque vola neque vestigium in codd. adparuit. Si ex ingenio addita sunt, ne quid eorum, quae Livius retulit, deesset, eodem exemplo infinita alia addi potuissent. Sed vel sic lectoris inter-

cem, trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis. Petitis per legatos, et adlatis Atticis legibus, ad constituendas eas proponendasque decemviri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati, altero et trecentesimo anno, quam Roma condita erat: et, ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemviros translatum imperium.

erat, ut omnia haec alia characterum forma inprimerentur, ne incautior quis recentiorum supplementa pro ipsis veteris scriptoris verbis haberet. Eumdem errorem alibi saepe ab eo commissum video.

Quum adversus Aequos res male gesta esset] *male res gesta esset* Berg. Mox *Ti. Quintius Cincinatus* Boend. V. infra hoc lib. ad c. 12,8. Hinc *intentus operi rustico* alio ordine Leid. Voss. 1. Berg. et Boend.

Ad bellum gerendum arcessitus est] Vet. lib. *ad id bellum*. SIGON. *ad id bellum* habent etiam omnes codd. nostri, nisi quod pronomen desit in Boend. Deesse etiam in Norvic. testatur Hearne. Verum id non mirum est, quum is codex per omnia semper primis editionibus consentire soleat.

Trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis] *tricentesimo sexto anno* Berg. *tricesimo* Boend. contrario errore *tricesimo*, pro *trecentesimo*, mox habebimus hac Epit. Deinde praepositio *a* exsulat a Voss. 2. 3. 4. Berg. et Boend.

Ad constituendas eas proponendasque] *ad custodiendas eas* Voss. 1. et Boend. *ad construendas leges eas* Leid. *ad construendas eas* Berg. et vetustae edd. quod primi Moguntini in *constituendas* mutarunt.

Sine ullis aliis magistratibus creati, altero et trecentesimo anno] *sine ullis aliis legibus creati sunt* Berg. praeterea *nono et tricesimo anno* Voss. 1. 2. 3. et 4. Contrario errore *tricentesimo*, pro *tricesimo*, modo habuimus hac Epit. *nono* et *trecentesimo* Leid. Berg. et, ut Hearne auctor est, Romana princ. ed. cum excerptis Pith. quod forsitan vitiose scriptum conjicit pro *uno et trecentesimo*, ut in aliquot Sigonii MSS. esse addit. Ejus quidem lectionis Sigonius neque hoc loco, neque ad Livium, neque etiam in Scholiis in Chronolog. Livianam meminit, sed 2. Emend. 16. Mox *qua Roma condita erat* Voss. 2. 3. 4. *quo Roma condita*, omisso etiam τοῦ *erat*, Boend. Vulgatum praefero.

Et ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemviros translatum imperium] Septem priora vocabula exsulant a Boend. Quae si delenda forent, distinguerem hoc modo: *Decemviri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati. Altero et trecentesimo anno, quam Roma condita erat, a consulibus ad decemviros translatum imperium.* Sed servanda puto illa verba, quae non modo in Mstis ceteris supersunt, sed et in Livio simili fere modo reperiuntur c. 33, 1. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma ci-*

Hi, decem tabulis legum positis, quum modeste se in eo bonore gessissent, et ob id in alterum quoque annum eumdem esse magistratum placuisset, duabus tabulis ad decem adjectis, quum complura inpotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere, et in tertium annum

vitatis, ab cansulibus ad decemviros, quemadmodam ab regibus ante ad consules venerat, translato imperia. Deinde vox *imperium* deest in Voss. 1. *imperium translatum* habent Voss. 2. 3. 4. et Berg. *imperium translatum est*, insuper addito verbo Leid.

Quum modeste se in hanare gessissent] Vet. lib. *se in ea honare*. SIGON. Ita pariter omnes nostri. Hearne vero auctor est, iterum Norvic. priscis editt. consentientem pronomen non agnoscere. Paullo ante *Hi, decem tabulis legum positis* Leid. Voss. 1. Berg. et Boend. *In decem tabulis* Voss. 2. 3. et 4. Cujus lectionis vestigia eodem aperte ducunt.

Et ob id in alterum quaque annum eumdem esse magistratum placuisset] *Ta et ab id* omittuntur in Voss. 1. vacuo spatio tamen relicto; omittitur etiam *placuisset* in eodem cod. Praeterea *et ab id alterum quoque annum eumdem etiam magistratum tenerent* habet Boenderm. In Berg. qui similiter *etiam*, pro *esse*, exhibet, omnia haec *placuisset, duabus tabulis ad decem adjectis, quum complura inpotenter fecissent, magistratum* deërant a m. 1. Cui errori, ex negligentia librarii nato, occasionem dedit repetitio τοῦ *magistratum*. V. ad 9, 11, 11. Manu deinde sec. adscriptum est *magistratum tenerent, cum camplura impotenter fecissent, magistratum*. Denique *et ob id in alterum quaque annum ad eumdem magistratum*, omissa itidem voce *placuisset*, est in Voss. 2. 3. et 4.

Quum camplura impatenter fecissent] Ex vestigiis depravatae antiquae lectionis et ex Livianis verbis ita haec verba legenda sunt, *duabus tabulis ad decem adjectis, cum complura inpatenter fecissent*. SIG. In edd. Sigonio vetustioribus deërant illa verba *duabus tabulis ad decem adjectis*. Neque etiam exstant in Voss. 1. et Boend. ut nec in Berg. vel a prima, vel a sec. man. ut modo vidimus. Eorum loco *decem ubjectis* habet Voss. 2. *deeem adjectis*. Voss. 3. et 4. *ad decem adjectis* Leid. In similes itaque codices quum Sigonius incidisset, imperfecta supplevit ex Liv. c. 37, 4. *Duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas erant udjectae.* An forte proxime ad lectionem cod. Leid. scribendum *II.* vel *duabus ad decem adjectis?* ut vox *tabulis* ex superioribus repetatur; et librarii numeri notam omiserint, quod, eam non intelligerent. Deinde *cum plura*, pro *cum camplura*, Voss. 2. 3. et 4. in quibus vacula *cum* intercepit primam syllabam sequentis vacis. V. infra ad 3, 7, 7. Denique *gessissent*, pro *fecissent*, Leid. (* v. ad 39, 54, 10.)

Et in tertium annum detinuerunt] Vetus lectio *retinuerunt*. SIG. *retinuerunt* etiam Voss. 1. 2. 3. 4. Leid. et Berg. Sed vulgatum servant Boend. et perpe-

retinuerunt: donec inviso eorum imperio finem adtulit libido Ap. Claudii. Qui, quum in amorem virginis incidisset, submisso, qui eam in servitutem peteret, necessitatem patri ejus Virginio inposuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret; quum

tuus edd. veterum assecla Norvic. Saepius ita peccatum est in priscis codd. Vide, quae notantur supra ad 1, 17, 8. c. 30, 5. (* 8, 38, 6.) 36, 39, 7. 40, 42, 4. et Torren. ad Valer. Max. 1, 7. ext. 4. Passim autem literas *D et R* in Mstis commutari, infra dicetur ad 9, 10, 6.

Donec invicto eorum imperio finem adtulit libido Ap. Claudii] Quare *invicto*? an, quia sine provocatione erat? Ut de dictatura l. 6, [16, 3.] *Invicta sibi quaedam patientissima justi imperii civitas fecerat. l.* 3, [30, 4.] *Vincebatur consulare imperium.* Gryphius edidit *invito.* Potius *injusto.* Infra [c. 39, 7.] *Cupiditas in injusta dominatione retinenda.* Et sic quoque Muretus. J. FR. GRON. Non modo Gryphius *invito* edidit, sed ita legunt etiam omnes, quos vidi, codd. Leid. Voss. 1. 2. 3. 4. Berg. a m. 1. et Boend. atque ita se in Oxon. N. et excerptis Pithoei invenisse, Hearne profitetur; pro eo primi editores eosque secuti recentiores cum Berg. a m. 2. *invicto* vulgarunt, sollemni et passim obvio errore. Similiter *invitus* et *invictus* in Mstis commutari patebit ex illis, quae notavi olim ad Silii Ital. 4, 679. et quae Cel. Burmannus contulit ad Rutilii 1. Itin. 64. V. etiam infra ad 4, 53, 2. ad 5, 4, 8. (* 8, 29, 11. 33, 4, 3.) et alibi. Neutrum tamen hic ferri potest. Gronov. malebat *injusto*, quod nimis a vulgata et scripta lectione abit. Propius accedet, si legamus *inviso eorum imperio.* Infra Livius tyrannidem decemviralem *invisum imperium* vocat c. 38, 10. *Quum et ipsi invisum consensu imperium, et plebs, quia privatis jus non esset vocandi senatum, non convenire Patres, interpretarentur.* Solent autem librarii voces *invitus* et *invisus* inter se confundere. Vide, quae notavi ad Silium Ital. 17, 413. Hanc itaque conjecturam recepi. Doujatius quo jure qua injuria vulgatum tueri conatur, monens, *invictum* nonnumquam pro pertinaci accipi; posse etiam *imperium* figurate dici pro imperantibus. Decemviros autem se vinci passos non fuisse, ut imperium deponerent. Sed me nondum conjecturae poenitet. Boenderm. exhibet, *donec invito eorum cons. imperio finem attulit.*

Qui quum in amorem virginis incidisset] Voculam *quum* nescit Berg. quam intercepit praecedens *qui.* V. infra ad Epit. Liv. l. 58. Deinde *in amorem Virginiae incidisset* Voss. 1. V. infra ad Liv. 3, 45. in princ. Utraque lectione juncta *in amorem Virginiae virginis incidisset* exhibent Voss. 2. 3. 4. Leid. Berg. et Excerpta Pith.

Summisso, qui eam in servitutem peteret] *summo qui eam* Voss. 1. *sibique eam* Voss. 2. 3. 4. Revera quidem Appius id operam dabat, ut eam in potestatem suam redigeret. Non tamen directo eam *sibi* in servitutem petebat, sed submisso cliente, qui serva sua natam contenderet.

aliter eam tueri non posset, ne in potestatem stuprum inlaturi veniret. Hoc tam magnae luxuriae exemplo plebs incitata montem Aventinum occupavit, coëgitque decemviros abdicare se magistratu. ex quibus Appius et unus collegarum, qui praecipue poenam merue-

Inposuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret] *inposuit. rapto enim ex taberna proxima cultro filiam oocidit* Leid. *inposuit. rapto ex taberna proxima cultro eam filiam occidit* Voss. 1. et Boend. *inposuit. qui rapto ex taberna proxima cultro filiam occidit* Voss. 2. 3. et 4. *inposuit. rapto ex taberna proxima cultro filiam occidit* Berg. Consensus codicum in damnanda vulgata lectione persuadet, hic ulcus latere. An proxime scripturam codicis Leid. legendum, *miseram*, vel *extremam*, vel *ultimam necessitatem patri ejus Virginio inposuit. Rapto enim ex taberna proxima cultro filiam occidit?* Passim in his epitomis, ubi vulgo *interimere* editur, codd. scripti vel *occidere*, vel *interficere*, vel aliud verbum ejusdem potestatis obferunt, V. infra ad Epit. l. 57. Praeterea *patri ejus virgini etiam inposuit* Berg. a m. 1. *patri ejus Virginio etiam inposuit* a m. 2. *patri ejus virginis inposuit* Boenderm.

Quum aliter eam tueri non posset] *quum aliter eam non posset tueri* Leid. *quum aliter effici non posset* Voss. 2. 3. et 4.

Ne in potestatem stuprum inlaturi veniret] *in potestate* Berg. Deinde *stuprum allaturi* Boend. quod eodem modo dictum esse videri posset, quo *vim adferre*. Eam locutionem inlustrabo infra ad 42, 29, 9. Quum tamen reliqui codd. nihil mutent, vulgatum praeferre tutius judicio.

Hoc tam magnae luxuriae exemplo plebs incitata montem Aventinum occupavit] Omnia haec omittebantur in Voss. 1. per negligentiam scribae. Praeterea *magno luxuriae exemplo* Leid. quomodo quaedam etiam, sed paucae, praeferunt editt. *magnae injuriae exemplo* Voss. 2. 3. 4. Boenderm. et Hearnii Oxon. N. eum excerptis Pith. Quum autem *luxuria* hic notet incontinentiam in re venerea, libidinem, si altera lectio placeet, eodem fere sensu vox *injuria* accipienda erit, pro stupro, libidine. V. Cel. Burmann. ad Quinctil. Declam. 259. p. 476. Ut tamen verum fatear, posset etiam *injuria* accipi pro injustitia, iniquitate. Sed praestat, ut vulgatum *luxuriae*, quod in aliis codd. superest, praeferatur. Denique *plebs concitata* Leid. Berg. et Voss. 4. *plebs cum citata* Voss. 2. et 3. Id vero natum ex eo videtur, quod scribae utramque lectionem exprimere voluerint hoc modo *plebs con incitata*, i. e. *plebs concitata*, *incitata*. Inde autem, quod mendosum videbant librarii, factum est postea *plebs cum citata*.

Coëgitque decemviros abdicare se magistratu] *coëgit decemviros*, abjecta copula, Voss. 1. Praeterea *decemviros abdicare magistratus* Voss. 2. 3. et 4. *Abdicare magistratum* aeque dici, atque *abdicare se magistratu*,

rant, in carcerem conjecti; ceteri in exsilium acti. Res praeterea contra Sabinos, et Volscos, et Aequos prospere gestas continet, et parum honestum populi Romani judicium: qui, judex inter Ardeates et Aricinos sumtus, agrum, de quo ambigebatur, sibi adjudicavit.

supra dictum est ad 2, 28, 9. Hic tamen reliqui codd. vulgatum non rejiciendum evincunt.

Appius et unus collegarum, qui praecipue poenam meruerant, in carcerem conjecti] Ita constanter typis excusi. Eaque scriptura etiam Livianae narrationi convenit. Refertur enim l. 3, 57. quemadmodum Appius, cap. autem 58. quemadmodum unus collegarum Sp. Oppius in carcerem conjecti sint. Interim tamen nullus codicum, quos adhibui, editam lectionem firmat. *Appius, qui praecipuam poenam meruerat, in carcerem conjectus est* habent Voss. 1. et Boenderm. neque aliter Leid. et Berg. nisi quod *praecipue* retineant. *Appius Claudius, qui praecipue poenam meruerat, in carcerem conjectus est* praeferunt Voss. 2. 3. et 4. Voces *unus collegarum* etiam in Oxon. N. et Excerptis Pithoei deesse, Hearne profitetur. An ergo id, quod vulgo circumfertur, ita compositum est a primis editoribus, ne auctor Epitomes ab ipso Livio dissentiret? Videtur tamen editionum scripturam probare cod. Norvic. ex quo Hearne nihil notavit, licet aliorum codicum a vulgato dissensum testetur. Vel itaque statuendum, locum jam ante Livium primo editum interpolatum esse, vel codicem Norvic. ex editione aliqua descriptum esse.

Contra Sabinos, et Volscos, et Aequos] Τὸ *et Aequos* exsulant non modo ab omnibus meis codd. et Hearnii Norvic. sed et priscis editt. Interposuit ea primus Aldus, forte quoniam Liv. c. 60. Valerium adversus conjunctos Aequorum Volscorumque exercitus bellum gessisse narrat.

Agrum, de quo ambigebatur, sibi adjudicavit] *de quo ambigebant* Berg. et Boenderm. V. ad 10, 10, 1. Deinde *judicabit* Voss. 2. et 3.

T. LIVII PATAVINI
LIBER TERTIUS.

1 I. Antio capto, Ti. Aemilius et Q. Fabius consules fiunt. Hic erat Fabius Quintus, qui unus

§. 1. *T. Aemylius et Q. Fabius consules fiunt*] Legendum etiam hoc loco *T. Aemylius iterum:* de quo non folum nihil ejusmodi priore confulatu dixit Livius, fed etiam contrarium, ut priore libro oftendimus [cap. 61, 1.] GLAR. Iterati confulatus notam, quam addendam cenfuit Glareanus, non neceffariam effe, quum Livius aut numquam, aut quam raro prioribus temporibus ante decem viros eam addere folitus sit, supra vidimus ad 2, 16, 7. Ceterum *Titus Aemilius* Voff. ambo, Leid. 2. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Portug. *Titus Amelius* Leid. 1. et Fragm. Hav. *T. Aemilius* Florent. Haverk. et priscae edd., usque ad Gruterum, cujus poftrema ἔκδοσις *Tib. Aemilius* recepit vel ex eo, quod fupra notat Sigonius ad 2, 61, 1. vel ex Pighio in Annal. ad ann. CCLXXXVI. p. 119. Idem Sigonius in priori Scholiorum ed. etiam hoc loco monuerat, legendum effe *Ti. Aemilius:* quod in pofterioribus omiffum eft.

Hic erat Fabius, qui unus] Pall. tres et Edd. antiquiores, *Hic erat Fabius Quintius, qui unus.* GEBH. MSS. et vett. edd. usque ad Bafileenfem, *Fabius Quintius, qui unus.* ea primum delevit τὸ *Quintius.* Mogunt. *Hic erat Fabius Quintus.* Hoc verum puto. Nec novum videri debuit, praenomen nomini poftponi. Hoc lib. c. 29. *Minucio Fabius Quintus successor in Algidum missus.* Ubi quum vulgo solum nomen haberetur, *Q. Fabius* reddidit Sigonius. Sed Flor. Voff. Pall. omnes, edd. vet. ab Andrea usque ad Gryphium, qui omisit, volunt iftud, exhibendo *Fabius Quintius.* Sic alibi [7, 22, 10.] *Manlium Cnaeum* dixit. Sic Ciceronis [2. ad Q. Fratr. Ep. 13.] *Pola Servius.* Sic apud Senecam [Ep. 40.] *Vinicium Publium* deteximus. Suetonius Tiberio 2. *Contra Claudius Appius Regillianus decemvir.* J. FR. GRON. *Hic erat Quintis Fabius* Gaertn. *Hic erat Fabius Quintius, qui unus* Voff. ambo, Leid. ambo, Haverk. et Fragm. Hav. *Hic erat Fabius Quinctius, qui unus* Harlej. 1. Simili aliorum codd. lectione permotus Gronov. recte verum judicavit, quod Mogunt. editio exhibet, *Hic erat Fabius Quintus, qui unus.* Passim enim, pro praenomine *Quintus*, in scriptis *Quinctius* vel

exſtinctae ad Cremeram genti ſuperfuerat. Jam 2
priore consulatu Aemilius dandi agri plebi fuerat

Quintius exaratum obcurrit. V. supra ad 2, 64, 9. infra hoc lib. c. 2, 1. 4, 26, 7. c. 42, 2. c. 45, 8. c. 46, 4. c. 48, 10. 5, 14, 5. (* 6, 6, 3. c. 18, 1.) et aliis pluribus locis. Praeterea, ut habet ed. Mogunt. non tantum praeferunt edd. Coloniensis anni 1525. et Ascensiana anni 1530. sed etiam Mſti Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. Eodem ordine *Menenius Agrippa* Livius dixit 2, 32, 8. et *Attius Tullus* c. 35, 7. quum tamen *Agrippa* et *Tullus* fuerint praenomina. Vide, quae notavi ad Liv. 2, 33, 10. et Sigon. ad c. 35, 7. Ita et *Mamilius Octavius* vocatur 2, 15, 7. et apud Val. Max. 1, 8, 1. qui apud Livium 1, 49, 9. *Octavius Mamilius* dicitur. Et ita infra emendat Gronovius 10, 22, 1. *Nemini dubium erat, quin Fabius Quintus omnium consensu destinaretur.* 29, 2, 11. *Jam missum a se Cornelium Servium procella equestri hostes circumfusurum.* 30, 1, 9. *Ariminum cum duabus legionibus (sub Lucretio Spurio eae fuerant) Quinctilius Varus est sortitus.* 35, 8, 6. *Quum etiam verius esset, Sempronio Tiberio imperium habenti tradi exercitum, quam legato.* In Epit. Liv. l. 115. *Pompejus Sextus effugit.* quibus locis videnda, quae notantur. Similiter locutus Valer. Max. 3, 4, 3. *In Tullio vero Servio fortuna praecipue vires suas ostendit.* Ita enim habent priscae edd. ac multi codd. ſcripti, et inter eos Trajectin. 2. V. ibi Doct. Torren. Frontin. 1. Strateg. 2, 2. *Fratrem Fabium Kaesonem, peritum linguae Etruscae, jussit Tusco habitu penetrare Ciminiam silvam.* Hac ratione Pighius in Annal. ad ann. DCXCVI. p. 375. emendabat apud Ascon. ad Cic. orat. in Piſon. 16. *Duos tribunos, de quibus ipsis saepe jam diximus, quos de lapide emtos aït, quia mercede id faciebant, Sex. Attilium Serranum et Quinctium Numerium significat.* ubi vulgo editur, *Q. Numerium.* Et ita forte emendandus Colum. 1. de re ruſt. 4. ubi nunc vulgo editur. *Sequitur deinceps Caesonianum praeceptum, quo fertur usus etiam Cato, mercaturis agrum esse revisendum saepius eum, quem velint mercari.* Sed optimus Sangerman. subgerit, *quo fertur usus etiam Cato Marcus, agrum esse revisendum.* Alia v. apud Inl. Heinſium ad Vellej. Paterc. 1, 14, 6. et Sigonium ad Liv. 7, 22, 10. Praenomen *Quintus*, vel, ut alii ediderant, nomen *Quintius*, prima quidem ex contextu ejecit Frobenii Baſileensis editio anni 1531. ut Gronovius monuit; praeivit tamen ei aliquo modo Aldus. Quum enim in contextu, vetuſtiores ſequutus, edidiſſet *Fabius Quintius, qui unus*, poſtea tamen inter errata locum ita refingendum monuit, *Fabius, qui unus.*

Unus exſtinctae ad Cremeram genti superfuit] De Fabiis jam antea [ad 2, 50, 11.] admonuimus ex Dionyſio, non veroſimile eſſe, unum illum dumtaxat ſuperfuiſſe. Verum id haud minus mirum, quomodo tam cito conſul fieri potuit; cum vixdum puber eo tempore eſſet, a quo decimus hic eſt annus. Cognomen ejus *Vibulanus* fuit, hoc loco apud Livium omiſſum: poſtea vero tertio conſulatu ab Livio ponitur. GLAREAN. Pighius etiam in Annal. ad ann. CCLXXXVI. p. 119. exiſtimat, erraſſe Livium, qui l. 2, 50. Fabium, solum suae genti ſuperſtitem, *prope puberem* dicit: ut et

auctor. Itaque secundo quoque consulatu ejus et agrarii se in spem legis erexerant, et tribuni rem, contra consules saepe tentatam, adjutore utique consule, obtineri posse rati, suscipiunt; et con-

Ovidium 2. Fast. 239. a quo *puer inpubes* vocatur, quum aetate jam ad magistratus resque gerendas idoneus fuerit, quemadmodum Dionysius refert. Cladem enim decennio solum ante ejus consulatum accidisse. Sed apud Dion. non alium locum invenio, in quo de aetate istius Fabii aliquid reperitur, quam unum l. 9. p. 581. et eum quidem adhuc dubii sensus, Verba enim *ἔξω τοῦ ἑνὸς τοῦδε ἀνδρωθέντος* non modo reddi possunt, *praeter hunc unum jam adultum*, ut vulgo fit, sed etiam *praeter unum hunc, qui ad virilem aetatem pervenit.* Quin et contendo, licet inpubes fuerit, quum reliqui gentiles ad Cremeram caesi sunt, tamen hoc anno consulem esse potuisse. Pone enim tredecim annos eo tempore natum, adeoque nondum puberem, sed *prope puberem aetate* fuisse: erit ergo hoc anno viginti tres annos natus; qua aetate M. Valerium Corvum Romae consulatum obtinuisse, auctor est Liv. 7, 26, 12. Similiter P. Cornelius Scipio, postea Africanus dictus, *tum primum pubescens* dicitur, quum patrem proelio ad Ticinum servaret, apud Liv. 21, 46, 7. et tamen septennio postea cum summo imperio in Hispaniam missus est, post annum tertium decimum consulatum gessit. Et id accidit plus quam ducentis quinquaginta annis post haec tempora, quum invalescere incepisset, ut plerumque juvenes gradatim ad honores promoverentur, et raro ad consulatum eveherentur, nisi antea indolis suae experimenta in magistratibus inferioribus dedissent. Ceterum *exstinctae genti ad Cremeram*, ordine inmutato verborum, Harlej. 2. et Gaertn.

§. 2. *Jam priore consulatu Aemilius*] De hoc nihil dixit in priore ejus consulatu. Sed habet Dionysius l. 9, 51. DUK. Vocem *consulatu* non agnoscit Harlej. 1. *Jam priore ūno consulatu* habet Haverk. Deinde *dandi agri plebei* Gaertn.

Et agrarii se in spem legis erexerant] Primam voculam non habet Leid. 2. Saepe eam culpa scribarum in hac orationis compositione omitti, supra vidimus, 2, 44, 3. Praeterea *agrariae se in spem legis erexerat* Voss. 2. *agrariae se in spem legis erexerant* Leid. 2. et Haverk. Sed nihil muto. Cic. orat. 4. Catil. 2. *Non C. Gracchus, qui agrarios concitare conatus est.* ubi Cel. Graevius similem locum ex Cic. 7. Phil. 6. laudavit. Ita *triumvir agrarius* Liv. 27, 21, 10. *Quem, triumvirum agrarium, occisum a Bojis circa Mutinam esse, opinio per decem annos fuerat.* Ceterum *agrarii in spem legis se erexerant* alio ordine Gaertn. qui et in verbis praecedentibus *Ita q̊; secundo quoque ejus consulato* praefert.

Rem, contra consules saepe tentatam, adjutore utique consule, obtineri posse rati, suscipiunt] Palat. pr. *adurtore.* Forte *adursore.* Sed, ut sit sincerum, valde dubito. GEBH. *contra consulem* Voss. 2. et Harlej. 2. Error inde profluxit, quod olim breviter *contra cons.* scriptum fuerit, quemadmodum adhuc exstat

sul manebat in sententia sua. Possessores et magna pars Patrum, tribuniciis se jactare actionibus principem civitatis, et largiendo de alieno popularem fieri querentes, totius invidiam rei a tribu- 3

in Leid. 1. et aliis. In eo autem compendio explicando saepe librarios lapsos esse, videbimus infra ad 10, 10, 2. Deinde vox *tentatam* male neglexit scriba Harlej. 2. *adjutore* servant omnes nostri. Gebhardo autem indignum puto, ex vitiata Palat. pr. scriptura effingere *adursore*, quae vox toti Latio incognita fuit. Tum *itaque*, pro *utique*, est in Harlej. 1. Sed et hoc oscitantis librarii peccatum est. V. infra hoc lib. ad c. 52, 5. [*obtinere* Veith.] Denique *suscipiant*, pro *suscipiunt*, Gaertn. Mox in verbis sequentibus τὸ *et* non habet Lipsiens.

§. 3. *Possessores et magna pars Patrum, tribuniciis se jactari actionibus principem civitatis*] Scribendum *tribunitiis se jactare actionibus*. RHEN. *Possessores, magna pars Patrum*, refecta copula, Harlej. 1. quasi Livius indicare voluisset, magnam partem senatus agrum publicum occupasse, ejusque possessioni incubare. Alii tamen omnes codd. dissentiunt. Praeterea *tribuniciis se jactare actionibus*, ut Rhenanus legendum monuit, servant etiam Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. et cum illis etiam omnes, quas vidi, priscae editt. usque ad Aldum, qui quidem in contextu ipso receptam antea lectionem secutus est, sed inter errata *jactari* reponendum monuit, cui quidam recentiorum dicto audientes fuerunt. Ex codicibus autem nostris emendationem illam Aldi praeferunt etiam Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragmentum Hav. a m. 2. Sed tum distinguendum ac legendum foret, *Possessores et magna pars Patrum, tribuniciis se jactari actionibus, principem civitatis elargiendo de alieno popularem fieri, querentes*, etc. et *se jactari* exponendum esset, se vexari. Et hanc lectionem Sigonius in priori Scholiorum ed. adversus Rhenanum defendere conatus est, praetexens ita fieri, ut duobus malis se Patres premi querantur, et tribuniciis, et consularibus actionibus. Quum tamen Scholion hoc posterioribus edd. omissum, ibique lectio Rhenani recepta sit, tacite deinde sententiam mutasse videtur. Ego etiam sequor illos codices, qui legunt et conjungunt *se jactare principem civitatis*. Ita vero *jactare, se tribuniciis actionibus* notabit, tribuniciis actionibus favendo, easque promovendo gratiam plebis, auram popularem captare. Cic. Orat. IV. Catil. 5. *Sancit in posterum, ne quis hujus supplicio levando se jactare, et in perniciem populi Romani posthac popularis esse possit.*

Elargiendo de alieno] Vitiatus locus est. Corrige, *et largiendo de alieno*. Totam vero sententiam sic distingue, *Possessores et magna pars Patrum tribunitiis se jactare actionibus principem civitatis, et largiendo de alieno popularem fieri querentes*. RHEN. Non aliter edd. priscae Andreae, Campanique, ut et Pall. primus ac tertius. Sec. *elargiendo*, quod dudum rejecit Rhenanus. GEBH. Pendet hic locus ex superiori, quique illum corrupit, etiam hunc mala manu

4 nis in consulem averterant. Atrox certamen aderat, ni Fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset. T. Quinctii ductu et auspicio agri cap-
5 ti priore anno aliquantum a Volscis esse: Antium,

tetigit. Nam, *elargiendo* legendum esse, iterum primus Aldus in erratis monuit; cum quo faciunt Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Priores recte ediderant, ipse etiam in contextu Aldus, *et largiendo;* quod et praeferunt reliqui codices, cum Florent. Propria in hac re vocabula sunt *largiri*, *largitor*, et *largitio*. Infra 5, 26, 1. *Largitioni tribuniciae adversarius quaerebatur.* ubi v. J. Fr. Gronovium. 6, 16, 6. *Jamque haud procul seditione res erat, cujus leniendae caussa, postulante nullo, largitor voluntarius repente senatus factus.* Cic. 1. de Offic. 19. *Exsistuntque in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur.* 2. de Orat. 25. *De ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere.* Justin. 1, 9. *Ut regnum, quod fraude quaesierant, indulgentia et largitionibus confirmarent.* Ceterum *elargiendo*, pro *et largiendo*, est genus erroris, quod frequenter in vetustis codd. obcurrit. Ejus exempla plura infra videri possunt ad 38, 49, 4.

Invidiam rei a tribunis in consulem averterant] Pudet tam levia toties iterare. Scribendum hic ex sec. *ab tribunis*, ut mox *ab Volscis*. GEBH. *a tribunis* omnes nostri retinent. quare etiam servandum puto. Praeterea *in consulem adverterant* Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. *everterat* Haverk. a m. 1. in quo a m. 2. emendatum exstat *verterat*, idque etiam superest in Harlej. 1. Reliqui retinent *averterant.* et recte. V. infra ad 6, 23, 8. et ad 22, 21, 6. [mox *Atrox certamen aderat* omittit Veith.]

§. 4. *Consilio neutri partium acerbo rem expedisset*] Repone *neutri parti.* RHEN. Rhenani emendationem probant, quoscumque adhibui, codices, etiam Florent.

T. Quinctii ductu] Pall. tres et editiones *L. Quintii.* Ita mox vocat primus *Gn. Quinctum.* GEBH. *L. Quincti* Florent. *L. Quintii*, vel *L. Quincti* etiam tantum non omnes nostri cum editis usque ad Aldum, qui quidem in contextu eamdem scripturam retinuit, sed in erratis ejus loco *T. Quintii ductu* reponit. Unus Lipsiens. *L. et Vincii* praefert. Intelligitur autem T. Quinctius proximi anni consul, quem *Τίτου Κοϊντίου Καπιτωλίνου* nominibus vocavit Dion. Halic. 9. Antiq. p. 613. *Τίτου Κοϊντίου* Diod. Sicul. 11. Bibl. p. 279. In ejus praenomine etiam lapsi sunt librarii supra 2, 64, 2.

Agri capti priore anno aliquantum a Volscis esse] Palat. pr. *agri capti priore aliquantum a Volscis anno. Esse Antium* etc. GEBH. In ordine verborum aut interpunctione nihil mutant nostri. Sed *primore anno* habet Leid. 2. errore librarii, a quo hominum genere solent hae voces in Mstis confundi. V. infra ad 37, 43, 10. Prae-

um, propinquam, opportunam, et maritimam
urbem, coloniam deduci posse: ita sine querelis
possessorum plebem in agros ituram, civitatem in
concordia fore. Haec sententia accepta est. Tri- 6
umviros agro dando creat T. Quinctium, A. Vir-

terea *ab Volscis* solus Haverk. quomodo ex Palat. sec. hic legendum esse supra Gebh. censuit ad §. praec. Sed, reliquis, et nostris, et ejus ipsius, codicibus receptam lectionem firmantibus, nihil mutandum puto. Denique *aliquantulum* est in vetustis edd. pro quo Aldus *aliquantum* dedit. Et id praeferunt etiam omnes codd. quibus usus sum. [*aliquantulam* Veith.]

§. 5. *Antium propinquum, opportunam et maritimam urbem coloniam deduci posse*] Lectio vetus: *Antium, propinquam, opportunam, et maritimam urbem.* sic infra [c. 10, 11.] *Coloniam fidam, propinquam, infamem fieri.* RHEN. *propinquam*, ut Rhenanus emendabat, habent omnes nostri, et cum iis, quas vidi, editiones usque ad Aldinam, quae prima exhibuit *propinquum. Antium propinquam, opportunam* Florent. Insuper *optimum et maritimam urbem* Voss. 1. pro quo tamen *opportunam* in margine correctum. [*colonias* Veith.]

§. 6. *Haec sententia accepta est. Triumviros agro dando creant*] In archetypo Vormaciensi legitur, *Triumviros agro dando creat.* Subaudi Fabius consul. RHEN. Editi ante Rhenanum *creant.* Et sic quoque Voss. uterque, Rott. Forte, *Hac sententia accepta, triumviros agro dando creant.* J. FR. GRONOV. *creant* profluxit ex Aldina ed. ubi in erratis ita emendatur. Eamdem scripturam servant Portug. Haverh. et Fragm. Hav. a m. 2. quam etiam Hearne se in Oxon. L. 2. N. et C. reperisse professus est. Ad id verbum, si lectio illa placuerit, erit intelligendum *Romani*, vel *populus.* V. Cl. Perizon. ad Val. Max. 2, 2, 1. ubi pluribus exemplis docuit, id Livio solemne atque admodum frequens esse, *ut* tertia persona *numeri* pluralis utatur, non praemisso nomine, ad quod referri debeat. Infra 4, 11, 1. *Consules creant M. Fabium Vibulanum, Postumum Aebutium Cornicinem.* Posset etiam intelligi *creant*, nempe Patres. A senatu enim circa haec tempora illos magistratus nonnumquam creatos esse, qui postea semper comitiis constituti sunt, patet ex Dionys. Hal. 7. Ant. p. 428. *Διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας τῶν κληρούχων ἀποστολὴ ταχεῖα ἐγίνετο, τριῶν ἀποδειχθέντων ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς βουλῆς ἡγεμόνων.* et Liv. 6, 21, 3. *Patres decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo ad quam militiam quo paratior plebes esset, quinqueviros Pomptino agro dividendo, et triumviros Nepete coloniae deducendae creaverunt.* Verum lectionem, quam Rhenanus probavit, tuentur reliqui codices; in quorum numero sunt etiam integerrimi et fide dignissimi: tuentur etiam priscae edd. usque ad Aldum, qui in erratis demum, ut jam dictum, vulgatum mutare adgressus est. Eam igitur scripturam alteri praeferendam puto. *Creat* autem, nempe Fabius consul,

ginium, P. Furium. jussi nomina dare, qui a-
7 grum accipere vellent. Fecit statim (ut fit) fastidium copia; adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volsci adderentur: cetera multitudo poscere Romae agrum malle,
8 quam alibi accipere. Aequi a Q. Fabio (is eo

cujus consilio atrox, quod instabat, certamen discussum est. Liv. 8, 16, 13. *Consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius. Etsi belli pars cum Sidicinis restabat, tamen, ut beneficio praevenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eo scriberentur, triumviros coloniae deducendae agroque dividundo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium.* 9, 28, 8. *Triumviros creavere, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules.* Quod autem Gronovius, ut uno spiritu oratio Livianae continuetur, legendum censeat, *Hac sententia accepta, triumviros*, quid de ea emendatione judicandum sit, infra videbimus hoc libro ad c. 22, 3. Denique *dando agro* alio ordine praefert Portug. *triumviros agro dando creat* Florent.

T. Quintium, A. Virginium, P. Furium] *T. Quinctium* Leid. 1. V. ad 1, 30, 2. Tum *A. Verginium* Voss. 1. Leid. 1. et Gaertn. *A. Virgineum* Leid. 2. V. ad 2, 17, 1. Deinde, *et P. Furium* Haverk. Sed reliqui particulam connectentem non admittunt. Et recte. Saepe enim Livius eam omittere solitus est. Infra 4, 11, 5. *Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati Agrippa Menenius, T. Cloelius Siculus, M. Aebutius Elva.* 8, 16, 14. *Triumviros coloniae deducendae agroque dividundo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium.* Et ita saepe. Alibi copula additur, alibi etiam duplex. Quare in his standum optimorum codd. fide et auctoritate. Denique ordine mutato *P. Furium, A. Virgineum* Leid. 2.

§. 7. *Fecit statim (ut fit) fastidium copia*] *fastidio* Lipsiens. Unde conjici posset, legendum esse, *Fuit statim (ut fit) fastidio copia.* Saepe enim *fuit* et *fecit* in Mstis confundi solent. V. infra ad 31, 45, 2. Reliquis tamen omnibus pro vulgato stantibus, ab eo non discedo. *Facere fastidium*, quemadmodum *facere desiderium, miserationem, verecundiam*, et similia. Liv. 7, 24, 10. *Eademque caussa dictatoris desiderium senatui fecit.* 9, 5, 13. *Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta tantam inter ipsos miserationem fecerunt.* 35, 45, 4. *Adventum ejus et majestatem ad verecundiam faciendam Romanis vim majorem habituram, quam arma.* Mox *poscere agrum Romae malle* alio ordine Lipsiens. [*Volsci tum adderentur* Veith.]

§. 8. *Irritamque eam ipsi subita incursione in agrum Latinum fecere*] Palat. sec. *irritamque eam sibi subita incursione.* GEBH. Nostri omnes constanter *ipsi* servant. Paullo ante *is cum eo exercitu venerat*, in alium ordinem digestis vocabulis, Lipsiens.

cum exercitu venerat) pacem petiere, irritamque eam ipsi subita incursione in agrum Latinum fecere.

II. Q. Servilius, insequenti anno (is enim cum Sp. Postumio consul fuit) in Aequos missus, in Latino agro stativa habuit. intra castra quies

§. 1. *Q. Servilius insequenti anno*] *in sequenti* duabus vocibus Leid. 2. et Fragm. Hav. Praeterea *Quincius Servilius* Lipsiens. V. ad cap. praec. §. 1.

Stativa habuit. Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit] Recte ita Camp. nam tres Pall. et Andreas *in Latino agro stativa habuit castra. Quies necessaria* etc. GEBH. Campanum sic habere intelligo, quem inter meos primum video secutum Juntam. Andreas, Tar. Bec. Ven. Asc. Mog. vocabulis [*Intra castra*] deficiuntur. Flor. tres Pall. Voss. [uterque,] Helm. Rott. *stativa habuit castra. quies.* Lege, *stativa habuit. Castris quies.* Ut hoc libro [c. 26, 3.] *Nulla magnopere clude accepta, castris se pavidus tenebat.* J. FR. GRONOV. Lectionem vulgatam post Campanum ante Juntam primus admisit Aldus: sed ea in nullo mihi codice inventa est, nisi in Leid. 2. et Fragm. Hav. in quo posteriore τὸ *Intra* tantum in margine, sed a manu prima, exaratum adparet. Voces *Intra castra*, quas non agnoscunt typis excusi, praeter Campanum, omnes usque ad Aldum, desunt etiam in Harlej. 1. Sed an quies, et quidem necessaria, exercitum tenuit morbo implicitum? id est, an quies caussa exstitit, ne exercitus convalescere posset? Non credo. *stativa habuit castra. quies necessaria* etc. praeter Voss. utrumque, jam a Gronov. memoratum, habent Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. in contextu. Eamdem lectionem etiam Hearne invenit in Oxon. B. L. 2. C. et N. Sed eadem ratio obstat, ne etiam haec scriptura placere possit. Praeterea, *stativa castra* saepius apud Cic. Caes. Sallust. aliosque scriptores occurrere, ultro confiteor; an tamen apud Livium inveniatur, vehementer dubito: certe apud eum notare me non memini: (* nisi forte huc referas Liv. 43, 23, 5.) quum contra simpliciter passim *stativa* dixerit. Supra 1, 23, 5. *Ea res ab stativis excivit Mettum.* c. 57, 4. *In iis stativis, ut fit longo magis, quam acri, bello, satis liberi commeatus erant.* 2, 52, 3. *Quum haud procul inde stativa consul habuisset.* Infra hoc lib. c. 22, 4. *Haud procul oppido stativisque hostium consedit.* 37, 33, 3. *Ibi paucos dies stativa habuere.* et mox eodem cap. *Stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt.* 38, 15, 15. *Ibi plures dies stativa habuit.* c. 40, 4. *Lysimachiae stativa habuit.* 39, 30, 5. *Paucos dies quietis stativis manserunt.* Et ita alibi saepe. Similiter etiam ubique *aestiva*, *hiberna* dixit. nisi quod *castra hiberna* infra obcurrant (* 20, 35, 13.) 34, 13, 2. *Castra hiberna mille passuum ab Emporis posuit.* Sed vide ad eum locum. Arbitror itaque recte Gronovium emendasse *stativa ha-*

2 necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Ex-
tractum in tertium annum bellum est, Q. Fabio
et T. Quinctio consulibus. Fabio extra ordinem,
quia is victor pacem Aequis dederat, ea provin-
3 cia data. qui, haud dubia spe profectus, famam
nominis sui pacaturam Aequos, legatos in conci-

buit. Castris quies necessaria morbo inplicitum exercitum tenuit. Tenere se, vel *exercitum, castris*, pro in castris continere, Livio familiarissima est locutio. Supra 2, 32, 4. *Ibi, sine ullo duce vallo fossaque communitis castris, quieti sese tenuere.* c. 45, 2. *Itaque castris se tenebant, tam ancipiti periculo aversi.* Et eodem cap. *Redditur responsum, inmaturam rem agi, nondum tempus pugnae esse: castris se tenerent.* c. 48, 4. *Aequi se in oppida receperunt, murisque se tenebant.* c. 62, 3. *Et ibi, quia hostis moenibus se tenebut, vastati agri sunt.* 4, 21, 7. *Se primo aut oppido, aut montibus, aut muris tenuerant.* 5, 26, 4. *Quum primo moenibus se hostes tenerent.* 22, 12, 8. *Castris, nisi quantum necessario cogeret, tenebatur miles.* c. 18, 1. *Suos munimentis tenuit.* ubi in quibusdam scriptis etiam *intra munimenta.* 23, 26, 6. *Galbum, nobilem Carpesiorum ducem, castris sese tenentem, adgredi statuit.* c. 44, 6. *Eo die tenuerunt sese tamen munimentis.* 24, 17, 8. *Poenus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit.* 32, 31, 1. *Castris se tenuit, acie dimicandum cum hoste ratus.* 33, 7, 4. *Romanus eisdem ad Thetidium castris quum se tenuisset.* c. 36, 7. *Stativis deinde eisdem per dies aliquot sese tenuit.* 39, 2, 3. *Qui castris se tenuerant, circumsessi expugnati sunt.* 41, 18, 3. *Ceteri montibus se tenebant. continere* infra dixit hoc lib. c. 60, 3. *Castris, mille passuum ab hoste positis, copias continebat. Tenere intra Apenninum* infra quidem est 5, 35, 2. sed alio sensu; non enim est tenere in Apennino, sed tenere ab hac parte, monte non transcenso.

§. 2. *Q. Fabio et T. Quinctio consulibus*] *Q. Fabio Vibullano iterum et T. Quintio Capitolino tertium* legendum, quod etiam Dionysius diligenter tradidit [l. 9, p. 618.] GLAR. Q. Fabium II. T. Quinctium III. consules fuisse, eosque numeros Livio hoc loco, et Diodoro l. 11. p. 282. adjiciendos esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad ann. CCLXXXVIII. p. 121. Verum, ea emendatione opus non esse, evincunt, quae supra notavi ad 2, 16, 7. Ferenda insuper non est Glareani audacia, qui, praeter iterati consulatus vocabula, ipsa quoque consulum cognomina addenda existimavit; quorum Livium rarissime in prioribus Historiarum libris meminisse, nemo nescit, qui vel a limine scripta ejus salutavit. Ceterum copula inter duos consules abest ab Harlej. 1. Eam autem librarios modo addidisse, modo omisisse, supra dictum est ad 2, 17, 1. Verum, quum reliqui codd. *τὸ et* agnoscant, illorum fide id etiam servandum puto. Praeterea verbis praecedentibus *Extractum in tertium annum bellum fuit*

lium gentis miſſos nunciare jussit: *Q. Fabium conſulem dicere, ſe ex Aequis pacem Romam tuliſſe, ab Roma Aequis bellum adferre, eadem dextra armata, quam pacatam illis antea dederat. quorum id* 4
perfidia et perjurio fiat, Deos nunc teſtes eſſe, mox fore ultores. Se tamen, utcumque ſit, etiam nunc,

Harlej. 2. verbis autem sequentibus, *pacem victor Aequis dederat*, praefert idem cod.

§. 3. *Famam nominis sui pacaturam Aequos*] *nomini* Leid. 1. elisa ultima litera ob primam sequentis vocabuli. V. ad 37, 29, 5. *famam non minus sui pacaturam Aequos* Gaertn. Mox *consilium gentis* Lipsiens. Portug. Gaertn. et Haverk. passim obvio errore. Sed, *concilium* rectum eſſe, patebit ex illis, quae de varia significatione vocum *consilium* et *concilium* notavit Gronovius ad Liv. 44, 2, 5. Intelliguntur enim hic comitia vel conventus populi, qui non *consilium*, sed *concilium* vocantur. Paullo poſt transpositis vocibus *Romam pacem tulisse* eſt in Lipsiens. et Haverk. Et ita praeferunt priſcae editt. usque ad Aldum, qui *pacem Romam tulisse* dedit. Ei vero consentiunt reliqui codices. Initio *profectus est, famam* Florent.

Ab Roma Aequis bellum adferre, eadem dextra armata] *a Roma* Gaertn. Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *dextera armata* Leid. 1. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *dextra formata* Gaertn. a m. 1. Mox, *quam pacta illis antea dederat*, pro *pacatam*, Harlej. 1. *quam pacata* Lipsiens. Denique *antea illis dederat* Voſſ. 2. Haverk. et Lipsiens.

Antea dederat] Oratio obliqua videtur desiderare *dederit*. Sed alibi quoque non diſſimilia sunt, quae repugnantibus libris scriptis mutare, non satis tutum eſt. V. ad c. 71, 6. DUKER. (* v. ad 36, 39, 10. 42, 52, 13.)

§. 4. *Quorum id perfidia et perjurio fiat, Deos nunc testes esse, mox fore ultores*] *perjurio et perfidia* edd. principes; quem ordinem mutavit Aldus, reducto eo, qui nunc obtinet, et omnium codd. auctoritate firmatur. Praeterea *et mox fore ultores* Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Sed ubique Livio placuit oratio ἀσύνδετος.

Se tamen, utcumque sit, etiam nunc, poenitere] *Set tamen* Harlej. 2. prima litera sequentis vocis perperam in fine praecedentis repetita. V. ad 40, 7, 8. Id mox mutatum eſt in *Sed tamen*, ut praeferunt Voſſ. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragment. Hav. *Sed, utcumque sit*, voce omiſſa, Haverk. Praeterea *et nunc, poenitere* Harlej. 2. V. ad 22, 47, 9. Mox *hostilia, malle*, pro *malle*, Lipsiens.

§. 5. *Sin perjurio gaudeant, Diis magis iratis*] *gaudeat, Dis magis iratis* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *Di*, pro *Dii*, saepe in Mſtis exaratum supereſt. V. ad 5, 14, 4. *Diis magestratis* Lipsiens.

§. 6. *Haec dicta adeo nihil moverunt quemquam*] *nihil adeo moverunt* Voſſ. 1. et Leid. 2. *nihil adeo moverat* Harlej. 2. *adeo nihil movere* Harlej. 1. et Portug. Mox *ut violati sunt*

poenitere sua sponte Aequos, quam pati hostilia,
5 *malle. Si poeniteat, tutum receptum ad expertam*
clementiam fore: sin perjurio gaudeant, Diis magis
6 *iratis, quam hostibus, gesturos bellum.* Haec dicta
adeo nihil moverunt quemquam, ut legati prope
violati sint, exercitusque in Algidum adversus Ro-
7 manos missus. Quae ubi Romam sunt nunciata,
indignitas rei, magis quam periculum, consulem

Harlej. 1. et Haverk. Tum *contra Romanos missus* Harlej. 2. Praesertim *contra* et *adversus* a librariis commutata sunt in Epit. Liv. Vide, quae notantur ad Epit. Liv. l. 57.

§. 7. *Quae ubi Romam sunt nunciata*] *Romae sunt nunciata* Gaertn. et Haverk. Male. Infra 25, 22, 1. *Hae clades, super aliam alia, Romam quum essent nunciatae.* ubi plura vide. [*Quae ut Romam* Veith.]

Consulem alterum ab urbe excivit] *ab urbe exivit* Gaertn. *ex urbe excivit* Harlej. 1. Et ita habet Portug. in contextu, altera lectione inter versus adscripta. Vulgatum omnino praefero. Infra 7, 39, 10. *Quem autem ab Roma posse exciri?* ubi plura vide. Saepe quidem Livium praepositionem, unde verbum componitur, in regimine repetiisse, supra dictum est ad praefat. §. 11. eumdem tamen non raro etiam praepositionem mutasse, et aliam addere solitum fuisse, infra videbimus ad 22, 2, 10. ubi *altius ab aqua exstare* post Sigonium Livio vindico.

Acie instructa, ut confestim dimicarent] *ita ut confestim* Gaertn. Verum *τὸ ita* natum videtur ex ultimis literis vocis praecedentis. *ut confestim dimicaretur* Portug. Hujus erroris, qui ex male intellecta nota scribendi profluxit, alia exempla supra vide 2, 26, 4. [*acie ita instructa* Veith.]

§. 8. *Unus ab statione hostium exclamat, Ostentare hoc est, Romani, non gerere bellum*] *unus a statione hostium* Fragm. Hav. *a statione unus hostium* Gaertn. *unus ab astratione hostium* Lipsiens. Tum *exclamabat* Voss. 1. additis tamen notis, literas *ba* delendas esse. Deinde *ostentare hoc, Romani, non gerere bellum est* Harlej. 2. Sed Harlej. 1. reliquis ejectis, exhibet *unus ab statione, hoc, Romani, non gerere bellum.* Deinde *Romam*, pro *Romani*, Lipsiens. qui idem superius verbis proximis male praefert *Sed quum forte haud cum multum diei superessent.*

§. 9. *In noctem inminentem aciem instruitis*] Palat. pr. *in noctem imminantem.* An *nox imminans* est valde minans, ut apud Actium *immoerens* est valde moerens? quod notavi atque emendavi in Antiquis [2, 24.] An suspicari licet, legendum esse? *in noctem jam minantem.* GEBH. Apage Gebhardum, qui ex aberratione librariorum natam vocem *imminantem*, vel ex conjectura sua *jam minantem* probabat. Nihil mutari longe praestabit. *inminens nox* est propinqua, vicina, quae haud longe abest. Liv. 44, 42, 9. *Nunc*

alterum ab urbe excivit. ita duo consulares exercitus ad hoſtem acceſſere acie inſtructa, ut confe-
ſtim dimicarent. Sed quum forte haud multum di- 8
ei ſupereſſet, unus ab ſtatione hoſtium exclamat:
Oſtentare hoc eſt, Romani, non gerere bellum. in 9
noctem inminentem aciem inſtituitis. longiore luce ad id certamen, quod inſtat, nobis opus eſt. Craſtino die oriente ſole redite in aciem: erit copia pugnandi,

inminens nox et fugientes texit, et Romonis pigritiem od sequendum locis ignotis fecit. Ita *inminens hiems* apud Tacit. 1. Ann. 44. *Reditum Agrippinae excusovit ob inminentem partum et hiemem.* Eo sensu *inminens mors, periculum, exitium, invidia,* et similia passim obcurrunt. Supra ι,58,3. *Quum pavida e somno mulier nullam opem, prope mortem inminentem videret.* 3, 64, 4. *Ut comitiis praeesset, potissimum M. Duilio sorte evenit, viro prudenti, et ex continuatione magistratus invidiam inminentem cernenti.* ubi quaedam dicam. Ita *inminens bellum* apud Curtium 4, 8. *Sed inminens bellum otiosae peregrinationi tempora exemerat.* Ceterum *instrui* eſt in Leid. 1. *instruetis* in Leid. 2. Utrumque commodo sensu accipi poteſt. Sed et hic vulgatum praefero ob reliquorum codd. unanimem consensum.

Longiore luce ad id certamen, quod instat, nobis opus est] Praefero, quod reperi in Palat. pr. *Largiore luce ad id certamen, quod instot, nobis opus est.* Nam apparet, τὸ *longiore* eſſe gloſſema. Ita *largior affatus* Symmacho eſt longior epiſtola l. 3. Epiſt. 1. *Quae post diutinum silentium tam multum apud nos gratiae et honoris habuerunt, ut in his sola brevitos displiceret. Nam jejunas aures meas et praeclari elogii tui satis superque sitientes affatus lorgior debuit uberare.* Et quemadmodum Livio *largior lux,* ita eidem Praefecto urbi *largior dies* l. 7. Ep. 7. *Accessit peregrinationis nostroe largior dies ex comperendinatione ludorum, quos pluviarum interventus retardant.* l. 8. Ep. 64. *Quum mihi spem visendae eximietatis tuoe promiserit dies lorgior.* GEBH. *largiore luce* etiam Voſſ. 2. At, reliquis in vulgatum conspirantibus, id mutari non fero. Symmachus dixerit *largior dies, largior affatus;* nondum tamen, eamdem locutionem aut ſtili aut seculi Liviani eſſe, inde evincitur. (* v. Oudend. ad Luc. 1,604.) Praeterea *ad id certamen in quod instat* Leid. ι. *ad id certamen in quot instat* Harl. ι. An forte scribendum *ad id certaminis?* De quo loquendi genere, Livio familiari, v. infra ad 7, 26, ι2. Si quis vero τὸ *in* natum putet ex errore librariorum, qui, omiſſa vocula *quod*, jam sequens *instat* scribere inceperant, et poſtea, animadverso peccato, quod praetermiserant, subjunxerunt, non deletis prioribus literis vocis proximae jam exaratis, ei haud multum adversabor. V. ad 3, 56, 11. Mox *vobis opus*

10 *ne timete.* His vocibus irritatus miles in diem poſterum in caſtra reducitur, longam venire noctem ratus, quae moram certamini faceret. Tum quidem corpora cibo somnoque curant. ubi inluxit

eſt Haverk. Lipsiens. et Gaertn. Nihil muto. *nobis*, id eſt, Aequis et Romanis. Saepe τα *nos* et *vos* in codd. scriptis confundunduntur. V. ad 34, 2, 2.

Craſtino die oriente sole redite in aciem] *craſtina die* Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Haverk. Sed praefero receptam scripturam. V. infra hoc lib. c. 20, 4. Tum *redire in aciem* Gaertn. Mox *ne temere iis vocibus*, pro *ne timete. His vocibus*, Voſſ. 2.

§. 10. *His vocibus irritatus miles*] *iratus miles* Portug. Alibi eadem harum vocum confusio in Mſſis obcurrit. Vide, quae notantur infra ad 34, 36, 6. *irritatus exercitus* Harlej. 2. quod ex gloſſa natum puto. Videtur enim primo margini adscriptum fuiſſe ab eo, qui indicare volebat, per *militem* intelligendum totum exercitum, omnes, qui aderant, milites; quo sensu τὸ *miles* sumi, infra dicendum ad 7, 35, 2.

Longam venire noctem ratus, quae moram certamini faceret] *iratus, quod moram* Voſſ. 1. et Leid. 2. Alibi τὰ *iratus* et *ratus* inter se commutarunt errantes librarii. Exemplum supra habuimus 2, 45, 14. (* 22, 3, 9.) Sed praeſtat, quod vulgo circumfertur, et reliquorum codd. auctoritate firmatur. Non quidem longior nunc nox erat, quam alias eodem anni tempore, sed militibus irritatis longior videbatur. Horat. 1. Epiſt. 1, 20.

Ut nox longa, quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum;
Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem
Consiliumque morantur agendi.

Silius, qui Livium exprimere voluit, 8, 338.

— — nullus, qui portet in hostem,
Sufficit insano sonipes. incedere noctis,
Quae tardent cursum, tenebras dolet.

Ex quo loco etiam *quae moram*, non *quod moram*, adſtruitur. Nam et ibi optimus cod. Colon. *Quae tardent* praefert, ubi vulgo *Quod tardent* editur. Olim ibi legendum exiſtimabam, *intendere noctis, Quae tardent cursum, tenebras dolet.* Nunc *incedere* non displicet. Certe Tacit. ita locutus eſt 15. Ann. 37. *Postquam tenebrae incedebant, quantum juxta nemoris et circumjecta tecta consonare cantu, et luminibus clarescere.* ubi quidem Rhenanus et Nic. Heinsius apud Ryckium *incidebant* scribendum conjiciunt; sed *incedebant* ibi dictum videtur, ut hic *venire*. Ceterum voces *quae* et *quod* alibi etiam librarii turbarunt. V. infra ad 37, 35, 3. Mox *moram certaminis faceret* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Infra 21, 32, 1. *Quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus.* Forte tamen *mora certamini* dictum eſt, ut *locus seditioni*: de quo infra v. ad h. lib. c. 46, 2. (* v. 42, 7, 5.) Juſtin. 5, 6. *Sed non magnam bello*

poſtero die, prior aliquanto conſtitit Romana a-
cies; tandem et Aequi proceſſere. Proelium fuit 11
utrimque vehemens; quod et Romanus ira odioque
pugnabat, et Aequos conscientia contracti culpa

moram aetas fecit inbellis. 6, 2. *Nec moram agendis rebus facit: multa fortiter, multa feliciter agit.* Sibilus in voce *certaminis* natus videtur ex similitudine literae initialis in voce proxima. V. ad. 4, 33, 10. (* similis sensus 10, 40, 1.)

Corpora cibo somnoque curant] *somno ciboque* Lipsiens. et Haverk. Sed alio ordine infra obcurrit 37, 5, 2. *Et tunc cibo et quiete refectis corporibus, priusquam praetorium dimitteret, denunciavit, ut ante lucem armati paratique essent.* 35, 30, 9. *Quia priores in castra venerant, refecti et cibo sumto et modica quiete erant.* Curtius 5, 4, 23. *Refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit.* Deinde *aliquanto prior constitit*, ordine vocabulorum inmutato, Harlej. 2. et Lipsiens. *consistat*, pro *constitit*, Lipsiens. *Tò aliquanto* abeſt ab Haverk. Denique *processe* Leid. 1. Adparet, scriptum fuiſſe *process'e*, vel *processē*, et additam notam a librario neglectam eſſe.

§. 11. *Quod et Romanus miles ira odioque pugnabat*] Brevius et melius Pall. tres et antiquiores cusi, *quod et Romanus ira odioque pugnabat*, ejecto *τῷ miles*. GEBH. Expunxi *τὸ miles*, volentibus MSS. et impressis antiquis ante Curionem. is primus hoc centone auctior. Sed nec illud insolens. l. 4, [32, 12.] *Romanus, odio incensus, impium Fidenatem, praedonem Vejentem compellans, factis simul dictisque odium explet.* l. 6, [12, 9.] dictator ad milites, *Veniat in mentem unicuique, Deos esse, qui Romanum adjuvent.* l. 34, 14. *Mirantes barbari a tergo apparuisse Romanum.* Sic MSS. et veteres. Vulgo, *Romanos*. Tacitus 12. Ann. 58. *Romanum Troja demissum et Juliae stirpis auctorem Aeneam aliaque haud procul fabulis facunde exsequutus.* i. e. Romanos Troja demiſſos. Juſtinus l. 31, [8.] *Juvabat Ilienses, nepotes suos, Occidente et Africa domita, Asiam, ut avitum regnum, vindicare.* Nihil itaque addendum Tacito, ut suspicabatur vir summus. J. FR. GRON. Vocabulum *miles*, quod expunxerunt Gebhardus et Gronovius, abeſt etiam ab omnibus noſtris, et a codd. Oxoniensibus, quos Hearne consuluit. (* alibi additur, ut 6, 24, 4.) Supra 2, 7, 2. *Uno plus Tuscorum cecidisse in acie: vincere bello Romanum.* c. 45, 11. *Enimvero non ultra contumeliam pati Romanus posse: totis castris undique ad consulem curritur.* ubi quaedam notantur. Mox hoc cap. *Ferox multitudo increpare duces, quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commissa res sit.* 3, 60, 8. *Ubi inluxit, egreditur castris Romanus, vallum invasurus, ni copia pugnae fieret.* ubi etiam perperam Palat. sec. *Romanus exercitus.* 5, 13, 13. *Prae metu, ne simul Romanus inrumperet, objectis foribus, extremos suorum exclusere.* c. 15, 4. *Priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, numquam potiturum Vejis Romanum.* c. 24, 3. *Stetit suppresso inpetu Roma-*

periculi, et desperatio futurae sibi poſtea fidei, ul-
12 tima audere et experiri cogebat. Non tamen ſuſtinuere aciem Romanam Aequi: pulsique quum in fines suos se recepiſſent, nihilo inclinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces, quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat,
13 commiſſa res sit. Aequos populationibus incursionibusque meliores eſſe; et multas paſſim manus,

nus. c. 32, 4. *Adfirmare, eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit.* 8, 3, 1. *Quod responsum dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit.* 29, 12, 1. *Philippus Aetolos, desertos ab Romano, cui uni fidebant auxilio, quibus voluit conditionibus, ad petendam et paciscendam subegit pacem.* Ita Gronov. ex optimis Mſtis reposuit, quum antea *ab Romanis* legeretur. 36, 16, 6. *Timor deinde incessit, ne quos per inminentia juga calles inveniret ad transitum Romanus.* Et eodem cap. §. 8. *Praestarent, ut vertices circa montium occuparent obsiderentque, ne qua transire Romanus posset.* ubi in uno cod. eſt *Romani possent.* Ita *Volscus* supra eſt 2, 65, 4. *Volscus, effusis ad primum inpetum missilibus telis, saxa objacentia pedibus ingerit in subeuntes.* *Vejens* infra 4, 18, 5. *Dictator dextro cornu adversus Faliscos, sinistro contra Vejentem Capitolinus Quinctius intulit signa.* ubi in uno scripto perperam erat *contra Vejentes.* *Karthaginiensis* infra 28, 44, 5. *Nos, etiam deserti ab sociis, viribus nostris, milite Romano, stetimus. Karthaginiensi nihil civilis roboris est.* ubi etiam quaedam dicentur. (* v. ad 7, 33, 15.) Ejusdem generis sunt *eques, pedes, miles*, numero singulari, pro equitibus, peditibus, militibus. V. infra ad 7, 35, 2. Ut autem hic τῷ *Romanus* additur vox *miles*, ita ei in multis Mſtis additur τὸ *populus* apud Florum 1, 16, 2. *Sic ergo Romanus bellum Samniticum tamquam sibi gessit.* Habent enim *Sic ergo populus Romanus.* Vide, quae ibi viri docti monuerunt. Ita Nic. Heinsius conjicit apud Vellej. Pat. 2, 1, 3. *Ita varia fortuna gestum est, ut saepius Romano re gereretur adversa.* pro *Romanorum gereretur adversa.* Vide, quae eo loco notavit. Ceterum non primus eſt Curio, qui vocem *miles* interposuit, sed ita jam antea ediderunt Frobenius anno 1535. Basileenses anno 1539. Vascosan. et Gryphius anno 1548. quem anno proximo Curio excepit. Praeterea, copula utroque loco inducta, *quod Romanus ira odioque pugnabat, Aequos conscientia* habet Harlej. antiq. Ultimo loco ante vocem *Aequos* eamdem omittit Portug. Denique *experiri jubebat*, pro *cogebat*, Haverk. [*conscia contracta culpa* et mox *desperatio non futurae* Veith.]

§. 12. *Pulsique quum in fines suos se recepissent*] *pulsique circa fines suos* Voſſ. 2. *in fines suos recepissent* Harlej. 1. Paul-

quam magnam molem unius exercitus, rectius bella
gerere.

III. Relicto itaque castris praesidio, egressi 1
tanto cum tumultu invasere fines Romanos, ut ad
urbem quoque terrorem pertulerint. necopinata et- 2
iam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus,
quam ne victus ac prope in castris obsessus hostis
memor populationis esset, timeri poterat; agrestes- 3

lo ante *sustinuerunt*, pro *sustinuere*, Gaertn.

Nihilo inclinatioribus ad pacem animis] *nihilo inclinatis omnibus* Voss. 2. *nihilo inclinantibus* Portug. *nihilo inclinatoribus* Lipsiens. et Gaertn. Mox *excellebrat*, pro *excellat*, Lipsiens. *excellebat* Harlej. 2. Denique *τὸ res* non adparet in Voss. 2.

§. 13. *Multas passim manus, quam magnam molem*] Vox *magnam* exsulat a Leid. 2. quam rectius reliqui retinent.

§. 1. *Ut ad urbem quoque terrorem pertulerint*] Palat. tertius *perculerint*. Forte, *ut ad urbem quoque terrore perculerint*. GEBH. Omnes nostri *pertulerint*. *perculerint* vero, quod Gebh. in uno Palatinorum invenit, promanavit ex lapsu librariorum, qui saepius *pertulit* et *perculit* confundere soliti sunt. Vide, quae infra exempla hujus erroris collecta sunt ad 35, 27, 16. Supra 2, 54, 9, *Quod ubi in totam concionem pertulit rumor*. ubi alia videnda. Ceterum perperam etiam Leid. 2. *ut ad urbis quoque terrorem pertulerint*. et paullo ante *egressus tanto cum tumultu*, pro *egressi*, Gaertn.

§. 2. *Necopinata etiam res plus trepidationis fecit*] *sed inopinata etiam res* Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] Illud *sed* est ex his particulis, quibus librarii passim orationem Livianam fulcire conati sunt. V. ad 6, 32, 8. Deinde *necopinatus* Livio in deliciis fuit, cujus loco saepissime indocta scribarum natio *inopinatus* substituit. V. infra ad 4, 27, 8. Praeterea *necopinata tamen res* Voss. 1. pro quo *necopinata etiam res* in margine emendatum est. *necopinata et res* Voss. 2.

§. 3. *Agrestesque pavidi incidentes portis*] In Palat. tertio est superscriptum *pavidi insidentes portis*. Male. 5, 26. *Multi caesi vulneratique, priusquam paventes portis inciderent*. GEBHARD. 5, 11, 14. *Quum fuga trepidum, plenum vulnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint*. ubi plura vide. Recte itaque *insidentes* displicuit Gebhardo. Alibi etiam verba haec confundi, infra videbimus non modo hoc cap. §. 7. sed pluribus ad 28, 26, 7. Perperam etiam Leid. 2. *incendentes portis*, et Voss. 1. *incedentes portis*. *Incidere* et *Incedere* passim commutari, infra dicam ad 9, 24, 10. Mox *nec populationem*, pro *non*, Lipsiens. [*non populationum* Veith.] Tum *praedonum pravas manus*, pro *parvas*, Gaertn. quomodo transpositis literis saepe peccarunt librarii. V. infra ad 29, 37, 16.

que, pavidi incidentes portis, non populationem, nec praedonum parvas manus, sed, omnia vano augentes timore, exercitus et legiones adeſſe hoſtium,
4 et infeſto agmine ruere ad urbem, clamabant. Ab his proximi audita incerta, eoque vaniora, ferre ad alios. cursus clamorque vocantium ad arma haud
5 multum a pavore captae urbis abeſſe. Forte ab Algido Quinctius consul redierat Romam, (id reme-

Omnia vano augentes timore] *vario augentes timore* Leid. 2. saepe obvio errore. V. ad 22, 7, 4. Mox subdit *vaniora*. Praeterea *agentes* Voſſ. 1. et Portug. Pari modo etiam supra peccabatur 2, 6, 2. (* infra 27, 9, 11.) Proxime *exercitus et legiones hostium adesse* alio ordine Leid. 2. et Voſſ. 1.

§. 4. *Ab his proximi audita*] Codex manuſcriptus habet *Ab his proxime audita*. Quam lectionem si quis sequi volet, cogetur mox legere *ferri*. RHEN. Pall. tres *proxime*, ut et Rhenani liber, unde ille suspicatur, *ferri* quoque hic corrigendum. Palat. sec. *Ab his proxime audita incertaque eo vaniora ferre ad alios*. Andreas edidit, *Ab his proxima audita*. GEBH. *proximum* habet Harlej. 1. Reliqui omnes codd. noſtri legunt *proxime*. Eadem etiam lectio supereſt in editis antiquioribus. Aldus demum, qui et ipse in contextu *proxime* edidit, in erratis *proximi* reposuit, quem plerique editorum secuti sunt. Id etiam verius videtur. Tò *audita* non adparet in Fragm. Hav.

Cursus clamorque vocantium ad arma] *vocatum ad arma* Leid. 2. Pari lapsu *oppugnatum*, pro *oppugnantium*, dederat librarius cod. Haverk. 2, 65, 7. Mox *adesse*, pro *abesse*, Harlej. 1. et Haverk. Eadem ratione alibi scribas peccaſſe, infra dicam ad 23, 8, 11. *abere* Lipsiens. a m. 1. pro quo m. 2. pro varia lectione in margine datum eſt *abesse*.

§. 5. *Id remedium timori fuit*] *ad remedium* Harlej. 1. sed errore scribae. Alibi ita peccatum non raro. V. infra ad 21, 10, 12. [*consul* omittit Veith.] Mox *victus timeri*, pro *victos*, Gaertn.

§. 6. *Vocato deinde senatu*] In codice manuſcripto eſt *Vocato dein senatu*. RHEN. *Vocatoque deinde senatu* Harlej. 2. *Vocatos dein senatu* Leid. 1. *Vocato dein senatu* Florent. Voſſ. 2. et Harlej. 1. Et ita longe plurimis locis scriptum exhibent integerrimi codices, ubi pejoris notae *deinde* praeferunt. Exempla videri poſſunt supra 1, 9, 3. 2, 2, 3. c. 12, 4. c. 16, 6. c. 35, 5. c. 40, 4. c. 50, 7. c. 54, 8. Alia, ut ex infinitis tantum quaedam adferam, infra v. hoc lib. c. 32, 2. c. 47, 6. c. 65, 8. 4, 13, 13. 5, 22, 5. c. 23, 8. (* 6, 13, 3. 7, 22, 5. c. 23, 10. c. 26, 4. 8, 8, 3. c. 28, 3. 9, 31, 9. 10, 29, 8.) 9, 26, 16. c. 43, 12. 21, 4, 2. c. 46, 6. c. 54, 5. c. 58, 4. 26, 12, 17. 29, 2, 3. c. 3, 9. c. 6, 12. 34, 39, 2. 36, 20, 3. 37, 39, 8. 38, 1, 6. c. 4, 7. c. 6, 3. c. 7, 10. c. 9, 9. c. 17, 15. c. 69, 10. 40, 30, 5. 44, 5, 5. ad Epit. Liv. l. 77. et pluri-

dium timori fuit) tumultuque sedato, victos timeri
increpans hoſtes, praesidia portis inposuit. Voca- 6
to dein senatu, quum, ex auctoritate Patrum juſti-
tio indicto, profectus ad tutandos fines eſſet, Q.
Servilio praefecto urbis relicto, hoſtem in agris non
invenit. Ab altero consule res geſta egregie eſt. 7
qui, qua venturum hoſtem sciebat, gravem prae-
da, eoque inpeditiore agmine incedentem adgreſſus,

mis aliis locis. V. Gronov. infra ad 4, 32, 5. ubi se librorum meliorum auctoritate saepe *dein*, pro *deinde*, reſtituiſſe teſtatur. (* similiter *exinde* dederunt pro *exin* v. ad 27, 5, 6.) V. etiam Cl. Cortium ad Salluſt. Jugurth. 20. 23. 25. 26. et paſſim. Praeterea vox *Patrum* exsulat ab Haverk. *cum auctoritate patrum* habet Florent.

Profectus ad tutandos fines esset] *od tutandas fines* Gaertn. Vocem *finis* masculino et sequiori genere poni, infra videbimus ad 4, 2, 4. eam tamen pro termino regionis genere feminino, certe apud Livium, nondum observavi. *ad tutondo fines* Lipsiens. Sed literam finalem *s* elisit initialis *f* vocis sequentis ob similitudinem ductuum. V. ad 4, 33, 11. In verbis proximis *Quintos Servilio* Harlej. 1. Sed ultima litera τῷ *Quintos* adhaesit ex prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. (* lege: 28, 25, 2.) *Quintio Servilio* Gaertn. et Port. V. ad c. 1. h. lib. §. 1.

Hostem in agro non invenit] *hostes in ogris non invenit* Haverk. *hostem in agris non invenit* Florent. Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Ita etiam Hearne in Oxon. B. L. 2. N. et C. invenit. Neque aliter exhibent primae edd. pro quo Basileenses anno 1539. *in agro* dederunt. Tanta igitur codd. scriptorum et excusorum turba propugnatam veterem lectionem revocavi. Supra 2, 48, 6. *Ubi abductas senserant legiones, agros incursabant.* ubi vide. c. 60, 2. *Vagari populabundum hostem per ogros passi.* Infra hoc lib. c. 6, 7. *Pergit inde infestus in agros Romanos.* cap. 30, 4. *Alius additur terror, Sabinum exercitum praedotum descendisse in agros Romanos, inde ad urbem venire.* 4, 21, 2. *Hostis in agris nusquam inventus, neque pugnandi copia fucta.* Et mox §. 9. *Trepidutum itaque non in agris magis, quam in urbe est.* Praeterea *hostem* servavi contra Haverk. V. ad 5, 50, 2.

§. 7. *Qui qua venturum hostem sciebot*] Forsan divinabat Rhenanus, cum hic aliquid superesse putaret: sed quod recidendum poſſit videri, τὸ *qui*, non advertit hominem. Nam in iſtis, *funestam ei populationem fecit*, pronomen non magis abeſſe poteſt, quam in his l. 1, [58, 8.] *Armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.* l. 8, [38, 15.] *Coede inermes, cruentamque illis praedam redde.* l. 27, [2, 2.] *Ire adversus eum, brevem illi laetitiam, qua exsultet, fucturum.* J. FR. GRON. Τὸ *qui* sine dis-

8 funestam ei populationem fecit. Pauci hostium evasere ex insidiis: praeda omnis recepta est. sic finem iustitio, quod quatriduum fuit, reditus Quinctii

pendio sensus abesse posset, si codices id vellent. In quibus contra quum constanter supersit, illis invitis delendi auctor nemini sim. Pro *qua*, est *quia* in Harlej. 1. Ita variant etiam codices infra 40, 29, 8. Vox *qua* pro varia lectione est in marg. Portug. in contextu vero *quando*.

Eoque impeditiore agmine incedentem] *impeditiori agmine* Portug. *impeditiori agmine* vetustae edd. pro quo Aldus *impeditiore* substituit. Et ita reliqui codd. Tum *incidentem* Voss. 2. et Leid. 1. V. supra hoc cap. §. 3.

Funestam ei populationem fecit] *ei* dativus non est in exemplari Borbetomagensi. Nec est hic necessarius. RHEN. Vocula *ei* abest etiam ab Harlej. 1. et Florent. Contra una voce auctior est Voss. 1. *funestam tamen ei populationem fecit.* Sed signa τῷ *tamen* subjecit librarius, quibus indicare solet, aliquid perperam scriptum esse.

§. 8. *Quod quatriduum fuit, reditus Quinctii consulis in urbem fecit*] *quod quatriduum in urbem fuit, relictus Quintius consul in urbem fecit* Leid. 2. et Voss. 1. in contextu. In cujus margine, pro *relictus*, emendatum est *redditus*. *redditus* etiam habet Lipsiens. Sed ita passim librarius ejus cod. pro *reditus*, scribere solitus est. Praeterea *quod quadrinum fuit* Gaertn. *quod quadridumii fuit* Lipsiens.

§. 9. *Census deinde actus, et conditum a Quinctio lustrum*] Ita veteres edd. melius quam calamo picti codd. *Census deinde factus.* GEBH. *Census deinde factus* etiam omnes nostri, Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] quod recte Gebhardus damnat. Alibi enim semper Livius aliique scriptores *agere censum* dixerunt, quae propria in hac re locutio est. *Factus* itaque adscribi debet errori librariorum, qui ubique voces *actus* et *factus* inter se commutarunt. V. mox §. seq. et quae infra notantur ad 6, 28, 2. Deinde *ab Quintio* Leid. 1. Harlej. uterque, et Lipsiens.

Censa civium capita centum quatuor et viginti millia, ducenta quatuordecim] Antiqua lectio *censa civium capita CIIII. ACCXIIII.* Fortasse scribendum, *quater centena millia ducenta quatuordecim.* RHEN. Hic numerus est in omnibus libris, et bene habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum sequatur, qui putat legendum *quater centena millia ducenta quatuordecim*, non intelligens, hanc summam civium his temporibus non convenire: nam per multos annos cc. et ccc. millia censa sunt: sero autem cccc. millia, ut infra ostendam. SIG. Palat. pr. *censa civium capita* $\overset{\infty}{C}\,IIII^{M}$. *et CCXIIII.* neque aliter tertius et Camp. At Palat. sec. *centum quatuor milia et ducenta quatuordecim.* GEBH. Quae huic notae praescribitur lectio, et Sigonio in omnibus libris esse dicitur, apud me in nullo cod. apud Hearnium in uno tantum superest Oxon. L. 2. Superest tamen in omnibus edd. usque ad ultimam Gruteri, quae, notas numerales, quas priores servarant, literis ac vocibus expressura, pro *XIIII*, dedit

consulis in urbem fecit. Census deinde actus, et 9
conditum ab Quinctio luſtrum. censa civium capita centum quatuor millia et ducenta quatuordecim

quindecim. Ejusdem negligentiae in illa editione plura exempla infra v. ad 44, 28, 14. Is error virum Cl. Jac. Gronovium ad Epit. hujus libri incertum primo reddidit, utrum ibi ex hoc loco *quindecim*, an potius hic ex Epit. *quatuordecim* scribendum sit; donec, animadverso codicum consensu, poſterius praeferendum judicarit; quod etiam in contextum recepi. Nondum tamen ita locus integer, et ab omni vitio liber videtur. *capita CIIII a CCXIIII* Florent. *capita CIIII et CCXIIII* habent Voſſ. 1. et Leid. uterque. *capita* C^{m} IIII^{m} *et* CC^{ti} *XIIII* Voſſ. 2. *capita CIIII. ACC. XIIII* Harlej. 1. et Klockian. *capita CIIII ac CXIIII* Portug. *capita CIIII milia et CCXIIII* Fragment. Hav. *capita CIIII.* CC^{ti} *XIIII* Lipsiens. *capita centum quatuor et ducenti quatuordecim* Gaertn. *capita centum quatuor milia et ducenta quatuordecim* Harlej. 2. et Haverk. et ita praeferunt etiam Oxon. B. et C. nisi quod Hearne inde *quindecim* laudet, pro *quatuordecim.* Ex his patet, vocem *viginti* in nullo codice reperiri, nisi apud Hearnium in unico Oxon. L. 1. quem praeferre teſtatur *capita centum quatuor et viginti millia ducenta quatuordecim.* Illa igitur voce rejecta, legendum puto *censa civium capita centum quatuor millia et ducenta quatuordecim.* Quo etiam ducunt veſtigia quorumdam codd. in Epitome. quare eam etiam lectionem contextui reddidi, tum in Epit. tum hoc loco. Si quis insuper voculam *et* inducendam exiſtimarit, non adversabor. Supereſt quidem illa vel altera ei similis *ac* in multis codicibus; verum, paucis exceptis, fere in illis tantum, qui non adscriptam habent vocem *millia.* unde *et* vel *ac* natum videri poteſt ex nota numeri millenari ∞, quam librarii indocti adsecuti non sunt. V. etiam infra hoc lib. ad c. 5, 13. Summam capitum hoc luſtro censorum, quam Livio reddendam puto, illud firmare poteſt, quod proximo censu apud Dionyſium memorato l. 9. p. 594. qui nono anno ante actus dicitur, ipse ille censos referat *ὀλίγῳ πλείους τρισχιλίων τε καὶ δέκα μυριάδων.* Conjectura Rhenani, *quater centena millia* scribentis, non modo codicibus scriptis adversatur, et, ut Sigonius observat, huic tempori convenire nequit, sed peccat etiam in ſtilum et rationem loquendi a Livio observatam, qui, si hunc numerum exprimere voluiſſet, omnino scripsiſſet *quadringenta millia.* V. plura ad 33, 4, 5. Praeterea *civium capitum* eſt in Leid. 2. quomodo librarius scripsiſſe videtur, quod putaret, recte dici non poſſe *centum quatuor millia capita.* Eam tamen locutionem probam eſſe, quod super millia adjiciatur numerus inferior *ducenta quatuordecim,* quo vox *capita* referenda eſt, pluribus docet Gronovius infra ad Liv. 39, 7, 1.

§. 10. *In Aequis nihil deinde memorabile actum*] *In Aequis deinde nihil* Lipsiens. et Harlej. 2. Tum *memorabile factum* Portug. et Haverk. librariorum errore, de quo vide ad §. praec. *memorabile actu* Harlej. 1.

dicuntur, praeter orbos orbasque. In Aequis nihil deinde memorabile actum. in oppida sua se recepere, uri sua popularique passi. Consul, quum ali-

Se recepere, uri sua popularique passi] A primo Palat. abeſt τὸ *uri*. neque comparct in secundo, pro quo *populari sua passi*, neque in tertio, *sua populari passi*. poſtea *que* aſſutum ab adultera manu. GEBH. *se recepere, popularique passi* Fragment. Hav. *se recepere, sua popularique pussi* Leid. 1. et Portug. a m. 1. *se recepere, suaque populari passi* Portug. a m. 2. et Haverk. *se recepere, sua populari passi* Gaertn. [Neith.] *se recepere, populari sua passi* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. et C. *se recepere, uri sua et populuri passi* Lipsiens. a m. 2.

Per omnem hostium agrum] *per omnium hostium ugrum* Haverk. V. ad 45, 19, 15. Mox *infesto agmine populabundum iisset*, pro *populabundus isset*, Gaertn.

§. 1. *Consules inde Postumius Albus, Sp. Furius Fusius. Fusios Furios Fabios scripsere quidam*] Ex hac lectione nullus elici poteſt sensus. Videndum igitur, ne verior sit lectio *Sp. Furius sive Fusius. Fusios Furios Fabius et quidam scripsere.* Nam et vetus codex *Fabius* habet. SABELL. Sic ille, si Livium credibile eſt ſcripſiſſe ea, quae ne ipſe quidem, si ad ſuperos revocari possit, valeat interpretari. Sed videat lector, (nam conjectura ſaepe agimus) ne emendatior veriorque sit lectio *Postumius Albinus, Sp. Furius sive Fusius. Fusios Furios Fabius et quidam scripsere.* ut de Fabio Pictore intelligas, qui rerum Romanarum vetuſtiſſimus (ut Dionysius aït) fuit ſcriptor. Cui ſane opinioni Fabii Quintiliani verba aliquid omnino fidei adjiciunt. *Valesii*, inquit [l. 1. Inſtit. 4.] *et Fusii in Vulerios Furiosque venerunt.* In *Fubiis* eam mutationem factam, nec ille, nec (quod ſciam) alius prodidit quisquam. SABELL. *A. Posthumius* legendum, ut patet ex Dionysio [l. 9. p. 619.] atque adeo paullo poſt ex ipſo Livio [c. 5.] ubi refert, quot conſul hoſtium ceciderit. Praeterea *Posthumius* nomen mihi videtur, non praenomen, ut in eo, qui conſul fuit anno ab urbe condita CCLIII. [2, 18, 1.] et CCLXI. [2, 33, 3.] omiſſum *C.* videtur, ut habent quidam libri. Quod item ſuſpicor in conſule Poſthumio anni CCCXIII. [4, 11, 1.] Quidam *Posthumum* triſyllabum aliud putant, aliud *Posthumium* tetraſyllabum. GLAR. Legendum *A. Postumius Albus, Sp. Furius Fusus.* Praetermiſſum eſt enim pronomen prioris conſulis, quod et apud Dionyſium eſt [l. 9. p. 619.] et in Capitolinis conſulibus, et ab ipſo infra affertur [c. 5.] Veteres autem libri in poſteriore conſule habent *Sp. Furius Fuscus* mendoſe, pro *Fusus*, quod fuit Furiorum cognomen, ut *Julus* Juliorum. Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi poteſt. SIGON. Cognomen *Fusius* mendoſum eſt. idque exiſtimo inde proveniſſe, quod Furios *Fusios* a quibusdam nominari adjiciat Livius. Quapropter ita legendus videtur hic locus: *Consules inde A Postumius Albus, Sp. Furius Fusus. Furios, Fusios scripsere quidum; id admoneo, ne quis immutationem ipsorum virorum*

aliquoties per omnem hoſtium agrum infeſto agmine populabundus iſſet, cum ingenti laude praedaque Romam rediit.

IV. Conſules inde A. Poſtumius Albus, Sp. Fu- 1

esse, quae nominum est, putet. Hinc cognomen *Fusus* quidam auferendum, alii in *Fusius* mutandum cenſuere, non intelligentes, de ipſo gentis nomine loqui Livium, non cognomine. *Furios* scilicet ab aliquibus *Fusios* vocari. Vetus exemplar Aldinum, quod habeo, genuinae lectionis veſtigia quaedam habere videtur, in quo sic legimus, licet mendoſe: *Consules inde Postumius Albus, Sp. Furius Fusius. Fusios Furios Fabius scripsere quidam; id moneo, ne quis* etc. Palam eſt, Poſtumii praenomen hic periiſſe, et Furii cognomen corruptum eſſe librariorum imperitia. Quid si ita corrigamus reliqua, quae ſequuntur, litteris paucis tantum immutatis? *Fusios Furios Fabius scripsit. Equidem id admoneo, ne quis* etc. non male, meo judicio, nisi me fallit imperitia. PIGHIUS in Annal. ad ann. CCLXXXIX. p. 121. Palat. pr. ac tertius *Consules inde Postumius Albus, Spurius Furius Fuscus. Furios Fusios Fabios scripsere quidam.* Ex qua ſecit Sabellicus admodum, ut putat, emendate, *Postumius Albinus, Spurius Furius. Fusios Furios Fabius et quidam scripsere.* Palat. sec. *Postumius Albius, Spurius Furius Fuscus. Furios Fusios scripsere quidam.* Veterum edd. lectiones parco adnotare. GEBH. Pighius ad A.V. CCLXXXIX. adnotat in Aldina, *Fusios Furios Fabius scripsere quidam, id admoneo;* et ex ea ſcriptura legendum conjicit: *Fusios Furios Fabius scripsit. Equidem id admoneo.* Non dubium eſt, quin *Fabius* ex interpretatione, in margine ad vocem *quidam* adſcripta, sit. Nec ſcio, quid sibi velit Palmerius in Spicilegio p. 789. Tom. IV. Facis Gruteri, Livium putaſſe, auctores veteres in hac re variaſſe, quum conſtet, eosdem eſſe *Fusios*, qui *Furii* sunt. Nam id ipſum dicit Livius, et non aliam mutationem aut diverſitatem in his nominibus eſſe, quam unius literae; ut in *Vetusius* et *Veturius* c. 8. DUKER. *Consules deinde* habet Fragm. Hav. a m. 1. Utraque vocula *deinde* et *inde* in proponendis novi anni conſulibus Livium uſum fuiſſe ſupra diximus ad l. 2. partim ad c. 16, 1. partim ad c. 49, 9. Servandum itaque τὸ *inde*, quoniam in id conſpirant reliqui codd. Praeterea prioris conſulis praenomen *Aulus* non adparet in Voſſ. 1. Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Gaertner. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Exſulare etiam ab Oxon. B. L. 2. et N. teſtis eſt Cl. Hearnius. Recte tamen Glareanus et Sigonius ex Dionys. Faſtis Capitolinis, et Livio addendum monuerunt, quibus conſentit Voſſ. 2. Ejusdem autem conſulis cognomen non *Albinus* eſt, ut Sabellicus volebat, ſed *Albus*, ut ex iisdem Faſtis et Dion. patet. Cui accedit, Pighium teſtari in Annal. ad ann. CCLXXXVII. p. 120. diu poſtea demum cognomen Poſtumiae gentis *Albus* mutari coepiſſe in *Albinus*, ut facile ex Romanis faſtis colligitur. Similiter nempe M. Valerius, qui auxilio corvi Gallum provocatorem proelio singulari devicit, *Corvus*, ejus autem poſteri *Corvini* adpellati sunt. V. Sigonium

rius Fuſus. Furios Fusios ſcripſere quidam; id ad-
moneo, ne quis immutationem virorum ipſorum eſſe,
2 quae nominum eſt, putet. Haud dubium erat,
quin cum Aequis alter conſulum bellum gereret.
Itaque Aequi ab Ecetranis Volscis praeſidium pe-

ad Liv. 7, 26, 12. *Albius* male cognominatur in Harlej. 2. et Haverk. *Consules inde an Postumius Albus* Florent. Inſuper *Sp. Furius Fuscus. Furios Fusios Furios scripsere quidum* habet Lipsiens. *Sp. Furior Fuscos. Furios Fusius Fubios scripserunt quidam* Gaertn. *Sp. Furius Fuscus. Furios Fusios Fabios scripsere quidam* Klockian. Voss. ambo, et Leid. 1. [Veith. nisi quod in hoc *scripserunt.*] *Sp. Furius Fuscus. Furios Fabios Fusios scripsere quidam* Leid. 2. *Sp. Furius Fuscus. Furios Fuscos Fabios scripsere quidam* Portug. a m. 1. ubi vocem *Fabios* manus altera delevit. *Sp. Furius Fusus. Furios Fusios Fabios scripsere quidam* Harlej. 1. *Sp. Furius Fuscus. Furius Fusius Fabius scripsere quidam* Fragm. Hav. *Sp. Furius Fuscus. Furios Fusios scripsere quidam* Harlej. 2. et Haverk. *Sp. Furius Fuscus. Furius Fusius Fabio scripsere.* Florent. Similis fere lectionum varietas in Oxoniensibus obvia eſt. Teſtatur enim Hearne, τὸ *Furius* omitti in cod. C. *Fuscus*, pro *Fusus*, reperiri in B. et N. Vocem *Fabios* poſt vocem *Fusios* interjectam eſſe in cod. C. Primae edd. eam lectionem praeferunt, quae notae Sabellici praeſcribitur. Poſtea ſecutarum quaedam conjecturam Sabellici receperunt, quaedam id in ea mutarunt, ut vocem *sive* omitterent. Hinc Aſcenſius anno 1510. vulgavit *Sp. Furius. Fusios Furios et Fabios scripsere quidam*, omiſſa etiam voce *Fusius*. in margine autem monet, videndum eſſe, ne *Fabius ut quidam scripsere* legendum sit. ex quo ſenſum commodum non elicio. Sed sine dubio in animo habuit partem conjecturae Sabellici, et aberratione operarum ibi *ut* pro *et* datum eſt. Eadem tamen admonitio non modo ab Ascensio repetita eſt in margine editionum, quae triennio et ſexennio poſtea prodierunt, ſed etiam in Parisina anni 1529. repetito in omnibus illis eodem typographorum errore, quamvis ibi in contextum receptum sit *Sp. Furius. Fusios Furios Fabius et quidam scripsere.* Unde evenerat, ut admonitio illa marginalis omittenda foret. Aldus deinde, qui *Sp. Furius Fusius. Furios Fusios Fabios scripsere quidam* cum primis edd. in contextu expreſſit, mox in erratis emendari juſſit *Sp. Furius. Furios Fusios scripsere quidum.* Id poſtea Frobenius recepit, ejusque exemplo reliqui usque ad Sigonium, qui primus procudit eam lectionem, quae nunc vulgo exſtat. Et eam quoque omnium veroſimillimam puto. Ceterum Livius his verbis indicat, eos, qui antea *Fusii* dicebantur, poſtea *Furios* dictos eſſe. Olim enim litera *R.* in nullo vel parciſſimo uſu erat apud Romanos, ejusque loco adhibebatur litera *S.* Cui rei probandae Klockius ad marginem Livii adſcripſit loca Feſti in v. *Arbosem.* in v. *Aureliam.* in v. *Helus.* et in v. *R.* pro *S.* Cic. 9. ad Fam. Ep. 21. Quinctil. 1, 6. [nunc c. 4.] Pompon. l. 2. §. 36. ff. de O. J. et Liv. hoc lib. c. 8.

tiere. quo cupide oblato, (adeo civitates hae perpetuo in Romanos odio certavere) bellum summa vi parabatur. Sentiunt Hernici, et praedicunt Ro- 3
manis, Ecetranum ad Aequos desciffe. fufpecta et colonia Antium fuit, quod magna vis hominum

Id admoneo, ne quis inmutationem virorum ipsorum esse, quae nominum est, putet] *id amoneo* Gaertn. et Florent. Solent ubique verba cum praepositionibus *a* et *ad* composita commisceri. V. infra ad 40, 55, 5. (* 5, 46, 6. 8, 28, 3.) *virorum ipsorum immutationem* Voff. 1. et Leid. 2. *ipsorum* deeft in Lipfiens. Deinde *quae virorum est* Leid. 2. *quae nominum esse* Haverkamp. [Veith.]

§. 2. *Quin cum Aequis alter consulum bellum gereret*] Palat. tertius, *quin cum Aequis novum alter consulum bellum gereret.* GEBH. *quin novum Aequis alter consulum bellum gereret* Harlej. 2. et Lipsiens. *quin novum cum Aequis* Haverk. *qui novum cum Aequis* Gaertn. Sed vocem *novum* reliqui omnes excludunt, qua etiam facile ac fine damno fententiae carere poffumus. Quin et τὸ *bellum* exfulat a Leid. 2. Verum et hoc perperam.

Ab Ecetranis Volscis praesidium petiere] *Eteranis* Voff. 1. et Leid. 2. in contextu. *Aecetranis* Leid. 1. et Harlej. 1. *Aceteranis* Voff. 2. et Gaertn. *Acederanis* Harlej. 2. *Ceteranis* Portug. et Lipsiens. *Cetranis* Haverk. *Eceteranis* Fragm. Hav. et Leid. 2. in marg. *Ecectranis* Florent. Et eodem modo iidem codd. mox §. seq. hanc vocem fcriptam exhibent, nisi quod tum *Acetranum* praeferat Leid. 1. *Eteranium* Leid. 2. *Acceteranum* Portug. et *Aceterarium* Lipsiens. V. fupra ad 2, 25, 6. Paullo ante voces *Itaque Aequi* male omittuntur in Gaertn.

Quo cupide oblato] Palat. pr. *ablato*, hoc eft, impetrato et abducto. GEBH. *ublato* etiam Voff. 2. quod tamen non a Livii manu profectum, fed ex fcribarum errore natum puto, qui passim *ob* et *ab* in compositis confuderunt. (* ita 8, 16, 8.) V. fupra ad 2, 37, 9.

Adeo civitates hae perpetuo in Romanos odio certavere] In Archetypo legitur *adeo civitates eae perpetuo.* RHEN. Campanus elidit *civitates eae*, ut diu poft illum indicavit Rhenanus. ad quod alludit Palat. tert. *civitates e perpetuo.* Primus vero *civitates haec.* Legendum *haece*, ut et fupra monui. GEBH. *civitates oe*, omiffa adfpiratione, pro *hae*, Leid. 1. *civitates ee* Fragm. Hav. *civitatus hee* Gaertn. *civitates haec* Harlej. 1. Vox *hae* omittitur in Portug. [Veith.] V. fupra ad 2, 44, 12. Mox *bellum summa vi imperabatur* Voff. 2. *parabantur* Harlej. 1.

§. 3. *Ecetranum ad Aequos descisse*] Ecetram coloniam fuiffe, intelligitur e Dionysio 6, 32. DUKER. Vide modo notata ad §. praec. *ad Aequos desisse* eft in Portug. Lipsiens. et Harlej. 2. Ita alibi etiam erratur in fcriptis. V. infra ad 30, 3, 5. Mox *magna vis hominum in*, pro *in* sive *inde*, Lipsiens. V. infra ad 10, 20, 6. Deinde *capitum*, pro *captum*, idem Lipsiens.

inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. isque miles per bellum Aequicum vel acer-
4 rimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte jam infidos colonos Romanis abalienavit.
5 Necdum matura re, quum defectionem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus, ut, principibus coloniae Romam excitis, quae-
6 rerent, quidnam rei esset. qui quum haud gra-

Isque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit] *Aequitum*, vel *Equitum* Leid. 2. Haverk. Lipsiens. Gaertn. et quaedam ex priscis edd. *Aequitium* Harlej. 2. *Aequi tum* Portug. a m. 1. *Equis tum* Fragm. Hav. a m. 2. [*Aequis tum* Veith.] Sed vulgatum rectum est. V. Gronov. supra ad 2, 58, 3.

§. 4. *Ea multitudo dilapsa*] Prima vocula non adparet in priscis, quas vidi, edd. quae tamen necessaria est, ut indicetur non in genere multitudo Aequorum, sed Antiatum, quorum magna vis ad Volscos confugerat. Recte igitur Aldus *τὸ ea* adjecit, quod etiam servant codd. scripti.

§. 5. *Necdum matura re, quum defectionem parari*] *Necdum t matura re* Gaertn. *Nec tum matura re* Portug. *Necdum maturam rem* Voss. 2. [Veith.] *Necdum maturare* Leid. 2. et Hav. Deinde *tamen defectione parari* Lipsiens. Pro *quum*, sive *cum*, scriptum fuerat *cū*; id primo mutatum est in *tū*, deinde in *tñ*, sive *tamen*. Qui error praesertim in hoc cod. frequens est. Mox verbis sequentibus *datum negotium consulibus est*, alio vocabulorum ordine recepto, Haverk. *datum negotium ēet* (id est *esset*) *consulibus* Gaertn.

Quaererent, quidnam rei esset] Vetus lectio *quid rei esset*, absque parelco *nam*. RHEN. *quidnam rei esset* edidit Andreas. At post eum Campanus, quemadmodum habetur in Pall. primo ac tertio, *quid rei esset*. Sed sec. *qui rei essent*. GEBH. Borb. Flor. duo Pall. et Voss. Rott. Chisl. Helm. *quid rei esset*, ut Campanus edidit. Pal. tertius *qui rei essent*. Videtur scribendum *quid id rei esset*. J. FR. GRON. *quid rei esset*, ut Florent. etiam omnes nostri, virorum doctorum cura inspectis codicibus consentientes, nisi quod voces *datum negotium* etc. *quidnam rei esset* desint in Lipsiens. ob repetitionem *τοῦ esset*. V. ad 9, 11, 11. *quid rei esset* praefert etiam Hearnii Oxon. N. [Veith.] Pro quo si cum Gronov. legendum est *quid id rei esset*, censendum est, voculam *id* interceptam esse ab ultimis literis praecedentis *quid*. 1, 48, 1. *Quid hoc inquit, Tarquini, rei est*. Infra hoc lib. c. 17, 1. *Quid hoc rei est, inquit, tribuni?* c. 48, 4. *Sinas hic coram virgine nutricem percontari, quid hoc rei sit*. Alibi *quidnam id rei est*, *quidnam id est*, *quisnam is est* Livius dixit. V. infra ad lib. 5, 15, 5. (* simpliciter *quid rei est*, habet 25, 10, 1.) Cl. Ant. Perizonius, qui ad mar-

vati venissent, introducti a consulibus ad senatum ita responderunt ad interrogata, ut magis suspecti, quam venerant, dimitterentur. Bellum inde haud
dubium haberi. Sp. Furius, consulum alter, cui 7
ea provincia evenerat, profectus in Aequos, Hernicorum in agro populabundum hostem invenit; ignarusque multitudinis, quia nusquam universa conspecta fuerat, inparem copiis exercitum temere pugnae
commisit. primo concursu pulsus se in castra rece- 8

ginem Livii, quo uti solebat, adscripsit, nulla mutatione opus esse, non videtur ad scripturam codicum, quos Gronovius memoravit, adtendisse. Nullus enim eorum editam lectionem tuetur. In verbis praecedentibus *et principibus*, pro *ut*, habet Portug. *ut principibus* Harlej. 2. (* v. ad 6, 5, 6.) [*coloniae Romanae* Veith.] Tum *Romam accitis* Gaertn. *Accitus* et *Excitus* commutari, infra videbimus ad 38, 32, 3. Vulgatum hic longe praestat. *Romam excitis*, nempe ex patria. Est autem eodem modo dictum, quo *evocare ad colloquium*, de quo v. ad 4, 10, 1. *emittere in hostem*, de quo v. ad 28, 14, 11. *avolare Romam*, de quo v. ad 1, 57, 8. et contra *adflantur e floribus*, nempe ad nares, apud Cic. de Senect. 17. *Quum autem admiraretur Lysander et proceritatem arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum, qui adflarentur e floribus.*

§. 6. *Qui quum haud gravate venissent*] Vet. lib. *gravatim*. Utrumque recte. SIG. Pall. pr. ac tert. *gravati*. sec. *gravatim*. GEBH. *cum aut gravate* Florent. *gravatim* Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. *gratuata* Leid. 1. *gravati* Voss. ambo, Leid. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. C. et N. Fateor, utrumque *gravatim* et *gravate* recte dici, et Livio etiam usurpari. Prius quidem 1, 2, 3. *Haud gravatim socia arma Rutulis junxit*. alterum 21, 24, 5. *Reguli Gallorum, castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Poenum venerunt*. 42, 43, 2. *Ad id quum necessaria petitio induciarum videretur, cuperetque Marcius, neque aliud colloquio petisset, gravate et in magnam gratiam petentis concessit*. Si itaque alterutrum hic recipiendum erit, τὸ *gravatim* vix placere poterit, quod tantum in pejoris notae codicibus reperiatur. Malim tamen *gravati*, adjectivo loco adverbii posito. V. supra ad 2, 35, 3. Mox *introducti ad consulibus ad senatum* Leid. 1. quare legendum videtur *ab consulibus*. Deinde *dimitterent*, pro *dimitterentur*, Lipsiens. Qui error in scriptis frequens est. V. ad 10, 10, 1. Insuper *Bellum haud dubium haberi*, omisso τῷ *inde*, idem Lipsiens.

§. 7. *Cui ea provincia evenerat*] *cui ea evenerat provincia* Voss. 1. *cui ea venerat provincia* Leid. 2. Nihil muto. Saepe *venire* et *evenire* commutantur. V. infra ad 9, 12, 1. Ceterum paullo ante *Spurium Furium*, pro *Sp. Furius*, Lips.

pit. neque is finis periculi fuit. namque et proxima nocte et postero die tanta vi castra sunt circumsessa atque obpugnata, ut ne nuncius quidem inde
9 mitti Romam posset. Hernici, et male pugnatum, et consulem exercitumque obsideri, nunciaverunt. tantumque terrorem incussere Patribus, ut (quae

Hernicorum in agro populabundum hostem invenit] Palat. sec. *Hernicorum in agro late populabundum hostem invenit.* Mihi tanti non videtur, ut consideratione longiore immorer. GEBH. Palat. secundo Gebhardi saepissime consentiens Haverk. hic etiam τὸ *late* interponit, quod reliqui omnes ignorant. Quare ὑποβολιμαῖον et a mala manu profectum censeo. [*conspecta fuerant* Veith.]

§. 8. *Primo concursu pulsus se in castra recepit*] Scribe *se intra castra recepit.* RHEN. Quod vult Rhenanus *pulsus se intra castra recepit*, reclamantibus conatur omnibus libris, et scriptis et impressis. GEBH. *se in castra ibi recepit* Gaertn. *sese in castra recepit* Harlej. 1 *sese intra castra recepit* Voss. 1. et Leid. 2. *se intra castra recepit* Florent. Leid. 1. et Fragm. Hav. Reclamantibus igitur Gebhardi Palatinis tantum, non omnibus codicibus, ita scribi jussit Rhenanus. (* v. ad 7, 11, 10.) Voces *primo concursu* negligentia librarii omittuntur in Haverk.

Neque is finis periculi fuit] Palat. sec. ac tert. *neque ibi finis.* GEBH. *neque his finis* Portug. *neque ibi finis* Lipsiens. et Haverk. *neque is ibi finis* Harlej. 2. utramque jungens lectionem, ut saepe librarii soliti fuerunt. V. ad 3, 44, 4. *neque enim ibi finis* Gaertn. Nihil muto. V. ad 1, 44, 2.

Namque et proxima nocte et postero die] *Nam quia et proxima* Portug. qui error profluxit ex similitudine notarum, quibus voculae *que* et *quia* scribi solent. V. infra ad 5, 29, 3. *et postera nocte et proximo die* Lipsiens. et Haverk. Mox *circumsessa et oppugnata* Harlej. 2. et Haverk. *circumcussa et oppugnata* Lipsiens. Tum *Romam mitti*, vocibus transpositis, iidem tres codd. cum vetustissimis editt. quas vidi. Primus Aldus *mitti Romam* dedit, cui consentiunt reliqui codd. nostri.

§. 9. *Postumio alteri consulum negotium daretur*] *alteri consuli* Harlej. 2. et Haverk. dissentientibus reliquis codd. quibus fidem habeo. V. infra ad 9, 32, 2. Paullo ante *tantum terrorem*, pro *tantumque terrorem*, est in Portug. ante *obsideri nunciarunt* Florent. m. 1. [mox *ut forma* Veith.]

Negotium daretur, videret, ne quid respublica detrimenti caperet] *negotium daretur, videre* Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Portug. Haverk. a m. 2. et Fragment. Hav. quae lectio, tot codicibus, et inter eos optimis, firmata, displicere nequit. *daretur negotium videre*, pro *negotium videndi*, eodem modo dictum est, quo saepe Livius vocibus *tempus*, *consilium*, similibusque infinitivum subjunxit. Infra 6, 18, 12. *Tempus est, etiam majora conari.* 21, 54, 2. *Nunc corpora curare tempus est.* 30, 4, 5. *Tem-*

forma ſenatusconſulti ultimae ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſtumio alteri conſulum negotium daretur, *Videre, ne quid respublica detrimenti caperet.* Ipſum conſulem Romae manere ad conſcribendos omnes, qui arma ferre poſſent, optimum viſum eſt; pro conſule T. Quinctium ſubſidio caſtris cum

pus esse, aut pacem componi, aut bellum naviter geri. 44, 11, 6. *Consilium igitur cepit, transfosso pariete iter in urbem patefacere.* Similiter Juſtin. 12, 7. in fine. *Captus itaque cupidine Herculis acta superare.* Apud poëtas nihil eſt frequentius. Terent. in Andr. 1, 1, 28.

Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Ut animum ad aliquod studium adjungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos.

Ovid. Ep. 1. Heroïd. 109.

Nec mihi sunt vires inimicos pellere tectis.

Epiſt. 5, 64.

Et mihi per fluctus inpetus ire fuit.

Lib. 1. Faſtor. 30.

Curaque finitimos vincere major erat.

V. Markland. ad Statii 1. Silv. 4, 61. Vel locutio *negotium daretur videre*, pro *ut videret*, similiter formata erit, atque illa *hortor petere*, de qua v. infra ad 37, 49, 1. Infra hoc lib. c. 44, 5. unus codex exhibet, *M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem adsereret, neque cedere secundum libertatem postulantibus vindicias.* ubi vide. Praeterea inverſo ordine *ne quid detrimenti respublica caperet* edd. Aldina antiquiores, ſed invitis omnibus codd. V. tamen Cl. Cortium ad Salluſt. Catilin. 29, 2. *ne quid respublica detrimentum caperet* Haverk. *ne quid respublica detrimenti ea caperet* Voſſ. 2. Sed reliquorum codd. conſenſus nihil mutandum indicat. Ceterum primum hoc eſt exemplum in republica Romana iſtius ſenatusconſulti, qualia deinde plura facta ſunt. Plutarch. tamen in vitis Gracchor. p. 843. indicare videtur, primum fuiſſe Opimium, qui tali ſenatusconſulto dictatoriam poteſtatem accepit. Verba ſunt: *Οὗτος μέντοι πρῶτος ἐξουσίᾳ δικτάτωρος ἐν ὑπατείᾳ χρησάμενος, καὶ κατακρίνας ἀκρίτους ἐπὶ τρισχιλίοις πολίταις Γάϊον Γράκχον καὶ Φούλβιον Φλάκκον.* Utroque loco obſervato Manut. de Senat. Rom. p. 928. Plutarchum ab errore tueri conatur dicendo, primum Opimium fuiſſe, cui adverſus cives poteſtas dictatoria data sit, eaque ita uſum fuiſſe, ut non modo C. Sempronium Gracchum tribunum plebis et Q. Fulvium Flaccum conſularem, ſeditionis auctores, ſed omnino ad tria millia civium occiderit. Quod verum eſt. Non enim simpliciter Plut. dicit, primum fuiſſe Opimium, qui Dictatoriam poteſtatem in conſulatu *acceperit*, ſed ea *usus sit*, et *indicta caussa damnaverit* cives.

§. 10. *Proconsulem T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti*] Vet. lib. *pro consule.* Proconſulatus autem non eſt magiſtratus, ſed imperium, quod aut extra ordinem privato datum eſt, ut hoc loco

11 sociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini, Hernicique, et colonia Antium dare Quinctio subitarios milites (ita tum repentina auxilia adpellabant) jussi.

1 V. Multi per eos dies motus multique inpetus hinc atque illinc facti, quia, superante multitudine, hostes carpere multifariam vires Romanas, ut non
2 subfecturas ad omnia, adgressi sunt. simul castra obpugnabantur, simul pars exercitus ad populan-

T. Quinctio, aut ex consulatu prorogatum est, ut Q. Publilio Philoni, de quo Livius postea l. 8, [23, 12.] ita: *Actum cum tribunis plebis est, ad populum ferrent, ut, cum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret.* Et paullo post [c. 26, 7.] *Duo singularia haec ei viro contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.* In Capitolinis etiam triumphis Q. Publilius Philo *primus pro consule* fuisse traditur. SIG. Ut monuit Sigonius, ita duo Pall. sec. ac tertius *Pro consule T. Quintium.* GEBH. Melius hic Sigonius, quam 3. de Ant. Jur. Prov. 14. Quinctium non ex omnino privato, sed ex consule, castris subsidio missum. Nam Quinctius simul consulatu abierat, privatus erat, et jam aliquantum temporis inter consulatum depositum et imperium in exercitum ei datum intercesserat. Et sic Fabius, qui superiore anno consul fuerat, Minucio consuli successor in Algidum missus est infra c. 29, 7. Nec hi dici possunt ita e consulatu missi, ut illi, quibus imperium e consulatu prorogabatur. DUK. Plerique etiam codd. nostri vel ambigue *pro cons. T. Quintium* habent, ut praesertim Blockian. Leid. 1. et Fragm. Hav. vel *pro consule T. Quintium.* Sed *consule T. Quintium* est in Haverk. *proconsulem et T. Quintium* in Portug. *proconsulem T. Quintium* in Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. quam scripturam etiam Hearne invenit in Oxon. L. 1. et N. Eamdem scripturam variis Livii locis viri docti infra ex auctoritate Mstorum restituerunt. Vide, quae notantur ad 23, 30. 19. Praefert tamen Paull. Manut. ad Cic. 1. ad Famil. Ep. 1. scripturam *proconsul* prae altera *pro consule.* Illo enim veteres, hoc recentiores uti solitos fuisse, auctore Augustino lib. de Gramm. p. 1975. ed. Putsch. et Prisc. l. 2. p. 576. Quibus addi potest Cledonius Grammat. p. 1864. Verius tamen videtur, utrumque commode dici posse. Certe, *pro consule* etiam optimo tempore dictum fuisse, evincunt Fasti Triumph. Capit. Quamvis enim in illis contracte *PRO. COS.* scribatur, interpositum tamen punctum ostendit, eo tempore pro duabus vocibus illud habitum, adeoque dictum fuisse *Q. Publilius pro consule, Q. Fabius pro consule.* V. ad ann. CDXXVII. CDXLIV. et alibi. Similiter etiam postea dictum fuisse, constat ex Rutil. 1. Itiner. 173.

Rexerat ante puer populos
pro consule Poenos.

dum agrum Romanum miſſa, urbemque ipſam, si
qua fortuna daret, tentandam. L. Valerius ad prae- 3
sidium urbis relictus; conſul Poſtumius ad arcen-
das populationes finium miſſus. Nihil remiſſum ab 4
ulla parte curae aut laboris: vigiliae in urbe, ſta-
tiones ante portas, praeſidiaque in muris diſpoſita,
et, quod neceſſe erat in tanto tumultu, juſtitium
per aliquot dies ſervatum. Interim in caſtris Furius 5
conſul, quum primo quietus obſidionem paſſus eſſet,

Ubi videndi viri docti. Praeterea *subsidium castris cum sociali exercitu mitti* Fragm. Hav. Sed reliqui codd. in vulgatum conſpirant. Quare nihil muto. *subsidio mittere*, ut *subsidio venire*, *subsidio ire*. Supra 2, 48, 5. *Actumque de exercitu foret, ni K. Fabius in tempore subsidio venisset.* c. 53, 2. *Pars Sabinis eunt subsidio, pars Romanos adoriuntur.*

§. 11. *Dare Quinctio subitarios milites jussi*] *visi* Leid. 2. et Lipsiens. sollemni librariorum errore. V. infra ad 9, 24, 4. *missi* Haverk. quae et ipsae voces ſaepe in codd. antiquis confunduntur. V. Cel. Burm. ad Petron. Satyr. 123. et quae ſupra notantur ad 2, 49, 2. (* infra ad 9, 43, 2.) Mox verbis ſequentibus *ita tamen repentina*, pro *ita tum*, Lipſiens. V. infra ad Liv. 22, 17, 5.

§. 1. *Multique inpetus hinc atque illinc facti*] *multi inpetus*, omiſſa copula, Gaertn. Tum *acti* Fragm. Hav. Saepius hunc errorem commiſerunt librarii, ut voces *factus* et *actus* in Mſtis confundant. V. infra ad 6, 28, 2.

Superante multitudine] *superante in multitudine* Lipſiens. quod accipi poſſet pro *in superante multitudine*, ut *infestis in hastis* ſupra 2, 19, 8. Verius tamen puto, τὸ *in* natum eſſe ex initiali litera *m* vocis ſequentis. V. ad 2, 31, 6. De locutione *superante multitudine* v. infra ad 5, 38, 4.

Carpere multifariam vires Romanas] *cupere* Voſſ. 2. Leid. 2. et edd. principes multae. Sed recte reliqui codd. vulgatum defendunt. *carpere vires Romanas* dicuntur, qui Romanos variis locis adgrediuntur, et ita efficiunt, ut copias dividere neceſſe habeant, eo animo, ut deinde tanto facilius diſtractas ſuperent. Liv. 26, 38, 2. *Nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum.* Senec. 2. Nat. Quaeſt. 13. *Totum potest excidere, quod potest carpi.* ubi v. Gronov. Solent vero voces *capere* et *carpere* paſſim culpa ſcribarum commutari. V. infra ad 6, 32, 11. *urbem ipsam* §. 2. Florent. [*tentanda* Veith.]

§. 3. *Ad praesidium urbis relictus*] *urbi* Lipſiens. quod eodem modo dictum videri poteſt, quo *praesidium libertati* obcurrit infra hoc lib. c. 45, 2. *Ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec caussis, nec personis variet.* Verum unius cod. teſtimonium vulgatae ſcripturae

in incautum hoſtem decumana porta erupit, et,
quum perſequi poſſet, metu ſubſtitit, ne qua, ex
6 parte altera, in caſtra vis fieret. Furium legatum
(frater idem conſulis erat) longius extulit curſus: nec ſuos ille redeuntes, perſequendi ſtudio,

mutandae non ſatis idoneum eſſe videtur. [§. 4. *curiae* pro *curae*, et mox *vigiliaeque*, denique *stationes autem portas* Veith.]

§. 5. *In incautum hostem porta decumana erupit*] In volumine Borbetomagenſi legitur *in cautum hostem*. nec diſplicet lectio. Praecedit enim, tanta vi caſtra circumſeſſa atque oppugnata fuiſſe, ut ne nuncius quidem Romam mitti potuerit. Non itaque Furius hoſtes eſt adortus, tamquam parum cautos, ſed quia copiae illorum propter obſidionem diviſae erant, ſuae vero collectae. RHEN. *in incautum hostem decumana porta erupit* edidit Andreas, neque aliter Palat. ſec. niſi quod quoque *erumpit*. Pall. reliqui duo, et ed. Campan. ut Rhenani codex, *in cautum hostem decumana porta erupit*. *Cauti hostes* ſunt intenti. Mox, *Is intentos in castra Romana Aequos, legatique caput ferociter ostentantes ab tergo adortus*. dixerat quippe cap. 4. *Namque et proxima nocte et postero die tanta vi castra sunt circumsessa, atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam posset*. GEBH. *iniri cautum hostem* Gaertn. *in cautum hostem*, vel *incautum hostem*, apud me etiam Voſſ. 1. Leid. ambo, Lipſiens. et Portug. Praeſtare tamen videtur vulgata ſcriptura. Quia Furius primo in caſtris quietus obſidionem paſſus erat, non timebant hoſtes, ne in obſidentes erumperet; ideoque, quod ad vim, ſi qua forte ex caſtris inferretur, repellendam, incautius agebant, licet forte diligenter operam darent, ac caverent, ne nuncius Romam mitti poſſet: quod nec ipſum tamen neceſſario ſequitur ex narratione Liviana, qui refert tantum, *proxima nocte et postero die* tanta vi caſtra circumſeſſa et obpugnata fuiſſe, ut nuncius Romam mitti nequiverit. Eruptionem vero poſt proximam noctem et poſterum diem factam eſſe, ex initio hujus capitis, ac verbis *per eos dies*, ut et aliunde ſatis colligi poteſt. In codicibus itaque, qui *incautum hostem* praeferunt, τὸ *in* excidit, quod vox ſequens ab eadem ſyllaba incipiat. V. infra ad 8, 33, 6. [Initio *Interim castris* Veith.]

Quum persequi posset, metu subsistit] Lectio haec per recentiores edd. propagata eſt ex Baſileenſi Curionis. Omnes autem priores vulgarunt *substitit*, quod etiam ſupereſt in codd. quibus uſus ſum, et Hearne invenit in Oxon. B. L. 1. et 2. Recte igitur Cl. Clericus eamdem lectionem revocavit. quod tamen qua auctoritate a ſe factum ſit, lectorem monere ne dignatus quidem eſt. Mox τὸ *altera* deeſt in vetuſtis edd. at idem ſupereſt in omnibus noſtris codd. Recte itaque Aldus in contextum recepit. [*metu substitutus ne qua parte* Veith. qui mox §. 6. *legatum* omittit.]

§. 6. *Nec suos ille redeuntes, persequendi studio, neque hostium ab tergo incursum vidit*] *non suos ille* Voſſ. 1. a m. 1. Sed *nec*, pro *non*, poſtea inter ver-

neque hoſtium ab tergo incurſum vidit. ita exclu-
sus, multis ſaepe fruſtra conatibus captis, ut viam
sibi ad caſtra faceret, acriter dimicans cecidit. Et 7
conſul, nuncio circumventi fratris converſus ad pu-
gnam, dum se temere magis, quam satis caute, in me-

ſus adſcriptum fuit. *Tò ille* non adparet in Voſſ. 2. Deinde *nec hostium ab tergo* Leid. 2. et Lipſiens. quorum librariis ita ſcribendi cauſſa fuiſſe videtur, quod vocula *nec* modo praeceſſerit, poſt quam non recte *τὸ neque* inferri poſſe exiſtimabant. Sed male. V. infra ad 9, 9, 14. Denique *a tergo* Voſſ. 1. Gaertn. et Portug. cum priscis edd. pro quo Aldus *ab tergo* repoſuit, conſentientibus reliquis, quibus utor, codicibus.

Frustra conatibus captis, ut viam sibi ad castra faceret] Prima vox exſulat a Voſſ. 1. et Leid. 2. Deinde *τὸ sibi* non adparet in Leid. 2. Paullo ante vero *exclusum*, pro *exclusus*, Lipsiens. *faceret, et acriter dimicans Florent.*

§. 7. *Conversus ad pugnam, dum se temere*] *conversus ad pugnam se temere* Gaertn. omiſſa voce *dum*, quam alii praecedenti jungunt. nam *conversus ad pugnandum, se temere* habent Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Lipſiens. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] cum priscis excusis. Frobenius demum anno 1531. divisis vocibus edidit *ad pugnam, dum se temere.* quod in reliquis codd. ſuperfuiſſe videtur. Quum olim voces unico contextu ſcriptae, et literae *n* atque *m* ſupraſcripta virgula notatae fuerint, utrum *pugnā-dū* reddi debuerit *pugnandum*, an *pugnam dum*, non nisi ex ſenſu patere potuit, quem adſequi indoctis librariis difficile fuit.

Temere magis, quam caute, in mediam dimicationem infert] Palat. pr. *se temere magis, quam satis caute, dimicationi infert.* sec. ut et edd. antiquae, *dum se temere magis, quam satis caute, in mediam dimicationem infert.* At tertius, *quam satis caute, in mediam dimicationem fert.* quam lectionem probo maxime. GEBH. MSS. et vett. edd. ne Gryphio quidem excepto, *temere magis, quam satis caute.* rotundiore, ut videtur, dictione et praegnantiore sententia. J. FR. GRON. Vocem *satis* servant etiam omnes noſtri codd. et Florent. Eam primus editorum expunxerat Curio, quem ceteri secuti sunt usque ad Gronovium, a quo reposita eſt. Cetorum *temere magū* habet Lipsiens.

In mediam dimicationem infert] Flor. *in medio dimicationis.* Forte *in medium dimicationis.* 2, 56. *Ad ultimum dimicationis rem venturam.* J. FR. GRON. Locutionem *in medium dimicationis* inluſtrare poſſunt, quae infra notantur ad 27, 2, 9. Nescio tamen, an unius codicis veſtigiis innixa haec conjectura tuto admitti poſſit. Certe omnes noſtri receptam lectionem *in mediam dimicationem* conſtanter servant, nisi quod Voſſ. 2. *se temere magis, quam satis caute, dimicatum infert* praeferat. Praeterea *in mediam dimicationem fert*, quod Gebh. ex uno cod. probabat, habet etiam Leid. 1. et Lipsiens. Verius tamen videtur, primam syllabam *τοῦ in-*

diam dimicationem infert, vulnere accepto, aegre ab circumſtantibus ereptus, et ſuorum animos tur-
8 bavit, et ferociores hoſtes fecit. qui, caede legati et conſulis vulnere accenſi, nulla deinde vi suſtineri potuere, quum compulsi in caſtra Romani rur-

fert elisam eſſe ab ultima litera vocis proximae *dimicationem*. Cujus erroris plura exempla v. ad 10, 13, 3. Praesertim quum locutio haec *inferre se in aliquem* Livio familiaris fuerit, et pro ea ſtet reliquorum codd. turba. Infra hoc lib. c. 17, 10. *Patres circumire plebem, inferentesque se in circulos sermones tempori aptos serere.* 5, 43, 8. *Quum se in mediam concionem intulisset.* 7, 17, 5. *Quum in ipsos armatos se intulissent, averterunt totam aciem.* Solitum quoque passim fuiſſe Livium, praepositionem, ex qua verbum componitur, in regimine addere, supra vidimus ad praefat. §. 11. Ceteroquin etiam *inferre se alicui* dixit infra 6, 12, 9. *Ubi illi vana injecerint missilia, et effusi stantibus vobis se intulerint, tum micent gladii.* ubi alia exempla vide. Denique *dum se temere* etc. *inferet* Harlej. 2. *dum se temere* etc. *inferret* Portug. Male. *Tò dum* enim tempus praesens requirit. V. supra ad 1, 40, 7.

Vulnere accepto aegre ab circumstantibus ereptus] *vulnere ibi accepto* Voſſ. 1. et Leid. 2. qui supra *ad pugnandum* exhibuerant. Ita vero diſtinguendum foret *infert. Vulnere ibi accepto.* Sed praefero vulgatum. Tum *a circumstantibus* Voſſ. ambo, Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. invitis reliquis, quorum potior apud me fides eſt. Mox *erectus* Voſſ. 2. et Portug. errore librariorum et alibi obvio. V. ad 2, 54, 8. 3, 20, 1. c. 48, 9. c. 50, 8. 4, 32, 7. c. 33, 4. 6, 1, 4. (* c. 20, 16. 7, 34, 9. 8, 7, 10. c. 23, 2. 9, 24, 7. 10, 45, 3. 36, 44, 3.) et alibi. V. etiam, quae notavi ad Silii Ital. 7, 287. Denique *ereptus est* Voſſ. 1. addito verbo subſtantivo, quod rectius ab reliquis exsulat.

Et suorum animos turbavit, et ferociores hostes fecit] *et suos animos* Lipsiens. Male. V. infra ad 4, 9, 5. Tum *et accendit hostium animos* Portug. quod ex interpretatione natum eſſe, nullum eſt dubium. Certe, genuinum non eſſe, oſtendit repetitio vocis *animos*, quae modo praecessit.

§. 8. *Nulla deinde vi sustineri potuere*] *sustinere* perperam Leid. 1. et Fragm. Hav. Deinde *poterant* Voſſ. 1. et Leid. 2.

Quum compulsi in castra Romani rursus obsiderentur] Palat. sec. *quin pulsi in castra Romani rursus obsiderentur.* GEBH. Palat. et Voſſ. 1. *nulla deinde vi sustineri potuere, quin compulsi in castra Romani rursus obsiderentur.* Certe *quum*, quod vulgo eſt, scopas reddit diſſolutas. Et videtur ratio loquendi imperare; *quin compulsos in castra Romanos rursus obsiderent.* Nisi malis: *Quum compulsi*, etc. *venisset in periculum.* Ascensius, si forte malis, edidit: *potuere. Compulsi in castra Romani rursus obsidebantur.* J. FR. GRON. Recte Gronovius *quin.* Rursus 2, 19, 4. *Sustineri ira non potuit, quin extemplo confligerent.* et 33, 36,

ſus obſiderentur, nec ſpe, nec viribus pares. veniſſetque in periculum ſumma rerum, ni T. Quinctius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu ſubveniſſet. Is, intentos in caſtra Romana Aequos 9
legatique caput ferociter oſtentantes ab tergo ador-

12. *Nec ultra sustinuerunt certamen Galli, quin terga verterent.* DUK. Lectionem, quam Gronov. ex ed. Asc. profert, jam ante Ascensium exhibuerunt editt. Venetae annorum 1495. et 1506. sed ea nullius cod. auctoritate firmatur. Nam *quin compulsi in castra* etc. *venissetque*, praeter Voſſ. 1. habent Leid. 2. Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. *quin pulsi in castra* etc. *venissetque* Haverk. [Veith.] *dum compulsi in castra* etc. *venisset* Portug. in contextu, qui in margine *quin compulsi in castra* etc. *venisset* exhibet. *dum compulsi in castra* etc. *venissetque* Harlej. 2. et Gaertn. *cum compulsi in castra* etc. *venissent* Voſſ. 2. *cum compulsi in castra* etc. *venissetque* Leid. 1. cum reliquis edd. sola nupera Cl. Clerici excepta, quae praefert *quin compulsi in castra* etc. *venissetque*, lectore mutatae lectionis ne verbo quidem monito. Ego in vulgata lectione, in qua τὸ *quum* scopas dissolutas reddere Gronovius adfirmat, nihil difficultatis video, modo ante vocem *venissetque* oratio majori diſtinctione interpungatur. Dicit enim Aequos, caede legati et vulnere consulis ferocientes, multo ferociores factos eſſe, *quum* vel poſtquam Romani infelici ducis casu in caſtra compulsi eſſent, et ita rursus in caſtris obſiderentur. Oratio igitur hoc modo cohaeret: Aequi *nulla deinde vi sustineri potuere. venissetque in periculum summa rerum*, nempe apud Romanos obseſſos. Nemo, credo, habebit, quod in proceſſu hujus orationis reprehendere poſſit.

Peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu subvenisset] In his *peregrinis copiis* aqua mihi haeret. Doujatius exiſtimat, τὰ *cum Latino Hernicoque exercitu* explicationem esse praecedentium *peregrinis copiis*, non diſtinctionem; adeoque Livium indicare voluisse, quibus ex gentibus peregrinae hae copiae conscriptae fuerint. Verum ita Livius potius scripsisset, *ni T. Quinctius cum peregrinis copiis, Latino Hernicoque exercitu, subvenisset.* Dixerat autem cap. praec. in fine: *T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini Hernicique et colonia Antium dare Quinctio subitarios milites (ita tum repentina auxilia adpellabant) jussi.* Vel itaque voces eo modo transponendae sunt, vel legendum *pereuntibus* (* vel *periclitantibus*) *copiis.* ut per *copias pereuntes* intelligatur exercitus obsessus.

§. 9. *Legatique caput ferociter ostentantes*] *velociter ostentantes* male Portug.

Ad signum a se procul editum, ex castris eruptione facta] Palat. sec. *e castris eruptione facta.* GEBH. *e castris* etiam Harlej 2. et Haverk. Tum *emptione facta* Lipsiens. male literis *ru* in *m* coalescentibus, quod ob ductuum ſimilitudinem in scriptura Longobardica saepius fa-

tus, simul ad signum a se procul editum ex caſtris eruptione facta, magnam vim hoſtium circumvenit.
10 Minor caedes, fuga effuſior Aequorum in agro fuit Romano. in quos palatos, praedam agentes, Poſtumius aliquot locis, quibus opportuna inpoſuerat praesidia, inpetum dedit. ii vagi, diſſipato agmine fugientes, in Quinctium victorem, cum saucio con-

ctum eſt. V. infra ad 4, 21, 5. Praeterea *ad se procul editum* perperam Lipsiens. *a se procul edictum* Voſſ. 1. Leid. 2. et Fragment. Hav. solemni librariorum errore. V. ad 21, 61, 7. Paullo ante *a tergo*, pro *ab tergo*, Gaertn. Mox verbis sequentibus *magna vis hostium circumvenit* aberrans Haverk.

§. 10. *Minor caedes, fuga effusior Aequorum in agro fuit Romano*] Haec et plura sequentia usque ad voces *ii vagi*, sine dubio culpa librarii, desiderantur in Harlej. 1. *fuga effusiorum Aequorum* habet Lipsiens. *minor caedis* Florent. Tum vox *Aequorum* non adparet in Leid. 2. Deinde *in agro Romano fuit* transpositis vocabulis praefert Haverk.

In quos palatos, praedam agentes] *in quos pallantes* Haverk. ut librarius dare voluiſſe videatur *palantes*, ut eſt in priscis editt. Sed *palatos*, quod Aldus alterius loco reposuit, praeferendum, quum ob reliquorum codd. consensum, tum quod Livius ita loqui solitus fuerit. Supra 1, 11, 1. *Raptim et ad hos Romana legio ducta palatos in agris obpressit.* ubi plura notantur. Mox *inportuna inposuerat praesidia*, pro *opportuna*, Lipsiens. in contextu, altera lectione in margine exſtante. *opportuna inposuit praesidia* Leidens. 1.

Ii vagi, dissipato agmine fugientes, in Quinctium victorem, cum saucio consule revertentem, incidere]. Habet Buslidianum scriptum exemplar *in Quintium victorem, tum a saucio consule revertentem*, ut intelligas, victorem Quintium vel in caſtris, vel alicubi in tuto loco saucium consulem reliquiſſe. Nam parum verisimile eſt, saucium hominem jactationes itineris ferre potuisse, praesertim in agmine legionum ad novam pugnam feſtinantium. NANN. *victorem cum a saucio consule revertentem* Voſſ. 1. Leid. 1. et Lipsiens. *victorem a saucio consule revertentem* Florent. Leid. 2. et primae edd. Pro quo Aldus *cum saucio consule* subſtituit. quod etiam verius puto, licet aliter Nannio videatur. Proprie enim non a saucio consule, sed a caesis hoſtibus et civibus ab obsidione liberatis, revertebatur. Quod autem Nannius exiſtimet, verisimile non eſſe, saucium consulem jactationem itineris ferre potuiſſe, notandum eſt, Livium non referre, Furium graviter vulneratum fuiſſe, unde effici posset, neceſſe fuiſſe, ut vel in caſtris, vel alicubi in loco tuto relinqueretur; sed tantum simpliciter *vulnus accepisse*. Praeterea, licet series rerum geſtarum alia apud Dionys. sit, quam apud Livium, ex Dionys. tamen l.9. p.621. conſtat, Furium tantum

sule revertentem, incidere. Tum consularis exer- 11
citus egregia pugna consulis vulnus, legati et co-
hortium ultus est caedem. magnae clades ultro ci-
troque illis diebus et inlatae et acceptae. Difficile 12
ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnaverint
ceciderintve, exacto adfirmare numero. audet ta-
men Antias Valerius concipere summas. Romanos 13

femore vulneratum fuisse. Ἔνθα ὅ, τε ὕπατος ὁ τῶν Ῥωμαίων, σαυνίῳ διὰ τοῦ θυρεοῦ διαπερονηθεὶς, τιτρώσκεται μηρόν. Illud autem vulnus non inpediit, quo minus, etiam postquam Quinctius advenisset, res gestae non ei, sed saucio consuli a Dionysio adscriberentur. V. etiam Cl. Dukerum supra ad 2, 17, 4.

§. 11. *Consulis vulnus, legati et cohortium ultus est caedem*] *consulis vulnus, mortem legati ultus est* Oxon. N. in margine exhibet, teste Hearnio. *cohortium inultus est caedem* Lipsiens. Sed syllaba *in* male repetita est ex praecedentis vocis litera finali. V. infra ad 5, 52, 2.

§. 12. *Exacto adfirmare numero*] Media vox exsulat a Voss. 2. Mox verba, *audet tamen Antias Valerius concipere summas*, desiderantur in Leid. 2. *tantum* vero, pro *tamen*, est in Voss. 1. saepius obvio in Mstis errore. V. infra hoc lib. c. 46, 1. *summam* habet Gaertn.

§. 13. *Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos*] Manuscriptum exemplar tantum habet *V A CCC.* Hoc est *quinquies mille trecentos.* RHEN. Pro *mille* quidam reposuerunt *quinque millia.* Qui numerus ut nimis magnus videtur, ita hic nimis parvus. Dionysius enim [l. 9. p. 620.] cum P. Furio legato mille occisos ait: verisimile est, aliorum non pauciores occisos tota hac oppugnatione. GLAR. Haec summa superat fidem, id quod ex Dionysio intelligi potest. Itaque placet magis vetus lectio *duo millia.* et paullo post, non *duo millia*, sed *tria.* SIG. Palat. pr. et Andreas *mille ac trecentos.* at tertius *V. millia ac CC.* sec. vero et Campani ed. *duo millia ac CCC.* GEBH. *agro V.* accc Florent. *Romanos CCC cecidisse* Leid. 2. Sed trigemina litera c perperam repetita videtur ex tribus prioribus literis vocis sequentis. Τὸ *cecidisse* omittitur in Haverk. quasi haec verba pendeant ex τῷ *caesos*, quod in fine periodi additur. Reliqui tamen codices *cecidisse* constanter servant, quos sequor. Praeterea *mille et trecentos*, ut editiones ante Aldum praeferunt, habet unus Voss. 2. quam lectionem auctoritate Dionys. non male Glareanus sibi displicere testatus est. *ad IIm CC.* Portug. *duo mil. CCC* pro varia lectione Leid. 2. in margine. *duo milia et trecentos* Fragm. Hav. *duo millia ac trecentos* apud Hearnium Oxon. B. *duo milia ac ducentos* Haverk. et Harlej. 2. [*duo milia ducentos* Veith.] *ad quinque millia ac ducentos* Hearnii Oxon. B. et C. *quinque millia et tricentos* Gaertn. *V. ac CC.* Voss. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. quod explico *quinque millia ac ducentos*, idque, jam ab Aldo et recentioribus omnibus re-

cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos: ex praedatoribus Aequorum, qui populabundi in

ceptum, verum puto, nisi quis cum Gronovio ad Liv. 33, 4, 5. explicandum ac scribendum putet *quinque millia ducentos.* ut ita illud *ac*, quod in plerisque codd. supereſt, inde additum sit, quod olim numeralibus notis scriptum fuerit *V.* ∞. *CC*, et librarius, notam millenariam non intelligens, pro eo *ac* dederit. V. supra hoc lib. ad c. 3, 9. In Klockian. librarius numerum millenarium, quem adsequi non potuit, omisit, vacuo tamen relicto spatio hoc modo, *Romanos cecidisse in Hernico agro ... AC CC V.* Lectio *duo millia*, quam Sigonius in vet. lib. invenit, et in multis noſtris supereſt, inde profluxiſſe videtur, quod librarius notam numeralem *V* non satis perite formarit, et ita ansam alteri dederit, ut crederet *II*, sive numeri binarii notam exaratam esse: qui error in scriptis frequens eſt. V. ad 37, 22, 4. Pessime vero Rhenanus scripturam *V A CCC*, quam in cod. suo invenit, exposuit *quinquies mille trecentos.* Ea enim locutio genio Livii aliorumque ejusdem temporis scriptorum prosaïcorum adversatur. V. infra ad 33, 4, 4. Cur vero ita exposuerit, rationem hanc habuiſſe videtur, quod *cecidisse* declinatum putaret a *cado*, et *Romanos quinque millia* peccaturum crederet in regulas Grammaticorum, quae exigunt, ut dicatur *Romanorum quinque millia;* quemadmodum eadem peſte adflatus scripsit librarius cod. Gaertn. Sed praeterquam quod nomen vel subjunctum, vel. ut hoc loco, praemiſſum efferri poſſet casu, non quem numerus millenarius, sed excurrens requirit; v. infra ad (*34, 26, 10. et) 39, 7, 1. ita insuper *cecidisse* eſt a *caedo*, id eſt, interfeciſſe. — Immo nunc verius videtur *cecidisse.* eſſe a verbo *cado*, et *Romanos cecidisse* poni pro Romanos interfectos eſſe; et intelligi milites Romanos ex Sp. Furii consulis exercitu, qui interfecti sunt, partim quum primo concursu pulsus se in caſtra recepit supra c. 4. partim quum ex caſtris erupiſſet, et frater ejus interfectus, ipse vero vulneratus eſſet. Ita etiam locum accepit Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. 4, 8. p. 709.

Qui populabundi in finibus Romanis vagabantur] Palat. pr. *vagabant.* Ita solent eo aetatis scriptores. Propertius 2. Eleg. 32, 7.

Hoc utinam spatiere loco, quocumque vagabis,
Cinthia.

Vide ad eum locum animadversiones noſtras. cap. infra 35. habent Pall. duo, primus ac tertius, *Nescires, utrum inter decemviros, an inter candidatos mirares.* quamquam ibi praeferam *numerares* vulgatum. 4, 56. *Quod abditi intra muros populabundos in agris vagare Romanos priore anno* etc. ut habent membranae Pall. GEBH. *praedabundi* Hearnii Oxon. C. Liv. 2, 26, 1. *Nocte in urbe nunciatum est, exercitum Sabinum praedabundum ad Anienem amnem pervenisse.* Hic tamen vulgatum servo, tum quod id supereſt in omnibus noſtris, tum quod praecessit *praedatoribus*, quae vox animo scribae adhuc obversabatur, quum hic *praedabundi* daret. Eſt autem *popu-*

in finibus Romanis vagabantur, ab A. Postumio consule duo millia et quadringentos caesos: ceteram multitudinem, praedam agentem, quae inciderit in

labundus vocabulum a Livio saepe usurpatum. Supra 1, 15, 1. *In fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis, quam justi more belli.* 2, 60, 2. *Vagari populabundum hostem per agros passi.* 3, 3, 10. *Quum aliquoties per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset.* 4, 56, 5. *Castigantes ignaviam, quod, abditi intra muros, populabundos in agris vagari Romanos priore anno, et obprimi Verruginis praesidium, passi essent.* 10, 14, 5. *Uterque populabundus effuso agmine incedit.* et alibi. Ceterum *vagabantur* uno ore omnes nostri; quare accedere nequeo Gebhardo, unius cod. auctoritate *vagabant* probanti, quum hoc loco, tum supra ad 1, 17, 2. Priscos, et qui eos imitantur, hac forma *vago*, pro *vagor*, dixisse, ex Nonio in voce *Vagas* aliisque docuerunt Gifan. in Ind. Lucr. voce *Vagare*, et Voss. 5. Grammat. 7. Nondum tamen evicerunt, vel Livium vel alios optimi seculi scriptores antiquato illo usos fuisse. Certe cultissimus Broekhus. *quodcumque vacabis*, pro *vagabis*, apud Propert. defendit, et apud eumdem 2. Eleg. 22, 1. *vagarer* retinet, quamvis optimus Groning. *vagarem* praeferat, invito iterum Gebhardo ad priorem Propertii locum. Infra etiam 4, 56, 5. *vagari* eum vulgatis malo, licet ibi etiam nonnulli ex nostris codd. *vagare* praeferant. In uno itaque Gebhardiano librarium *vagabant* per errorem dedisse puto, perperam neglecta nota, qua duae ultimae literae τοῦ *vagabantur* exprimendae erant: quod peccatum in Mstis frequens occurrit. V. ad 10, 10, 1.

Ab A. Postumio consule duo millia quadringentos caesos] Palat. pr. ac tertius *tria millia*. GEBH. *A. Postumio consule* Harlej. 1. *ab Appio Postumio consule* Leid. 2. *ab ante Postumio consule* Voss. 2. *ab consule Postumio* vetustiores typis descripti, pro quo Aldus id, quod vulgo nunc exstat, restituit, consentientibus reliquis codd. scriptis. Mox τὰ *duo millia* exsulant a primis editt. *tria millia* scribendum censuit Sigonius supra hoc §. quod a se etiam in Oxon. B. et C. inventum fuisse, Hearne testatur. *tria millia et quadringentos* habent Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. $\overset{III}{M.}$ *et* CCC^{tos}. Portug. $\overset{CIƆ}{III}$ *et CCCC* Fragm. Hav. *tria millia et IIII* Lipsiens. $\overline{C}X\ C\overline{X}$ *et CCCC* Klockian. cujus librarius pro nota numeri millenarii ꝏ. ꝏ. dedisse videtur *CX CX*, adeoque voluisse censendus est *duo millia et quadringentos*, quomodo etiam exhibent apud me codicum optimi Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertner. Eorum itaque auctoritate vulgatum servavi, addita tamen copula *et*. [*duo milia trecentos* Veith.]

Ceteram multitudinem praedam agentem etc. nequaquam pari defunctam esse caede] *teneram multitudinem praeda agentem* ridiculo errore Harlej. 1. Tum *quae incciderit in Quinctium* Lipsiens. An forte librarius scribere voluit *inceciderit*, servata in praeterito geminatio-

Quinctium, nequaquam pari defunctam esse caede. interfecta inde quatuor millia, et, exsequendo sub-

ne verbi simplicis *cecidi*? quomodo *decucurri* aliaque ejusdem verbi composita optimis scriptoribus formata fuerunt. V. supra ad 1, 12, 8. Aliorum, quae augmentum praeteriti servant in compositis, syllabum v. apud Voss. 5. Gramm. 19. Alibi tamen composita τοῦ *cadere* similiter prolata nondum notavi, quare *inciciderit* refero inter errores librariorum, perperam syllabam geminantium; cujus generis plura passim in Mstis obcurrunt. (* v. infra h. lib. ad c. 11, 2.) Mox *pari fide defunctam esse caede* Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. Portug. in marg. et Gaertn.

Interfecta inde quatuor millia et, exsequendo subtiliter numerum, ducentos, aït, et triginta] Vide, num *exaequando* sit legendum. GLAR. Propendet fere Glareanus, ut legendum sit *exaequando*. perperam, et contra rationem. Vult enim Livius, eum praeter historicorum morem non contentum fuisse numero rotundo, expressisse praeterea centum et triginta. millenario numero se tenent scriptores, raro accedunt ad centenarios, certe ad minutiores. GRUTER. Loritus conjecit dudum *exaequando*, ut et habet novissimae notae liber Palat. sec. me non probante. *Exsequi numerum* est accurate computando summam colligere. GEBH. *interea inde quatuor millia* Leid. 2. *interfecta deinde quatuor millia* Portug. Tum vocula *et* abest ab Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *exaequando*, ut Glareanus conjicit, Harlej. 2. et Haverk. Sed recte viri docti vulgatum tuentur. Alibi haec verba in membranis antiquis confunduntur. V. ad 3, 39, 8. Denique *ducentos et triginta aït* Gaertn. *ducentos triginta*, mediis duabus vocibus omissis, Lipsiens. [*numerum ducentorum ait* Veith.]

§. 14. *Inde Romam reditum est: justitium remissum est*] Locus vitiatus. Tu corrige *Ut Romam reditum est*. Mox praecessit *inde*. quod verbi hic repetiit scriba parum attentus. RHEN. Alii libri habent *Ut*, pro *Inde*. Fortassis autem id mutatum propter compositionem trium *est*, *est*, *est*. Verum multa similia reperias, ut id non omnino necesse fuerit mutare. GLAR. Beatus Rhenanus legit, *Ut Romam reditum est*. Τὸ *Inde* delet. Exemplar Buslidianum utrumque habet, *Inde ut Romam reditum est*. NANN. Rhenanum video tentasse *Ut Romam reditum est*, deleto τῷ *inde*. Vetus liber utrumque habet, quod sequor, *Inde ut Romam reditum est*. AND. SCHOTTUS 3. Obs. Human. 38. Vet. lib. *justitium remissum*, quod placet, ne bis ponatur *est*. SIG. Palat. pr. Andreae ac Campani edd. *Ut Romam reditum est*, *justitium remissum est*. Solus sec. stat a vulgata. Sed Andreas Schottus Observat. Philolog. 3, 38. sequi se aït, quod habetur in veteri libro, *Inde ut Romam reditum est*. GEBH. Rhenanus ex Borb. propinat, *Ut Romam*, sine τῷ *Inde*. Sigonius hoc dissimulato posterius *est* tollit. And. Schottus profert et sequitur e vet. libro *Inde ut Romam*. Sed ambo libri, et Sigonianus et Schottanus, suspecti. Nam Flor. Voss. [uterque,] Helm. Pal. And. Camp. Tarv. utrumque Venetum, Bechar. Mog. Ascensii, haec, inquam, omnia exempla-

tiliter numerum, ducentos, aït, et triginta. Ut 14
Romam reditum et juſtitium remiſſum est, coelum

ria *numerum CC aït et XXX. Ut Romam reditum est, justitium remissum est.* Tò *Inde* apud me in primo videtur Junta, deinde Frobenio. Suspicor: *et exsequendo subtiliter numerum CC. aït et XXXVI. Romam reditum et justitium remissum est.* J. FR. GRON. *Inde Romam* ante Juntam et Froben. apud me adparet in editt. Aldina, Coloniensi anni 1525. et Cervicorni. Ceterum lectio, quae huic adnotationi praescripta eſt, in uno tantum meorum Gaertn. supereſt. Reliqui omnes, alii magis, alii minus, attamen in diversa abeunt. Nam *Inde Romam reditum est, justitium remissum*, ejecto in fine τοῦ *est*, habent Harlej. 2. et Haverk. hoc loco, ut saepe alibi, vet. lib. Sigonii consentientes. Similiter etiam praeferunt Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et C. *Inde Romam reditum et justitium remissum est* Portug. *In Romam reditum est; justitium remissum est* Leid. 1. et Lipsiens. ut pateat, hoc loco iterum a librariis commutata fuiſſe τὰ *In* et *Iñ* sive *Inde*, de quo v. ad 10, 20, 6. *Ut Romam reditum est, justitium remissum est*, praeter Florent. et Voſſ. ambos a Gronovio jam memoratos, habent etiam Harlej. 1. Leid. 2. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. quomodo etiam ante Aldum dederunt editores vetuſtiores. Neque invenire poterunt viri docti, quod in hac lectione culpent, nisi unum illud, ita τὸ *est* ter iterari. Sed repetitionem vocum *est, sunt, esse* ac similium apud Livium non infrequentem eſſe, infra evincitur 35, 1, 12. Quare vel haec lectio servanda videtur; vel, si tamen vulgatum displiceat, legendum puto, *Ut Romam reditum, et justitium remissum est, coelum visum est ardere.* ut ita haec uno orationis ambitu comprehendantur. Ex vocula igitur *Ut* primo errore librariorum in quibusdam codd. datum eſt *In*, quod ob ductuum similitudinem in scriptura Longobardica facile fieri potuit. Verum quum ex eo commodus sensus non efficeretur, alii pro *In* scripserunt *Iñ* sive *Inde.* Nihil autem ita legendo conjecturae dedimus, nisi quod *et* rescripserim, pro *est*: quae voces saepe commutari solent. V. ad Liv. 7, 40, 1. et tamen illud *et* in uno adhuc codice supererat, ut ex Mſſorum enumeratis lectionibus patet. Certe haec conjectura propius ad vulgatam lectionem accedit, quam illa Gronovii, qui insuper, invitis omnibus membranis, *XXXVI. Romam*, pro *XXX. Ut Romam*, reponendum exiſtimabat.

Aut obversata oculis] *aut observata oculis*, negligentia scribarum transpositis literis, Leid. uterque, Haverk. Voſſ. 1. et Lipsiens. In margine tamen duorum poſteriorum recte reponitur *obversata.* Livius infra 35, 11, 3. *Caudinaeque cladis memoria non animis modo, sed prope oculis obversabatur. obversari ante oculos* dixit supra 2, 59, 5. *Ingentisque mali non suspicionem modo, sed apertam speciem, obversari ante oculos.* Alibi saepe pari modo in membranis vetuſtis peccatur. V. ad 6, 17, 4. Eumdem errorem commisit etiam Lycoſth. in Supplem. Jul. Obseq. de Prodig. c. 14. prodigium hoc referens.

Aut vanas exterritis ostentavere species] *varia exterritis o-*

visum est ardere plurimo igni; portentaque alia aut obversata oculis, aut vanas exterritis ostentavere species. His avertendis terroribus in triduum feriae

stentavere species Lipsiens. *varias exterritis ostentavere species* Gaertn. Leid. 2. a m. 2. et Portug. a m. 1. [Veith.] Sed editam lectionem vindicant reliqui codd. in eam constanter consentientes. Horat. in Art. poët. 6.

Credite, Pisones, isti tabulae fore librum
Persimilem, cujus, velut aegri somnia, vanae
Fingentur species.

Similiter *vanam imaginem belli* infrà est hoc lib. c. 16, 5. *Tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, sed vanam imaginem belli, Capitolium insedisse contenderent.* Frequenter autem *vanus* et *varius* in Mstis confunduntur. V. infra ad 22, 7, 4.

His avertendis terroribus in triduum feriae indictae] *advertendis terroribus* Leid. 2. Lipsiens. Portug. et Fragm. Hav. quod peccatum in codd. scriptis passim obvium est. V. ad 6, 23, 8. Tum *interduum feriae indictae* Harlej. 2. *interdum feriae indictae* Gaertn. Malc. Per *ferias* intelligendae sunt supplicationes. Liv. 40, 19, 5. *Senatus censuit, et consules edixerunt, ut per totam Italiam triduum supplicatio et feriae essent.* 41, 21, 11. *Q. Marcio Philippo verba praeeunte, populus in foro votum concepit, si morbus pestilentiaque ex agro Romano emota esset, biduum ferias ac supplicationes se habiturum.* 42, 2, 7. *Editumque ab decemviris est, ut supplicatio prodigiis expiandis fieret; altera, quae priore anno valetudinis populi caussa vota esset, ea uti feriaeque essent.* Ratio erat, quod tempore supplicationum ab opere cessaretur. Polyb. in Excerpt. legat. num. 16. *Ῥωμαίοις τῆς κατὰ τὴν ναυμαχίαν νίκης ἄρτι προσηγγελμένης, πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ παρήγγειλαν ἐλιννύας ἄγειν ἡμέρας ἐννέα. Τοῦτο δ᾽ ἔστι σχολάζειν πανδημεὶ, καὶ θύειν τοῖς θεοῖς χαριστήρια τῶν εὐχημάτων.* Adeo autem ab omni opera cessabatur, ut ne senatus quidem eo tempore haberi potuerit. Liv. 34, 55, 1. *Terrae motus ita crebri nunciabantur, ut non rei tantum ipsius, sed feriarum quoque ob id indictarum homines taederet. Nam neque senatus haberi, neque respublica administrari poterat, sacrificando expiandoque occupatis consulibus. Postremo, decemviris adire libros jussis, ex responso eorum supplicatio per triduum fuit.* Iisdem supplicationum diebus etiam comitia populi haberi non potuerunt. Hinc exponendus est locus Ciceronis 8. ad Famil. Ep. 11. ubi *Curio*, Ciceronis cupidissimus, *cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat, se ullo modo pati posse, decerni supplicationes.* Ad quae verba nescio quis in edit. Graeviana notavit: „Curio auspicio impediebatur diebus, quibus comitia habebantur, agere cum populo de tuis supplicationibus.“ Immo Curio, quoniam adversae factioni faventes omnibus rationibus dies comitiales eripiebant, Ciceroni supplicationes decerni non patiebatur, ne, si confestim indicerentur, iterum comitiales alii eriperentur, et ita *praevaricator caussae publicae existimaretur.* Ne itaque senatuscon-

indictae, per quas omnia delubra pacem Deûm exposcentium virorum mulierumque turba inplebantur. Cohortes inde Latinae Hernicaeque ab senatu, gra-

sulto, quo supplicationes Ciceronis nomine decernebantur, intercederet, *consules confirmarunt, se his supplicationibus in hunc annum non usuros.* Ad quae verba male iterum in ed. Graeviana notatur. „Se nulli alii imperatori, praeterquam Ciceroni, supplicationes decreturos." Quomodo fere etiam Manutius. Mihi tamen videntur consules promisisse, se supplicationes, si ob res a Cicerone gestas decernerentur, non edicturos in eum annum, quo Curio tribunus plebis erat. Cum emphasi accipiendum *HIS supplicationibus*, quas nempe Ciceronis nomine decerni petebant. Hinc itaque *supplicationum otiosi dies* vocantur apud Cic. 3. ad Q. Fratr. Ep. 8. *Revertar ad institutum, idque perficiam his supplicationum otiosis diebus.* Tales vero feriae sive supplicationes avertendis terroribus indictae sunt *in triduum*, quemadmodum etiam alio tempore saepe factum. Ita 38, 36, 4. *Supplicatio in triduum pro collegio decemvirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam ferme et quartam tenebrae obortae fuerant.* Similiter 34, 55, 1. loco jam laudato, et alibi saepius.

Pacem Deum exposcentium virorum mulierumque turba] *poscentium* Harlej. 1. Sed frustra. Reliqui enim scripti et editi in vulgatum conspirant. Et ita Livius saepe loqui solitus est. Supra 1, 16, 3. *Pacem precibus exposcunt, ut volens propitius suam semper sospitet progeniem.* Infra hoc lib. c. 7, 7. *Jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque exposcere Deum.* Mox eodem cap. *Veniam irarum coelestium finemque pesti exposcunt.* 7, 2, 2. *Pacis Deum exposcendae caussa tertio tum post conditam urbem lectisternium fuit.* Praeterea *exposcentium mulierum turba*, reliquis omissis, Hearnii Oxon. L. 2. Solarum quidem matrum Romanarum in gratulatione sive supplicatione ob res feliciter bello gestas meminit Liv. infra 5, 23, 3. *Priusquam senatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum grates Diis agentium erant. Senatus in quatriduum supplicationes decrevit.* Hic tamen, ubi in vulgatum conspirant reliqui omnes codd. nihil mutandum est. Ita universo populo indicitur supplicatio 21, 62, 9. *Supplicatio ad aedem Herculis nominatim; deinde universo populo circa omnia pulvinaria indicta.* Similiter jubentur supplicatum ire cum conjugibus ac liberis mox hoc lib. c. 7, 7. et 22, 10, 8. *Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam.* Nominatim autem *viri feminaeque* memorantur 10, 23, 2. *Supplicatum iere frequentes viri feminaeque.* 27, 51, 8. *Eam supplicationem C. Hostilius praetor pro concione edixit; celebrataque a viris feminisque est.* 45, 2, 7. *Ingentique turba, non virorum modo, sed etiam feminarum, conferta tota urbe Deorum inmortalium templa.*

§. 15. *Cohortes inde Latinae Hernicaeque*] *deinde* praeferunt Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et

tiis ob inpigram militiam actis, remissae domos. Antiates, mille milites, quia serum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi.

Haverk. quod ex glossa marginali receptum videtur. *inde* enim hic ponitur pro deinde, ut saepe solet. V. infra ad 42, 55, 6. Frequenter autem τὰ *inde* et *deinde* in Mstis commutantur. Vide, quae infra notantur ad 36, 24, 10, et mox cap. seq. §. 1.

Ab senatu etc. *remissae domos*] Palat. pr. et tertius *remissae domus*. sec. *domum*. GEBH. *a senatu* Gaertn. Deinde *remissae domum* etiam Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 1. et C. *remissae domus* Leid. 1. et Voss. 2. Vide, quae infra dicuntur hoc lib. ad c. 29, 5.

Antiates, mille milites, quia serum auxilium post proelium venerat] Omnes MSS. Pall. *post praedam*. GEBH. Andreas. Bech. Voss. 1. Flor. Rott. *venerant*. Sed etiam pro duabus prioribus habent Pall. o. Chifl. Voss. 2. *post praedam*. Voss. 1. *post bellum*. Forte *post rem actam venerant*. 27, 20. *Hasdrubal et Mago venere, serum post male rem gestam auxilium*. J. FR. GRON. Vox *milites* exsulat a Fragm. Hav. dissentiente reliquorum codd. turba, in quibus constanter *Antiates, mille milites*. Id autem accipiendum per adpositionem; quemadmodum *Galli, magna hominum vis*, 38, 16, 1. *Galli, magna hominum vis, Brenno duce in Dardanos pervenerunt*. ubi plura vide, ut et ad 40, 36, 8. Praeterea *venerant* non modo, si solum Voss. 2. excipias, omnes nostri codd. sed et omnes edd. usque ad Francofurt. anni 1578. Ea enim prima *venerat* dedit; quae lectio deinceps ad recentiores propagata est. Non dubitavi igitur priorem scripturam revocare. Tum *post praedam* Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] quomodo etiam Aldus edidit. Recte tamen poenitentia ductus in erratis *post proelium* restituit. *post bellum* praeferunt Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. quod ex glossa natum puto. V. infra hoc lib. ad c. 61. 2. Denique *qui ad serum auxilium venerant post proelium* Fragm. Hav. *qui ad serum auxilium post proelium venerant* Harlej. 1. *quia tardum auxilium post praedam venerant* Harlej. 2. *qui tardum auxilium post praedam venerant* Haverk. Saepius *qui* et *quia* in Mstis commutantur. V. infra ad 36, 33, 5. *tardum* autem, pro *serum*, ex glossa itidem ac margine in contextum inrepsisse puto. Easdem voces similiter in Ovidio confundi notavit Cel. Burmann. ad 2. Trist. 57. *Serum auxilium* memorat etiam Liv. 10, 5, 8. *Ut prope serum auxilium jam pene circumventis, ita universa requies data est*. 31, 24, 1. *Quo quum esset nunciata clades sociae urbis, quamquam serum auxilium perditis erat, tamen, quae proxima auxilio est, ultionem petens*. [*serum ad auxilium* Veith.]

§. 1. *Comitia inde habita. creati consules*] Vet. lib. *deinde*. SIG. Melior est haec lectio, stabilita Pall. primo ac tertio, editionibusque Andreae et Campani, quam illa, producta a Sigonio, *deinde*: cui nullam, contra plures potioresque, praestat auctoritatem Palatinus noster secundus: ut et mox, cum scribit *consulatum inierunt*. GEBH.

VI. Comitia inde habita. creati consules L. 1
Aebutius, P. Servilius Kalendis Sextilibus, ut tunc
principium anni agebatur, consulatum ineunt. Grave 2

Quemadmodum Palat sec. Gebhardi, ita et ex nostris Harlej. 2. et Haverk. ut alibi saepissime, sic etiam hoc loco, Sigonii vet. lib. consentientes, praeferunt *deinde*. At reliqui omnes editam lectionem tuentur. V. ad cap. praec. §. 15. Legi etiam posset uno orationis ambitu *Comitiis inde habitis, creati consules*. Sed vide, quae notantur infra ad 6, 4, 7. Mox *Post. Servilius* Leid. 1. et Portug. *Postumius Servilius* Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Sed *Publii* vel *Ποπλίου* praenomen ei tribuunt Fragm. Fastor. Capitolin. Dionys. 9. Ant. p. 623. et Diod. Sic. 11. Bibl. p. 283. Praeterea copulam inter duorum consulum nomina interponit Gaertn. V. supra ad 2, 17, 1.

Calendis Sextilibus] In antiquis et libris et lapidibus *Kalendae* scribuntur, non *Calendae*. SIG. V. Dausquej. Orthogr. parte sec. hac voce. Ita hoc loco etiam plerique codd. scribunt, ut et multi Flori 3, 21, 1. teste Cl. Dukero.

Ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt] *nunc*, pro *tunc*, Voss. 2. *nunc*, nempe non eo tempore, quo Livius scripsit, sed quo res, quam Livius descripsit, gesta est. V. Cel. Burm. ad Nason. Epist. 18. Heroïd. 95. At nihil mutant reliqui; quare vulgatum servo. Solent autem voculae *tunc* et *nunc* saepissime a librariis confundi. V. infra ad 37, 4, 9. Praeterea *consulatum inierunt* Haverk. quod, in Palat. sec. inventum, recte damnat Gebhard. ad princ. hujus cap. omnes enim alii codd. receptam lectionem tuentur.

§. 2. *Grave tempus et forte annus pestilens erat*] 25, 26. *Nam tempore autumni et locis natura gravibus* etc. *intoleranda vis aestus per utraque castra omnium fere corpora movit.* Hinc vir Cl. Jac. Gronovius in Disquisit. de Icuncula Smetiana c. 8. dicit, non leviter suspectum fieri hunc locum, et Livium posse videri scripsisse *autumnus pestilens*; sed tamen *annum* etiam intelligi posse de illo tempore anni, quod appellatione *Kalendarum Sextilium* designat Livius, id est, de ὥρᾳ ἔτους; de quo observationem paternam ad Liv. 22, 5. videri jubet. Conjectura illius etiam eo confirmari potest, quod *grave tempus* de autumno dicitur, et quod *gravis* saepe quasi proprium epitheton autumni est, quia is maxime νοσερός est. V. Cl. Burmann. ad Ovid. 2. Art. Am. 231. Sed non minus de aestate dicitur. Liv. 5, 13. *Gravis pestilensque omnibus animalibus aestas.* Et magis credo hic, si non totum annum, certe magnam illius partem, inprimis aestatem et autumnum, quibus maxime saevire solet pestilentia, significari. Et non de solo autumno, verum etiam de aestate, ac fortassis de vere quoque, puto accipi posse, quod infra c. 8. est: *Inde paullatim, seu pace Deum impetrata, seu graviore tempore anni jam circumacto, corpora salubriora esse incipere.* Nec ulla caussa est, cur ea, quae 4, 21. leguntur: *Pestilentior inde annus C. Julio iterum et L. Virginio consulibus.* 7, 2.

tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque, nec hominibus magis, quam pecori; et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusque

Et hoc et insequenti anno pestilentia fuit. et 8. 18. *Quorum mors infamem annum pestilentia fecit.* de certa aliqua ὥρα ἔτους dici credamus. DUK. In verbis sequentibus *nec hominibus magna, quam pecori*, pro *magis*, Gaertn. at *magis* deest in contextu Voss. 1. et tantum inter versus adscriptum exstat.

Et auxere vim morbi terrores populationis, pecoribus agrestibusque in urbem acceptis] O homines bliteos imbecillesque, quibus terrores populationis auditi solum auxerunt vim morbi. Quid futurum erat de istis, si ipsi hostes in conspectum venissent? exspiraturi erant prae metu. Hocne convenit Romanis? Depravavit sensum unica dictio perperam mutata. Sic scribe, *et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis.* Expone, *auxere vim morbi,* subaudi *Romani*, *pecoribus agrestibusque in urbem acceptis terrore populationis*, id est, ob terrorem populationis hostilis. RHENAN. Meus liber optime *et auxerat vis morbi terrore populationis.* KLOCK. in Syllog. Epist. quas edidit Cel. Burmannus tom. 1. p. 392. Dudum monuit Rhenanus, inconvenientia haec esse, veramque lectionem ex suo archetypo prodidit; cui tamen hactenus nemo est obsecutus. Legendum quippe docuit, ut habent Pall. primus ac tertius, et Campani recensio, *et auxere vim morbi, terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis.* Quia tamen Palat. tertius, codex vetustissimus, et, nisi in nebulonum corruptrices dexteras incidisset, sincerissimus, et hic rasuram praefert, ubi nunc substitutum est, *auxere et vim morbi terrore*, si quid in literis suspicio valet, conjicio legendum, *et auxit vis morbi, terrore populationis.* Palat. sec. exprimit: *nec hominibus magis, quam pecoribus: auxere vim morbi terrores.* prave. GEBH. Codex Klockii in sylloge Epistolar. Burmanni tom. 1. Ep. 371. *et auxerat vis morbi. auxerat* παϑητικῶς, pro *aucta erat.* Etsi non multum tribuo illi codici, hic tamen nonnullam illius rationem habendam puto, ob eam praecipue caussam, quod hoc vix ab ullo librario, qui ita scriptum non invenerat, proficisci potuit. Eadem significatione *augere* ex Originibus Catonis apud Gellium 18, 12. et ex oratione Philippi apud Sallustium 1. Histor. observavit Palmerius in Spicilegio p. 870. Acidalius quoque ita sumit in Vellejo Paterc. 1, 8, 6. et Lipsius, quamquam subdubitans, in Tacito 11. Ann. 19. Sed hoc rejecerunt viri Cl. Mercerus ad Tacit. et Heinsius ac Burmannus ad Vellejum. Notat etiam Mercerus Palmerium, qui in hoc Catulli Carm. 64, 323.

O decus eximium, magnis virtutibus augens,

augens exponat *auctus.* Ita tamen id etiam Ach. Statius, multo modestior Palmerio Criticus, interpretatus fuerat, eo quod in omnibus MSS. legi aït.

O decus eximium et magnis virtutibus augens.

Sed hoc in medio relinquo. In Terentii Hecyra 3, 1, 53.

in urbem acceptis. Ea conluvio mixtorum omnis 3
generis animantium et odore insolito urbanos, et agrestem, confertum in arta tecta, aestu ac vigiliis

Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti atque aetati illorum, morbus qui auctus siet,

non temere repudiaverim scripturam libri Palmeriani *morbus qui auxerit.* Nam ibi ratio metri jambum in ultima sede postulat, qui inveniri non potest, nisi vel *auxerit*, vel *auctu' sit* legas. In Lucretio quoque 2, 1163.

Usque adeo pereunt foetus, augentque labores,

Creechius non absurde *augent*, pro *augentur* accipit. Ceterum in descriptione hujus pestilentiae Livius videtur aliquid debere Thucydidi 2, 51. et 52. plus etiam l. 25, 26. DUK. *auxere vim morbi terrores*, recte a viris doctis damnatum, apud me superest tantum in Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 2. apud Hearnium vero in Oxon. L. 2. N. et C. [Veith.] Reliqui codd. etiam Florent. emendationem Rhenani firmant, nisi quod in paucis tantum, quae minoris momenti sunt, in diversa abeant. Nam vocula *et* ab initio omittitur in Lipsiens. et Haverk. *ausere*, pro *auxere*, habet Leid. 1. de quo v. supra ad 2, 43, 3. *terrere*, pro *terrore*, Harlej. 1. Non displiceret vel Klockianum *et auxerat vis morbi*, vel Gebhardianum *et auxit vis morbi*, si aut libri scripti, quibus utor, accederent; aut Livius, quem verba activa saepe ὀυδετέρως sive παθητικῶς usurpasse supra vidimus ad 1, 17, 6. similiter etiam τῷ *augere* alio loco usus fuisset: licet tamen alios scriptores ita locutos esse probent, quae Cl. Dukerus ad hunc locum monuit. (* Et hinc non probanda videtur emendatio Gebh. infra ad 8, 38, 9. 10, 44, 1.) Praeferenda itaque videtur lectio Rhenani. Quod vero is vocem *Romani* subintelligendam putet, vide num necesse sit. Potest enim vox *morbi* casu recto plurali accipi. Nam ita *morbos* mox dicit: *Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.* Si quis tamen expositionem Rhenani praeferat, neque ego multum adversabor. Ita enim *vis morbi* infra obcurrit c. 7, 7. *Et per ignota capita late evagata est vis morbi.* et 4, 25, 6. *Eo anno vis morbi levata, neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit.* Ad haec *populationibusque* habet Harlej. 1. Tum *agrestibusque pecoribus* Portug. *pecoribusque agrestibus* Fragm. Hav. Male. Nam *agrestes* hic sunt rustici, in agris degere soliti. Ita mox. *Odore insolito urbanos, et agrestem, confertum in arta tecta, aestu ac vigiliis angebat.* 1, 50, 4. *Et pecora praedantibus aliquoties, velut casu incidissent, obviam acta, et agrestium fuga vasti relicti agri.* c. 51, 4. *Non usquam pecora tuta, non agrestes erant.* c. 63, 2. *Volscos adesse, fumo ex incendiis villarum fugaque agrestium cognitum est.* hoc lib. c. 3, 3. *Agrestes pavidi incidentes portis exercitus et legiones adesse hostium clamabant.* c. 38, 4. *Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit.* 5, 53, 8. *In casis ritu pastorum agrestiumque habitare.* 9, 28, 4. *Eo se et Samnitium omnis multitudo et*

angebat, ministeriaque in vicem ac contagio ipsa
4 vulgabant morbos. Vix instantes sustinentibus clades
repente legati Hernici nunciant, in agro suo Aequos
Volscosque conjunctis copiis castra posuisse. inde
5 exercitu ingenti fines suos depopulari. Praeterquam

Nolani agrestes contulerant. Tibull. 2. Eleg. 1, 17.

Dii patrii, purgamus agros, purgamus agrestes.

§. 3. *Ea conluvio mixtorum omnis generis animantium*] Male est in MSS. et antiquitus cusis *Ea colluvione.* GEBH. Ita primi ediderunt Moguntini, quos Frobenius anno 1531. et recentiores omnes secuti sunt. Priores dederant *Ea colluvione*, in quo erroris luto haerent etiam, quibuscumque usus sum, codices; nisi quod vox *conluvio* exsulet ab Harlej. 2. vacuo tamen spatio relicto. *Ea conluvione* etiam Florent. [et Veith.]

Et odore insolito urbanos, et agrestem confertum in arcta tecta aestu ac vigiliis angebat] Pall. sec. ac tert. *arta*, ut semper. 5, 26. *Nulla re alia fidentes ea satis tuta esse, quam difficultate aditus, asperis confragosisque circa et partim artis, partim arduis viis.* 26, 17. *Ne in arto res esset.* Ibid. *Ad evadendum per artas semitas.* ut habet ibidem liber optimus. GEBH. *ex odore insolito* vetustae editt. dissentientibus omnibus codd. qui recte *et odore insolito* servant: quam lectionem postea etiam Aldus recepit. *et* atque *ex* alibi saepe confundi solent. V. infra ad 26, 45, 1. Videntur primi editores non adsecuti fuisse sensum Livii, qui hic est, urbanis insolitum odorem omnis generis animantium, agrestibus vero aestum, quod in artis tectis conferti forent, et vigilias molestas et graves fuisse. Mox *urbanum et agrestem* Portug. et Gaertn. *urbanum et agrestum* Haverk. Displicuit librariis, alterum *urbanos* numero plurali, alterum *agrestem* numero singulari efferri; quod Livio tamen familiare est. Ita infra ex codd. emendatur 10, 27, 3. *Samniti Gallisque delegata pugna.* ubi vulgo edebatur *Samnitibus Gallisque.* 35, 40, 6. *Quina dena jugera agri data in singulos pedites sunt, duplex equiti.* quibus locis plura vide. Tum *in altera tecta* Leid. 2. *in arta tecta* Leid. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. aliique codd. V. supra ad 2, 50, 8. *in arta recta* Lipsiens. ob similitudinem literarum *r* et *t* in scriptura Longobardica. V. ad 5, 55, 3. Denique *augebat*, pro *angebat*, Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. *et vigiliis augebat* Haverk. Alibi non raro ita peccare librarii consueverunt, ut voces *augere* et *angere* confundant. V. infra ad 4, 51, 6. *ac vigiliis agebant* Gaertn. Non raro etiam ita lapsi sunt scribae, ut *angere* sive *ăgere* et *agere* commutent. V. ad 29, 6, 7.

Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos] Palat. tertius *volgabant.* GEBH. Ita et Leid. 1. nisi quod errore scribae exaratum sit *volgebant.* V. infra ad 39, 53, 2. Id etiam voluisse videtur librarius cod. Lipsiens. qui a m. 1. dedit *volebant. vulgabat* est in Harlej. 2. et Haverk. ut solum proxi-

quod infrequens senatus indicio erat sociis, adflictam civitatem pestilentia esse, moestum etiam responsum tulere: *ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur. Urbem Romanam subita Deûm ira morbo populari. Si qua ejus mali quies veniat, ut anno*

mum *contagio* respiciatur, quod Livio non insolens est. V. infra ad 37, 5, 3. Servo tamen editam scripturam, partim quod reliqui codd. pro ea stent, partim quod alibi etiam haec constructio Livio usitata ac familiaris fuerit. V. infra h. lib. c. 30, 1. Praeterea *a contagio* Voss. 1. et Harlej. 1. ultima litera voculae *ac* absorpta a prima sequentis. *as contagio* Leid. 1. *hiis contagio* Voss. 2. [*invicem hos a contagione ipsa* Veith.]

§. 4. *Repente legati Hernici nunciant*] *Hernici repente legati nunciant* Harlej. 2. Tò *repente* exsulat ab Haverk. voces *repente legati* a Lipsiens.

Inde ingenti exercitu fines suos depopulari] Est in veteri *inde exercitu ingenti*. RHEN. Eodem modo est in omnibus nostris codd. etiam in Florent. ex quorum auctoritate ordinem vocabulorum inmutavi.

§. 5. *Indicio erat sociis. adflictam civitatem pestilentia esse*] *judicio erat* Haverk. solito errore. V. infra ad 7, 39, 5. Paullo ante male *ibi frequens senatus*, pro *infrequens*, Gaertn. nec rectius *secus*, pro *sociis*, est in eodem cod. [*praeterquam infrequens* Veith.]

Ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur] Transposita haec sunt in Palat. sec. *ut per se ipsi Latini cum Hernicis*. GEBH. Eadem transpositio etiam obvia est in Harlej. 2. et Haverk. inter quos et Palat. sec. Gebhardi passim convenit. Similiter etiam praefert Lipsiens. Praestat tamen edita lectio, quam reliqui codd. tuentur. Non enim responsum hoc Latinis, sed Hernicis datum est, quibus suadent Romani, ut Latinorum auxilio hostem pellant.

Si qua ejus mali quies veniat] Palat. sec. *si qua ejus mali quies adveniat*. quod non probo. GEBHARD. *si qua ejus quies mali veniat* Voss. 1. et Leid. 2. *si qua ejus mali quies veniet* Fragm. Hav. a m. 1. *adveniat* in Gebhardi Pal. sec. ex glossa, olim margini adscripta, in contextum receptum esse videtur. V. infra ad 5, 30, 1. *veniat* dictum est ut infra 24, 40, 15. *Ballistas tormentaque alia ad tuenda moenia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere.* Sallust. in Jugurth. 8. *Si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum.* Ita *venientia fata* Ovid. dixit 7. Met. 605. ubi v. Cel. Burm.

Ut anno ante, ut semper alias, sociis opem laturos.] Palat. sec. *ut saepe alias*. nec probo. GEBH. *ut animo ante* Lipsiens. frequenti scribarum lapsu. V. infra ad 32, 5, 2. Deinde vocula *ut* secundo loco exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. quam recte retinent reliqui. Est enim ἀσυνδέτως dictum. V. infra ad 40, 39. 8. Deinde *ut saepe alias* etiam Palatini sec. adseclae Harlej. 2. et Haverk. quod recte Gebhardo displicuit. Praeterea vox *sociis* non adparet in Leid. 2. *ut sem-*

6 *ante, ut ſemper alias, ſociis opem laturos.* Discessere socii, pro triſti nuncio triſtiorem domum referentes; quippe quibus per se suſtinendum bellum erat, quod vix
7 Romanis fulti viribus suſtinuiſſent. Non diutius se in Hernico hoſtis continuit. pergit inde infeſtus in agros Romanos, etiam sine belli injuria vaſtatos.

per aliis sociis Gaertn. Sed ſensus *alias* requirit.

§. 6. *Pro tristi nuncio tristiorem domum referentes*] Vet. lib. *tristiorv.* SIG. *tristiorem* solus ex MSS. Palat. pr. et praeter hunc edd. priscae. Reliqui duo exarati calamo codices accedunt Sigonio *tristiora domum referentes.* GEBH. *tristiora* Lipsiens. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Eadem lectio in Voſſ. 1. exſtat exarata inter verſus, in Leid. 2. in margine, qui in contextu ipſo habent *tristiorem*, quemadmodum praeſerunt reliqui omnes, nisi quod Harlej. 1. habeat *tristiorem rem domum referentes.* Sed voculam *rem* omnino a scriba interpolatam puto. quem errorem ab hoc hominum genere saepe commissum eſſe supra monitum eſt ad 2, 18, 2. Potest etiam videri ultima ſyllaba vocis *tristiorem* perperam repetita eſſe. Mox *per se sustinendum erat bellum* alio ordine Leid 2. *per se bellum sustinendum erat* adhuc alio editiones ante Aldum, qui primus dedit *per se sustinendum bellum erat*, consentientibus reliquis scriptis. Denique *Romani fulti viribus*, pro *Romanis*, Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et plures ex vetuſtiſſimis excusis. Sed ultima litera τοῦ *Romanis* ob ductuum similitudinem intercepta eſt a prima ſequentis. V. ad 4, 33, 11.

§. 7. *Non diutius se in Hernico hostis continuit*] *Non diviciis* Leid. 2. Vox *hostis* negligitur in Voſſ. 2. *in Hernici cohortis continuit* Leid. 1. *in Hernici cohortis substinuit* Lipsiens. *in Hernico* eſt in eorum agro. Ita *in Antiati*, de quo infra v. ad 22, 1, 10. [*in Hernicis* Veith.]

Pergit inde infestus in agros Romanos] Elegantius fuerat initio in Palat. tertio *pergit inde infestus agros Romanos.* dictum ut mox c. 7. *Conjuncto exercitu Romam pergunt.* Sic infra c. 29. e tribus MSS. lego *Volscius damnatus Lanuvium exsilium abiit.* quo in loco se non quivit expedire Beatus. c. 44. ut habet Palat. tertius, *Virgini venienti forum magister decemviri libidinis manum injecit.* Lege infra 4, 29. ex Pall. omnibus *Cum dimisso exercitu urbem redisset.* vulgo *in urbem.* GEBH. Ita alibi interdum ſcriptores locutos fuiſſe reperio. Curtius 3, 4, 1. *Regionem, quae castra Cyri adpellantur, pervenerat.* Alia exempla v. apud Sanctium in Minerv. l. 4. cap. de praeposit. Ellipsi. Nollem tamen, Gebhardum praepositionem *in* sustulisse unius cod. auctoritate, in quo insuper poſtea aberratio ſcribae eruditiore manu emendata eſt. Certe omnes noſtri eamdem agnoscunt uno ore. Ex locis autem, quae idem Gebhardus huc contulit, prior nihil probat; tribus autem reliquis codices ejus pejorem lectionem exhibere, poſtea dicendum erit, ubi ad quemque eorum pervenerimus. Quin et, si

Ubi quum obvius nemo, ne inermis quidem, fieret,
perque omnia, non praeſidiis modo deſerta, ſed
etiam cultu agreſti, transirent; pervenere ad ter-
tium lapidem Gabina via. Mortuus Aebutius erat 8
Romanus conſul. collega ejus Servilius exigua in
ſpe trahebat animam. adfecti plerique principum,

vera eſt obſervatio Sanctii in Minerva l. 3. in verbo *Pergo*, ad locutionem *pergo in urbem* ſubaudiendum eſſe *τὸ iter*, vel *pergere*, vel *ire*, vel ſimile, praepoſitionem neceſſariam eſſe ſponte patet. Legitur quidem apud Cic. 4. ad Attic. Ep. 11. *Perge reliqua. geſtio ſcire iſta omnia.* Sed ibi locutio elliptica eſt, pro perge ſcribere reliqua, ut Corrad. vidit. et apud Tacit. 1. Ann. 28. *Suis laboribus defectionem ſideris adſimulans proſpereque ceſſura, quae pergerent.* Sed locus hic viris doctis mendae ſuſpectus eſt; in quo alii *quae itinera pergerent*, alii *quae agere pergerent*, ſupplendum cenſent. (* *pergere oram maritimam* Liv. 6, 31, 5. verum licet libri ſcripti nihil mutent, locum tamen corruptum puto. Vide, quae ibi notavi.) Alibi ſaepe librarii praepoſitiones ſupina quadam negligentia omiſerunt, V. ad 5, 53, 1. (* 9, 38, 2. 26, 46, 7.)

Etiam ſine belli injuria vaſtatos] Secundus diviſim *et jam.* quod non abſurdum. GEBH. Ex noſtris nihil notatum in excerptis video. Utrum autem malis, res eodem redibit. Saepe voces *etiam* atque *et jam* in Mſtis commutari, jam ſupra notatum eſt ad 1, 47, 9.

Obvius nemo, ne inermis quidem, fieret.] *obviis nemo* Harlej. 1. *obviam nemo* Haverk. reliquis vulgatae lectioni adhaerentibus, quae etiam melior eſt. V. ſupra ad 1, 26, 2. et infra ad 26, 25, 15. etiam mox hoc lib. cap. prox. §. 5. [*per quem omnia ne praeſidiis* Veith.]

Pervenere ad tertium lapidem Gabina via] *venere* antiquiores, quibus utor, edd. Aldus primus *pervenere* reſtituit. Et ita habent omnes Mſti noſtri. Deinde *Gabinia via* Leid. 2. Sed male. V. ſupra ad 2, 11, 7.

§. 8. *Mortuus Aebutius erat Romanus conſul*] Verbum *erat* abeſt a Pal. tertio. GEBH. Omnes noſtri eam vocem conſtanter retinent, non ſcripti modo, ſed et typis inpreſſi: in uno tantum Gaertn. hoc modo transponitur, *Mortuus Aebitius Romanus erat conſul.*

Adfecti plerique principum, Patrum major pars] *principium* Haverk. Portug. a m. 1. et Voſſ. 1. in quo literae *i* nota ſubjicitur, tamquam indicium, eam delendam eſſe. V. ſupra ad 2, 27, 12. [*affectique* Veith.] Vox *Patrum* omittitur in Leid. 1. Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. ſecundum quam lectionem interpungendum foret, *adfecti plerique, principum major pars, militaris fere aetas omnis.* Alii tamen eamdem ſervant. Et recte. Diſtinguit enim ſenatores a principibus ordinis ſenatorii, illorum majorem partem, horum pleroſque adfectos dicens. V. infra ad 5, 30, 4. Per *principes* autem *ſenatus* videntur intelligendi, qui, ſummis dignitatibus

Patrum major pars, militaris fere aetas omnis: ut non modo ad expeditiones, quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes
9 viribus subsicerent. Munus vigiliarum senatores, qui per aetatem ac valetudinem poterant, per se ipsi obibant: circuitio ac cura aedilium plebei erat.

functi, auctoritatem quamdam inter reliquos senatores adepti erant. (*10, 11, 3.) *Primores Patrum* vocantur, et ab *universo ordine*, nempe senatorum, distinguuntur infra 4, 48, 9. *Haud gravate adclinaturos se ad caussam senatus, per quam universo ordini cum primoribus se Patrum concilient.* V. etiam hoc lib. c. 36, 5. Nisi hic per *principes* intelligendi sint *principes civitatis*, per quos ipsos tamen senatores primarii indicantur; quemadmodum ita consulem *principem civitatis* supra vocat hoc lib. c. 1, 3.

Sed vix ad quietas stationes viribus subsicerent] Tò *ad* non agnoscit Haverk. quasi satis esset, praepositionem in priori membro adsumtam esse, quum ea etiam in altero Livius uti soleat, quemadmodum reliqui codd. et libri editi praeferunt. Supra 2, 2, 6. *Regium genus, regium nomen non solum in civitate, sed etiam in imperio esse.* (* v. ad 37, 7, 16.) Et passim Livium hac ratione praepositiones repetere solitum fuisse, contra vero librarios earum posteriorem saepissime expunxisse, multis exemplis infra docebitur ad 6, 28, 6.

§. 9. *Qui per aetatem ac valetudinem poterant*] *valitudinem* habent codices MSS. omnes. Notavi quoque ad Ciceronem. GEBHARD. Ita et Florent. m. 2. Voss. ambo, Leidens. ambo, Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quae orthographia etiam infra in iisdem codd. 4, 25, 3. 5, 31, 9. (*8, 12, 2.) et passim alibi obcurrit. V. Dausquej. in Orthogr. part. sec. hac voce.

Circuitio ac cura aedilium plebis erat] Quidam amphibolon putant. Nam si post *aedilium* distinguas, videtur dicere velle, quae cura aedilium esse consueverat, eam plebis nunc factam. Sed mihi sensus videtur, conjunctim legendo: Quae munia proceres obire debebant, eos ad aediles plebis venisse. GLAR. *aedilium plebei* membranae omnes antiquae. MOD. Locum adtente consideranti nullum in his amphibolon obcurret. Nemini enim verosimile erit, curam circumeundi vigilias vili plebi commissam fuisse, quamdiu senatores superessent, qui eo munere fungi possent. Superfuisse autem patet ex eo, quod Patres vigilias obiisse dicantur. Si igitur alterum a plebe, alterum a Patribus praestandum fuisset, illa vigilias egisset, hi eas circuissent. At quoniam omnis fere aetas militaris morbo adflicta jacebat, et penuria militum respublica laborabat, nunc gregariorum loco senatores vigilabant, aediles vigilias circuibant. Praeterea *circumitio* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. V. Doct. Oudendorp. ad Front. 2. Strateg. 3, 3. qui et *circumire* et *circuire* veteres scripsisse, et utrumque in antiquissimis codi-

ad eos summa rerum ac majeſtas conſularis imperii venerat.

VII. Deſerta omnia, ſine capite, ſine viribus, 1
Dii praesides ac fortuna urbis tutata eſt, quae Volscis Aequisque, praedonum potius mentem, quam hoſtium, dedit. adeo enim nulla spes non potiundi 2

cibus reperiri obſervat. (* v. ad 7, 34, 15. 26, 29, 3. 34, 9, 6.) Certe *circumeunti* ex Putean. cod. laudat Gronov. infra 22, 1, 8. *circumire* ex Mſtis 31, 21, 13. *circumitus* infra habet codex Leid. pr. 4, 27, 8. (* Florent. 27, 15, 13.) V. etiam supra ad 1, 47, 7. Tum *aut cura* Gaertn. V. infra ad 21, 53, 3. Denique *aedilium plebis*, ut praeferunt editi ante Gruter. in uno tantum supereſt Haverk. et a m. 2. in Portug. et in Fragm. Hav. qui a m. 1. simul cum Voſſ. utroque, Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. et Gaertn. praeferunt *aedilium plebi*. Gruterus eumque ſecuti recentiores plerique a Modio, ut videtur, ad id inducti, ediderunt *aedilium plebei*. V. ad 2, 42, 6.

Summa rerum ac majestas consularis imperii venerat] *summa rerum ac majestatis imperii consularis* Portug. *majestas singularis imperii* Voſſ. 2.

§. 1. *Dii praesides ac Fortuna urbis tutata est*] Non improbo, quod reperi in Palat. tertio. *Fortuna urbis tuta est.* ut creberrime Salluſtius in Jugurthina praecipue. GEBH. *Fortuna urbis tuta est* etiam Florent. m. 1. Leid. 1. et Lipsiens. Non tamen probo. Alibi enim praeteritum illud *tutus est*, pro *tuitus est*, apud Livium non obcurrit; cujus jam tempore ex uſu abiiſſe videtur. Errantibus igitur librariis hanc lectionem tribuo, qui ultimam syllabam *ta* duplicare neglexerunt. Pariter etiam peccarunt infra 10, 37, 2. ubi plura exempla similium errorum congeruntur. Mox etiam *quod Volscis*, pro *quae*, Leid. 2. quae eadem scripturae varietas alibi ſaepe obcurrit. V. infra ad 37, 35, 3.

§. 2. *Adeo enim nulla spes non potiundi modo, sed ne adeundi quidem Romana moenia, animos eorum cepit*] Dionys. l. 9. [p. 624.] ait, Volscos Aequosque urbem tentaſſe, sed fruſtra id conatos. Ipſe Livius paullo poſt Romanos ab hoſtibus obſessos ait: hic vero non auſos adire Romana moenia. GLAR. Sequius Palat. sec. *adeo enim nullam spem non potiundi modo, sed ne adeundi quidem Romana moenia, animus cepit.* Et videtur quoque alludere tertius, in quo initio *nullam spem*, deinde tamen, *animos eorum cepit*. Palatino sec. aſſentitur Campan. fere per omnia, nisi quod amplius habeat *eorum*. GEBH. Vulgatam ſcripturam in nullo cod. nisi in Portug. et Fragm. Hav. inveni. Nam *adeo enim nullam spem* Florent. *adeo enim nullam spem* etc. *animus eorum cepit* eſt in Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. 2. *adeo enim nullam spem* etc. *animis eorum cepit* in Haverk. *adeo enim nullam spem* etc. *animos eorum cepit* in Gaertn. Leid. 1. et Harlej. 1. *adeo enim nullam spem* etc. *animos eorum cepi* Lipsiens. *adeo*

modo, sed ne adeundi quidem Romana moenia, animos eorum cepit, tectaque procul visa atque in-
3 minentes tumuli avertere mentes eorum; ut, totis passim castris fremitu orto, *quid in vaſto ac deſerto agro*

ire nullam spem etc. *animos eorum cepit* Voſſ. 2. Sed cum Gebhardo editam lectionem praefero. Vox *enim* cui usui sit, se non videre, Doujatius profitetur, ideoque vel eam delendam cenſet, vel totam periodum sic invertendam. *adeo enim nulla spes potiundi Romana moenia animos eorum cepit, ut ne ea quidem adeundi mens ceperit.* Ego vero contra exiſtimo, τὸ *enim* servandum eſſe, eoque deleto, vel periodo ex sententia Doujatii inverſa, fore, ut commodus in verbis Livii ſenſus non sit, et sermo nullo modo cohaereat. Videtur Doujatius putaſſe, in verbis *adeo enim nulla spes* etc. *animos eorum cepit* ſenſum abſolutum eſſe, nihilque ſequentium inde pendere; expuncta autem particula *enim*, illa omnia per epiphonema capienda eſſe, cui proponendo τὸ *adeo* saepe inſervit, ut dictum eſt supra 2, 43, 10. Sed verius eſſe arbitror, periodum hanc per plura ſequentia continuari, et demum finiri §. ſeq. verbis *in Tusculanos colles transirent.* Ita enim omnia cohaerent, *adeo enim nulla spes* etc. *animos eorum cepit*, *tectaque procul visa* etc. *adeo* (illa enim particula ex praecedenti etiam huc revocanda eſt) *avertere mentes eorum*, *ut* etc. *signa repente convellerent, transversisque itineribus* etc. *in Tusculanos colles transirent.* Hinc patet, per particulam *enim* caussam reddi, cur dixerit, Deos praesides ac Fortunam urbis Volscis Aequisque praedonum potius mentem, quam hoſtium, dediſſe. Inverſa utem, ut Doujatius volebat, periodo, nihil erit, quo particula connectens in verbis *tectaque procul visa*, et τὸ *ut* in proximis, *ut totis passim castris*, referri poterunt. Ad haec, ea admiſſa, quis ferre posset parvo verborum ambitu *mentem dedit*, *animos eorum cepit*, *mens ceperit*, *avertere mentes eorum?* Vulgatum itaque probum judico. Inſuper τὸ *modo* abeſt a Leid. 2. *modos* habet Leid. 1. in fine vocis repetita litera, quae in sequenti initialis eſt, quomodo, praeſertim in litera sibilante, saepius a librariis peccatum eſt. V. infra ad 28, 25, 2. Deinde *sed ne adundi quidam*, pro *adeundi quidem*, habet Harlej. 1. Frequenter τὰ *quidem* et *quidam* commutantur. Exempla v. infra ad 39, 17, 5. Denique Glareano, Livio objicienti, quod Volſcos Aequosque Romana moenia adire auſos nnn fuiſſe hic tradat, §. vero 4. Romanos *obsessos* dicat, jam satisfecit Cl. Ant. Perizonius, qui ad marginem codicis monuit, Livium §. 4. referre, non quod factum eſt, ſed quod socii factum esse opinati sunt.

Tectaque procul visa atque inminentes tumuli avertere mentes] *tecta procul visa* Leid. 2. omiſſo τῷ *que*, quod recte in reliquis omnibus supereſt. Tum *ac inminentes* Lipsiens. et Haverk. Sed Livius raro aut numquam τὸ *ac* jungit cum vocibus

agro inter tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent, quum integra loca, Tusculanum agrum, opimum copiis, petere possent? signa repente convellerent, transversisque itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent. eo vis

a vocali incipientibus. V. ad 10, 36, 17. In margine edit. Mediol. anni 1480. manu emendatum erat *atque eminentes*. Sed pro vulgato stant codd. Denique *advertere* Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. contra mentem Livii. Infinitis locis hunc errorem librarii commiserunt. V. ad 6, 23, 8.

§. 3. *Totis passim castris fremitu orto*] Palat. pr. *orbo*, nescio quid orbum sensu significans. GEBH. *orbo* etiam Voss. 2. quod erroribus scribarum adnumerandum.

Quid in vasto ac deserto agro] Delendum videtur τὸ *Quid*. TAN. FABER. Τὸ *quid* servant omnes nostri, praeter Leid. 2. qui praefert *quod*. V. ad 38, 10, 1. Male vero Fabrum vocem *quid* sublatam voluisse, jam recte Doujatius observavit. Vel pueri norunt, *quid* hic poni pro propter quid, cur. Liv. 42, 36, 2. *Mirari Persea regem, quid in Macedoniam exercitus transportati essent*. V. Cl. Corte ad Sallust. Catil. 13. Tum *vasto atque deserto* Portug. et Leid. 2. *quid infesto agro in terra tabem* Florent. m. 1. *inter* m. 2.

Desides sine praeda tempus tererent] *tenerent* Portug. et Lipsiens. errore librarii. Infra 1, 57, 9. *Quas in convivio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes*. 3, 46, 7. *Atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens*. ubi etiam *tenens* cod. Harlej. 1. c. 61, 13. *Rogitantes, quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque tererent tempus*. 5, 26, 9. *Teri tempus, neutro inclinata spe*. 7, 26, 1. *Ubi quum stationibus quieti tempus tererent*. 21 48, 6. *Nullo satis digno morae pretio tempus terunt*. 37, 27, 8. *Circa ea, adpropinquare non ausae, naves diem trivere*. 43, 23, 6. *Appius nequidquam in his locis terens tempus*, etc. *Romam sacrificii caussa rediit*. 44, 2, 2. *Placuit, non ultra morando in Thessalia tempus terere*. c. 37, 12. *Tunc quoque per speciem inmolandi terere videbatur tempus*. et ita saepe. Alibi autem librarii *tenere* et *terere* commutarunt. V. viros doctos ad Lucani 4, 752. et infra ad 4, 31, 2. (*6, 8, 10. c. 27, 7.) Mox *agrum, optimum copiis*, pro *opimum*, Gaertn. V. infra ad 38, 8, 8.

Transversisque itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent] Supra [2, 39, 4.] fuit scriptum *Labicum*. Hic habes *Lavicanos agros*. Mos fuit veterum scribarum *v* pro *b* ponere, et vicissim *b* pro *v*. quod etiam alibi indicavimus. RHEN. Vet. lib. *Lavicanos*. SIG. *transversusque itineribus* Lipsiens. *transversique itineribus* Fragm. Hav. a m. 1. Male. Nam *transversit itineribus*, quod reliqui retinent, eodem modo dicitur, ut *transversis tramitibus*. De quo v. ad 2, 39, 3. Ceterum *per Lanicanos agros* Lipsiens. et Hav. Sed alii codd. constanter *Lucicanos*. Et ita omnes editi, nisi quod Gryphius anno 1548. *Labicanos* vulgari curarit. V. supra

4 omnis tempeſtasque belli conversa eſt. Interim Hernici Latinique, pudore etiam, non misericordia solum, moti, si nec obſtitiſſent communibus hoſtibus, infeſto agmine Romanam urbem petentibus, nec opem ullam obsessis sociis ferrent, con-

ad 2, 39, 4. Tum *in Tusculanos agros* Leid. 2. cujus librario ita scribenti adhuc obverſabatur τὸ *agros* ex proximo. *Tusculanos colles* verius eſſe inde patet, quod mox dicat hoc cap. *Descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem.* Denique *transierunt* Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. [Veith.] *transierent* Leid. 1. An voluerunt *transierint.* Ita cenſendi erunt librarii veram lectionem mutaſſe, quoniam diversa tempora jungi displiceret; quod tamen et Livio et aliis scriptoribus frequens eſſe, variis locis infra docebitur. Et ita inperfectum et perfectum quum alibi junguntur, tum etiam ſupra 2, 48, 4. *Aequi se in oppida receperunt, murisque se tenebant.* (* v. ad 34, 26, 12.)

Eo vis omnis tempestasque belli conversa est] Vet. lib. *obversa est.* Sic 6, [24, 7.] *obverti aciem* dixit. SIG. Palat. sec. cum Sigonio faciens *tempestasque belli obversa est.* GEBH. *obversa est* etiam unus Haverk. cunctis aliis in editam lectionem conſpirantibus, quam propterea praefero.

§. 4. *Pudore etiam, non misericordia solum, moti*] *pudore et non jam misericordia solum* Voſſ. 2. *pudore etiam, non misericordia moti solum* Gaertner. [*pudore et non* Veith.]

Moti, si nec obstitissent communibus hostibus] Pall. et Campani editio, *quod nec obstitissent.* Palat. sec. *quod ne obstitissent.* GEBH. *moti, si non etiam obstitissent* Voſſ. 1. *motique nec obstitissent* Voſſ. 2. *motive obstitissent* Lipsiens. *motis nec obstitissent* Leid. 1. *moti si non obstitissent* Leid. 2. *moti nec obstitissent* Harlej. 1. et Portug. in contextu. *moti quod nec obstitissent* idem in marg. ut et Fragment. Haverk. [Veith.] *moti quod ne obstitissent* etiam Gaertner. Paullo ante *Iterum,* pro *Interim,* Lipsiens. V. infra ad 10, 18, 1.

Infesto agmine Romanam urbem petentibus] Verba haec omisit librarius Oxon. L. 1. ut auctor eſt Hoarne. *Romam urbem* habet Voſſ. 1. et Leid. 2. vulgatum reliqui codd. Supra 1, 3, 9. *Is sepultus in eo colle, qui nunc est pars Romanae urbis, cognomen colli fecit.* 5, 36, 6. *Urguentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma capiunt.* 8, 22, 8. *Pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.* 10, 16, 8. *Si ad ipsam Romanam urbem obpugnandam ducant.* Non eſt igitur, cur recepta lectio mutaretur. Mox *opem illam,* pro *ullam,* Harlej. 1. V. infra ad 25, 11, 3.

§. 5. *Ubi quum hostes non invenissent*] *Ubicumque hostes* Lipsiens. V. ad 5, 55, 1. Deinde vox *hostes* exſulat a Voſſ. 1. et Leid. 2. Mox *famam atque vestigia* Voſſ. 2.

Obvii fiunt descendentibus a Tusculano in Albanam vallem] Vet. lib. *ab Tusculano.* SIG. Supra nominat *Tusculanos colles.*

juncto exercitu Romam pergunt. Ubi quum hostes 5
non invenissent, secuti famam ac vestigia, obvii
fiunt descendentibus ab Tusculano in Albanam val-
lem. ibi haudquaquam aequo proelio pugnatum
est, fidesque sua sociis parum felix in praesentia

Quare non recte Palat. sec. *discedentibus ab Tusculano.* Prim. *ab Tusculano.* Tertius *ab Tusculana.* GEBH. *obviam* priscae edd. usque ad Aldum, qui reposuit *obvii.* Neque aliter est in codd. nostris. V. ad cap. praec. §. 7. Transpositis vocibus *fiunt obvii* habet Gaertn. Deinde *discedentibus* perperam etiam Hav. plerumque Gebhardi Palat. sec. consentire solitus. Verba *descendere* et *discedere* alibi saepe commutari, infra videbimus ad 9, 14, 7. *a Tusculano*, ut, praeter Sigonianas, habent omnes edd. usque ad Gronovianam anni 1665. est in Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Portug. *ad Tusculanam* in Lipsiens. *ab Tusculano* in Voss. 2. *a Tusculana in Albanam vallem* Fragm. Hav. [Veith.] *ab Tusculana in Albanam vallem* Leid. 1. Harlej. ambo et Haverk. quam scripturam in Mediceo codice repertam probat Clar. Jac. Gronov. in Respons. ad Cavillat. Fabretti p. 38. et 39. atque inde efficit, vallem Albanam humiliorem fuisse, quam erat Tusculana. Caussam autem, cur hanc lectionem veram crederet, illam reddidit, tum quod ignoret, alibi adservari membranas castigatiores et pluribus retro annis scriptas, quam quas Medicaea scrinia inter plures alias possident, tum quod ratio dari nequeat, cur Livius nunc simpliciter *ab Tusculano* diceret, quum statim ante, bis addito substantivo, dixisset *integra loca Tusculanum agrum*, et *in Tusculanos colles transirent.* Quod tamen ad posteriorem rationem adtinet, Livius nunc simpliciter *ab Tusculano* dixisse censeri potest, ne semper eadem formula utatur, praesertim quum ubique id operam dederit, ut aliqua varietate orationem distingueret. V. ipsum Cl. Jac. Gronovium ad 1, 30, 8. 2, 7, 2. et alibi. Ex eadem caussa *per Volscos Falernumque agrum* 7, 26, 9. *in Campaniam Falernumque agrum* 10, 20, 1. quibus locis plura vide. *in Tusculano* autem pro *in Tusculano agro*, quemadmodum *in Antiate* infra 22, 1, 10. ubi vide, quae notantur.

Fidesque sua sociis parum felix in praesentia fuit] Non comparent in Palatinis tribus verba ista *in praesentia.* Et quidem a primis editoribus inculcata esse non amplius quaero; qui et copulam, ut et Pall. *que* ignorant. GEBH. Verba *in praesentia* non comparent etiam in Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Propterea tamen ea a primis editoribus inculcata esse, ut Gebhardus censuisse videtur, minime judico. Nam et servant eadem illa melioris notae aliique codd. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. in margine; et Livius passim iis uti amavit. V. supra ad 2, 44, 2. et infra ad 33, 13, 13. Quin et addidisse Livius videtur, ut tacite innueret, Hernicos Latinosque postea ex beneficio hoc fructus tulisse, Romanosque pro auxilio lato non ingratos exstitisse. Praeterea copula *que* exsulat etiam a Voss. 2.

6 fuit. Haud minor Romae fit morbo strages, quam quanta ferro sociorum facta erat. consul, qui unus supererat, moritur. mortui et alii clari viri, M. Valerius, T. Virginius Rutilus, augures; Ser. Sul-

Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. sed illam contra fide digniores membranae reliquae agnoscunt. Paullo ante *aud quisquam*, pro *haudquaquam*, Lipsiens. et *proelio pugnatum aequo est*, transpositis dictionibus, praefert Gaertn.

§. 6. *Haud minor Romae fit morbo strages*] *Haud minor Romae strages*, duabus vocibus exsulantibus, priscae editiones; aliae earum praeferunt *Haud minor et Romae strages*. Aldus demum, quod nunc editur, reposuit; idque in omnibus superest Mstis. Mox *qui unus superfuerat* Fragm. Hav. [Veith.] dissentientibus reliquis.

Mortui et alii clari viri, *M. Valerius*, *T. Virginius Rutilius augures*] *Rutilius* nomen est gentis, ut in *P. Rutilio Lupo*. Hic autem cognomen quaeritur. Ergo *Rutilus* scribendum, quod in Capitolinis fragmentis est. *Rutilius* quidem ea de causa respuitur, quod cognomina in *ius* non desinant ea terminatione, quae patronymicum significant. Itaque *Rutilius*, *Flavius*, *Flaminius*, *Licinius*, *Pacilius* et ejusmodi alia, quae in vulgatis libris pro cognominibus usurpantur, sunt corrigenda *Rutilus*, *Flavus*, *Flaminus*, *Licinus*, *Pacilus*. SIG. Est haec lectio commentum Sigonii. Palat. pr. *mortui et alii viri clari M. Valerius. G. Virginius. Putilius augures*. Veteres autem edd. et Palat. sec. dant nobis *Rutilius*. Tertius *Rutulius*. GEBHARD. Eodem ordine, quo Gebhardi Palat. pr. *mortui et alii viri clari* etiam unus Voss. 1. Reliqui seriem vocabulorum non immutarunt. Hunc *Valerium* augurem Sigonius ad Liv. 3, 25, 3. eumdem censet, atque illum, quem Liv. 2, 18, 6. anno CCLIII. Romae conditae ex quorumdam sententia primum dictatorem creatum scribit, Marci filium, Volusi nepotem. Ejus patrem autem M. Valerium consulem referri anno urbis CCXLIX. l. 2, 16, 1. et interfectum esse proelio ad Regillum lacum anno CCLV. apud Liv. 2, 20, 3. Contra Pighius in Annal. ad ann. CCLIX. p. 89. existimat, scribendum hoc loco *M'*. sive *Manium Valerium*, Volusi filium, P. et M. Valeriorum fratrem, quem Liv. 2, 30, 5. dictatorem creatum fuisse refert. Omnes tamen, quibus utor, codd. scripti et editi uno ore *Marci* praenomen ei tribuunt; quamvis similiter verum sit, saepissime *Marci* et *Manii* praenomina in Mstis commutari. V. ad 27, 25, 2. Sequenti Virginio *Caji* praenomen tribuit Voss. 2. Reliqui constanter *Titum* vocant. Tum *Verginius* Leid. 1. *Vergineus* Leid. 2. *Virgilius* Portug. Denique *Putilius* Voss. 1. *Rutulius* Lipsiens. *Rutilius* scripti reliqui. Pro quo recte Sigonius, frustra adversante Gebhardo, substituit *Rutilus*. Idem autem cognomen Sp. Nautio infra restituit 4, 35, 4. et C. Sempronio 37, 57, 12. ubi in scriptis et editis prioribus pari modo peccabatur. Denique vox *augures* non comparet in Portug. *augur* habet Fragm. Hav. a m. 1. *T. Virginius Rutilius* Florent. [*Rutilius augur*. Veith.]

picius, curio maximus. et per ignota capita late 7
evagata est vis morbi: inopsque senatus auxilii humani, ad Deos populum ac vota vertit. jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque ex-

Ser. Sulpicius, curio maximus] *Sex. Sulpicius* Leid. 2. *Servilius Sulpicius* Haverk. De quo errore infra v. ad Epit. Liv. l. 72. *Ser. Suplcius*, sive *Suplicius*, literis trajectis, Lipsiens. V. infra ad c. 10, 5. Tum *et curio maximus* Harlej. 2. Pro *curio maximus* male in margine Portug. est *pontifex maximus*. Utramque lectionem exhibet Haverk. praeferens *curio pontifex maximus*.

§. 7. *Et per ignota capita late evagata est vis morbi*] Verbum *evagata* non habet hic locum. Tu castiga, *late vagata est*. RHEN. Non putat hic locum habere verbum *evagata est* Rhenanus, ideo restituendum dicit, sicut habetur in antiquis cusis, *late vagata est*; quod non approbo, praesertim codicum manu pictorum auctoritate fultus, et quod amet hoc verbum Livius. 2, 11. *Finisque ille tam effuse evagandi Etruscis fuit.* ubi cum id magna contentione reposuisset ex veteri libro; hic, jam memoria deficiente, incipit sibi se ipsum contradicere. Palat. tertius exhibet *et ignota capita late evagata est vis morbi.* Non illepide, si ratio habeatur vere Latinae Veneris. GEBH. Voculam *et*, ac mox verbum *est* non agnoscit Portug. *vagata* autem, quod Rhenanus volebat, in duobus tantum codd. obvium fuit, Voss. 2. et Fragm. Hav. Reliqui omnes *evagata* ostentant, quod auctoritate Flor. S. Marci defendit etiam Cl. Jac. Gronovius supra ad 2, 11, 10. Eam lectionem servandam esse, etiam Doujatio videbatur, quod *evagari* non modo notet extra certum locum, sed etiam supra modum vagari. Eodem verbo utitur etiam Livius 22, 47, 2. *Nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant in directum utrimque nitentes.* In codd. qui *vagata* praeferunt, prima litera *e* intercepta est ab ultima vocis proximae. V. supra ad 2, 44, 6. *lata evagata est* habet Harlej. 1. Quid autem vere Latinam Venerem Gebhardus adpellet, Palat. tertii lectionem *et ignota capita late evagata est* non inlepidam pronuncians, quomodo et praefert Lipsiens. plane ignoro. Certe alibi ita antiquos locutos fuisse nondum observavi. Tum *vis morbo* Leid. 1.

Inopsque senatus auxilii humani] Particula *que* abest a priscis edd. Eam primus interposuit Aldus, quam etiam agnoscunt codd. nostri omnes.

Jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire] *jussis cum conjugibus* Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. An legendum indicant *jussi sunt cum conjugibus*? Haec conjectura si placet, censendum est, verbum *sunt* unica litera *s*, addita nota, quae compendii signum esset, scriptum fuisse, ut passim fieri solet. Postea vero, neglecta nota, literas coaluisse. V. infra ad 45, 17, 6. Si quis tamen verbum *sunt* addendum non esse existimet, *jussis* datum erit eodem errore illi, de quo infra videbimus 4, 44, 5. Prius tamen verius puto ob auctoritatem optimorum

8 poscere Deûm. Ad id, quod sua quemque mala cogebant, auctoritate publica evocati, omnia delubra inplent. ſtratae passim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum coeleſtium, finemque peſti exposcunt.

1 VIII. Inde paullatim, seu pace Deûm inpe-

codd. *jussis* etiam eſt in Portug. Sed in eodem inſuper omittitur particula, quae sequitur, *cum*, quam tamen intercepiſſe videtur prima syllaba proximae vocis *conjugibus*. Alia ejus erroris exempla supra habuimus 1, 26, 7. c. 51, 5. et Ep. Liv. l. 3 (* v. ad 3, 69, 5.) Cl. Anton. Perizon. ad marginem Livii monuerat, ita sibi interpungendum videri: *jussi cum conjugibus ac liberis supplicatum ire, pacemque exposcere Deûm, ad id, quod sua quemque mala cogebant, auctoritate publica evocati, omnia delubra inplent.*

§. 8. *Auctoritate publica evocati omnia delubra inplent*] *auctoritate publice vocati* Florent. *impleri* Haverk. et Lipsiens. Forte voluerunt *implere*, ut ita oratio per infinitivum more hiſtoricorum, et inprimis Livii, efferatur, de quo dictum ad 1, 50, 5. Verum ita etiam mox scribendum videri poſſet *exposcere*, pro *exposcunt*. licet tamen interdum, sed rarius, id negligatur. V. infra ad 5, 47, 5. Inſuper etiam duorum illorum codd. auctoritas levior eſt, quam ut eorum fide lectio, quae in reliquis omnibus supereſt, inmutetur.

Crinibus templa verrentes] V. Polyb. 9, [6.] KLOCK. V. Lipsium 2. Elect. 6. DUK. *crinibus effusis templa* Gaertn. quod non displiceret, si plurimum codd. fide niteretur. *Effusi* enim *crines* sunt soluti ac penduli. Ovid. Ep. 7. Her. 69.

Conjugis ante oculos deceptae stabit imago
Tristis, et effusis sanguinolenta comis.

Fundere comas in hac re dixit Lucan. 2, 30.

Hae lacrimis sparsere Deos, hae pectora duro
Adflixere solo, lacerasque in limine sacro
Adtonitae fudere comas.

passos crines in eadem re memorat Liv. ipſe 26, 9, 7. *Circa Deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes.* et Mamertin. in Genethl. Maxim. c. 10. *Aedes sacras passo capillo suo quaeque verrebat.* Sed nulli alii codd. eam vocem agnoſcunt; quare recipere non audeo. Praeterea *cervicibus templa* Lipsiens. Sed, in hac re *crines* memorari, loca laudata probant. Deinde *verentes* habet Fragm. Hav. *vertentes* Voſſ. 2. Harlej. 2. et Haverk. Sed male. Proprium enim in hac re verbum eſt *verrere*, ut exempla modo laudata docent. Apulej. 6. Metam. non longe a principio. *Humumque verrens crinibus suis.* Silius Ital. 6, 560.

Ast aliae, laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deûm.

ubi poſt Dan. Heinsium, qui hunc morem inluſtravit, docui *verrere* et *vertere* a librariis confundi.

trata, seu graviore tempore anni jam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora eſſe incipere: versisque animis jam ad publicam curam, quum 2
aliquot interregna exiſſent, P. Valerius Publicola tertio die, quam interregnum inierat, conſules creat L. Lucretium Tricipitinum et T. Veturium Gemi-

Finemque pesti exposcunt] *exponunt* perperam Haverk. V. supra h. lib. ad c. 5, 14. *eposcunt* Harlej. 2.

§. 1. *Defuncta morbis corpora salubriora esse coepere*] Legendum ad fidem libri veteris *corpora salubriora esse incipere*, id eſt, incipiebant, qui sermo familiaris eſt hiſtoricis. RHENAN. *salubriora esse incipere* placuit Sigonio. neque aliter edd. primae. Sequentes enim *incepere*, quomodo exſtat in Pal. sec. ac tert. alterum visitur in pr. At si quis mihi totam eam vocem detraxerit auctori, nihil detraxerit sententiae. GRUT. *salubriora esse incipere* dudum ante Rhenanum ediderunt Andreas atque Campan. Peſſime vero vulgo et quidam codd. *incepere*. Palat. pr. *defuncta morbis corpora salubria esse incipere*. GEBH. *salubriora esse coepere* Florent. *salubria esse incepere* Voſſ. 2. *salubriora esse incepere* Voſſ. 1. Leid. 2. Portug. et Haverk. Reliqui omnes Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. *salubriora esse incipere*; quod recte Rhenanus probavit, et Sigonius in contextum recepit, quum adhuc, neglecta Rhenani emendatione, *salubriora esse coepere* ederetur, quod primum mihi obvium fuit in edit. Mogunt. quum antiquiores excusi habuissent *salubriora esse incepere.* De oratione per infinitivum prolata v. supra ad 1, 50, 5. Paullo ante *sive pace Deûm impetrata* edd. Aldina antiquiores, invitis omnibus scriptis, qui *seu pace* servant, ut etiam Aldus vulgavit. *seu pace deinde impetrata* Lipsiens. Tum *tempore anni circumacto*, praetermiſſa vocula *jam*, Harlej. 2.

§. 2. *Tertio die, quam interregnum inierat*] *tercia die* Portug. Malc. V. ad 8, 11, 15. Tum *interregnum iniret* Leid. 2. qui etiam in verbis praecedentibus non agnoſcit vocem *quum*, vel *cum*. Sed eam intercepisse videtur proxima *curam.* [*P. Valerius plebicula -- qua* Veith.]

Consules creat L. Lucretium et T. Veturium Geminum] Voces *consules creat* in ultimum locum rejiciuntur in Leid. 2. qui simul omittit vocem *Tricipitinum*. Pro ea *Triplicium* eſt in Voſſ. 2. *Tercipitini* in Lipſiens. *Tricipitini* in Leid. 1. et Harlej. 1. Denique *T. Vecturium Geminium* Portug. *Geminium* etiam Harlej. 2. *Genium* Gaertn. Conſulem hunc etiam *Τῖτον Οὐετούριον Γέμινον* vocat Dion. Halic. l. 9. p. 624. *Τῖτον Οὐετούριον ΚιΧωρηνόν*, sive *T. Veturium Cicurinum*, Diod. Sic. 11. Bibl. p. 284. Panvin. tamen in Faſtis eum *Sp. Veturium* adpellandum eſſe cenſet, quia Veturius, qui inter decemviros legum ferendarum fuit, et in Faſtis Capitol. *Spurii* praenomine vocatur, *ὑπατικὸς* vel conſularis fuiſſe dicitur apud Dion. Halic. 10. Ant. p. 680. ubi tamen

3 num; sive ille Vetusius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles consulatum ineunt, jam satis valida civitate, ut non solum arcere bellum, sed ultro et-
4 iam inferre posset. Igitur nunciantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes, impigre promissum auxilium. duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in Volscos ad bellum ultro inferen-
5 dum. Tricipitinus, populationibus arcendis socio-

male *Titos* etiam adpellatur. In eadem opinione etiam fuisse videtur Pighius in Annal. ad ann. ccciii. p. 145. Sed non adtenderunt, consulem hujus anni *Geminum* cognominatum fuisse, fastos autem Capitol. decemviro cognomen *Crassi* dedisse. Contra per Veturium decemvirum consularem eum indicari, qui septennio postea consulatum gessit, existimat Sigonius infra hoc lib. c. 31, 2.

Sive ille Vetusius fuit] Palat. tert. *sive Vetusius fuit* GEBH. Nostri a vulgato non recedunt, nisi quod *Veturius* habeat Voss. 2. [*fuerit* Veith.]

§. 3. *Ante diem tertium Idus Sextiles*] *ante die tertio* Hav. *ante tertium* vetust. editt. Utrumque male. Recte Aldus *ante diem tertium* reposuit. Et ita reliqui nostri. V. ad 6, 1, 11. Deinde *Idus Sextilis* Fragm. Hav. Sed vel ita pro casu quarto accipi debet. V. ad 4, 37, 3. Vox *Idus* non adparet in Gaertn. Mox *sed etiam ultro inferre* alio ordine Haverk. Harlej. 2. et Lipsiens.

§. 4. *Nunciantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes*] *fines suos transcendisse* primae edd. usque ad Aldum, qui praepositionem adjecit. Eamdem autem retinent omnes nostri. Infra 4, 53, 2. *Jam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum.* ubi etiam quaedam vide. 10, 20, 1. *Per Vescinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt.* 32, 13, 9. *Omisso incepto in Macedoniam transcendit.* 38, 3, 4. *Amphilochia recepta, eadem spe in Aperantiam transcenderunt.* 44, 9, 8. *In urbem duorum signorum milites transcenderunt.* Ita *transcendere per ruinas muri* dixit Liv. 36, 24, 4. ubi etiam vide. Mox *permissum auxilium*, pro *promissum*, Voss. 2. Qui error ex eo ortus est, quod librarii notas, quibus voces *per* et *pro* indicari solebant, confuderint. (* 8, 24, 8.) V. ad 9, 10, 7. *transmissum auxilium* Gaertn. Tum vox *duo* non comparet in Leid. 2.

§. 5. *Tricipitinus populationibus arcendis*] *Triciplinus* Voss. 2. *Tripicitrinus* Leid. 2. *Tricipitinus L. Lucretius populationibus* Haverk. Sed voces *L. Lucretius* ex glossa sunt ac margine. Mox *in Hernicos processit* Voss. 1. et Leid. 2.

Primo proelio hostes fundit fugatque] To *fugatque* exsulat a priscis editt. sed addidit primus Aldus, concinentibus omnibus Mstis, quibus utor. Passim duo haec verba junxit Livius. V. ad 38, 53, 2. Mox hoc cap. *Aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque.*

§. 6. *Lucretium, dum in Her-*

rum agro obpositus, non ultra, quam in Hernicos, procedit. Veturius primo proelio hostes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis sedet, prae- 6
donum agmen fefellit, supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos. Vastavere agros Praenestinum Gabinumque: ex Gabino in Tusculanos flexere colles. urbi quoque Romae in- 7
gens praebitus terror, magis in re subita, quam

nicis sedet, praedonum agmen fefellit] Palat. pr. *sederet*. GEBHARD. Male. *dum* enim requirit praesens indicativum. V. ad 1, 40, 7. Crediderat librarius, scriptum fuisse *sed'et*, et hinc *sederet* dedit. V. ad 39, 52, 6. [*in Hernicis esset* Veith.] Ceterum *Lucrecius* perperam Leid. 2. Non enim Lucretius agmen praedonum, sed illud Lucretium fefellit, eoque inscio in agros sociorum praedatum descendit. Male etiam *agrum*, pro *agmen*, Lipsiens. Mox *montes Praedestinos* Harlej. 1. *montes Praevestinos* Harlej. 2. et Lipsiens. *Paenestinos* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox etiam *Paenestinium* Voss. 1. et Leid. 2. *Praenestium* Gaertn. *Praevestinum* Lipsiens.

Ductum. inde dimissum in campos vastavere] Muta distinctionem et scribe: *Lucretium, dum in Hernicis sedet, praedonum agmen fefellit, supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos. Vastavere agros Praenestinum Gabinumque*. J. FR. GRON. Omnes codd. mei *dimissum in campos* praeter unum Harlej. 1. qui habet *inde missum in campos*. unde optime Gronovii certissima conjectura firmari potest. Primam enim syllabam vocis *demissum* intercepit ultima proximae *inde*. *Demittere* autem et *Dimittere* passim confundi, infra dicendum erit ad 7, 23, 6. Mox *Gabiniumque* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. et Gaertn. Male. V. ad 2, 11, 7.

Ex Gabino in Tusculanos flexere colles] Duo priora vocabula exsulant a Leid. 2. a m. 1. sed m. 2. adscriptum *ex Gabinis*, quae etiam lectio superest in Voss. 1. Tum *in Tusculentis* idem Voss. 1. qui ut et Leid. 2. mox pro varia lectione praeferunt *calles* loco τοῦ *colles*. Saepe *colles* et *calles* commutari, infra videbimus ad 31, 42, 8. Hic vero *colles* servandum. Supra c. 7, 3. *Per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent.*

§. 7. *Urbi quoque Romae ingens praebitus terror*] *urbis quoque Romanae* Lipsiens. a m. 1. *urbi quoque Romanae* a m. 2. V. infra ad Epit. Liv. l. 49. Uni tamen codici fidem habere non audeo. *urbi cum Romae* Gaertn.

Magis in re subita, quam quod in arcendam vim parum virium esset] Quaedam exemplaria habent (et certius arbitror) *magis re subita*, sine praepositione *in*. deinde, *quam quod ad arcendam*. NANN. Tres Palat. et antiquitus editi, *quam quod ad arcendam vim parum virium esset*, non, ut vulgatur, *in arcendam vim*. GEBH. Si no-

quod ad arcendam vim parum virium esset. Q. Fabius praeerat urbi. is, armata juventute, dispositisque praesidiis, tuta omnia ac tranquilla fecit.
8 Itaque hostes, praeda ex proximis locis rapta, adpropinquare urbi non ausi, quum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hostium abs-

stri addicerent, cum Nannio reciperem *magis re subita*. Nunc vero omnes et manu et typis descripti servant *magis in re subita*. Praeterea *quam quod ad arcendam vim* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. ambo, Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. cum primis edd. *quam quod arcendam vim*, omissa praepositione, Leid. 1. et Portug. *quam ad arcendam vim* Voss. 2. et Haverk. exsulante voce *quod*, quae a proxima voce *quam* intercepta est. V. ad 37, 54, 4. *quam quod in arcendam vim* primum inveni in editione, cui Curio praefuit. in ejus autem margine manu docta notatum, forte legendum *quam quod ad arcendam vim*. et ita jam praefert Gruteri ultima. Denique *parum virium esse* Portug.

§. 8. *Quanto longius ab urbe hostium abscederent*] Palat. 1. *ascenderent*. GEBH. *obsederent* Leid. 2. *ascenderent* Voss. 2. et a m. 1. Portug. qui a m. 2. habet *abscenderent*. idque est in Harlej. 2. Fragm. Hav. Lipsiens. et a m. 1. in Voss. 1. [*ascenderint* Veith.] *abscedere* et *abscendere* eodem modo infra confunduntur 5, 4, 10. (* 37, 15, 2.) Similiter etiam confunduntur *descendere* et *decedere*. V. infra ad 36, 14, 4.

Jam ante exploratis itineribus suis instructum] Hoc fortassis ita dici potest, ut alibi *occasio sua*, *tempora sua*, et alia hujusmodi, de quibus J. Fr. Gronovius ad Liv. 1, 56, 8. 35, 12, 8. et 4. Observ. 17. Et, si alibi in Livio vel aliis est *explorare itinera sua*, bene habet. Interim mihi suspectum est *suis*, tamquam ex ultima litera vocis praecedentis et tribus prioribus sequentis natum. DUK. Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii malebat *jam ante exploratis itineribus hostis instructum*. Vir doctus vero ad marginem editionis Curionis legendum conjiciebat *jam ante exploratoribus suis instructum*. Et ita *instructum* accepit pro edoctum, certiorem factum, nempe hostem adventare. Invitis tamen codd. qui hoc loco omnes vulgatum servant, neutram conjecturam probare possum. *instructum* hic capio ordinatis, et in aciem dispositis militibus. Supra h. lib. c. 2, 7. *Ita duo consulares exercitus ad hostem accessere, acie instructa, ut confestim dimicarent*. Infra 6, 7, 2. *Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt*. 10, 19, 14. *Ab neutra parte satis commode instructi fuerunt*. et mox, *Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit*. 9, 37, 3. *In campos delata acies: deinde instructa primo suo stare loco, relicto hostibus ad instruendam contra spatio*. Doujatius *Itineribus suis* vel accipit itineribus ipsius Lucretii, vel itineribus praedonum; pronomen enim *suum* non semper reciproce dici. Posterius admitti nequit. Lucretius enim explorando itinera, per

cederent, eo solutiore cura in Lucretium incidunt consulem, jam ante exploratis itineribus suis instructum, et ad certamen intentum. Igitur, prae- 9
paratis animis, repentino pavore perculsos adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque; et compulsos in cavas valles, quum

quae ad hostem pergebat, didicerat, eum incautum adventare, ideoque instructus et ad certamen intentus incedebat. Non autem iisdem stativis sedisse Lucretium, postquam sociorum agros vastari audivisset, sed obvium hosti profectum esse, indicant verba Livii hoc cap. infra, *Victor consul, ingenti praeda potitus, eadem in stativa rediit.* Si quid mutandum, Cel. Dukero, τὸ *suis* inducendum esse censenti, consentio. Infra 10, 26, 9. *Ut in re subita parum explorato itinere ad jugum perrexit.* Τὸ *suus* autem saepe a librariis pro lubitu modo addi, modo omitti solet. V. infra ad 5, 46, 1. Sed neque vulgatum defendenti pertinaciter adversabor. Livius enim aliique saepe τὸ *suus* addiderunt, ubi tuto omitti potuisset. Ita supra 2, 55, 5. *Tribuni, civem Romanum in conspectu suo virgis caedi, malunt, quam ipsi in lectulo suo a vobis trucidari.* ubi vide, quae dixi. Infra 3, 13, 2. *Ibi rixam natam esse, fratremque suum majorem natu, pugno ictum a Kaesone, cecidisse semianimem.* Val. Max. 1, 1, 4. *Praetor, a patre suo, collegii Saliorum magistro, jussus, sex lictoribus praecedentibus arma ancilia tulit.* Ceterum *jam ante ploratis itineribus suis* praefert Lipsiens.

§. 9. *Igitur praeparatis animis*] Palat. pr. *Igitur imperatis animis.* Non apponam, quid conjectem. GEBH. Quid conjecturus fuisset Gebhardus, incertum est. Id tamen certissimum, scripturam Palat. primi originem suam debere errori librarii. Omnes nostri vulgatum tuentur.

Perculsos adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt] *percussos* Portug. a m. 1. *perculssos* a m. 2. V. supra ad 1, 27, 10. Deinde *aliquando* Leid. 1. qui error ex negligenti praeeuntis pronunciatione natus videtur: qualia plura passim in Mstis obcurrunt. V. ad 5, 29, 5. Denique *pauciore* Voss. 2. quasi Livius voluisset, *ingentem multitudinem fundunt paucioremultitudine.* Vulgatum tamen praestare judico. Denique *fundit fugatque* Gaertn. *fugatque* etiam Lipsiens.

Cum exitus haud in facili esset] Scribe *quum exitus haud in facili essent.* RHEN. Vet. lib. *cum exitus haud inde faciles essent.* SIG. Assentio Rhenano, reponenti hic ex scripto cod. *cum exitus haud in facili essent.* quod ita habeant etiam membranae nostrae. MOD. *cum exitus haud in facili esset* ed. Andreana. neque valde recedunt Palatini. Sigonius aliique vulgarunt, *cum exitus haud inde faciles essent.* quod mihi non magis sapit, quam Modianum *haud inde facilis esset.* GRUT. Palat. sec. ac tertius ex interpolatione, *cum exitus haud in facili essent.* neque aliter Campani ed. At Palat. pr. *cum exitus haud inde facilis esset.*

10 exitus haud in facili essent, circumveniunt. Ibi Volscum nomen prope deletum est. tredecim millia

Quid dicam? cogi me ad probandam lectionem Rhenani, victum tanto consensu librorum et Palatinorum et Modianorum. GEBH. *quum exitus haud in facili essent.* Sic Rhenani, sic Modii, sic Pall. codices. Quid igitur Sigonius, *haud inde faciles essent?* Hoc libro infra [c. 65, 11.] *Adeo moderatio libertatis, dum aequari velle simulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium, in difficili est.* Seneca de Clement. 1, 7. *At cui ultio in facili est, is omissa ea certam laudem mansuetudinis consequitur.* Plinius 18, 28. *Contentus ita probasse, opes sibi, cum vellet, in facili fore.* Quid Gruterus ex Andrea maluit *exitus esset?* quasi nescirent, esse plures. Liv. 39, [51, 5.] de Hannibale: *Septem exitus e domo fecerat; ex iis quosdam occultos, ne custodia sepirentur.* Et apud Ciceronem [lib. 5. in Verr. 27.] *clausum ad exitus.* hoc libro [c. 26, 4.] *Priusquam vallo undique clauderent exitus.* Alibi [37, 16, 8.] *Iniqua et difficilia ad exitus loca.* J. FR. GRON. Ut Sigonius in vet. lib. invenit, praefert etiam Haverk. perpetuus ejus assecla. *quum exercitus haud in facili esset* Voss. 1. et Leid. 2. Alibi etiam interdum confunduntur voces *exercitus* et *exitus.* V. infra ad 5, 26, 7. *quum exitus haud in facili esset* Voss. 2. et Hearnii Oxon. N. *quum exitus haud in facile essent* Harlej. 1. ex quali lectione, addita tantum una litera sibilante, (nam *in* pro *inde* in membranis ubique occurrit) efficta est illa, quam Sigonius in suo obsendit. *quum exitus haud faciles essent* Gaertn. quod ex verae lectionis expositione natum puto. Reliqui Msti, Florent. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Fragm. Hav. *quum exitus haud in facili essent.* Et ita jam edidit Aldus, cui tamen nemo ante Gronovium auscultavit, nisi paullo post Colonienses anno 1525. Cervicornus, Ascensius anno 1530. et Basileenses anno 1555. Quum autem Sigonius cod. sui lectionem recepisset, ejus loco mox Parisienses anno 1573. substituerunt *quum exitus haud inde facilis esset*, quod subsequentes nonnullae edd. servarunt, etiam Modiana, unde Gruterus haud satis adcurate Modium ejus auctorem credidit. Sed recte Rhenanus, Modius, Gebhardus, et ὁ πάνυ Gronovius *quum exitus haud in facili essent* probarunt. *exitus essent in facili*, pro essent faciles, ut Gaertn. praeferre modo dixi. Ita *in difficili esse* apud JCtum occurrit in l. 29. §. 15. ff. de liberis et posumis. *Ille casus in difficili est, si filium habeas, et nepotem nondum natum institutas.* quam locutionem, in eo ab anonymo reprehensam, quasi inusitata aut etiam durior foret, optime vindicavit Cl. Duker. in notis ad opuscula de Latinitate Jurisconsultorum veterum p. 390. Sane *in facili esse*, ut hoc loco Livius, etiam alius Jurisconsultus dixit l. 8. ff. de Confirmando tutore vel curatore. *In confirmando tutore hoc praetor inquirere debet, an duraverit patris voluntas. quod in facili est.* V. Nic. Heins. ad Nason. 1. Art. Am. 562. Livio autem similes locutiones admodum sunt familiares. Ita *in obscuro esse* supra in praefat. *Si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient. in dubio esse* 2, 3, 1. *Quum haud cuiquam in dubio esset, bellum ab Tarqui-*

quadringentos septuaginta cecidisse in acie ac fuga, mille ducentos quinquaginta vivos captos, si-

niis inminere. 3, 19, 8. *In dubio fuit, utrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam arcem liberarent.* Ovid. Epist. 19. Her, 174.

Quid sequar in dubia est. haec decet; ille juvat.

Lucret. 3, 850.

In dubioque fuit, sub utrarum regna cadendum
Omnibus humanis esset.

ubi videndus est Lambin. *in integro esse* infra hoc lib. c. 10, 13. *Victam legem esse, nisi, dum in integro res sit, caveant, ne passessione urbis pelluntur.* ubi videnda etiam, quae notantur. *in incerto esse* 5, 28, 5. *Varie bellatum, adeo ut in incerto fuerit et apud ipsas exercitus et Romae, vicissent, victine essent.* ubi etiam monebo. *in obvio esse* 37, 23, 1. *Eo maxime, ut in obvio classi hostium essent, electus locus est. in tuto esse* 38, 4, 10. *Periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Romani, et regressus inde in tuto non esset.* Ita olim edebatur, servantque codd. mei, pro quo Aldus *regressus inde in tutum* substituit. *in aequo esse* 39, 37, 14. *Modo ne in aequo hostes vestri nostrique apud vos sint, ac nos socii. in expedita esse* Curtius 4, 2. *Quum et removere et adpellere scaphas in expedito esset.* Quinctil. 10. Instit. 7. *Promtum hoc et in expedito positum exercitatione sola continetur.* et eo sensu *in remotissimo ponere,* pro remotissimos ponere, accipio apud Frontin. 2, 5, 31. *Ita ut in prima parte leves Hispanos, aptissimos ad furta bellorum, ponerent, paullo interius scutatos, in remotissimo equites.* quemadmodum *in proximo esse* dicitur, quod est proximum, apud Quinctil. 1. Instit. 3. *Quidquid illic possunt, statim ostendunt. Possunt autem id demum, quod in proximo est.* Praeterea *exitus essent* numero multitudinis, ut hoc lib. c. 26, 4. *Munitiones priusquam undique vallo objecto clauderent exitus.* 9, 37, 8. *Delectae cohortes ad portarum exitus collocantur.* 24, 39, 1. *Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera claudendosque oppidanis exitus consistunt.* 26, 40, 12. *Quum caeci in fugam ruerent, clausique exitus essent, circa portas caesa.* Phaedr. l. 1. Fab. 11, 9.

Quae dum paventes exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo inpetu.

ubi v. Cel. Burmann.

§. 10. *Ibi Volscum nomen prope deletum est*) *Volscorum nomen* Haverk. Infra 9, 45, 17. *Nomenque Aequorum prope ad internecionem deletum.* At reliqui nihil mutant; nisi quod *Vuolscum* sit in Klockian. Liv. 1, 10, 3. *Ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum inpetum facit.* 2, 22, 7. *Numquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.* c. 35, 7. *Longe is tum princeps Volsci nominis erat, Romanisque semper infestus.* 9, 45, 5. *Incolumi Hernico nomine missitaverant simul cum iis Samniti auxilia.* V. Tennul. ad Front. 1. Strateg. 2, 2. Pariter *Fabium nomen,* pro Fabiis, 2, 45, 16. *Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit.* ubi plura vide.

Tredecim millia quadringen-

gna viginti septem militaria relata, in quibusdam
annalibus invenio. ubi etsi adjectum aliquid numero
11 sit, magna certe caedes fuit. Victor consul, in-
genti praeda potitus, eadem in stativa rediit. Tum
consules castra conjungunt: et Volsci Aequique ad-

tos septuaginta cecidisse in acie ac fuga] *XIIII millia* Voss. 2. et Harlej. 1. *quatuor millia quadringentos octoginta* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. *XIII. milia et D. et LXX.* Gaertn. *XIII. CCCC. LXX.* Klockian. *decem millia CCCCLXX.* primae, quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui substituit id, quod nunc vulgo circumfertur. Et ita est in reliquis nostris. [*deletum est. Quadringentos septuaginta* Veith.] *in acie fuga* Lipsiens. Voss. 2. et ed. Aldina. *in acie in fuga* Haverk. *in acie ac in fuga* Harlej. 2. quod displicet, quoniam Livius aut raro aut numquam τῷ *ac* utatur, nisi sequente voce, quae a consona incipit. V. ad 10, 36, 17.

Mille ducentos quinquaginta vivos captos] *mille ac CL. vivos captos* Lipsiens. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. et L. 1. *mille ac centum quinquaginta vivos captos* Haverk. *mille DCCL. vivos captos* Gaertn. *CX. a. CCL. vivos captos* Klockian. Ex cujus vestigiis *mille ac centum quinquaginta* legendum videtur. *M. L. ad CCL. Lavios captos* Portug. *CC vivos captos* Hearnii Oxon. L. 1. *mille et ducentos quinquaginta captos vivos* vetustiores typis descripti usque ad Aldum, vulgatae lectionis auctorem. Aldo autem consentiunt Voss. 2. Harlej. 1. et Fragment. Hav. *M. a. CCL. vivos* Florent. [*in ucie. fuga vero mille quinquaginta ad ducentos quinquaginta Lavinias captos. Signa* Veith.]

Signa viginti septem militaria relata] *signa XXXII* Haverk. Sed alibi notae numerales *X* et *V* commutantur. V. infra ad 39, 29, 7. *signa XXIIII* Gaertn. ubi nota *V* dissoluta est in *II.* V. ad 37, 22, 4. *signa XXXVII,* numero denaria nota aucto, Lipsiens. *signa XIIII* editiones ante Aldum, qui *viginti septem* reposuit, reliquis codd. nostris probantibus. *relicta,* pro *relata* est in Hearnii Oxon. L. 2. et C.

Ubi etsi adjectum numero aliquid sit] Est in veteri cod. *ubi etsi adjectum aliquid numero sit.* RHEN. Et ita praeferunt codices nostri, nisi quod Voss. 1. et Leid. 2. habeant *ubi etsi aliquid adjectum numero sit;* et *adictum*, pro *adjectum*, praeferat Lipsiens. iu quo ita scriptum eadem ratione, qua etiam adicio, pro *adjicio,* in Mstis dari solet. V. ad 2, 10, 9. *adjectum aliquid numero sit* etiam Florent. Ceterum, quae notae Rhenani praescribitur, lectio primum in Aldina adparuit. Antiquiores excusi legunt *ibi etsi adjectum numera aliquid est*, invitis omnibus scriptis. *ubi* autem et *ibi* saepius commutantur. V. infra ad 27, 5, 2. Mox *certe* deerat in contextu Lipsiens. et tantum inter versus adscriptum exstabat.

§. 11. *Victor consul. ingenti praeda potitus, eadem in stativa rediit*] Pall. tres, et antiquae edd. *eodem.* GEBH. *eodem in stativa* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. Hav. Fragm. Hav. omnesque vetustae

flictas vires ſuas in unum contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam dedit. fuſis hoſtibus, etiam caſtra capta.

IX. Sic res Romana in antiquum ſtatum rediit: 1
secundaeque belli res extemplo urbanos motus ex-

editt. usque ad Aldum, qui in contextu etiam ita dedit, ſed in erratis *eadem in stativa* reponendum monuit, praepositione inter adjectivum ac subſtantivum media, de quo supra v. ad 2, 19, 8. Et ita praeferunt Voſſ. 1. et Gaertn. Mox *Tum consules* plerique codd. quibus utor, omnesque edd. usque ad Gruterum, qui *Tunc consules* vulgavit. *Tunc* habet etiam Harlej. 1. *Tunc* et *tum* saepe commutari, supra notatum eſt ad 2, 12, 15. *Dum consules* Gaertn. quod propius ad τὸ *Tum* accedit, et ex vitiosa verba praeeuntis pronunciatione natum eſſe videtur. Alibi ita peccatur in Mſtis. V. infra ad 40, 42, 7.

Tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam dedit] Palat. pr. paullo melius *Tertia illa pugna eo anno, et eadem fortuna victoriam dedit.* Tertia pugna et tertio iterata fortuna poſt calamitoſum annum victoriam inſtauravit. Placeret tamen magis, si scriptum foret, *Tertia illa pugna eo anno eâdem fortunâ victoriam dedit.* Licet tamen acquiescere lectioni Palat. primi. GEBH. Ut Gebhardi Palat. pr. etiam legit Voſſ. 2. reliquis in lectionem editam conſpirantibus, quae cur displicere debeat, nullam cauſſam video. Quin contra magis commodam ac saniorem altera puto. *Tertia illa pugna illo anno fuit* Leid. 2. Mox *fusis hostibus et castra capta* Portug. a m. 2. *fusis hostibus etiam capta castra* Harlej. 2. et Haverk. *capta castra* habet et Lipsiens.

§. 1. *Extemplo urbanos motus excitaverunt*] Ita eſt in margine Voſſ. 1. pro quo in ipso contextu scriptum erat *Romanos motus.* Contra Hearnii Oxon. N. in contextu praefert *urbanos motus,* in margine vero *Romanos motus.* Praeterea *excitavere* Portug. Tum *exemplo* Lipſiens. V. ad 34, 33, 8. Paullo ante *secundae q̊;* *res*, id eſt, *secundae quoque res.* pro *secundaeque res,* Gaertn. V. infra ad 5, 27, 1.

§. 2. *C. Terentillus Arsa*] Vet. lib. *Terentilus.* Legendum eſt *Terentius.* Et paullo poſt [c. 10, 5.] *Lex Terentia*, ex Dionysio [l. 10. p. 627.] et ratione gentium et legum Romanarum. SIG. Sigonius ex Dionysio conjicere conatur, legendum *Terentius.* Palat. pr. *Gravis Terentillius,* alludit, ut eſt in tertio *Gajus Terentillius.* GEBH. *Terentilius* Voſſ. 1. *Terentillius* Voſſ. 2. et ambo Harlej. *Terrentillius* Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. sed *Terrentillus* a. m. 2. *Tà C. Terentillus* exſulant a Portug. quorum loco margini a m. 2. adſcribitur *G. Terentinus.* Hearne vero auctor eſt, *Terentius*, ut Sigonius ſcribendum monuit, etiam supereſſe in Oxon. B. Tum *Harsa* Voſſ. 1. et Leid. 2. *G. Terentillius Harsa* Florent. Mox *his consulibus absentibus*, pro *is, consulibus,* Portug. Deinde vocem *actionibus* non agnoscit Harlej. 2. Tandem *aliquod*, pro

2 citaverunt. C. Terentillus Arsa tribunus plebis eo anno ſuit. is, conſulibus abſentibus, ratus locum tribuniciis actionibus datum, per aliquot dies Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus, maxime in con-

aliquot, praefert Lipsiens. (*Ita et infra peccatur 6, 24, 2.) Qui error facillime, praeſertim ex minus diſtincta verba praeeuntis pronunciatione, nasci potuit. In sono enim parum *d* et *t* diſſerunt. V. infra ad 7, 16, 3.

Maxime in consulare imperium, tamquam nimium, nec tolerabile liberae civitati, invehebatur] *maxime et consulare imperium* Harlej. prior. Tum vocula *nec* deerat in contextu Portug. sed m. 2. margini adſcripta extat. *nec Itolerabile* Hav. *nec tollerabilem* Gaertn.

§. 3. *Nomine enim tantum minus invidiosum*] *nimis invidiosum* Leid. 2. sollemni librariorum lapſu, qui ſaepiſſime in vocibus *nimis* et *minus* commutandis peccarunt. V. infra ad 36, 9, 7. *nomine tantum minus invidioso* Harlej. antiquior. [*tantum invidiosum* Veith.]

Re ipsa prope atrocius, quam regium, esse] *quam regem esse* Voſſ. 1. et Leid. 2. *quam regum esse* Lipsiens. *quam regnum esse* Portug. a m. 1. et typis excusi usque ad Aldum, qui *regium* edidit, ut praeferunt reliqui ſcripti, quibus utor. *Regnum* et *Regium* alibi etiam commutantur. V. infra hoc lib. ad c. 38, 1.

§. 4. *Quippe duos pro uno dominos acceptos*] Alii *duos pro uno domino acceptos*. Non aeque bene. MOD. Probo hanc lectionem, ſtabilitam a Palat. primo atque edd. primariis. At tertius *pro uno domino*, quod dudum recte repudiavit Modius. GEBH. Saepius ita Livium locutum eſſe, ut adhuc vulgo editum fuit, certiſſimum eſt. Obcurrit enim ſupra 1, 28, 7. *Ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est.* 2, 20, 7. *Ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit.* Infra hoc lib. c. 14, 4. *Ut mille pro uno Kaesones exstitisse plebes quereretur.* 7, 7, 3. *Dictatoris adventu novus veteri exercitus jungitur, et copiae duplicantur.* 8, 5, 3. *Colonias quoque vestras Latinum Romano praetulisse imperium.* 9, 19, 9. *Jam in opere quis par Romano miles?* 23, 43, 11. *Punicam Romanae societatem atque amicitiam praeoptandam esse.* 28, 39, 6. *Quum jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam haberemus.* ubi tamen codicum diſſenſus lectionem illam dubiam facit, aliis *optabilem ex miserrima fortuna* praeferentibus. 33, 36, 2. *M. Acilius praetor cum una ex duabus legione urbana missus, alios jam congregatos pugnando vicit.* 35, 31, 10. *Ceterum nequidquam ea facta, si novus et incognitus pro vetere et experto habendus rex esset.* 38, 7, 5. *Pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur.* c. 29, 2. *Interiorem semper juxta validum pro diruto novum obstruentes murum.* Et ita etiam Salluſt. in Jugurth. 19. *Bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida et finis Karthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat.* Florus 3, 17. *Bici-*

consulare imperium, tamquam nimium, nec tolerabile liberae civitati, invehebatur: *nomine enim* 3
tantum minus invidiosum, re ipsa prope atrocius, quam
regium, esse. Quippe duos pro uno domino acceptos, 4
immoderata, infinita potestate: qui, soluti atque effre-

pitem ex una fecerunt civitatem. Quo minus tamen hanc scripturam probare cum Modio et Gebhardo possim, obstat codd. meorum auctoritas. Plerique enim, ut Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. uno ore praeferunt *quippe duos pro uno dominio acceptos.* Et idem Gebh. in Pal. tert. quem codicum optimum vocare solet, invenit. Eodem ducit lectio, quae in Lips. obvia est, *duos pro uno dominio.* ut *duos pro uno dominos* apud me supersit tantum in uno ex recentioribus Harlej. 2. atque in Florent. Tanto minus autem a tot testibus firmatam lectionem negligere audeo, quod ipse Livius quoque eo modo loqui solitus sit. Supra 2, 24, 1. *Adeo duas ex una civitate discordia fecerat.* ubi etiam unus codex male *duas civitates ex una* praefert. 3, 6, 6. *Discessere socii, pro tristi nuncio tristiorem domum referentes.* 4, 4, 10. *Id vos sub legis superbissimae vincula conjicitis, qua dirimatis societatem civilem, duasque ex una civitate faciatis.* 21, 26, 1. *Punicum insuper Gallico bello auctum Patres acceperunt.* c. 29, 6. *Hannibalem incertum, utrum coeptum in Italiam iter intenderet, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret, avertit a praesenti certamine.* 25, 10, 10. *Quum titulis notatae fores discrimen pacatae ab hostili domo fecissent.* 42, 63, 4. *Pro diruto muro novum tumultuario opere, raptim ex ipsa strage congestis saxis, exstruebant.* Istam igitur lectionem recepi, codicum tantum non omnium fidem secutus.

Immoderata, infinita potestate] Quidam haec adjectiva, ad unum posita substantivum, distinguunt, nihilominus obscuro manente sensu. GLAR. Vet. lib. *infinitaque potestate.* SIG. In his ego verbis mendum aliquod subesse numquam non sum veritus, propterea quod non satis cohaerere judicarem, quod dicitur *immoderata infinita potestate:* id quod etiam Glareano et Sigonio difficultatem nonnullam peperit. Meme igitur diligenter excussi, atque ἐυσοΧίαν meam auxilio advocavi, atque ita re tota, qua ad Livii sententiam, qua ad corruptae vocis literarum tractum, diligenter examinata, denique conjeci, oportere scribi: *Quippe duos pro uno dominos acceptos, in eos delata infinita potestate.* Ex *immoderata*, servatis, quantum potui, vulgatae lectionis vestigiis, satis apte, ni fallor, conformavi *in eos delata.* Quae clausula C. Terentilli mentem ei rei, quam tunc plebi persuadere conabatur, valde accommodatam exprimit, quemadmodum intelligent ii, qui universum T. Livii contextum sibi percurrendum duxerint. Non affirmo tamen, ita omnino legi debere: nam, etsi aliqua mihi de mendo suspicio jam diu orta est, non penitus tamen invaluit apud me haec sententia; sed tantum dico, (si locus forte e-

nati ipsi, omnes metus legum omniaque supplicia ver-

mendationis indigere judicatus fuerit) commodissimam mihi videri ejus corrigendi rationem, quam proposui. R. TITIUS Loc. cor. controv. 8, 25. Non tu, ne quid dissimules, sed Sigonius et Glareanus primi mendum odorati sunt in his verbis Livii. Nam Glareano primum, deinde Sigonio post Glareanum negotium facessunt duo ἀσύνδετα *immoderata infinita potestate.* neque injuria. Tu more tuo εὐςοχίαν illam tuam divinamque opem ingenii tui advocasti. Verbis enim tuis propemodum utar. Denique pro *immoderata infinita potestate* legis, et quidem εὐςοχωτάτως *in eos delata infinita potestate.* Acute, astute, rotunde. *Deferre potestatem, imperium, fasces in aliquem* loquutio Titiana. Non dubium est, quin ita Livius scripserit, quum Robertus Titius εὐςοχίαν suam advocarit. Sed, nisi grave est, Roberte, dic mihi, quare consulatum vocat *infinitam potestatem?* Annua potestas infinita tibi videtur? Tu primus omnium Italorum et unus hoc dixisti. Retrahe fugitivam εὐςοχίαν tuam, quae in re crepera opem tibi non tulit. Nam neque consulatus *infinita* est *potestas,* neque Latinum, *populus detulit potestatem in Brutum,* imo purus putus Titianus barbarismus. Noli aestuare. Ego quoque meam εὐςοχίαν advocavi. Lege meo periculo, nulla propemodo licentia, *immoderata vi, finita potestate.* Finitam potestatem quidem aït, quae sit annua, quum regia potestas morte finiretur, sed vis ejus immoderata et regia, quum saeviendi nullus modus fiat. *Immoderatus,* ἄπειρος. Euripides. ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ δ' ἄπειρον αἰθέρα. Cicero: *Vides sublime susum immoderatum aethera.* ubi susum ὑψοῦ. Mala vulgo *fusum.*

YVO VILLIOMAR. l. 8. in loc. contr. Rob. Titii c. 16. et 17. An tibi videor dissimulare, Livii contextus mendam a Glareano et Sigonio primo fuisse animadversam? haeres, aestuas, deprehensus es in manifesto mendacio, neque elabi potes. Sed rem ipsam aggrediamur. Legendum admonui, *in eos delata infinita potestate.* Clamas non esse Latinum *deferre potestatem, imperium, fasces in aliquem.* Clames licet ad ravim, rumpas ilia, erit saltem Patavinum; hoc nobis sufficit. Tu hujus locutionis exemplum invenies in aliqua sceda: hoc praeter te nemo praestare potest. doce nos hanc rem; ego tibi interim demonstrabo, quare Livius vocet consulatum *infinitam potestatem.* Sed indicet M. Tullius. hic igitur sic inquit 2. in Verrem [3.] *Postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant.* rursus 3. [91.] *Et hic utrum mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in illo infinito imperio M. Antonium gessisse.* ἄπειρον teste Aristotele, non solum de tempore dicitur, verum etiam de magnitudine. modo consulatus, si tempus ipsum respicias, *finita potestas* nuncupabitur. sic enim est apud Sallustium [in Catil. 6.] *Immutato more, annua imperia binosque imperatores sibi fecere.* Si dominationis potestatem intuearis, *infinita atque immoderata* jure ipso appellabitur. Fuit enim in lege vetere [apud Cicer. 3. de Legib. 3.] *Regio imperio duo sunto, iique a judicando, consulendo, Judices, Consules appellantor.* Probe igitur *infinita potestate* legetur penes Livium, quomodo etiam Latine, si non Grammatice, efferri tenendum est illud *in eos delata,* cum praepositio *con* et *de* in compositione

terent in plebem. Quae ne aeterna illis licentia sit,

mutuas sibi operas commodare nonnumquam soleant. Itaque dixit Sallustius de bello Jugurthino [36.] *Albinus, Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam decessit.* hoc est, concessit. quemadmodum igitur Latine diceremus *in eos collata infinita potestate*, et *in te conferri potestatem istam*, quod inquit Cicero de Catilina, ita *deferre potestatem in aliquem* haud absurde usurpari crediderim: quomodo fere non dissimili ratione dicimus *imminere alicui*, et *in aliquem, imponere, incumbere*, atque alia hujus generis plura, de quibus, si vacat, consule Laur. Vallam l. 1. Recriminationum in Barthol. Facium; sed et Muretum tuum te adire praestiterit eo capite Variarum Lectionum, [15, 1.] ubi sermo cum Dario Bernardo habitus de stultitia quorumdam, qui se Ciceronianos vocant, recensetur. Hinc atque inde intelliges, quam vere possis exclamare *acute, rotunde:* nam illud *astute* hic quidem locum habere non potest, cum nulla astutia usus fuerim. Auctores vero, ut scias, utuntur aliquando forma aliqua loquendi rariore, neque crebro ab aliis scriptoribus usurpata, cujus tamen ratio reddi possit. quaedam autem non plane nobis percepta esse in alieno sermone, ac multis jam seculis derelicto, mirari non debemus. Interim tamen operae precium est audire Ciceronis verba ex oratione pro lege Manilia [16.] unde sciri ferme potest, Latine dici *deferre potestatem in aliquem*, nam ibi *deferre ad aliquem* usurpatum reperitur. *Hoc brevissime dicam*, inquit ille, *neminem umquam tam impudentem fuisse, qui a Diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas Dii immortales ad Cn. Pompejum detulerunt.* Pari constructione verbum *committere* usurpavit Terentius ita loquens [in Hec. 1, 2, 33.

Numquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam.

Pro eo, quod esse deberet *tuae fidei:* contra dixit Virgilius [11. Aeneid. 193.]

Hic alii spolia occisis direpta Latinis
Conjiciunt igni.

Pro in ignem, quod notavit Macrobius. Transeo nunc ad tuam εὐστοχίαν. Non placet commentum *immoderata vi, finita potestate.* ne videatur tribunus istoc pacto loquendo rem, quam maxime augere voluit, extenuare. quomodo autem factum non imminuat, si mentionem ingerat *finitae potestatis?* Plurimum igitur ipsius consilio officit ista tua castigatio, quocirca merito rejici debet. R. TITIUS pro suis locis controv. affert. 8, 25. Mihi non placet Sigonii immissa copula, licet habeat adstipulatorem Pal. sec. *immoderata infinitaque potestate.* GEBH. Quis crederet, haec sollicitari. Titius tamen *in eos delata infinita potestate*, compressus a Villiomaro: qui et ipse frustra offenditur *infinita potestate*, quod fuerit annua, legitque, *immoderata vi, finita potestate.* Nam primo τὸ *infinita* non proprie tempus respicit, sed magnitudinem et quam late pateat, quasi diceret, qui potestatis nec modum nec finem haberent. Cicero 2. in Verr. [3.] *Postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant.* Sic effusiones pecuniarum vocat in l. 2. de Offic. [16.] *infinitos sumtus*, qui tamen brevi, ut ipse ait,

legem se promulgaturum, ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis. Quod populus in

fontem ipsum benignitatis exhauriunt. Valerius Maximus 5, 7. *Antiochus novercae Stratonices infinito amore correptus*, id est, immoderato, intemperantissimo, insanabili. Male Lipsius *infrunito* conjecit; pejus Colerus, qui etiam edidit. Cicero 4. Tuscul. [22.] *De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaserit.* Ovidius 13. Met. [755.]

Hunc ego, me Cyclops nullo fine petebat.

Cicero Orat. 2. Agraria [20.] *Cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita potestate.* Deinde cogitandum, ad invidiam haec exaggerari ab inimico consulatus. itaque non ab eo exigendum, ut nihil supra modum dicat. Sed et defectus conjunctionis et velut hiatus graviorem ponderosioremque reddit orationem; eoque nihil moramur Sigonianum *infinitaque*. J. FR. GRON. *inmoderato infinitos potestate* habet Mediolan. anni 1505. quae lectio in nullo cod. obvia fuit. Unus tantum Haverk. ut saepissime solet, cum Vet. lib. Sigonii facit, addita conjunctione exhibens *inmoderata infinitaque potestate;* quam lectionem viri docti, et in primis Gronovius, sibi displicere testantur. Passim alibi ita Liv. sine copula duo vel plura adjectiva jungit. Supra 2, 3, 4. *Leges rem surdam, inexorabilem esse.* ubi male etiam unus et alter *et inexorabilem* exhibent. Infra c. 10, 11. *Coloniam fidam, propinquam, infamem fieri.* 5, 20, 5. *Largitionem novam, prodigam, inconsultam, inaequalem arguens.* c. 30, 6. *Ne exsulem, extorrem populum Romanum ab solo patrio ac Diis penatibus in hostium urbem agerent.* (* 21, 43, 14.) 23, 27, 5. *Incompositi, inordinati in proelium ruunt.* 35, 34, 7. *Singulos universosque obtestantes, ne insontem, indemnatum consenescere in exsilio sinerent.* c. 35, 5. *Ad id, quamvis inopinatum, temerarium, audax, obedienter exsequendum parati essent.* et ita Sallust. in Catil. 11. *Avoritia semper infinita, insatiabilis, neque copia, neque inopia minuitur.* V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. 18, 1. *Infinitus* autem, ut etiam recte viri docti monuerunt, non tempus hic respicit, sed magnitudinem. Justin. 15, 4. *Molienti deinde bellum adversus praefectos Alexandri elephantus ferus infinitae magnitudinis ultro se obtulit.* 39, 2. *Quum ipsius Jovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite evelli jussisset.* Quemadmodum autem hic consulibus, licet annuis, tamen *infinita potestas* adscribitur, ita contra regibus Germanorum, licet dignitatem servent, quamdiu vivant, *non infinitam potestatem* tribuit Tacit. de Morib. German. 7. *Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas.* Consulum, licet annuorum, potestatem nullis legibus circumscriptam esse Livius innuit, ut contra Tacitus regum Germaniae jus et auctoritatem admodum exiguam et legibus adstrictam fuisse. Praeterea *infinitus* et *inmoderatus*, ut hoc loco, etiam junguntur apud Auctor. ad Herenn. 2, 22. *Omnium malorum stultitia est mater, quae parit inmensas cupiditates. Inmensae porro cupiditates infinitae inmoderatae sunt.*

se jus dederit, eo consulem usurum: non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. Qua pro- 6

Ita sine copula etiam legitur in cod. Traj. ubi vulgo editur *infinitae et inmoderatae sunt.* [*immoderata et infinita* Veith.]

Qui soluti atque effrenati ipsi omnes metus legum omniaque supplicia verterent in plebem] Illud *omneis* aecusandi videtur casus ac pluralis numeri: etiam si *verterent*, pro *verterentur*, accipi potest, *omnia supplicia*. GLAR. Immo non tantum videtur, sed aliter accipi nequit. *verterent* anim hic pro *verterentur* poni non posse, vel tyrones videm. Ceteroquin non foret, quo verba *qui soluti atque effrenati ipsi* referrentur. Praeterea *averterent* est in Portug. Sed prima litera ejus vocis non recte repetita videtur ex ultima praecedentis, ut saepe in membranis fieri solet. V. ad 37, 29, 8.

§. 5. *Quae ne aeterna illis licentia sit*] Vocem *illis* non agnoscunt Lipsiens. et priscae, quas vidi, edd. Eam addidit primus Aldus, et servant etiam codd. nostri, nisi quod *eis*, pro *illis*, habeant Voss. 1. et Leid. 2. Tum *letitia*, pro *licentia*, est in Portug. *licentia fit* in Gaertner. admodum frequenti errore. V. ad 5, 8, 8.

Legem se promulgaturum, ut quinque viri creentur] In Dionysii codice [l. 10. p. 628.] hic tribunus vocatur *Terentius*, haud scio, errorene librariorum. At idem Dionysius l. 10. ab initio ait, Romanos hactenus absque legibus vixisse, sententiaque senatus atque magistratuum stetisse. Itaque tribunos plebis postulasse, ut leges scriberentur, quibus consules et alii magistratus uterentur, populusque non dominatione consulum, magistratuumque libidine, sed illis teneretur legibus, quas ipse tum legisset, tum sanxisset. Haec lis duravit, continuitque urbem usque ad decemviros creatos. Vide legem hanc l. 10. apud Dionys. [p. 629.] aliquanto clariorem, quam Livius tradidit. GLAREAN. Pall. *crearentur*. GEBH. *leges se promulgaturum* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *leges provulgaturum* Harlej. 2. *leges me promulgaturum*, transpositis literis, Leid. 1. et Lipsiens. nisi forte olim duplicem lectionem notare voluerint librarii, scribendo *leges em promulgaturum* quod non intelligentes alii verterunt in *leges me promulgaturum*. Sed numero singulari *legem* legendum, etiam ex Dionys. constat, qui similiter 10. Ant. p. 629. numero singulari νόμον memorat. *provulgaturum* etiam Voss. 2. Quamvis autem, teste Festo, *Promulgari leges dicuntur, cum primum in vulgus eduntur, quasi provulgari:* attamen *provulgaturum*, quod in quibusdam codd. legitur, non a Livii manu profectum, sed a librariorum aberratione, vel ab intempestiva quadam eruditionis ostentatione natum puto. Similiter peccatur supra 2, 41, 3. infra c. 14, 1. c. 31, 7. 4, 1, 2. et alibi. (* v. Burm. ad Suet. Ner. 36.) Deinde *crearentur* est etiam in Voss. utroque, Leid. utroque, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et ita Aldus in contextu Livii edidit. Sed in erratis priorem lectionem revocavit.

Quod populus in se jus dederit, eo consulem usurum] Palat. pr. *Quod populus ipse jus dederit*. GEBH. Ita et Voss. 2.

mulgata lege, quum timerent Patres, ne, absentibus consulibus, jugum acciperent, senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur: qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est invectus, ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tri-

reliquis vulgatum servantibus, quibus etiam fidem habeo. (* similiter erratur 8, 7, 20.) Librariis errandi caussa exstitit adfinitas ductuum, quibus literae *n* et *p* in scriptura Longobardica exarantur. V. infra ad Liv. 5, 6, 3. Locutionem *jus in aliquem* inlustrat pluribus Nic. Heinsius ad Nason. 1. Amor. El. 1, 5.

Non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros] Justin. 2, 7. *Civitati nullae tunc leges erant, quia libido regum pro legibus habebatur.* Quam nunc *libidinem*, ipse Justin. *arbitria* vocat, id est, voluntates, 1, 1. *Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant.* Proprie enim *libido*, quidquid libet, adeoque vox media est, quae et in bonam, et in malam partem sumitur. Vide, quae notantur ad Silii 11, 312. Paullatim tamen magis pejori sensu usurpari coepit, unde nunc potius criminandi animo ea, quam alia voce, tribunus plebis utitur, ut ex adjuncta etiam voce *licentiam* patet. Ceterum *nos ipsos libidinem* male Voss. 2. Alibi etiam ita peccare consueverunt scribae librarii. V. Nic. Heinsium ad Epigr. Ovidii, quod libris ejus Amorum praefixum exstat, v. 3. (* infra ad 6, 40, 4.) [*non se ipsas* Veith.]

§. 6. *Quum timerent Patres, ne absentibus consulibus jugum acciperent*] *timerent Patres, absentibus consulibus jugum accipere* primae, quas inspicere contigit, edd. Aldus demum lectionem admisit, quae nunc vulgo exstat. Eamdem servant codd. nostri, nisi quod quidam eorum, ut Voss. ambo, Leid. ambo et Harlej. 1. legant *ne obsentibus consulibus jugum acciperet.* Pro quo aeque *acciperet*, id est *acciperetur*, quam *acciperet*, id est *acciperent*, legi potest. V. ad 38, 40, 1. Sed vulgatum servo.

Ut nihil, si ambo consules infesti circumstarent tribunum, relictum minarum atque terraris sit] *ubi nihil* Vass. 2. *ut* et *ubi* saepius culpa scribarum commutantur. V. infra ad 24, 15, 1. Deinde *infestim circuminstarent tribunum* Florent. *circuminstarent tribunum* Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. quod a m. 2. praefert *circuminstarent in tribunum.* Deinde *minarum atque terrorum sit* solus Haverk. quasi, quum *minarum* praecessit, adjunctum nomen necessario etiam eodem numero efferendum foret. Paullo ante *adea atrocior in rogationem* Gaertn. *adeo atrociter irrogationem* Fragm. Hav. a m. 1.

§. 7. *Et tempore capto adortum rempublicam*] *captare tempus opportunum rei gerendae* saepe dicitur; sed *capta tempore* quid sit, non hercle intelligo, nisi *capto* pro *captato* intelligamus, aut *apto* legendum. GLAR. Palat. tertius *tempore apta*, ut et voluit Loritus, frustra. Nam *capere tempus* est opportunitatem occupare. λαβεῖν και-

bunum, relictum minarum atque terroris sit: *insi-* 7
diatum eum, et tempore capto adortum rempublicam.
Si quem similem ejus priore anno, inter morbum bel- 8
lumque, irati Dii tribunum dedissent, non potuisse sisti.
Mortuis duobus consulibus, jacente aegra civitate in

ρὸν Graeci ad verbum dicunt. Euripides Iphigenia Taurica 907.

Σοφῶν γαρ ἀνδρῶν τοῦτα, μὴ 'κβάντας τύχης
Καιρὸν λοβόντας ἡδονὸς ἄλλας λαβεῖν.

Heliodorus l. 2, [33.] *Διὰ τοῦτο καιροῦ λαβόμενος καὶ ἀφορμῆς τῆς ἐκ ταυτομάτου πως ἐνδοθείσης.* GEBH. Heliodorus ita saepe locutus est, ut eodem l. 2, 17. *Καὶ οὐκ ἂν παυσόμενον, εἰ μὴ ἐπιβουλεύσειεν, εἰ καιροῦ λάβοιτο.* et cap. seq. *Καιρῶν δε λοβόμενον ἐγκοταλείψειν διαλαθόντα, καὶ ἥκειν παρ' ἡμᾶς, οὗπερ ἂν συνθώμεθα.* Locutionem autem Latinam *capto tempore* inlustrarunt ὁ πάνυ Gronov. ad Liv. 26, 12, 15. et 35, 19, 2. (quibus locis etiam monuit, frustra hic Glareanum in ea baesisse, et *captato* legendum conjecisse) et Cel. Duker. ad Flor. 3, 5, 5. Omnes nostri hic constanter vulgatum servant, uno dissentiente Lipsiens. qui etiam *tempore apto* praefert. Alibi non raro eadem vocabula in MStis commutantur. V. ad 30, 11, 4. *capta occasione* dixit Frontin. 1, 2, 1. *Scipio Africanus, capta occasione mittendae ad Syphacem legationis, cum Laelio servorum habitu tribunos et centuriones electissimos ire jussit.*

Non potuisse sisti, mortuis duobus consulibus. Jacente] Distinguimus, *irati Dii tribunum dedissent, non potuisse sisti. Mortuis duobus consulibus, jacente aegra civitate, in colluvione omnium rerum* etc. J. FR. GRON. Interpunctio, quam Gronovius revocat, est in omnibus prioribus edd. praeterquam in Elzeviriana Dan. Heinsii. Praeterea, *non potuisse se resisti* est in Haverk. *non potuisse resisti* in Voss. 2. Gaertn. Harlej. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. Malc. V. infra ad 4, 12, 6. Tum *Duobus mortuis consulibus* Haverk. Lipsiens. et Harlej. 2. Paullo ante, *Si quae similem ejus* Voss. 2. *Si quam similem ejus* Haverk. Etiam vox *anno* deficit in Lipsiens. qui insuper *Dei*, pro *Dii*, exhibet.

§. 8. *In colluvione omnium rerum, ad tollendum e republica consulare imperium*] *in colluvione omni rerum* Haverk. Male. V. ad 5, 9, 7. *ad tollendum reipublicae consulare imperium* Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, (nisi quod prior praeferat *at*) Portug. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. Hearnii Oxon. N. et priores typis descripti. Aldus demum edidit, quod nunc-circumfertur. Mox *ducem in Volscis Aequisque* Harlej. 1. Tandem *ad oppugnandum urbem* Voss. 2. Portug. a m. 1. et Leid. 2. V. infra ad 40, 40, 1.

§. 9. *Quid tandem illi non licere? si quid*] Mendose hic quoque suspenditur oratio. Nam sententia requirebat: *Quid? tandem illi non licere, si quid consules superbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere?* Nunc demum non esse copiam accusandi deposito hono-

conluvione omnium rerum, ad tollendum e republica consulare imperium laturum leges fuisse; ducem Volscis
9 *Aequisque ad obpugnandam urbem futurum. Quid tandem? illi non licere, si quid consules superbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere? accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem saevitum*
10 *sit? Non illud consulare imperium, sed tribuniciam potestatem invisam intolerandamque facere: quam pacatam reconciliatamque Patribus de integro in antiqua*

re, ut de nova inauditaque ratione fuerit cogitandum. Sed ejusmodi vulnera saepius curavimus in contextu operis, quam hic monere necessarium duximus. J. FR. GRON. Cl. Jac. Perizon. in margine Livii emendandum et interpungendum censuit, *Quid tandem? non licere, si quid* etc. *diem dicere?* ejecto τῷ *illi. Quid tandem*, ut infra hoc lib. c. 68, 3. *Quid tandem? privatae res vestrae quo statu sunt?* 5, 54, 1. *Quid tandem? si fraude, si casu Vejis incendium ortum sit, Fidenas inde, aut Gabios, aliamve quam urbem quaesituri sumus?* Donjatius etiam distinguebat *Quid tandem? illi non licere* etc. *diem dicere?* Sed et vulgatam lectionem servari posse putabat. *Ecquid tandem* est in Portug. a m. 2. erasa penitus lectione priori, ut, quid olim scriptum fuisset, nunc legi non potuerit. *quid tamen* Voss. 2. sollemni scribarum lapsu. V. infra ad 22, 2, 11. *quid tandem illi non liceret* Harlej. 2. Elegans hic usus est vocis *tandem*, quae in interrogationibus saepe vim habet vehementius instandi, ut observat Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 181. Infra h. lib. c. 67, 4. *Quem tandem ignavissimi hostium contemsere, nos consules? an vos, Quirites?* 5, 6, 7. *Utrum tandem finitimi populum Romanum eum esse putent, cujus* etc. 37, 53, 23. *Quo tandem igitur nos praemio atque honore digni apud vos sumus?* Sallust. in Catil. 20. *Quae quousque tandem patiemini, fortissimi viri?* Cic. Catilin. 1, 1. *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra.* [*Et quod tandem* Veith.] Paullo post vox *quorum* exsulat a Leid. 2.

§. 10. *Non illum consulare imperium, sed tribuniciam potestatem invisam intolerandamque facere*] *Non illum consulare* Florent. *Non illud consulare imperium* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragment. Hav. Hearnii Oxon. N. et vetustiores editi; pro quo Frobenius anno 1531. *Non illum* reposuit. Nimirum olim distinctum fuerat. *Quid tandem illi non licere? Si quid consules superbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere: accusare his ipsis judicibus, quorum in aliquem saevitum sit, non illud consulare imperium, sed* etc. Ut sensus sit, non illud, quod dies dicatur consulibus, qui in cives saevierint, quod accusentur illis judicibus,

redigi mala. neque illum se deprecari, quo minus per-
gat, ut coeperit. Vos, inquit Fabius, *ceteri tribuni,* 11
oramus, ut primum omnium cogitetis, potestatem istam
ad singulorum auxilium, non ad perniciem universorum,
comparatam esse. tribunos plebis vos creatos, non ho-
stes Patribus. Nobis miserum, invidiosum vobis est, 12
desertam rempublicam invadi. non jus vestrum, sed in-
vidiam, minueritis. Agite cum collega, ut rem inte-
gram in adventum consulum differat. ne Aequi quidem

in quos saevitum sit, imperium consulare, sed tribuniciam potestatem invisam reddere. Quamvis autem probem interpunctionem, a viris doctis inductam, praeferendum tamen videtur *τὸ illud*, quod propterea contextui restitui. Praeterea *invisam intolerandam facere* Voss. 2. sine conjunctione, quam reliqui servant.

***Quam pacatam reconciliatamque Patribus de integro in antiqua redigi mala*] Flor. *quam placatam reconciliatamque Patribus.* Melius. J. FR. GRON. Codicis Flor. lectionem meliorem esse judicat etiam Doujatius, si membrum hoc uno tenore legamus. Verum insuper, addit nihil vetare, haec duo distingui, et intelligi plebem pacatam in se ipsa, et pace composita reconciliatam senatui. Quamvis autem omnes codices mei vulgatum mordicus servent, cum Gronov. tamen *placatam* praefero. Supra 2, 60. 3. *Tum duci, tum propter ducem Patribus quoque placatior exercitus rediit.* Alia constructione *placatus in aliquem* dixit infra 8, 33, 1. *His vocibus quum in se magis incitarent dictatorem, quam in magistrum equitum placarent.* ubi v. Gronov. Passim autem indocti librarii in commutandis vocabulis *pacatus* et *placatus* peccarunt. V. (* 24, 8, 15. 40, 13, 7.) Inl. Nic. Heinsium ad Nason. 4. Met. 31. 8. Met. 845. 14. Met. 593. 15. Met. 94. et 723. Bentlej. ad Horatii Art. Poët. 197. et quae olim notavi ad Silii 2, 483. Praeterea *reconciliandamque* Voss. 2. Leid. 1. et a m. 1. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] *reconciliandum quae* Lipsiens.**

***Quo minus pergat, ut coeperit*] *quo inceperit* Voss. 2. *ut coepit* Gaertn. Leid. 2. Portug. et Haverk. ut nota, qua vox *coepit* scripta fuit, negligentia scribae omissa sit, quod alibi saepe commissum est. V. infra ad 40, 14, 11. et c. 15, 7. [*ut cepit* Veith.]**

§. 11. *Potestatem istam ad singulorum auxilium*] *potestatem ipsam* Portug. Mox *compertam esse* Leid. 2. et Voss. 1. a m. 1. Deinde *non a pertinencie*, pro *non ad perniciem*, Lipsiens. Paullo ante vox *Fabius* deerat in contextu ejusdem cod. et tantum margini erat adscripta.

§. 12. *Nobis miserum, invidiosum vobis est*] *Nobis misertum* Lipsiens. *Vobis miserum, invidiosum nobis est* Gaertn. *invidiosum est vobis* Harlej. 1. *invidiosum nobis est* Fragm. Hav.

ac Volsci, morbo absumtis priore anno consulibus, cru-
13 *deli superboque nobis bello institere.* Agunt cum Terentillo tribuni: dilataque in speciem actione, re ipsa sublata, consules extemplo arcessiti

a m. 1. sollemni errore. V. ad 34, 2, 2. Deinde *minueretis*, pro *minueritis*, Lipsiens. [*non jus nostrum* Veith.]

Ne Aequi quidem ac Volsci, morbo absumtis priore anno consulibus] *aut Volsci* Portug. Saepius hae voculae commiscentur in Mstis. V. ad 21, 53, 3. Tum *morbo a sumptis* Lipsiens. *morbo assumtis* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Portug. et priscae editt. qui error quoque in codd. vetustis frequens est. V. ad 2, 42, 4. Deinde *superbo crudelique nobis bello institere* priscae editt. ante Aldum, qui ordinem vocabulorum apud recentiores obvium restituit. Et ei consentiunt codices scripti, nisi quod habeant *crudeli superboque nobis bello institerint* Portug. a m. 1. *crudeli superboque bello nobis institere* Fragm. Hav. *crudelis superboque bello* Harlej. 1. et Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *crudelis* voci perperam adhaesit ex initio sequentis. V. ad 28, 25, 2. *bello insistere* Florent.

§. 13. *Agunt cum Terentillo tribuni*] *cum Terrentillo* Leid. 1. et Lipsiens. *cum Terentino* Portug. a m. 2. erasa priori lectione, ut, quae olim exstitorit, sciri nequeat. V. supra hoc cap. §. 2. Tum *tribuno* Haverk. Male.

Dilataque in speciem actione res ipsa sublata] Quidam *re ipsa* legunt in auferendi casu: quidam *in spem actione.* At uterque sermo insignem habet obscuritatem, non tamen inexplicabilem. Ejusmodi etiam dicendi modus est l. 4. decad. 3. non ita multis ab initio versibus [c. 1, 8.] item alibi, ut eo in loco annotavimus. GLAR. Vetustissimam existimo lectionem, *dilataque in speciem actione, re ipsa sublata*, locum occupantem in Editionibus primis. Neque divortit Palat. sec. At primus, *dilataque spei actione res ipsa sublata.* Tertius, *dilataque in speciem actione res ipsa sublata. Consules.* GEBH. In praesens et in hunc annum puto. Nam deinde gravissimis motibus agitatam fuisse, constat e sequentibus. DUK. *dilataque in spem dilatione, res ipsa sublata* Voss. 1. in contextu, sed *actione*, pro *dilatione*, emendatum est in marg. et ita praefert etiam Leid. 2. ut et Lipsiens. a m. 1. in quo m. 2. *in speciem* emendatur. *dilataque spei actione, res ipsa sublata* Voss. 2. *dilataque in spem actione, re ipsa sublata* Haverk. Sed recte reliqui Msti vulgatum servant: neque aliter est in edd. omnibus, nisi quod Aldus vulgarit *dilataque in speciem actione res ipsa sublata. Species* hic notat, quod esse videtur, sed tamen non est. Praeterquam locis a Glareano laudatis, Livius etiam infra ita locutus est hoc lib. c. 40, 7. *Alia sententia asperior in speciem, vim minorem aliquanto habuit.* 6, 14, 2. *Non enim jam orationes modo Manlii, sed facta, popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, intuenda erant.* 42, 14, 5. *Propter adventum ejus, quem moturum aliquid rebantur, miserant pleraeque civitates, alia in speciem praeferentes, legatos.* Hinc jam *species* et *res* hoc loco obpo-

X. Lucretius cum ingenti praeda, majore multo gloria rediit. et auget gloriam adveniens, exposita omni in campo Martio praeda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. reliqua ven- 1

nuntur. Et ita etiam 39, 35, 4. *Per speciem auxilii Byzantiis ferendi, re ipsa ad terrorem regulis Thracum injiciendum profectus.* ubi plura exempla notavi. Infinitis autem locis librarii vocabula *spes* et *species* invicem commutarunt. Exempla ejus rei videri possunt ad Liv. 1, 40, 5. 2, 14, 8. c. 48, 1. c. 59, 6. infra hoc lib. c. 18, 4. c. 38, 1. c. 40, 7. 4, 42. 4. 5, 19, 7. (* 6, 11, 9. c. 14, 12. c. 32, 1. 8, 6, 9.) 10, 35, 4. 21, 3, 5. 22, 24, 12. 28, 24, 10. 32, 17, 17. 34, 13, 1. 35, 31, 12. 36, 6, 1. c. 7, 20. 39, 3, 1. 40, 5, 7. et aliis locis pluribus. etiam apud viros doctos ad Cic. Orat. 2. Philipp. 2. et alibi. Ei errori ansam dedit compendiaria scribendi ratio *spēs* pro *species*, ut viri docti dudum observarunt. V. Langium et Fabric. ad Cic. 2. de Offic. 3. Gronov. ad Senec. de Tranquill. anim. 1. Freinshem. in Indic. Flori et Curtii in voce *species*. Cel. Burmann. ad Vellej. Paterc. 2, 118, 5. Davis. ad auctor. l. 8. de bell. Gall. 49. et Cortium ad Sallust. Jugurth. 16, 5. Eadem menda liberandae vulgatae edd. Columell. 3, 2. *Earum altera, quam Galliarum incolae emarcum vocant, mediocris vini; et altera, quam longam adpellant, eamdemque avaram, sordidi, nec tam largi, quam ex numero uvarum prima specie promittit.* Ita legit codex integerrimus Sangerman. Vulgo editur *quam ex numero uvarum, quas prima spes promittit.*

Consules extemplo accersiti] Praefero, quod reperi in Pall. primo secundoque, *arcessiti.* Sic Pall. pr. ac tertius et Andreae ed. legunt infra c. 26. *Nautium consulem arcessunt*, non *accersunt.* 3, 45. *Placere itaque patrem accersiri.* Pal. tert. habet *accessiri.* leg. *arcessiri.* l. 10. in fine. *Inventum in libris, Aesculapium ab Epidauro Romam arcessendum.* ita Pall. vulgo omnes *accersendum.* 7, 32. *Simul in Campanos stimulabat ira, tam promtos nunc ad ferenda, nunc ad arcessenda adversus se auxilia.* ut habet Palat. sec. GEBH. V. supra ad 2, 19, 10. *Consules ipsi extemplo arcessiti* una voce auctior Leid. 2. [*accersiti* Veith.]

§. 1. *Majore multo gloria rediit*] *redit* Voss. 1. et Leid. 2. V. infra ad 36, 35, 2.

Et auget gloriam adveniens] Nihil desidero in hac lectione, fulta auctoritate Palat. primi, consensuque vetustissimarum impressionum. Sed reliqui duo Palatini *et auget gloriam suam adveniens.* GEBH. *auget gloriam suam adveniens* similiter Harlej. 2. et Haverk. Qui quum incertissimae fidei codices sint, et reliqui *τὸ suam* non agnoscant, id etiam merito spernendum existimo. Saepe librarii hanc vocem pro lubitu addere soliti fuerunt, ubi in codd. integerrimis deficit. V. infra ad 5, 46, 1. Mox *exposita omnium in campo Martio praeda*, pro *omni praeda*, Voss. 1. et Leid. 2. Similis erroris alia exempla infra v. ad 45, 19, 15.

Ut suum quisque per triduum cognitum abduceret] per tri-

2 dita, quibus domini non exstitere. Debebatur omnium consensu consuli triumphus: sed dilata res est, tribuno de lege agente. id antiquius consuli
3 fuit. Jactata per aliquot dies quum in senatu res, tum ad populum est. cessit ad ultimum majestati

duum *cognosceret*, *cognitum abduceret* Harlej. 2. errore scribae, qui forte aliud agens pro *cognitum abduceret* primo scripserat *cognosceret*; intellecta deinde aberratione, alterum addidit, priori non deleto. Potest etiam videri, duplici lectione *cognosceret*, et *cognitum abduceret* inventa, utramque exprimendam judicasse. *adduceret* est in Lipsiens. quomodo saepe peccarunt scribae. V. infra ad 27, 29, 1.

Reliqua vendita, quibus domini non exstitere] Crediderit quis, mendum subesse huic membro, quum non inveniat, unde vocula *quibus* pendeat. Ego tamen nihil desiderari puto, sed Livium more suo subaudiendum antecedens reliquisse: ideoque non aliter intelligi hunc locum debere, quam si dictum esset, *reliqua vendita praeda eorum*, vel *earum rerum*, *quibus domini non exstitere*. Fateor, alioqui Livium, cui familiaris sit ellipsis antecedentis, ibi potius ipsum subaudiendum relinquere, ubi facilius, quam hic, lectori in mentem venire potest. STEPHANUS Schediasm. 4, 13. Animus eo magis inclinat, ut dicamus, *reliqua vendita* genere neutro plurali accipi debere. Si quis tamen *reliqua vendita* ad praecedentem vocem *praeda* referre, et femininum singulare esse malit, inter *reliqua vendita quibus* idem nexus erit, qui est inter illa 33, 24, 6. *quaecumque senatus censuisset, id regem facturum*. ubi plura alia notabimus. V. etiam ad 4, 54, 4.

§. 2. *Id antiquius consuli fuit*] Quae hic narrat Livius, vix potuerunt fieri, nisi consule ipso in Urbe et senatu praesente. Unde colligi potest, non antiquissimi instituti esse, ut, qui triumphum petere volebant, Urbem ingredi non possent. Sed fortassis Lucretius legibus a senatu solutus fuit. Nam infra c. 63. Valerium et Horatium consules triumphum petituros senatum primum in campum Martium, deinde in prata Flaminia evocasse scribit. DUKER.

§. 3. *Jactata per aliquot dies tum in senatu res, tum ad populum est*] *Jacta per aliquot dies* Harlej. 2. Reliquis Mstis editam lectionem tuentibus, verius puto, librarium duas ultimas literas vocis *jacta* repetere neglexisse. V. infra ad 10, 37, 10, et 2. ubi multa similis erroris exempla congesta sunt. *Jactare* autem hoc sensu frequens esse, docebunt, quae notantur ad 38, 25, 5. Deinde *cum in senatu res, tum* Florent. Leid. 1. Harlej. ambo, et Fragm. Hav. *quom in senatu res*, *tum* Gaertn. V. ad 6, 23, 3. Mox *apud populum* Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Portugall. Haverk. et Fragm. Hav. quod ad alterius interpretationem primo margini adscriptum, deinde et in contextum receptum esse existimo. Id in eodem vocabulo etiam contigit infra in quibusdam codd. 7, 7, 4. ubi *ad* pro *apud*, a Livio aliis-

consulis tribunus, et deſtitit. tum imperatori exer-
cituique honos suus redditus. Triumphavit de Vol- 4
scis Aequisque: triumphantem secutae suae legio-
nes. alteri consuli datum, ut ovans sine militibus
urbem iniret. Anno deinde insequenti lex Terentil- 5

que uſurpatum plenius inluſtravi. Solus Leid. 1. hic recte *ad populum* exhibet. Infra 10, 37, 10. *Jactata res ad populum est.* Denique vocabula in hunc ordinem digerunt Voſſ. 1. et Leid. 2. *Jactata per aliquot dies tum in senatu res est, tum apud populum.*

Cessit ad ultimum majestati consulis tribunus, et destitit] Copula *et* deſit in Palat. tertio. GEBH. Eamdem servant omnes noſtri, qua scripti, qua excusi.

Tum imperatori exercituique honos suus redditus] *cum imperatori* Leid. ambo, et Portug. qui error ob vicinitatem ductuum in literis *t* et *c* praeſertim in codicibus scriptis, adeo ut saepe altera ab altera vix diſcerni poſſit, admodum frequens eſt. V. exempla ad Epit. Liv. 48. Deinde *honos suus redditur* habet Haverk.

§. 4. *Triumphantem secutae suae legiones*] *et triumphantem* Voſſ. 2. Deinde *secutae sunt legiones* Portug. [Veith.] utramque voculam servat Haverk. exhibens *secutae suae sunt legiones*; ut et Fragm. Hav. sed ordine inverso, *secutae sunt suae legiones.* Quod ipſum non leve eſt indicium, verbum *sunt* a mala manu additum eſſe. Exſulat etiam ab omnibus aliis noſtris.

Alteri consuli datum, ut ovans sine militibus urbem iniret] Cum toties eorum triumphorum diſcrimine utatur Livius, mirum, non semel dignatum, haec vel uno oſtendere verbo, quid diſſerant. Dionys. sane l. 5. [p. 314.] anno 7. ab urbe liberata multa de his: sed in codice noſtro adeo corrupta erant, ut apponere ausi non fuerimus. Aulus Gell. item l. 5, 6. ad finem quaedam hac de re adfert ex vetuſtioribus adeo varia, ut Livium hac potiſſimum ratione, quo minus ea diſcriminaret, deterritum crediderim. GLAR. Vox *consuli* abeſt a Voſſ. 2. *alteri consulis* habet Leid. 1. *alteri consulum* Haverk. Quamvis autem ita alibi Livius loqui soleat, v. infra ad 9, 32, 2. unius tamen iſtius codicis auctoritas non satis gravis eſt, ut evincat, invitis ac prohibentibus ceteris Mſtis, ab edita lectione recedendum eſſe. Deinde *datum uitovans* Leid. 1. unde transpositis literis scribo *datum, uti ovans.* Mox vocem *urbem* non agnoſcit Leid. 2. Denique *intret,* pro *iniret,* Fragm. Hav. et a m. 2. Voſſ. 1. *introiret* Voſſ. 2. Verum utrumque eſt ex gloſſemate Scholiaſtae. *Inire* et *Intrare* etiam alibi commutantur. V. infra ad 5, 22, 4. Ceterum Livius omnibus sui temporis ineptus viſus fuiſſet, si dedita opera ab rerum ordine plus juſto declinans diſcrimen inter triumphum et ovationem, rem nulli non Romae notiſſimam, dediſſet, eaque lectorem docere conatus fuiſſet, quae nemo ignorabat. Id tamen Dionysius fecit; verum is Graecis scripsit, quibus mores et conſuetudines Romanae non adeo cognitae erant. Neque Gellio ea res vitio verti poteſt.

la, ab toto relata collegio, novos adgressa consules est. erant consules P. Volumnius, Ser. Sulpicius.
6 Eo anno coelum ardere visum; *terra ingenti

cujus tempore et triumphus et ovatio ferme ex usu recesserant.

§. 5. *Anno deinde insequenti*] Vet. lib. *sequenti*. SIG. Palat. pr. et Campani ed. *Anno deinde insequenti*. ut mox c. 14. *Refecti quoque insequentem annum*. GEBH. *Anno deinde insequenti* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Et ita edidit Aldus, eumque secuti sunt recentiores usque ad Sigonium, qui sui codicis fide mutavit. V. infra ad 4, 30, 12.

Lex Terentilla relata ab toto collegio] *lex Tarentilla* Fragment. a m. 1. *Terrentilla* Lipsiens. *Terentila* Portug. a m. 1. *Terentina* a m. 2. *lex Terentia* legendum censuit Sigonius supra hoc lib. c. 9, 2. ubi plura vide. Deinde *a toto relata collegio* Voss. 2. Portug. et Gaertn.

Erant consules P. Volumnius, Ser. Sulpicius] Vocem *consules* omittit Harlej. 2. forte quia modo praecesserat. Sed, reliquis cunctis servantibus, nihil mutandum patet. V. ad 1, 3, 9. Priori consulum *Caji* praenomen tribuit Valerius Maxim. 1, 6, 5. *Praecipuae admirationis etiam illa prodigia, quae C. Volumnio Ser. Sulpicio consulibus in urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt*. At Lucii Plinius 2. H. N. 56. *Relatum in monumenta est, lacte et sanguine pluisse M'. Acilio C. Porcio consulibus, et saepe alias carne, sicut L. Volumnio Serv. Sulpicio consulibus*. Sed recte viri docti utroque loco *Publii* praenomen ei reddendum ex hoc Livii loco monuerunt, quemadmodum etiam emendandum vidit Pighius in Annal. ad ann. CCXCII. p. 125. Et recte. Non modo enim eodem praenomine adpellatur apud Dionys. Halic. l. 10. in princ. et Diod. Sicul. 11. Biblioth. p. 285. sed etiam in fragm. Fastor. Capit. ubi integre his nominibus describitur *P. VOLUMNIUS. M. F. M. N. AMINTINUS. GALLUS*. Deinde *Voluminus*, pro *Volumnius*, transpositis literis, perperam est in Voss. 1. *Voluminius* in Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. V. etiam infra ad c. 18, 9. c. 25, 6. *Volumpnius* in Lipsiens. Mox copulam *et* inter utriusque consulis nomina inmittit Haverk. nolentibus ceteris membranis. V. ad 2, 17. in princ. Tum, pro alterius consulis praenomine *Servius*, *Servilius* est in Portug. quem eumdem errorem in Dionysii Halic. nonnullis codd. et edd. vetustis hoc loco in princ. l. 10. commissum esse, viri docti adnotarunt. Et ita saepe alibi peccatur. V. infra ad Epit. Liv. 72. Denique *Sulpius* est in Lipsiens. *Supplicius* in Voss. 1. et a manu emendatrice in Leid. 2. quum antea recte *Sulpicius* in eo scriptum fuisset. Alibi non raro pari aut simili modo errarunt scribae. Ita supra 2, 19, 1. 3, 50, 15. (* c. 70, 2.) 4, 27, 9. 5, 8, 1. c. 14, 5. et alibi. (* 6, 34, 5. 9, 17, 8. c. 24, 1. c. 45, 1.)

§. 6. *Coelum ardere visum, terra ingenti concussa motu est*] *visum est*, Haverk. et Gaertn. Tum *ingenti concussa mota est* Lipsiens. *ingenti concussu mota est* Haverk. *ingenti motu concussa est* Portug. Sed reliqui vulgatum recte defendunt.

concussa motu est. bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. Inter alia prodigia et carnem pluit: quem imbrem ingens nume-

Bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum] Hujus portenti infinita exempla subgerunt historici aliique, et Graeci et Latini, quae collegit Bochart. in Hierozoïc. part. 1. l. 2, 14. ac tandem subjungit, quum apud optimao notae historicos tam frequenter obcurrant, neminem dicere posse, omnia illa commentitia esse; sed potius inde planum reddi, diabolum se praestitisse Dei simiam. Praeterea *creditum est* antiquiores exculi. Sed posteriorem vocem primus ejecit Aldus, quam nulli etiam codices nostri agnoscunt.

Inter alia prodigia et curnem pluisse: quam in urbem ingens numerus uvium intra volitando rupuisse fertur] Haec prodigia acciderunt Romae procul dubio. Et tamen hic narratur, aves carnem illam pluvialem in urbem rapuisse. Quaedam periodi istius verba prodigiose sunt corrupta. Nam, pro *quam in urbem*, scribendum est *quem imbrem*; et, pro duobus vocabulis *intra volitando*, reponendum unum verbum *intervolitando*. Dicimus enim *intervolito*, sicut *intervolo*. Praeterea, non *carnem pluisse*, sed *carne pluisse* legendum. Ut haec sit germana lectio, *Inter alia prodigia et carne pluit. quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.* O negligentiam nostram ingentem, qui non dignamur veteres codices inspicere! Hoc prodigium Valerius Max. lib. 1. capite de Ominibus et auspiciis [6, 5.] his verbis describit. *Carnesque in modum nimbi*, inquit, *ceciderunt, quarum majorem numerum praepetes diripuerunt aves. Reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro neque deformi aspectu, prostratum jacuit.* Vocat *nimbum* Valerius, quod *imbrem* Livius dixit. RHEN. *carne pluit*, est correctio Rhenani, quia dubitavit, quin recte diceretur *carnem pluit*, ut habent Pall. nisi quod sec. *carnem pluisse*. Nam cum Livius de hujusmodi prodigiosa pluvia narrat, semper verbo casum sextum addit. 1, 31. *Nunciatum regi Patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse.* 7, 28. *Dedicationem prodigium extemplo secutum, simile vetusto montis Albani prodigio. Namque et lapidibus pluvit, et nox interdiu visa intendi.* Ita habent MSS. duo Palat. sic Valer. Max. 1, 6, 5. *In Piceno lapidibus pluisse.* Sed quemadmodum Graeci modo cum dandi casu, modo cum accusandi suum ὕειν jungunt, Phaenias apud Athenaeum l. 8. [p. 333.] *Ἐν Χεῤῥονήσῳ φησὶν ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ὗσαι τὸν Θεὸν ἰχθύας.* Ita puto Latinis licere hoc imitari. Et durum mihi videtur, ab omnibus qua MSS. qua cusis libris discedere. Andreas edidit: *Inter alia prodigia carnem pluit. quem hymbrem ingens numerus avium volitando rapuisse fertur.* At Joannes Campanus *Inter alia prodigia: et carnem pluisse quasi imbrem, quum ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur.* Ex quibus adparet, non recte sibi restitutionem hujus loci Liviani vindicare Rhenanum. Valer. Max. 1, 6. de prodigiis ex. 5. *Carnis quoque in modum nimbi dissipatae partes ceciderunt, quarum majorem numerum praepetes diripuerunt aves: reliquum*

rus avium intervolitando rapuisse fertur. quod inter-

humi per aliquot dies, neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum, jacuit. GEBH. *Inter alia prodigia et carnem pluisse* Mss. et intelligendum ἀπὸ κοινοῦ τὸ *fertur*. 10, [31, 8.] *Nam et terram multifariam pluisse nunciatum est.* Tò *intercidere*, ut hic, ita et 26, [39, 13.] *Ita in arcto stipatae erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret.* ne cogites corrigendum *in terram cecidit.* J. FR. GRON. *et carne pluit* Florent. Quae primarum edd. lectio fuit, indicavit Gebhardus. Quam ex Andrea produxit, servant multae postea secutae, nisi quod jam in Mediol. anni 1480. aliisque recentioribus *carne pluit* vulgatum videam. Id deinde Aldus mutavit, qui dedit *Inter alia prodigia et carnem pluisse: quam in urbem ingens numerus avium intra volitando rapuisse fertur.* Quae pleraque iterum Rhenanus interpolavit. *Ante alia prodigia* habet Voff. 2. Sed prima vox deerat in Haverk. utrumque non recte. Tò *et* ab Aldo additum in omnibus meis superest. *pluisse* tantum obvium fuit in Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. idque Cl. Hearne ex solo laudat Oxon. C. Reliqui, et inter eos integerrimae fidei, servant *pluit*, quod ob illorum auctoritatem etiam praeferre non dubito, licet Gronov. iterum 2. Obferv. 14. *pluisse* defendat. Contra *carnem* habent omnes, quos confului, vel quorum apud me sunt excerpta, codd. scripti, praeter unum forsitan Harlej. 1. ex quo nihil notatum video. Eam lectionem ex Oxon. C. etiam adducit Hearne. Quare eamdem ex Gebhardi et Gronovii sententia, quamvis adversante Rhenano, iterum in contextum recepi. Infra 35, 21, 3. *Capram sex haedos uno foetu edidisse ex Piceno nunciatum est, et Arretii puerum natum unimanum, Amiterni terram pluisse.* Ita Gronov. ex Barber. cod. concinentibus multis meis et primis edd. legendum cenfuit, et huic iterum loco veram scripturam *carnem* adferuit. 39, 56, 6. *Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum caussa, quod sanguinem per biduum pluvisse in area Concordiae satis credebant.* ita primae edd. pro quo Sigonius *sanguine* subftituit, adprobantibus etiam meis. Saepe alibi codices scripti verbum *pluere* cum quarto cafu conftruxerunt, ubi nunc vulgo in editis cafus sextus obcurrit. V. ad 1, 31, 1. 24, 10, 7. 34, 45, 6. 39, 22, 3. c. 46, 5. et alibi. Sed cafum quartum ei verbo recte jungi multis evincit Doct. Torrenius ad Valer. Max. 1, 6, 5. ubi etiam codd. Trajectini, primus *lapides pluisse*, sec. *lapides pluvisse* exhibent. Seculo barbaro ita locutus est optimi fpiritus poëta Gunther. 4. Ligur. 96.

— — missis bellum committitur hastis,
Et levibus jaculis, et, quas pluit aura, sagittis.

Mox, ut Rhenanus vidit, pessime Aldus *quam in urbem.* Eum tamen ita in cod. suo reperiffe non dubitavi, poftquam et veram et illam Aldi lectionem simul junctam viderim in Fragm. Hav. ubi erat, *quem imbrem quam in urbem ingens numerus avium*, ut ejus scribam alteram in contextu, alteram in margine inveniffe verosimile sit. V. infra hoc lib. c. 44, 4. [*quam in brevi ingens* Veith.] Verum est

tercidit, sparsum ita jacuisse per aliquot dies, ut
nihil odor mutaret. Libri per duumviros sacrorum 7

quem imbrem, ut habent omnes reliqui Mii: quorum auctoritas satis idonea eam lectionem probandi caussa mihi est, quam sibi non obcurrere Doujatius profitetur. Sed obcurrisset utique, si codices, quorum Lutetiae copia fieri poterat, diligenter consulere in animum induxisset. *Imber*, *nimbus*, vocantur, quae densa in modum imbris vel nimbi immittuntur. De telis frequenter apud poëtas illa vocabula usurpari, olim monui ad Silii 12, 53. Dion. Halic. 10. Ant. p. 628. νιφετον vocat. *Νιφετος ἐξ οὐρανοῦ κατέσκηψεν εἰς γῆν πολυς, οὐ χιόνα καταφέρων, ἀλλὰ σαρλῶν ϑραύσματα ἐλάττω τε καὶ μείζω.* Ea autem vox, ut et *νιφάς*, proprie nivem confertim decidentem notant, sed et metaphorice, ut apud Romanos *imber* et *nimbus*, ad alia transferuntur. Praeterea, pro *volitanda*, male etiam Aldus *intra volitando.* id recte mutavit Rhenanus in *intervolitando*, quod superest in Voss. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Gaertn. et Fragment. Hav. eodemque ducunt reliquorum codd. vestigia. nam *ter volando* est in Haverk. *intervolando* in Portug. *Τῷ intervolitando* autem innuit, aves advolantes carnem rapuisse, priusquam in terram decidisset; unde id, quod raptum erat, distinguit ab eo, quod intercidit. Et ita Dionys. etiam *ἁρπασὸν* distinguit *ἀπὸ τῶν ἐπὶ γῆν ἐνεχϑέντων.* eodem loco p. 628. *Τούτων τὰ μὲν πολλὰ ΜΕΤΑΡΣΙΑ προσπετόμεναι, πτερωτῶν ὅσαι εἰσὶν ἀγέλαι, τοῖς σόμασιν ἥρπαζον. τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχϑέντα ἐν αὐτῇτε τῇ πόλει καὶ κατὰ τοὺς ἀγροὺς* etc. Quae ultima verba lectionem Aldi *quam in urbem* etiam falsi arguunt. Quum enim imber hic non tantum in agrum vicinum, sed et in urbem deciderit, necesse non erat, ut aves carnem *in urbem* raperent. Memini equidem, etiam Doujatium hunc locum laudare, ut inde *τῷ quam in urbem* patrocinium petat. Sed *ἐν αὐτῇτε τῇ πόλει* notare *in suburbono*, ut existimabat, numquam linguae Graecae haud inperito persuadebit. Denique recte Gronovius vindicavit, et inlustravit, verbum *intercidit.* Eo etiam Livius usus est hoc sensu 21, 8, 9. *Quo acrius et confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo.* 38, 22, 7. *Quum quo plures ac densiores erant, eo minus vani quidquam intercideret teli.*

Sparsum ita jacuisse per aliquot dies] Vet. lib. *sparsum humi.* Ita Valerius, ubi hac de re agit, cap. de Ominibus [1, 6. 5.] *Reliquum humi per aliquot dies prostratum jacuit.* Et Dionys. [l. 10. p. 628.] *Τα δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχϑέντα.* SIG. Solus Palat. sec. *sparsum humi jacuisse.* quod et ex suo allatum Sigonius confirmat simili loco Valerii, quem transscripsi, et verbis Dionysii *Τὰ δὲ ἐπὶ γῆν ἐνεχϑέντα.* GEBH. *sporsum humi* in solo nostro Haverk. obvium fuit, inter quem et Sigonii vet. lib. ac Gebhardi Palat. sec. plerumque convenire solet. Reliqui tamen dissentiunt. Et idem dicendum videtur de Oxoniensibus. Hearne enim proposita vet. lib. Sigoniani lectione nullius suorum consensum laudat. *sparsum jacuisse ita* alio ordine Voss. prior, et Leid. 2.

Ita jacuisse per aliquot dies,

7 aditi: pericula a conventu alienigenarum praedicta, ne qui in loca summa urbis inpetus, caedesque inde fierent. inter cetera monitum, ut seditionibus

ut nihil odor mutaret] Puto legendum *odoris.* Quia Valerius [1,6,5.] ait: *Reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro neque deformi aspectu mutatum jacuit.* Et Dionys. [l. 10. p. 628.] Οὔτε Χρόαν μεταβάλλοντα, οὔτε σηπεδόνι διαλυόμενα ὤζετο ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν. Nisi si *mutaret* passive accipiamus, ut apud Graecos μεταβάλλειν. SIG. Pro *nihil odoris*, alii *odor.* Ego legerem, *ut nihil odore mutaret*, egregio dicendi genere. KLOCK. quem etiam v. in Sylloge Epist. quas edidit Cel. Burmann. tom. 1. p. 392. Conjecit primo Sigonius *odoris.* Sed bene receptui canit. nihil enim variant libri, et tali emendatione violaretur genius Latini sermonis. Vide, quae supra docuerim ad 2, 52. GEBH. Nihil etiam mutatum in nostris, nisi quod in contextu Voss. 1. transpositis literis legatur *ordo mutaret*, pro quo in margine *odor* emendatur. *mutaret* autem, ut viri docti monent, accipiendum est passive. Liv. 5, 13, 1. *Annona ex ante convecto copia nihil mutavit.* 29, 3, 10. *Deinde moestitia animos incessit, tantum fortunam mutasse.* 39. 51, 10. *Mores quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.* quemadmodum Lipsius emendabat. ubi tamen priorem lectionem *populus Romanus quantum mutaverit* revocavi. Et ita legendum supra dictum est 2, 52, 8. *Magis tamen Menenianum (adeo mutaverant animi) profuit judicium.* ubi nunc editur *mutaverant animum.* Similiter alii. Gellius 18. N. A. 12. *Varro in libris, quos ad Marcellum de lingua Latina fecit, In priore verbo graves prosodiae, quae fuerunt, manent; reliquae mutant. mutant. inquit elegantissime, pro mutantur.* Sallust. in Jug. 38. *Quae quamquam gravia et flagitii pleno erant, tamen, quia mortis metu mutabant, sicut regi libuerat, pax convenit.* ubi v. Cl. Cortium. Tacit. 12. Ann. 29. *Prima imperii aetate clarus acceptusque popularibus, mox diuturnitate in superbiam mutans.* V. etiam Giphan. Indic. Lucret. in v. *Mutans*, et Barthium ad Gratii Cyneg. 9. Plura alia οὐδετέρως usurpata v. supra ad 1, 17, 6.

§. 7. *Libri per duumviros sacrorum aditi: pericula*] Sibyllinos haud dubie intelligit, cum tamen ne uno quidem verbo de iis quicquam antea. Dionysius autem nec hoc loco [l. 10. p. 628.] nec in Tarquinio [l. 4. p. 259.] neglexit. GLAR. *additi* perperam Leid. 2. cum quibusdam ex priscis editis. V. infra ad 4, 57, 11. Posset Livius, uno ambitu omnia complexus, videri scripsisse *Libris per duumviros sacrorum aditis, pericula a conventu alienigenarum praedicta.* Potius tamen, invitis libris, nihil muto. V. ad 21, 36, 4.

Ne qui in loca summa urbis inpetus, caedesque inde fierent] Arbitror esse *ne qui*, pro *ne quis.* de quo loquendi usu veterum etiam alibi dicturi sumus. RHEN. Ex adposita Rhenani adnotatione patet, nihil aliud ipsum voluisse, quam *ne qui inpetus* numero singulari positum esse, pro *ne quis inpetus.* et ita *ne qui dolus* eodem numero infra occurrit 27, 28, 4. *Ne qui dolus*

abstineretur. Id factum ad inpediendam legem, tribuni criminabantur, ingensque aderat certamen. Ecce (ut idem in singulos annos orbis volveretur) 8

necteretur a Poeno, metuens Crispinus, circa civitates proximas miserat nuncios. ubi v. iterum Rhenan. *ne qui motus* 29, 12, 5. *Ne qui motus major infinitimis gentibus populisque oriretur, magnis itineribus Apolloniam contendit.* (* *ne qui casus efficiat* 6, 23, 11.) Ita et Cic. 2. in Verr. 49. *Multa sanxit de aetate hominum, ne qui minor triginta annis natu: de quaestu, quem qui fecisset, ne legeretur.* ubi v. Cel. Graevium. (* v. Casaub. ad Suet. Ner. 17.) Similiter *si qui*, pro *si quis*. V. infra ad 3, 17, 7. Inmerito itaque vapulat Gronovio infra ad 9, 15, 3. quasi *fieret*, pro *fierent*, legendum censuisset, quale nihil hic adparet. Quamvis enim *qui inpetus*, pro *quis inpetus*, accipiat, non tamen propterea *fierent*, in *fieret*, mutari necesse est. Duo enim singularia *inpetus caedesque* aequiparantur plurali, et saepe verbum numero multitudinis adsciscunt V. ad 1, 31, 7. Ipse Gronovius *inpetus* et *caedes* videtur eo loco numero multitudinis accepisse, quod tamen arbitrarium esse, ex supra dictis patet. Ceterum *qui* pro *quis*, *quinam* pro *quisnam*, *aliqui* pro *aliquis*, et similia apud Livium frequenter obcurrunt. V. ad 6, 32, 5. *ne quid in loca* habet Lipsiens. reliquis omnibus dissentientibus. Denique vox *inde* a Portug. et inferius conjunctio *que* ab Harlej. 2. exsulant.

§. 8. *Ut idem in singulos annos orbis volveretur*] *urbis volveretur* Haverk. solito errore. V. infra ad 5, 19, 11. *omnibus volveretur* Leid. 2. Qui praeterea vocabula in hunc ordinem digerit, *ut idem volveretur in singulos annos omnibus.* Idem ordo vocabulorum etiam obtinet in Voss. 1. [*nunciantur* Veith.]

Volscos et Aequos, etsi abscissae res sint, reficere exercitus] Archetypon Borbetomagense habet, *etsi abscisae res sint.* Utraque mendosa lectio. Tu meam auctoritatem secutus scribe, *etsi accisae res sint*, hoc est, amputatae, exhaustae, debilitatae. Sic libro sexto [c.5, 2.] *Post accisas*, inquit, *a Camillo Volscorum res.* Et paullo post [c. 12, 6.] *Quamquam*, inquit, *nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant.* Metaphora deducta videtur ab avibus, quibus alae amputantur. RHEN. MS. *etsi abscesserint scise res sint.* Forte, *etsi occisae res sint.* KLOCK. *etsi accisae res sint* provenit a Rhenano. Palat. pr. *etsi abscesserit.* sec. ac tertius *abscissae res.* Forte ut supra 2, 29. *Demorsa aere alieno plebes.* Andreas et Campan. exhibuerunt *abscisae res.* 6, 12. *Quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant.* c. 5. *Post accisas a Camillo Volscorum res.* Pall. tamen duo *occisas.* sec. *abscissas* iterum, ut et Campanus. perperam. Infra 7, 29. *Cum robore juventutis suae occiso nulla propinqua spes esset.* 8, 11. *Latinorum etsi pariter accisae copiae sint.* Et mox, *Adeo enim accisae res sunt.* c. 29. *Ita proelio uno accidit Vestinorum res.* 21, 25. *Quamquam accisas res satis constabat.* GEBHARD. *Volscos Aequosque* Portug. reliquis vulgatum retinentibus. Tum *etsi abscesserint* Voss.

Hernici nunciant, Volscos et Aequos, etsi adcisae res sint, reficere exercitus; Antii summam rei po-

2. [Veith.] *etsi abscisae res sint* Florent. Leid. ambo, Harlej. ambo, Voss. 1. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. *etsi abscissae res sint*, ut primae habent edd. praefert et Haverk. Sed *etsi abscissae sint* Portug. pro quo m. 2. emendatur *etsi abscisae sint.* margini deinde adscribitur τὸ *res*. Librarius codicis, quo Klockius usus est, duplicem servare voluit lectionem, *abscesserint*, quod etiam unum meorum praeferre modo vidimus, et *abscisae*, quod in multis superest. V. ad 3, 44, 4. unde perperam, *occisae* scribendum esse, ipse Klockius conjecit. Quamvis autem nullus codicum *accisae* praeferat, eam tamen veram scripturam esse adfirmanti Rhenano credo, partim quod alibi saepe Livium ita loqui solitum fuisse viri docti productis exemplis evicerint, partim etiam quod passim iisdem illis, quae viri docti laudarunt, locis vulgo codices, pro *accisus*, praeferant *abscisus*, *abscissus*, vel *occisus*, ubi tamen plerumque integriores recte *accisus* servant. De ea locutione vide quae notantur ad Silii 2, 392. Ceterum ante Rhenanum *accisae* jam Ascensius annis 1513. et 1516. ediderat, quem Moguntini secuti sunt. Sed mox Aldus pro eo *abscissae* revocavit. In verbis sequentibus *Antium summam rei positam*, pro *Antii*, habet Fragm. Hav. a m. 1. *Antii summa rei posita* Lipsiens. *rei summam* transpositis vocabulis Harlej. 1.

Ejicere Antiates colonos: palam concilia facere] Hic locus fuerat asterisco notandus. Sed professoribus omnia plana sunt. In verbo *ejicere* non mendum est, sed portentum plane errati. Siquidem legendum *Ecetrae Antiates colonos.* et ita distinguenda sententia. *Antii summam rei positam. Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere. Id caput: eas vires belli esse.* Fuit *Ecetra* Volscorum oppidum. Porro faciunt ad hunc locum intelligendum, quae supra sunt dicta [c. 4.] Libet ea repetere. *Itaque Aequi*, inquit, *ab Ecetranis Volscis praesidium petiere. quo cupide oblato (adeo civitates eae perpetuo in Romanos odio certavere) bellum summa vi parabatur. Sentiunt Hernici, et praedicunt Romanis, Ecetranum ad Aequos descisse. Suspecta et colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, quum oppidum captum esset, confugisset ad Aequos. Isque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit. Compulsis deinde in oppida Aequis, ea multitudo dilapsa quum Antium redisset, sua sponte jam infidos colonos Romanis alienavit.* Hactenus Livius. Quae propterea duxi renarranda, ut manifestum evaderet, cur Antii summam rei positam fuisse dicat, et Ecetrae potius, quam alibi, palam concilia facta. RHEN. Additione vocis *non* emendatur hic locus, ab eodem imperito correctore [Sigonio] corruptus. Nam est legendum. *Antii summam rei positam, non Ecetrae. Antiates* et quae sequuntur. Ex qua lectione pulcerrimus existit sensus. Nam indignissimum videbatur, si Antii, quae colonia erat Romana, ante deducta, summa belli esset posita, non Ecetrae, sicut ante, ubi hostes tantum habitarant. Hic fit additio *Non*, et mutatur punctum. ROBORT. de arte corrig. antiquorum libros p. 24. Facis Crit. Ego ad hoc tibi respondeo, Ro-

sitam; Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere. id caput, eas vires belli esse. Ut haec di- 9

bortelle, primum te injuste facere, qui me hunc locum corrupisse scribas, quem ne attigi quidem: deinde qui eundem ipse sine caussa audeas immutare. Me non attigisse declarant scholia, quibus me profiteor, quae mutavi, omnia esse brevissime persecutum. Non igitur ego hunc locum attigi. quid dixi, attigi? imo ne potui quidem: est enim integerrimus. Primum enim quaero, ubi legitur *Antii, non Ecetrae?* Scilicet hanc tibi tua ars potestatem dedit, ut, conjectura duce, pulcherrimum Livii sensum ejiceres, foedissimumque tuum induceres. Cur non confiteris potius, te ejus lectionis sententiam non videre. Ignoras eam. Accipe, et quidem, ut tu dicere soles, senex a puero. Antiates et Ecetrani Volsci erant. Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani vero non item. Volsci autem quum bellum renovare vellent, Antii summam rei posuerant illi quidem, sed Antiates, ne sua consilia Romanis patefierent, Antii clam fortasse, at Ecetrae palam concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut tu aïs, Hernici nunciabant, Antii summam rei positam a Volscis, non Ecetrae; sed, Antiates non Antii, sed Ecetrae palam concilia facere. Nam cum addit, *id caput, eas vires belli esse,* de Antiatibus, non de Ecetranis intelligendum est. SIGON. 1. Emend. 2. p. 139. Facis Crit. *Ejicere Antiates colonos: palam concilia facere,* quod recte Rhenanus reprehendit, in Aldi ed. primum obvium est. Priores praeferunt *Ceteros Antiates colonos palam concilia facere.* Et ita exhibent Voss. 1. et Leid. 2. *Cetera Antiates* Voss. 2. Fragm. Haverk. et Gaertn. [Veith.] *Aceterae Antiates* Portug. Lipsiens. Harlej. 2. et Haverk. *Aeceterae Antiates* Harlej. 1. *Eceterae Antiates* Florent. et Leid. 1. Quarum lectionum pleraeque non obscure innuunt, recte Rhenanum *Ecetrae Antiates* legisse, cujus sensum optime Sigonius exposuit. De Ecetra v. supra ad 2, 25, 6. ubi in priscis codd. eadem lectionum monstra supersunt. Praeterea *consilia facere* Gaertn. Verum indicantur hic conventus legatorum a Volscis et Aequis missorum, quae *concilia*, non *consilia* vocantur, teste Gronov. ad 44, 2, 5. praeterquam quod *facere consilium*, pro consultare, Latinum non sit.

Id caput, eas vires belli esse] *easve vires* Leid. 1. Male. Supra 2, 52, 7. *Cujus patris munere restituta quondam plebs eos ipsos, quibus tum saeviret, magistratus, eas leges haberet.* Haud absimile est *tantus pavor, tanta trepidatio fuit* infra hoc lib. c. 26, 5. et *idem somnus, eadem negligentia erat* 31, 24, 5. quibus locis alia vide.

§. 9. *Delectus indicitur*] *dillectus* Lipsiens. *dilectus* Leid. 1. et Portug. V. infra ad 37, 51, 7. Praeterea *edicitur* non modo omnes scripti, sed et editi praeferunt usque ad Dan. Heinsium, qui apud Elzevirios primus *indicitur* vulgavit; quo rejecto, priscam lectionem revocavi. Supra 2, 55, 1. *Sub hac pessimi exempli victoria delectus edicitur.* Infra hoc lib. c. 41, 7. *Silentio Patrum edicitur delectus.* c. 57, 9. *Quum ad ea bella delectum edixissent.* 22, 57, 9. *Delectu edicto juniores ab annis septemdecim et quosdam praetextatos scribunt.* *Indicere delectum* alibi dixit. Ita hoc lib. c. 66, 3. *Biennio ante delectum indictum ha-*

eta in senatu sunt, delectus edicitur: consules belli administrationem inter se dispartiri jussi, alteri ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset. Tribuni coram in foro personare, *Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos. jam ne virtute*

beri non potuisse, abnuente jam plebe imperium. 5, 19, 4. *Indicto delectu in diem certam, ipse interim Vejos ad confirmandos militum animos intercurrit.* Similiter et *edicere* et *indicere justitium* in usu fuit. V. ad Liv. 4, 26, 12. Quum itaque utrumque rectum sit, invitis scriptis pristinam lectionem mutandi caussam Heinsius non habuit. *dilectus est dicitur* Florent. ment. Hav. et Portug. a m. 2. qui male a m. 1. habet *pertiri*. Utraque orthographia *dispartiri* et *dispertiri* obcurrit, et habet, quo se tueri possit. V. Dausquej. Orthogr. part. 2. hac voce. et quae infra dicentur ad 38, 36, 8. *dispertiri* tamen scriptum est infra 29, 1, 14. *Inde exercitum per oppida dispertit.* Mox *alteri ut Aequi pronunciarent* corrupte Gaertn.

Consules belli administrationem inter se dispartiri jussi] Gronov. infra ad c 21. hujus libri §. 3. legendum conjicit, *delectus indicitur, consulibus belli administrationem inter se dispartiri jussis.* Sed vide, quae ad eumdem locum notavi. Ceterum *administratione* praefert Lipsiens. Sed litera *m* finalis intercepta est ab initiali syllaba *in* vocis proximae. V. infra ad 37, 29, 5. Praeterea voces *inter se* omittuntur in Leid. 2. Male. Infra 23, 26, 2. *P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias, ut Cnaeus terra, Publius navibus rem gereret.* lib. 24, 35, 7. *Ita inter se munera belli partiti sunt, ut Epicydes praeesset custodiae urbis, Hippocrates adversus consulem Romanum bellum gereret.* Caesar 7. B. Gall. 55. *Pecuniam atque equos inter se partiti sunt.* 8, 35. *Ipsi inter se provincias partiuntur.* 1. B. Civ. 38. *Officia inter se partiuntur.* Hirtius in Bell. Afr. 46. *Tirones autem jubet inter legiones dispertiri.* Praeterea *dispertiri* Voss. 1. Leid. ambo, Frag-

§. 10. *Fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos*] *Fabulam compositi Volsci belli* Portug. a m. 1. Male. *Fabula composita* est ficta. V. ad 40, 12, 7. Praeterea *Volscici belli* Ascensius anno 1513. edidit, altera lectione in marginem conjecta. Verum recte insecuti Moguntini priorem scripturam, pro qua etiam stant omnes Mssi, iterum restituerunt. Ita *Volscum nomen* supra hoc libro c. 8, 10. *Ibi Volscum nomen prope deletum est.* Deinde *ad patres paratos* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] qualem transpositionem literarum in hac voce infra v. ad 4, 60, 3. Hic nihil mutandum. Quum bellum Volscum *fabulam* vocet, in eadem similitudine persistens illos, quos subornatos credebat ut bellum hoc verosimile redderent, *ad partes paratos* dicit, voce a ludis scenicis desumta, in quibus histrio dicitur *partes agere*. Ita optime hunc locum capiendum docuit Cel. Burmann. ad Nason. 1. Amor. El. 8, 87. ubi pariter Ovid. dixerat.

quidem premi libertatem populi Romani, sed arte eludi. quia, occidione prope occisos Volscos et Aequos movere 11
sua sponte arma posse, jam fides abierit, novos hostes quaeri. coloniam fidam, propinquam, infamem fieri. bellum innoxiis Antiatibus indici, geri cum plebe Roma-

Servus, et ad partes sollers ancilla parentur.

Et commode locus hic advocatur ex Varr. 2. de Re ruft. 5. *Narra isti eadem, qui sermones sint habiti, et quid reliqui sit, ut ad partes paratus veniat.*

Sed arte eludi] Pall. *arte ludi*. Non probo. Infra c. 14. *His per totum annum artibus lex elusa est.* GEBH. Non Pall. tantum *arte ludi* praeferunt, sed et praeter unum Harlej. 1. omnes mei, et cum illis antiquitus excusi usque ad Frobenium, qui primus anno 1535. forte ita reponente Rhenano, (ejus enim emendationes passim recepit) quamvis hujus mutationis in notis non meminerit, *arte eludi* edidit. Ut autem hic *ludere arte*, ita *ludere dolis* Plaut. in Argum. pr. Amphitr. vers. 7.

Uterque luduntur dolis mirum in modum.

Terent. Eun. 2, 3, 94.

An potius haec patri aequum est fieri, ut a me ludatur dolis.

Malim tamen cum Gebhardo *eludi*. Liv. infra 44, 36, 3. *Tantus ardor in animis ad dimicandum utrimque erat, ut consuli non minore arte ad suos eludendos, quam ad hostes, opus esset.* Frontin. 2, 5, 47. *Quum instructa classis eorum ad pugnandum processisset, ex velocissimis navibus viginti praemisit, quae omni arte varioque flexu eluderent hostem.* Prima itaque litera τοῦ *eludi* in plerisque codd. intercidit ob ultimam praecedentis. Alia exempla v. ad 2, 44, 6.

§. 11. *Occidione prope occisos Volscos*] *occisione* Haverk. Ita plures codd. infra praeferunt hoc lib. c. 28, 9. *Ne in occisione victoriam ponerent.* Cic. Philipp. 14, 14. *Quumque A. Hirtius consul, imperator, proelio audito et re cognita, fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit, inpetumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit, ejusque copias occisione occiderit.* ubi Ferrar. in omnibus libris *occisione* superesse, *occidione* tamen, quum internecionem significat, consuetudinem probare testatur. Aurel. Vict. in Vir. inl. 14. *Ad quae progressi Fabii, in insidias delapsi, ad unum occisione perierunt.* Sed et ibi Schott. libros veteres *occisi*, nonnullos tantum *occisione* habere adnotavit. Quum itaque hic etiam codd. scripti alii vulgatum sartum tectum servent, et Livius alibi *occidione occidere* usus sit, eam lectionem genuinam esse existimo. V. supra ad 2, 51, 9.

Aequos movere sua sponte arma posse, id fides abierit] In nonnullis MSS. Hearnii et aliis codd. *jam fides abierit.* Videndum est, an apud alios probatos auctores inveniatur *id fides abiit.* DUK. Gronovius quidem ad Liv. 5, 34, 6. *id fides abierit* positum monet pro *id factum esse, fides abierit*; vel etiam *fides id*

12 *na. quam, oneratam armis, ex urbe praecipiti agmine
acturi essent, exsilio et relegatione civium ulciscentes*
13 *tribunos. Sic, ne quid aliud actum putent, victam le-*

esse *fidem ejus rei*; vel denique ellipsin esse praepositionis *ad* vel *in*. Mihi tamen numquam haec lectio placere potuit. Et certe *arma posse, jam fides*, est in Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. utroque Lips. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. B.L. 1. 2. C. N. omnibusque edd. usque ad ultimam Gruteri, quae prima *id fides abierit* exhibuit. Eam vero praeeuntem reliquae omnes recentiores edd. secutae sunt. Ego contra priscam lectionem, nulla justa de caussa loco motam, revocandam censui. Ceterum *abjecit*, pro *abierit*, praefert Gaertn. et in verbis sequentibus *noxis Antiatibus*, pro *innoxiis*, Lipsiens. Verum ibi prima syllaba *in* periit ob literam finalem *m* vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Deinde ex *innoxIs*, prima syllaba elisa, factum est *noxis*. V. infra ad 38, 27, 8.

§. 12. *Exsilio et relegatione civium ulciscentes tribunos*] Palat. tertius elidit copulam *et*. Ita mox omittit c. 11. *Quem privatum viribus, audacia regnantem videtis*. GEBH. Omnes nostri copulam illam servant, nisi quod librariorum errore Harlej. 2. habeat *exsilio ex relegatione* sollemni lapsu. V. ad 26, 45, 1. Junguntur autem hic *exsilium et relegatio* ut infra 4, 4, 6. *Quid est aliud, quam exsilium intra eadem moenia, quam relegationem pati?* Paullo ante *praecipitique agmine* Haverk.

§. 13. *Sic, ne quid aliud actum putent, victam legem esse*] Et hic sensus obscurus est. Puto illum plebi persuadere velle, consules nihil aliud egisse, nihil aliud, quam quo pacto legem tollant, cogitasse. nec aliud cogitent ipsi, quam victam esse legem, nisi, dum in integro res sit: et quae sequuntur reliqua. GLAR. Similes fere locus est infra 9, 1, 3. *Ne nihil actum hac legatione censeatis, expiatum est, quidquid ex foedere rupto irarum in nos coelestium fuit*. Ceterum *Sicut*, pro *Sic*, est in Gaertn.

Nisi dum integra res sit] Solus sic Palat. pr. Miror autem hic exsulare lectionem legitimam, quam ingerunt Pall. reliqui duo et antiquitus editi, neque diffitetur Glareanus. Quare legendum, *dum in integro res sit*. Sic supra c. 8. *Cum exitus haud in facili essent*. Curtius 3, 1. *Satis gnarus, cuncta in expedito fore*. Seneca ex Pomponio Epist. 3. *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse, quicquid in luce est*. Livius infra c. 40. *Nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur*. c. 45. *Saevite in tergum et in cervices nostras. pudicitia saltem in tuto sit*. c. 65. *Moderatio tuendae libertatis in difficili est*. 23, 27. *Diu in pacato mansit*. in quo male Loritus haeret. GEBH. *nisi dum integra res sit* prima, quod sciam, Curionis; priores omnes, ut et plures melioresque MSS. *dum in integro res sit*. nec mutandum fuisse putamus. Infra [c. 45, 9.] *Pudicitia saltem in tuto sit*. Caesar 2. Gall. [25.] *Hostes ab utroque latere instare, et rem esse in angusto vidit*. Seneca Epist. 3. *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse, quicquid in luce est*. Curtius 3, [1.] *Cuncta in expedito*

gem esse; nisi, dum in integro res sit, dum domi, dum togati sint, caveant, ne possessione urbis pellantur, ne jugum accipiant. Si animus sit, non defore auxilium. 14

fore. Tacit. 3. Annal. [50.] *Vita Lutorii in integro est.* J. FR. GRON. Omnes etiam nostri servant *dum in integro res sit*, exceptis Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. in quibus similiter *dum integra res sit.* Verosimillimum est, primo *τὸ in* interceptum esse a prima syllaba proximae vocis *integro*; cujus erroris alia exempla v. ad 8, 33, 6. Id vero tanto facilius hic excidere potuit, quod praecedentis vocis ultima litera sit *m*, quae et ipsa saepe caussa est, cur sequens *in* intercidat. V. ad 10, 13, 3. Quum autem *integro* jam commodum sensum non redderet, ei substitutum est *integra*. Neque haec frustra dici, testes esse possunt cod. Lipsiens. et Portug. a m. 1. in quibus scriptum fuerat *dum integro res sit.* Verum in posteriori a m. 2. non *dum integra res sit*, sed recte *dum in integro res sit* emendatur. Eodem gradu error etiam in editis invaluit. Quum enim priores recte vulgassent *dum in integro res sit*, Frobenius demum anno 1535. dedit *dum integro res sit*, sine dubio errore operarum, quem tamen non deprehenderunt Basileenses anno 1539. sed Vascosanus demum anno 1542. ad eum advertit. Verum, non consultis aut scriptis aut editis, perperam reposuit *dum integra res sit.* quod Curio anno 1549. secutus est: ante quem anno praecedenti etiam Gryphius *dum integro res sit* vulgavit. Ceterum *res est in integro* optima est locutio, et apud quosque scriptores obvia. Cic. 3. de Orat. 4. *Haec jam neque in integro nobis esse possunt, et summi labores nostri, magna compensati gloria, mitigantur.* 2. in Verr. 40. *Hique eo tempore ad te venissent, quum tibi in integro tota res esset.* 5. ad Famil. Ep. 20. *De centurionibus tamen et de tribunorum militarium contubernalibus res est in integro.* Senec. in Otio Sapient. 30. *Potest ergo et ille, cui omnia adhuc in integro sunt, antequam ullas experiatur tempestates, in tuto subsistere.* Tacit. 15. Ann. 2. *Vestra quidem vis et gloria in integro est.* 3. Hist. 2. *Vos, quibus fortuna in integro est, legiones continete.* Quinctil. Declam. 260. p. 487. *Reservavi filios judiciis vestris, et, si quando ignosceretis, in integro habui.* Paullus l. 24. §. 4. ff. loc. cond. *Si paucis diebus prohibuit, deinde poenitentiam agit, omniaque colono in integro sunt, nihil ex obligatione paucorum dierum mora minuit. l.* 24. §. 2. ff. d. Minor. *Si quis juvenili levitate ductus omiserit, vel repudiaverit hereditatem, vel bonorum possessionem, si quidem omnia in integro sunt, omnino audiendus est.* qui et alibi pariter locutus reperitur. Similia loquendi genera supra inlustrantur hoc lib. c. 8, 9. Pro *nisi dum* Haverk. et Lipsiens. male *ubi dum.* Mox *dum rogati*, pro *dum togati*, inperite dedit scriba Gaertn. *dum integro res sit, dum domit* Florent. m. 1. *dormit* m. 2.

Ne possessione urbis pellantur, ne jugum accipiant] Alio ordine vocabula proponuntur in Leidensi 2. *ne jugum accipiant, ne possessione urbis pellantur.*

consentire omnes tribunos. nullum terrorem externum, nullum periculum esse. Cavisse Deos priore anno, ut tuto libertas defendi posset. Haec tribuni.

1 XI. At ex parte altera consules in conspectu eorum, positis sellis, delectum habebant. eo decurrunt tribuni, concionemque secum trahunt. ci-

§. 14. *Cavisse Deos priore anno*] *Cavisset eos* Klockian. *Cavisse eos* Harlej. 1. Ubi omissa videtur litera *D* majuscula, quod eam minio aliisve ornamentis postea librarius depicturus esset. quod alibi saepissime usu venire, passim docti observarunt. In hac autem voce id frequens esse, infra videndum erit ad 29, 11, 6. [*Cavisse omnes priore* Veith.]

Haec tribuni] *Haec tribuni dicebant* Leid. 2. addito verbo, quod Livius per ellipsin omittendum censuerat, ut saepe alibi solitus est. V. infra ad 23, 45, 6.

§. 1. *At ex parte altera consules*] Primam voculam non agnoscunt Voss. 1. et Leid. 2. Pro ea *Et* habet Gaertn. passim obvio errore. V. infra ad 36, 35, 7.

Velut rei experiundae caussa, et statim vis coorta] To *velut* ab initio a Fragm. Hav. exsulabat, sed a m. 2. in margine adscriptum est. Tum *experiendae* Haverk. V. ad 26, 36, 11. Deinde vocem *statim* omittit Leid. 2. Denique *exorta* Gaertn. sollemni in codd. Mitis varietate. Vide, quae infra notantur ad 5, 29, 3. Verum indicatur hoc verbo, omnes simul ad vim inferendam exortos esse, non paucos id fecisse.

§. 2. *Jussu consulis prehendisset*] *prendisset* Florent. Voss. ambo, Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. Portug. et Fragm. Hav. Et ita hoc loco e MS legendum censuit Gebhardus supra ad 2, 56, 11. Vide quae supra notantur ad 2, 29, 4. *prendidisset* habet Leid. 2. perperam geminatis literis. Ita *redidit*, pro *redit*, unus habet codex supra 2, 47, 11. *inciciderit* paullo ante hoc lib. c. 5, 13.

Tribunus mitti jubebat] Gebhardus infra ad c. 13, 6. in Palat. sec. fuisse notat *tribunus prodi mitti jubebat*, atque inde conjicit, eum dare voluisse *tribunus protinus mitti jubebat.* Verum nostri omnes nihil mutant, nisi quod aberrante manu librarii *tribunos* sit in Gaertn. *jubeat* in Klockian.

Sed virium spe, sed manu obtinendum erat, quod intenderes] Antiqua lectio, *sed virium spe et manu obtinendum.* RHEN. Restitue, quod abolevit Rhenanus, *sed virium spe, sed manu obtinendum erat.* Sic reddimus 24, 14. *Libertatis auctorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum, sed universos Patres.* J. FR. GRON. Locutionis hoc genus, quod Gronovius Livio restitutum voluit, elegans est, et probum, atque ab Livio et aliis non raro usurpatum. Infra 8, 34, 7. *Quod si fecisset, non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi judicium nequidquam posteros accusaturos.* Plinius 1. Ep. 12. *Proinde adhibe solatia mihi, non haec, Senex erat, Infirmus erat, (haec enim novi) sed nova aliqua, sed magna, quae audierim numquam, legerim numquam.* Tacit. 1. Ann. 10. *Sane Cassii et Brutorum exi-*

tati pauci, velut rei experiundae caussa: et statim vis coorta. Quemcumque lictor jussu consulis pre- 2
hendisset, tribunus mitti jubebat. neque suum cuique jus modum faciebat, sed virium spe et manu obtinendum erat, quod intenderes. Quemadmodum 3
se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic Pa-

tus paternis inimicitiis datos, sed Pompejum imagine pacis, sed Lepidum specie amicitiae deceptos. Ubi Rhenanus iterum *et Lepidum.* sed Vertran. vulgatum vindicavit. Florus 1, 13. *Incendium illud quid egit aliud, nisi ut destinata hominum ac Deorum domicilio civitas non deleta, non obruta, sed expiata potius, sed lustrata videatur.* Ita enim hoc etiam loco viri docti in Mstis esse monuerunt. Eamdem elegantiam Livio restituendam conjicio infra 39, 37, 12. *Vos non muros tantum, sed urbem, sed agros ademistis.* ubi vulgo etiam *sed urbem et agros* editur, at codices partim *sed urbem agros*, partim *sed urbes agros* praeferunt. Alia plura v. ad 5, 35, 4. Ceterum Rhenanus tantum cod. sui lectionem indicavit, in contextu ipso nihil mutavit. Vascosan. demum Rhenani codici obsecutus *et manu* edidit. Neque solus ita legit Rhenani codex, sed etiam Florent. et omnes nostri, ut et Neapolit. Latinii. Et eadem quoque scriptura in Oxoniensibus superfuisse videtur, ex quibus Hearne, emendationem Gronovii recensens, nihil monet, ut facere solitus est, si codd. quos adhibuit, consentiant. Hinc etiam illud *sed manu* in contextum recipere ausus non sum, ut nec Gronovius fecit. Praeterea *quod intenderet* Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Neapolit. Latinii, Hearnii Oxon. B. C. et, ut idem Hearne monet, ed. Andreae Romana. Male. *intenderes* est quisque intenderet. Supra 2, 35, 5. *Quidquid erat Patrum, reos diceres.* c. 43, 9. *Moestique (crederes victos) redeunt in castra.* (* 29, 28, 3.) 31, 7, 11. *Nec Tarentini modo oraque illa Italiae, quam majorem Graeciam vocant, ut nomen secutos crederes, sed Lucanus, et Bruttius, et Samnis a nobis defecerunt.* 41, 13, 8. *Itaque taciti, ut iratos esse sentires, secuti sunt currum.* 44, 34, 8. *Neminem totis mox castris quietum videres.* V. doctos interpretes Petron. ad Satyr. c. 7. in fine. [*quod intenderat* Veith.]

§. 3. *Quemadmodum se tribuni gessissent in prohibendo delectu, sic Patres in lege*] Palat. duo *in prohibendo delectus.* tertius *in prohibendo delectum.* GEBH. *in prohibendo dilectu* Florent. *in prohibendo delectus* etiam Voss. ambo, Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Fragment. Hav. quo etiam ducunt vestigia Portug. qui *in prohibendo deletus* praefert. Verum ultima litera vocis *delectus* adhaesit ex principio vocis sequentis *sic.* qui error in litera *s* saepissime commissus est. V. ad 28, 25, 2. Quum tamen *in prohibendo delectus* displiceret, et recte, nam de uno tantum delectu agitur, alii *in prohibendo delectum* substituerunt, quod est in Haverk. Sed vulgatum servo. V.

tres in lege, quae per omnes comitiales dies fere-
4 batur, inpedienda gerebant. Initium erat rixae, quum discedere populum jussissent tribuni, quod Patres se submoveri haud sinebant. nec fere seniores rei intererant; quippe quae non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciaeque esset.
5 Multum et consules se abstinebant, ne cui in con-

ad 40, 49, 1. Mox *sic Patres in legem* Leid. 2. Verum ibi etiam edita lectio praestat, licet pro *inpedienda* legeres *inpediendo*. Ceterum *Quemadmodum tribuni* priscae edd. omisso pronomine, quod servant omnes codd. et Aldus primus adjecit.

Quae per omnes comitiales dies ferebatur] V. Varr. 5. de Ling. Lat. [p. 50.] Festum v. *Comitiales dies*. KLOCK. *Ἀρχαϊκῶς* Palat. tertius *per omnis comitialis dies*. GEBH. Pariter Leid. 1. Harlej. 2. et Portug. *per omnes comitialis dies* Harlej. 1. et Haverk. *per omnis comitiales dies* Lipsiens.

§. 4. *Quum discedere populum jussissent tribuni*] Manifeste hic vides, *populi* voce etiam Patres intelligi. GLAR. *dissedere* Portug. sed *quum discessissent tribuni*, reliquis omissis, Hearnii Oxon. B.

Quod Patres se submoveri haud sinebant] Palat. sec. *tum Patres se*. Non coepit venustatem particulae *quod*, qui immutavit. GEBH. *tum* etiam Portug. et Haverk. [Veith.]

Quae non consilio regenda, sed permissa temeritati audaciaeque esset] *quae consilio non regenda* alio ordine Voss. 2. Tum *consilio gerenda* male Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Alibi etiam voces *gerere* et *regere* commutantur. V. infra ad 27, 40, 2. Utramque lectionem simul recepit Gaertn. exhibens *consilio regenda ac gerenda*. Id autem librario hujus cod. frequens fuisse, infra videbimus ad 4, 55, 5. Mox *temeritati et audaciae* Voss. 1. et Leid. 2. Denique *essent* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. et a m. 1. Portug. ac Fragm. Hav. Mirum eodem errore etiam optimos codd. infectos esse.

§. 5. *Multum et consules se abstinebant*] Cicero 4. ad famil. Ep. 7. *Neque tu multum interfuisti rebus gerendis*. Erunt tamen quibus magis ad gustum Cl. Puteani conjectura *tumultu et consules*. J. FR. GRON. Phaedrus 3. fab. 10, 5.

Ergo exploranda est veritas multum, prius
Quam stulta prave judicet sententia.

Ceterum *multumque consules* Haverk. Lipsiens. et Harlej. 2. Tum *abstineant* Klockian. quem eodem errore *jubeat*, pro *jubebat*, praeferre supra vidimus hoc cap. ad §. 2. Mox *nec cui* Voss. 2. perperam fini vocis *ne* adhaerente litera, quae sequentis *cui* initialis est. V. infra ad 40, 7, 8.

§. 6. *Qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus*] Palat. pr. *et virium*. GEBH. Primo *tam* et *quam*, pro *qua* et *qua*, Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. a manu interpolatrice, et-

luvione rerum majeſtatem suam contumeliae obſer-
rent. Kaeso erat Quinctius, ferox juvenis, qua 6
nobilitate gentis, qua corporis magnitudine et vi-
ribus. ad ea munera, data a Diis, et ipſe addide-
rat multa belli decora, facundiamque in foro; ut
nemo, non lingua, non manu, promtior, in civi-
tate haberetur. Hic, quum in medio Patrum agmi- 7

Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. [Veith.] Similiter etiam priſcae editt. usque ad Aldum, qui *qua nobilitate gentis, qua corporis* vulgari curavit, quemadmodum reliqui noſtri, et inter eos optimi, praeferunt, ut et de Pall. primo et tertio Gebhardus teſtatur supra ad 2, 45, 3. V. infra ad 10, 38, 1. Deinde *nobilitate generis* Portug. *Genus* hoc sensu pro gente poni, Sigonius multis infra docet ad 4, 1, 2. Quoniam tamen aliorum codd. nullus conſentiat, nihil etiam mutandum cenſeo. *gens* et *genus* frequenter alibi a librariis confunduntur. V. infra ad 34, 17, 6. Denique *viribus* quidem omnes servant Mſti, quibus utor: quomodo infra *forma viresque corporis* memorantur 30, 1, 5. simul tamen *et viribus* praeferunt Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav.

Ad ea munera data a Diis] *adeo munera*, duabus vocibus inperitia librarii coalescentibus, Lipsiens. V. infra ad 4, 54, 4. *addere ad ea* Livianum eſt. 7, 16, 3. *Ad copiam rerum addidit munificentiam.* 24, 26, 2. *Adea addidit preces.* Et ita passim. Solet enim Livius praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere. V. supra ad 2, 36. 6. (* v. Burm. ad Suet. Aug. 32. Calig. 40.) *ad munera*, media voce exſulante, Fragm. Hav. a m. 1. quam tamen poſtea altera adscripsit. Et recte. Quae autem hic *munera data a Diis* vocat, eadem *naturae fortunaeque bona* vocat mox cap. seq. et *congesta a natura fortunaque bona* infra 30, 1, 4.

Ut nemo, non lingua, non manu, promtior in civitate haberetur] Ita interpungendum docuit Cl. Clericus in arte Critic. l. 3. sect. 1. c. 10, 15. Olim ita diſtinguebatur, *ut nemo non lingua, non manu promtior*; poſtea vero, *ut nemo, non lingua, non manu promtior.* Verum eodem modo, ut Cleric. voluit, hunc locum laudans, jam edidit Gronov. infra hoc lib. c. 26, 5. quamvis tamen in ipso contextu hic minorem diſtinctionem poſt vocem *manu*, quae ex opinione Clerici neceſſaria erat, omiserit. Sed et in ordine vocabulorum variant libri scripti. *ut nemo, non manu, non lingua, promtior in civitate* Voſſ. 1. praefert. *ut nemo, non manu, non lingua, in civitate promtior* Leid. 2. Vir doctus in margine edit. Curionis conjecerat, forte vocem *nemo* abundare, eamque delendam eſſe. Mihi secus videtur. Poterat quidem abeſſe, si ita Livio viſum fuiſſet. Nunc vero, quum omnes retineant Mſti, iis nolentibus vulgatum servo. Simile fere eſt, quod infra obcurrit 4, 60, 3. *Tribuni plebis*.

ne conſtitiſſet, eminens inter alios, velut omnes dictaturas conſulatusque gerens in voce ac viribus suis, unus inpetus tribunicios popularesque procel-
8 las suſtinebat. Hoc duce, saepe pulsi foro tribuni,

communis ordinum laetitiae concordiaeque soli expertes negare, tam id laetum Patribus universis, nec prosperum fore, qua a crederent. ut enim ibi, pro *nec prosperum*, dicere potuerat, *vel prosperum*; ita etiam hic *vel lingua vel manu*, pro *non lingua, non manu.* Eodem libro c. 7, 5. *Judicium populi rescindi ab senatu non posse, praeterquam quod nullo nec exemplo nec jure fieret, concordiae etiam ordinum caussa.* V. plura apud Gronov. l. laud. (* ad 27, 41, 4.) *propraecior*, pro *promtior*, eſt in Lipsiens. a m. 1.

§. 7. *In medio Patrum agmine constitisset*] Una litera abundante *constituisset* eſt in Harlej. 1. [*inter aliud velut* Veith.]

§. 8. *Fusa ac fugata plebs est*] *fugata plebes* Florent. Voſſ. 1. et Leid. 1. Quod recepi, ut Livio familiare, et passim a librariis expunctum. V. supra ad 1, 20, 6.

Mulctatus nudatusque abibat] Malim *notatusque abibat.* LIPS. 5. Epiſt. Quaeſt. Ep. 16. Mavult vir doctus, *notatasque abibat.* Noſtri libri nihil variant. MOD. *mulcatus* MSS. V. Turneb. 28. Advers. 5. in *Commulcat.* et c. 6. in *Mulcatores.* etiam Lipsium ad Tacit. 1. Ann. [32.] qui 5. Epiſt. Quaeſt. Epiſt. 16. legit *notatusque.* Actor. 19, 16. *Καὶ ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, κατακυριεύσας αὐτῶν ἴσχυσε κατ᾽ αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου.* Diurna haec graſſatio ut praemiatorum nocturna. V. Nonium in *Praemiatores.* et Colvium ad Apuleji 2. Miles. p. 34. BLOCH. Sic etiam Palat. tres. Neque opus aliquid novare cum Lipsio, ut fiat *notatus.* Nam in hujusmodi tumultu vel veſtis excidit, vel ea spoliamur, non tantum verberibus caesi, ut oſtendi in suſpicionibus. GRUTER. Cum videlicet veſtes circumscinderentur ad nudandum lictori tergum. V. 2, 55. Et ita omnes libri, tam manu scripti, quam impressi. ideo miror virum doctum maluiſſe *notatusque.* Quin immo *nudatio* inter sontium etiam notas. Infra c. 23. *Inermes nudique omnes sub jugum missi.* ut recte habet Palat. pr. male alii *undique.* Diodorus l. 17. p. 580. *Ἦγον δ᾽ αὐτὰς οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπισπώμενοι τὰς ἠτυχηκυίας, οἱ δὲ τὰς ἐσθῆτας περιρρηγνύντες καὶ γυμνοῖς τοῖς σώμασιν ἐπιβάλλοντες τὰς χεῖρας.* Liv. 5, 27. *Denudatum deinde eum manibus post tergum illigatis reducendum Falerios pueris tradidit* 28, 29. *Nudi in medium protrahebantur, et simul omnis adparatus suppliciorum expromebatur* 38, 59. *Nudus ante carcerem projiciatur.* Palat. tertius *mulctatus nudatusque ibat.* GEBH. Alii *mulctatus.* Dodwellus in Append. ad Praelect. Academ. p. 673. e MS. Oxon. *multatus.* Sed *mulcatus* huic loco convenire, non *mulctatus*, vel *multatus*, certum eſt ex iis, quae docent eruditiſſimi interpretes ad Terentii Eun. 4, 7, 4. Adelph. 1, 2, 10. ad Phaedrum 1. fab. 3. ad Tacitum 1. Ann. 32. ad Suetonii Caesar. 17. et J. Fr. Gronovius ad Liv. 28, 30. Sic Livius

fusa ac fugata plebes eſt. qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat: ut satis adpareret, si sic agi liceret, victam legem eſſe. Tum, prope jam 9
perculsis aliis tribunis, A. Virginius, ex collegio

cap. seq. *Se suosque mulcatos querentes.* Pro *nudatusque* Lipsius 5. Epiſt. Quaeſt. Ep. 16. mallet *notutusque*. Sed eum nemo audivit. Et merito. Alia res eſt in Sueton. Caeſar. 41. ubi pro *nudatos opere censorio*, Egnatius et P. Faber 2. Semeſtr. 12. legunt *notatos opere censorio*, quia censorum proprium eſt *notare*. Nec tamen ideo scripturam receptam ibi mutandam eſſe putant Caſaub. ad Sueton. et Scip. Gentilis in Append. notarum ad Apulej. Apolog. num. 64. DUK. *mulctatus* Leid. 2. Harlej. ambo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *multatus* Voſſ. 2. Portug. et Lipsiens. quemadmodum etiam Dodwell. in append. Praelect. Academic. p. 673. observat legi in codice Novi Collegii Oxoniensis, quem litera N. Hearne notare solitus eſt, sed ex quo vel ex aliis eodd. hic nihil monet. *mulgatus* Leid. 1. et Florent. ex cujus veſtigiis colligo, legendum eſſe *mulcatus*, ut etiam in Voſſiano 1. legi videtur, et J. Fr. Gronovius reficiendum conjecit infra ad 28, 30, 12. ubi plura vide, ut et mox ad cap. seq. §. 9. Ceterum *nudatusque* etiam omnes noſtri conſtanter servant, quod si probum, tamen cum Gebhardo non de circumcisis veſtibus ad praebendum lictori tergum accipiam, (privatus enim erat K. Fabius, ideoque lictores ei nulli adparebant, quos animadvertere jubere poterat) sed cum Grutero de veſtimentis in tumultu ereptis. Tibullus 1. eleg. 2, 25.

Nec sinit, obcurrat quisquam, qui corpora ferro
Vulneret, aut rapta praemia veste ferat.

ubi Broekhus. locum inepte alio trahentes recte refellit. Similis ferme Neronis petulantia notatur a Sueton. in ejus vita c. 26. *Post crepusculum statim, arrepto pileo vel galero, popinas inibat. circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen. Si quidem redeuntes a coena verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergere adsueverat: tabernulas etiam effringere et expilare, quintana domi constituta, ubi partae et ad licitationem divendendae praedae pretium adsumeretur.* et apud Dion. Caſſ. l. 61. p. 693. *Κρύφα δὲ νύκτωρ ἐκώμαζε κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὑβρίζων ἐς τὰς γυναῖκας, ἀσελγαίνων ἐς τὰ μειράκια, ἀποδύων τοὺς ἀπαντῶντας, παίων, τιτρώσκων φονεύων.* Denique *hibat*, pro *abibat*, habet Leid. 1.

Ut satis adpareret, si sic agi liceret] *et sic si agi liceret* Palat. pr. Tertius *sic si agi liceret.* GEBH. *ut satis apparet* Voſſ. 2. et Haverk. errore nato ex non obſervata nota, qua scripta erat vox *appar'et* V. infra ad 40, 14. 3. Deinde *et sic si agi liceret*, Voſſ. 2. *et si sic agi liceret* Gaertn. [Veith.] Sed *τὸ et* perperam repetitum eſt ex vocis praecedentis ultimis literis, ut saepe aliis locis factum eſt. V. ad 39, 18, 8. *se sic agi liceret* Leid. 1.

§. 9. *Tum prope jam perculsis aliis tribunis*] Palat. tertius *perpulsis aliis tribunis.* GEBH. Vocem *jam* omittit Portug. Tum

unus, Kaeſoni capitis diem dicit. atrox ingeni-
um accenderat eo facto magis, quam conterrue-
rat: eo acrius obſtare legi, agitare plebem, tri-
10 bunos velut juſto perſequi bello. Accuſator pati
reum ruere, invidiaeque flammam ac materiam cri-
mini-

pulsis aliis tribunis Fragm. Hav. *perpulsis aliis tribunis* Lipsiens. Leid. 1. et Voſſ. 1. qui ultimus tamen in margine *percussis* oſtentat. *Perpulsus* et *Perculsus* errore operarum alibi in Mſtis commutantur. V. infra ad 3, 30, 5. *perculsis aliis tribuniciis* eſt in Harlej. 1.

A. Virginius ex collegio unus] Habet Palat. pr. hic, ut ex mox, *Appius Verginius*. GEBH. *Appius*, pro *A.* etiam Portug. et Gaertn. *Ap.* Fragm. Hav. V. etiam mox §. 12. et ad c. 19, 6. Deinde *Verginius* Florent. Voſſ. 1. et Leid. 1. *Virgineus* Portug. V. ad 2, 17. in princ.

Accenderat eo facto magis, quam conterruerat] Perſuadeor, eſſe interpolatitiam lectionem ex diſſensu codd. Palatinorum MSS. quorum tertius *quam terruerat*, sec. *quam interruerat*, quod mihi non diſplicet. Nam *in* compositum intendit. GEBH. Contra *interruerat* interpolatitiam lectionem eſſe, inde verosimile fit, quod Palatino sec. Gebhardi, nupero ac novicio codici, ut ipſe eum vocare solet, nullus meorum secundas faciat, praeter Lipsiens. et Haverk. Quorum praesertim poſterior ipſe quoque non satis gravis teſtis eſt, qui ubique Palat. secundo adsentire consuevit. Ipsum quidem verbum *interreo* nondum notatum eſt, sed inde declinatum *interritus* obvium eſt, at plane contrario sensu, pro non territus. Reliqui codd. vulgatum tuentur, quod cur jure suspectum eſſe possit, cauſſam non video. Eſt enim alibi apud Livium admodum frequens. 10, 28, 9. *Novum pugnae conterruit genus: essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos.* 23, 12, 1. *Hic major solito adparatus praecipue conterruit Campanos.* (* ubi etiam vide.) et alibi.

Eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos velut justo persequi bello] *eo carius* Leid. 1. perperam transpositis literis, quaſi modo etiam errarunt librarii infra 26, 4, 1. Mox *agitari* errans dedit librarius cod. Haverk. *obstare legi, agitare plebei tribunos* edit. Mediol. anni 1480. sed invitis, quotquot vidi, scriptis et editis. Insuper *et tribunos* addita conjunctione Gaertn. quam rectius omnes alii omittunt, quum paſſim ἀσυνδέτως Livius loqui soleat. Denique *velut persequi bello justo* Portug. a m. 1. *veluti persequi* Harlej. 2. *velut sequi* Lipsiens.

§. 10. *Materiam criminibus suis subgerere*] *sublegere* perperam Lipsiens. in quo non melius *tuere*, pro *ruere*, paullo ante librarius dedit. [*perferendam* Veth.]

§. 11. *Ibi multa saepe ab juventute inconsulte dicta*] *a juventute* Harlej. 2. Portug. Li-

minibus ſuis ſubgerere: legem interim, non tam ad ſpem perferendi, quam ad laceſſendam Kaeſonis temeritatem, ferre. Ibi multa, ſaepe ab juventute 11
inconſulte dicta factaque, in unius Kaeſonis ſuſpectum incidunt ingenium: tamen legi reſiſtebatur. Et 12
A. Virginius idemtidem plebi: *Ecquid ſentitis jam, vos,*

pſiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et vetuſtiores, quas inſpexi, edd. *ab juventute* primus ſubſtituit Aldus, a cujus lectione ſtant reliqui codd. Mox *ſuſpectum ingenium incidunt*, transpoſitis vocibus, Voſſ. 1. et Leidens. 2.

Tamen legi resistebatur] *tū legi resistebutur* Haverk. saepe obvio errore. V. infra ad 22, 17, 5. *tantum legi resistebatur* Gaertn. Solent etiam hae voces in Mſtis commutari. V. infra hoc lib. ad c. 46, 1.

§. 12. *Et A. Virginius idemtidem plebi: Ecquid sentitis jum vos, Quirites*] Illud *jum* non omnes habent libri, sed placet. Et illud *eequid* pro *an non* positum videtur. GLAR. Vet. lib. *Ecquid sentitis, inquit, jam vos, Quirites.* SIG. Nullibi plane haec reperitur lectio, *Ecquid, inquit, sentitis jam vos, Quirites.* Nam Palat. pr. *Numquid sentitis jam vos, Quirites.* sec. *Haec et quid sentitis jum vos Quirites.* Tertius *Hacc, inquit, sentitis jam vos, Quirites.* Andreas edidit, *Ecquid sentitis vos, Quirites.* GEBH. Voculam *Et* nesciunt Harlej. 1. Haverk. et vetuſtiores excusi. Eam addidit primus Aldus, quam reliqui etiam scripti servant. nisi quod pro ea ꝗ sive *quae* sit in Lipsiens. Tum Virginio praenomen *Appius* tribuitur in Portug. Gaertn. et Fragment. Hav. [Veith.] V. supra ad §. 9. *Verginius* eſt in Florent. Leid. 1. et Gaertn. V. ad 2, 17. in princ. Ceterum Sigonius, qui in Scholiis teſtatur, se in vet. lib. inveniſſe *Ecquid sentitis, inquit,* quum antea *τὸ inquit* ab excusis exſularet, tamen in contextu Livii edidit, *Ecquid, inquit, sentitis.* quod reliqui, praeter Gebhardum, taciti probarunt. At eadem illa ſcriptura in nullo codice mihi obvia fuit, ne in Harlej. 2. quidem et Haverk. qui tamen alibi ei favere ſoliti ſunt: hic vero ab eo discedunt, licet haud multum. Prior enim *identidem plebi hec inquit. Sentitis jam vos* legit, alter *identidem plebi h' inquit. Et quid sentitis.* Similiter *identidem plebi hoc inquit. Sentitis jum vos* praeſert Gaert. *identidem plebi hães inquit sentitis* Lipliens. Prope accedit Portug. qui habet *Nec, inquit, sentitis.* Ceteri codd. adeoque etiam lide digniſſimi, *τὸ inquit*, a Sigonio additum, repudiant, quorum etiam auctoritate iterum ejeci. Sine eo enim, quod saepe a Livio per ellipsin omiſſum eſt, senſus optime conſtat. V. multa infra ad 23, 45, 6. In illis codd. In quibus reperitur, receptum fuiſſe videtur ex margine, in qua adſcriptum erat, vel ut varia lectio *τοῦ Ecquid*, vel ut lector imperitior doceretur, eam vocem subintelligendam eſſe. Ceterum in reliquis vocibus inter ceteros codd. etiam non convenit. *Nunquid sentitis jam vos* eſt in Voſſ. 1. *Hec quid sentitis jam vos* in Fragm. Haverk. *Et quid sentitis jam vos* in Voſſ. 1. et Leid. 1.

Quirites, Kaesonem simul civem et legem, quam cupi-
13 *tis, habere non posse? Quamquam quid ego legem lo-quor? libertati obstat, omnes Tarquinios superbia exsu-perat. Exspectate, dum consul aut dictator fiat, quem privatum viribus et audacia regnantem videtis.* Adsen-

Et quid sentitis vos in Leid. 2. ***Ecquid sentitis jam vos*** in Harlej. 1. quam veram scripturam puto. ***Ecquid*** atque ***Et quid*** passim in manuscriptis commutari, infra dicam ad 5, 36, 5. ***Ecquid*** autem hic simplex est interrogatio, pro an sentitis. V. ad 27, 10, 2. ***Tò jam*** aberat ab editis, quos vidi, antiquissimis. Addidit postea Aldus. Et servant etiam, ut jam vidimus, codd. omnes praeter Leid. 2. Denique *qui rite*, pro *Quirites*, Lipsiens. habet a m. 1.

Kaesonem simul civem et legem, quam cupitis, habere non posse] *legem, quam quaeritis* Palat. sec. GEBH. *simul et civem et legem, quam quaeritis* Harlej. 2. Mox *vicem*, pro *civem*, transpositis literis Leid. 1. Voces *quam cupitis*, *habere non posse* male deficiunt in Lipsiens. qui etiam a m. 1. perperam *Caesone* habet, pro *Kaesonem*.

§. 13. *Omnes Tarquinios superbia exsuperat*] Infra decemviros appellat *decem Tarquinios* M. Horatius Barbatus c. 39. Non rejicio, quod comparet in tertio, Atticam Venerem redolens, *omnes Tarquinios superbiam exsuperat*. GEBH. Omnes nostri *superbia exsuperat*. quorum non modo consensus *τὸ superbiam* Palat. tertii suspectum reddit; verum etiam similes locutiones stilo Liviano non videntur convenire. V. infra ad 5, 41, 8. Paullo ante *quamquam quidem ego legem loquor* Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] *quamquam ego legem loquor* Harlej. 2. Tum *et libertatem*, adjecta conjunctione, Gaertn.

Exspectate, dum consul aut dictator fiat] *Exspectate, ut consul ac dictator fiat* Haverk. *ac dictator* etiam Harlej. 2. V. infra ad Liv. 21, 53, 3.

Privatum viribus et audacia regnantem] Gebhardus supra c. 10, 12. monuit, copulam in Palat. tert. desiderari, ac legi *quem privatum, viribus, audacia regnantem*. In meis autem omnibus constanter superest.

Adsentiebantur multi, pulsatos se querentes] Palat. pr. *pulsatos sequentes*. Nolo hic adolescentiari. aliis relinquo, hic nescio quid objicere lectoribus. GEBH. *Assentiebant* primae editt. pro quo Aldus *assentiebantur* restituit. Et recte. Non modo enim Livius passim alibi id verbum ea forma extulit, verum etiam hic Msti constanter ita legunt. Praeterea *pulsatos sese querentes* Voss. 1. *pulsatos sequentes* Voss. 2. Ex quo quid lectoribus objici posse Gebhardus existimarit, conjicere nequeo; id tamen mihi vehementer persuasum est, lectionem illam natam ex errore librariorum, qui partim duas voces disjungendas conjunxerunt, partim notam, quum forte *se qu'entes* scriptum foret, non animadverterunt. V. similia plura exempla ad Liv. 21, 28, 5.

Tribunum ad rem peragendam ultro incitabant] *Tribunos* habet Gaertn. Sed unus intelligitur tribunus A. Virginius,

tiebantur multi, pulsatos se querentes, et tribunum ad rem peragendam ultro incitabant.

XII. Jam aderat judicio dies, adparebatque, 1
vulgo homines in damnatione Kaesonis libertatem agi credere. tum demum coactus cum multa indi-

qui K. Quinctio diem dixerat. Tum vocem *ultro* neglexerunt primi editores, et cum illis Hearnii codices Oxon. L. 1. et C. Addidit demum Aldus, cum quo ſtant omnes mei. An ab aliis ejecta fuit vox, quod eam pro *insuper* poni ignoraverint? quo ſenſu tamen et apud Livium et apud alios frequenter obcurrit. Infra 40, 12, 4. *Quum ipse, ex quo ab Roma redii, per occulta cum suis conloquia dies noctesque insidietur, ultro mihi, non insidiatoris modo, sed latronis manifesti et percussoris speciem induit.* ubi plura exempla vide.

§. 1. *Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos*] Habet Buslidianus liber adjunctum personae nomen *Tum demum coactus Caeso.* quod neſcio an ex marginali interpretatione in contextum irrepſerit. Adjuvat ſaltem rei explanationem. NANN. Abeſt a Palat. tertio praepoſitio *cum.* GEBH. *Tum demum Ceso coactus* Leid. 2. Sed reliqui nihil mutant; quorum conſenſus in omittenda ea voce, ut et quod inter ipſos illos codices, qui ſervant, non conveniat, ubi collocanda ſit, manifeſte indicat, vocem illam potius ex marginali interpretatione in contextum irrepſiſſe, quam a Livii manu profectam eſſe. Neque rei explanationem multum adjuvat, quum vel sine ea satis planum sit, de alio, quam Kaesone, haec verba intelligi non poſſe. Omnes etiam noſtri servant praepoſitionem *cum. Cum indignitate prensare* dictum eſt, ut *cum precibus et lacrimis circumire* 45 20, 10. *Extemplo veste sordida sumta, domos principum cum precibus ac lacrimis circumibant.* Et paſſim Livius eadem uti amavit, ubi vulgo omitti ſolet. *cum gratulatione deducere* infra dixit 4, 24, 7. *cum gaudio excipere* 1, 25, 13. *cum magna militum ira praedam ad quaestores redigere* 5, 26, 8. *cum clamore ad arma discurrere* 24, 31, 10. *bona cum pace accipere* 28, 37, 3. quibus locis plura videnda. *cum non minore vexatione jumentorum hominumque redire* 43, 23, 1. ubi etiam vide. (* *cum lacrimis obsecrare* 26, 27, 10.) Contra vero vox *multa* deeſt in Harlej. 1. quam reliqui omnes agnoscunt. Deinde *dignitate* habet Haverk. *indignatione* Hearnii Oxon. L. 1. Paſſim *dignatio* et *dignitas*, *indignatio* et *indignitas* in Mſtis commutantur. V. infra ad 8, 28, 6. Inſuper *prehensabat* primae edd. Sigonius demum ei ſubſtituit *prensabat:* quod habent etiam codd. mei, niſi quod tota vox errore librarii deſit in Gaertn. V. infra ad 4, 48, 11. Paullo ante *approbatque*, pro *apparebatque*, eſt in Gaertn. [*in damnationem* Veith. *prensabant homines singulos* idem.]

§. 2. *Sequebantur necessarii, principes civitatis*] *et sequebantur necessarii* Voſſ. 2. *sequebantur et necessarii* Leid. 2. Mox *ferret sua familiaeque decora*, pro *referret*, Lipsiens.

2 gnitate prenſabat singulos. sequebantur neceſſarii, principes civitatis. T. Quinctius Capitolinus, qui ter conſul fuerat, quum multa referret ſua fami-
3 liaeque decora, adfirmabat: *Neque in Quinctia gente, neque in civitate Romana tantam indolem tam ma-*

§. 3. *Tantam indolem tam maturae virtutis umquam exstitisse*] Novi, quid sit *matura virtus*. Sed miror, quid ſcribatur in Palatino sec. *tam mactae virtutis*. GEBH. *tam mactae virtutis* ex meis etiam Haverk. ejus tamen lectionis auctores fuiſſe aberrantes librarios, non ipſum Livium, mihi perſuadeo. *macta virtus* hic ſenſum habere nequit. at contra *indoles maturae virtutis* eſt ſpes aliquem ad summum culmen et quasi quamdam ἀκμὴν virtutis perventurum. Mox *saepe se vidente pugnasse*, pro *se saepe vidente*, Voſſ. 1. et Leid. 2.

§. 4. *Sp. Furius missum ab Quinctio Capitolino sibi eum in dubiis*] Palat. pr. *Sp. fimus, ipsum missum*. Sec. *Spurius Furius, ipsum missum a Quintio Capitolino sibi in dubiis*. Camp. editio *Sp. Furius, et ipsum missum a Quintio Capitolino sibi in dubiis*. At prodigioſiſſime tertius, *Spurium Furium et ipsum missum a Quintio Capitolino sibi eum in dubiis*. GEBH. MSS. o. *Sp. Furius ipsum missum*, vel *et ipsum*. nec aliter Becharius, Barthol. de Zanis, Ascenſius, Moguntina. Fortaſſis, *Sp. Furius id ipsum, missum ab Quintio Capitolino sibi eum in dubiis suis rebus venisse subsidio*. Una enim gesserant res Furius et Quinctius J. FR. GRON. Hanc veterum codd. scripturam [*Sp. Furius, ipsum missum ab Quintio Capitolino sibi eum*] interpretor et explano, quasi eſſet, eum ipſum miſſum sibi ab Quintio. Non semel Livius vocum ordinem pervertit. Nec aliter 42, 21. *Patres ipsum eum quaerere jusserunt*. et c. 25. *Foedus, cum Philippo ictum, cum ipso eo post mortem patris renovatum*. l. 40, 34. *Is erat, qui ipse eam aedem voverat*. Nec noſtrum eſt, de hoc Livii placito pronunciare. JAC. GRON. *Sp. Furium et ipsum missum ab Quintio Capitolino sibi eum* Lipsiens. *Sp. Furium ipsum missum ab Quintio Capitolino sibi eum* Florent. Voſſ. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. [Veith.] *Sp. Furius, ipsum missum a*, vel *ab Quintio Capitolino sibi eum* Voſſ. 2. Gaertn. Fragm. Hav. et Portug. a m. 1. in quo manus altera repoſuit *Sp. Furius, ipsum missum a Quintio Capitolino sibi*, omiſſa voce *eum*. quo modo etiam legit Haverk. *Sp. Furius et ipsum missum a Quintio Capitolino sibi eum* Harlej. 2. Codicibus Gronovii etiam Oxonienſes ſuos B. et N. conſentire, auctor eſt Cl. Hearne. Inverſo ordine *ipse is*, pro *is ipse*, Livium saepissime dixiſſe, certum eſt. V. ad 2, 43, 4. Aliud tamen exemplum adhuc requiro, ubi inter inverſa illa *ipse* et *is* tot numero vocabula interjiciuntur, quot hoc loco interjecta occurrunt. Ea ratio eſt, quo minus Cl. Jac. Gronovii explanationem probare poſſim. Neque etiam conjectura patris Jo. Fr. Gronovii *id ipsum* placet. Potius videtur *ipsum* vel *et ipsum* aut perperam a librariis additum eſſe, quod non animadverterent,

turae virtutis unquam exſtitiſſe. Suum primum militem
fuiſſe, se ſaepe vidente pugnaſſe in hoſtem. Sp. Furius, 4
miſſum ab Quinctio Capitolino sibi eum in dubiis ſuis
rebus veniſſe ſubsidio. neminem unum eſſe, cujus ma-
gis opera putet rem reſtitutam. L. Lucretius, consul 5

τὸ eum verbis quibusdam interjectis poſitum, ideoque *eum* ibi a nonnullis inductum eſſe; vel *ipsum* atque *et ipsum* ex *missum* formatum, et propterea admittendum non eſſe.

In dubiis suis rebus venisse subsidio] *in dubio suis rebus* Haverk. *in dubiis rebus suis* Voſſ. 1. et Leid. 2.

Neminem unum esse] *neminem esse unum* Gaertn. *neminem virum esse* Leid. 2. Sed male. Saepe ita Livius loqui solet, ut voci *nemo* ex superabundanti addat vel *unus*, vel *quisquam*, vel similem aliam vocem. Supra 2, 6, 3. *Eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse.* 3, 14, 4. *Sic tribunos adorti sunt, ut nemo unus inde praecipuum quidquam gloriae domum invidiaeve ferret.* 9, 16, 19. *Haud dubie illa aetate, qua nulla virtute feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret.* 28, 35. 9. *Cupere se illi populoque Romano operam navare, ita ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam.* Huic simile eſt *quisquam unus* supra 2, 9, 8. *Nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset, quam tum bene imperando universus senatus.* 3, 45, 4. *Adversus injuriam decreti, quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet.* Infra 28, 37, 6. *Nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios omnes Baliares excellunt.* 32, 20, 7. *Haec adhortatio praetoris non modo quemquam unum elicuit ad suadendum.* Ejusdem etiam generis eſt (* *quilibet unus* v. ad 9, 17, 15.) *nihil quidquam* apud Gell. 1, 3. *Non fallo me, nihil esse quidquam commissum a me.*

Cujus magis opera putet rempublicam restitutam] Palat. tertius, *cujus magna opera putent rem restitutam.* GEBH. Lege cum Fl. Voſſ. [utroque] Rott. Gud. *putet rem restitutam.* Hoc sat ei laudis. Sic infra [c. 26, 6.] *Qui rem perculsam restitueret.* J. FR. GRON. Unus meorum Haverk. vulgatam lectionem probat. Nec multum diſſentit Lipſiens. *putet rem restitutam publicam*, tranſpositis vocibus exhibens. Sed *putet rem restitutam* habent Leid. ambo, Gaertn. Klockian. Fragm. Hav. Portug. et Hearnii Oxon. N. et C. *rem restitutam putet*, inverſo inſuper ordine, Harlej. 1. *putet rem restitutam esse*, addito in fine verbo, Harlej. 2. quemadmodum etiam in margine Portug. emendatum vidi. *rem restitutam* ut supra 2, 63, 5. *Virtus militum rem, prolapsam negligentia consulis, restituit.* Infra (* 6, 22, 6.) 8, 11, 7. *Stragem et ante signa et post signa factam; triarios postremo rem restituisse.* 25, 37, 1. *Quum deletus exercitus amissaeque Hispaniae viderentur, vir unus res perditas restituit.* ubi neque Sigonius, neque Gebhardus, *vir u-*

anni prioris, recenti gloria nitens, suas laudes par-
ticipare cum Kaeſone, memorare pugnas, referre
egregia facinora, nunc in expeditionibus, nunc in
6 acie: suadere et monere, *juvenem egregium, inſtru-
ctum naturae fortunaeque omnibus bonis, maximum*

nus has restituit reponentes, audiendi sunt. Et ita Livius saepe. Similiter etiam Ennius in Fragm. l. 12. Ann.

Unus qui nobis cunctando restituit rem.

quem Virg. imitatur 6. Aen. 846.

— — tu Maximus ille es,
Unus qui nobis cunctando restituis rem.

Res et *Respublica* saepe commutantur in Mſtis. V. infra ad 8, 31, 2.

§. 5. *L. Lucretius, consul anni prioris*] Praenomen deeſt in Lipsiens. ubi id interceptum fuisse videtur a voce praecedente *publicam*, vel etiam in eam abiiſſe. *P. Lucretius* praeferunt Florent. Voſſ. uterque, Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et Palat. tres, ut Gebhardus mox ad §. 7. teſtatur, quum tamen supra c. 8. conſtanter, etiam in omnibus codd. *Lucii* praenomen recte habeatur, quod hic solus retinet Leid. 1. Tum *anni primoris* Voſſ. prior, et Leid. 2. sollemni errore, de quo infra v. ad lib. 37, 43, 10.

Suas laudes participare cum Kaesone] *laudes suas* Haverk. Deinde *percipere cum Kaesone* Voſſ. 2. Juſtin. 34, 2. *Participatoque cum eo regno, legatos Romam ad senatum mittunt.*

§. 6. *Suadere et monere, juvenem egregium, instructum naturae fortunae omnibus bonis*] Vet. lib. *fortunaeque*. SIG. *sudare*, pro *suadere*, ridiculo errore Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *movere* Gaertn. V. infra ad 9, 38, 12. Hinc *egregium juvenem, instructum* Haverk. *juvenem instructum* Leid. 2. *juvenem instructum egregium* Voſſ. 1. Deinde vox *naturae* deeſt in Haverk. *fortunaeque* servant omnes noſtri, nisi quod *formaeque* sit in Leid. utroque, et a m. 2. in Voſſ. 1. Scriptum olim fuiſſe videtur *fortūaeque*. Id vero negligentia scribarum facile in *formaeque* mutari poteſt, ut etiam alibi saepe factum. V. ad 41, 20, 2. Infra 30, 1, 4. *Ad cetera, quibus nemo ea tempestate instructior civis habebatur, congestis omnibus humanis a natura fortunaque bonis. naturae fortunae omnibus bonis*, quod Sigonio recte diſplicuit, primum obviam fuit in Frobeniana edit. anni 1535. Priores enim habent *naturae fortunaeque*. Sed *naturae portunaeque* Florent. m. 1. *oportunaeque* m. 2.

Maximum momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venisset] *maximum monimentum* Leid. 2. et inter verſus Voſſ. 1. *maximum monumentum* Voſſ. 2. et a m. 1. Portug. et Fragm. Hav. in quibus literae superfluae a manu altera inductae. Voces hae etiam alibi confunduntur. V. infra ad 5, 52, 1. Tum *rerum esse ejus civitatis* Voſſ. 2. Sed ut tota oratio, quae τῷ *esse* admiſſo incidenda foret, cohaereat, et uno ambitu contineatur, melius reliqui verbum non agnoscunt. Denique *in quacumque*

momentum rerum ejus civitatis, in quamcumque venis-
ſet, ſuum, quam alienum, mallent civem eſſe. Quod 7
obſendat in eo, fervorem et audaciam aetatem quotidie
auferre; quod deſideretur conſilium; id in dies creſcere.
Seneſcentibus vitiis, matureſcente virtute, ſinerent tan-

venisset Leid. 2. Harlej. 2. et Portug. *in quaquam venisset* Harlej. 1. An voluit *in quamquam venisset*. Infra 41, 8, 10. *Liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant.* V. supra ad 2, 2, 1. Vulgatum tamen, quod reliqui retinent, mutandum non videtur.

§. 7. *Quod obfendat in eo, fervorem et audaciam aetatem quotidie auferre*] Palatin. pr. *offendit*, sicut ſtatim *desideratur*. Latet aliquid, quoniam tam discordes libri. Tertius, *quod offendat in eo, fervorem et audaciam aetatem quotidie offerre.* Dicit L. (Palatini tres *Publium* indigitant) Lucretius, quaedam superceſſe et deeſſe Caeſoni Quintio per aetatem. Jam quod abunde supersit, audaciam et fervorem quotidie largiri atque offerre aetatem juvenilem: jam quod desit ac desideretur, judicium ac prudentiam ab aetate ulteriore acceſſurum, senescentibus vitiis, maturescente virtute. GEBH. *offendat* conſtanter omnes noſtri; unus tantum Voſſ. 2. mox *desideratur* exhibet. Praeterea *quotidie afferre* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. *quotidie efferre* Haverk. et Gaertner. *quotidie offerre* Leid. 1. et Lipsiens. a m. 1. [Veith.] quod perperam, et invito etiam sensu communi, Gebhardus probat. Quis enim sanus credere poteſt, Lucretium hoc argumento perſuadere plebi voluiſſe, ne K. Quinctio exsilium inrogarent, quoniam aetas fervorem et audaciam, quae vitia offenderent, quotidie ei offerrent, sive largirentur. immo contra ei poenam deprecari conabatur, quoniam aetas eadem auferret; et ita quotidie minueretur, quod offenderet. Virgil. Ecl. 9 51. hoc ſenſu dixit, *Omnia fert aetas, animum quoque.* Nihil itaque mutandum exiſtimo, quidquid etiam diſſentiant codd. scripti. Idem, quod Livius, indicat etiam Cic. Orat. pro Coel. 18. *Multi et nostra, et patrum majorumque memoria, judices, summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum, quum adolescentiae cupiditates defervissent, eximiae virtutes, firmata jam aetate, exstiterunt.*

Sinerent tantum virum senem in civitate fieri] Vet. lib. *in civitate senescere.* SIG. Notha eſt scriptura Palatini sec. et Sigoniani cod. *tantum virum in civitate senescere* contra quam ſiant libri meliores duo MSS. totidemque eusi. GEBH. *tantum virum in civitate senescere* etiam Haverk. Sigonii vet. lib. et Gebhardi Palat. secundo subfragari solitus; quam scripturam, quae alterius gloſſema eſt, recte jam Gebhardus diſplicere teſtatus eſt. Eamdem genuinam non eſſe, tum codicum in alteram lectionem conſpirantium conſenſus oſtendit, tum illud etiam, quod *senescere* modo praeceſſit. [ante *in senescentibus* Veith.]

§. 8. *L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen*] *Titus Quintius* Lipsiens. *T. Quintius* Voſſ.

8 *tum virum senem in civitate fieri.* Pater inter hos L. Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet invidiam, sed veniam errori atque adolescentiae petendo, sibi, qui non dicto, non facto quemquam obsendisset, ut condonarent

9 filium, orabat. Sed alii aversabantur preces, aut verecundia, aut metu: alii, se suosque mulca-

1. Leid. ambo, Portug. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Male. Infra enim c. 19. *L. Quintius* vocatur ex consensu non modo omnium codd. sed etiam Dion. Halic. 10. Antiq. p. 630. et 644. et Fastor. Capitol. *Lelius Quintius* Gaertn. Sed saepe alibi librarius pro praenomine *Lucius*, dare solitus est *Laelius*. V. infra ad 5, 32, 1. Tum *Cincinato* Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. *Cencinnato* Leid. 2. *Cicinnato* Voss. 1. *Κικιννατος* etiam vocatur Dion. Halic. p. 630. p. 650. et alibi. At in Fragm. Fastor. Capitolin. dicitur *L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS.* Ita dictum esse, quod capillos in cincinnos flecteret, auctor est Dio Cass. quamvis ipse *Κιγκινάτος* scripserit, in Excerpt. Peiresc. p. 579. *Σωφροσύνη διέπρεπε. καί τοι τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιεὶς, ἀφ' ὃυ δὴ καὶ Κικινάτος ἐπωνομάσθη.* Ex eo id hausisse videtur Zonar. 7, 18. ubi *Κικινάτος* vocatur. At crines intorti in circulos et calamistrati Latinis *cincinni* vocantur. Vel itaque scriptores Graeci ignorantia linguae Latinae peccarunt, vel culpa in librarios conferenda est, quod malo. Mox *τὸ cognomine* non adparet in Harlej. 1. *errori atque adulescentiae* Florent.

Sibi, qui non dicto, qui non facto quemquam offendisset.] Alterum *qui* superabundare, docet exemplar vetustum, in quo legitur tantum, *sibi, qui non dicto, non facto quemquam offendisset.* RHEN. Quemadmodum Rhenanus ex vetusto exemplari emendavit, praeferunt etiam omnes nostri, nisi quod *non digno* sit in Harlej. 1. *non dicto, non facto* etiam Florent.

§. 9. *Alii aversabantur preces*] *adversabantur* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] solito librariorum lapsu. V. infra ad 8, 7, 14. *aversabantur precibus* Florent. [*ut verecundia* Veith.]

Alii se suosque mulcatos querentes] Male *τὸ se* exsulat a Lipsiens. Deinde *mulcatos* hic iterum Gronovius recte in contextum recepit, quemadmodum etiam Leid. 1. Klockian. Lipsiens. a m. 2. aliique codd. servant. *multatos* est in Voss. 2. Lipsiens. a m. 1. Portug. et Fragm. Hav. *mulctatos* in Leid. 2. Haverk. Gaertn. et margine Voss. 1. Eadem varietas lectionis in vetustis edd. superest. V. supra ad cap. praec. §. 8. [*suosque miseros querentes* Veith.] Mox *judicium suum proferebant* Leid. 2. errore passim obvio. V. ad 9, 10, 7. (* 10, 33, 7.) *Praeferre* hic est prae se ferre. V. infra ad 27, 34, 5.

§. 1. *Premebat reum, praeter vulgatam invidiam, crimen unum*] *praeter latam invidiam*

tos querentes, atroci reſponſo judicium ſuum prae-
ferebant.

XIII. Premebat reum, praeter vulgatam invidi- 1
am, crimen unum; quod M. Volſcius Fictor, qui
ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, teſtis ex-
ſtiterat, *Se haud multo poſt, quam peſtilentia in urbe* 2
fuerat, in juventutem, graſſantem in Subura, incidiſſe.

Portug. pro quo tamen in margine emendatur *praeter vulgatam.* at *praeter mulgatam* Florent.

Quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos] Retinent hoc nomen Palat. tertius et edd. priscae. Primus vero *Pictor*, sec. *Victor* repraeſentant. GEBH. Omnes noſtri in editum nomen conſentiunt, nisi quod *Pretor*, pro *Fictor*, habeat Voſſ. 1. *Vulscius* etiam legunt Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. Verum Μάρκον Οὐολόνσκιον vocat Dion. Halic. l. 10. p. 632. unde minimum vocalis o in syllaba prima ſtabilitur, quam infra §. 3. etiam Leid. 1. et Fragm. Hav. servant.

§. 2. *In urbe fuerat, in juventutem, grassantem in Suburra incidisse*] Antiquus codex tantum habet *juventutem grassantem in Suburra incidisse.* RHENAN. Vide hoc genus compositionis. quater repetit praepositionem *in.* quamquam quidam codices *in* ante *juventutem* non habent. GLAR. V. Laevin. Torrentium ad Sueton. Aug. 32. et Tiber. 37. Nonium in *Praemiatores.* l. 16. §. 6. et l. 28. §. 10. ff. de Poenis. KLOCK. Ubicumque eſt pejor lectio, ejus cuſtos eſt plerumque Palat. secundus, et hic patrocinium vulgatae praeſtans lectioni. Reliqui autem duo MSS. et Campani editio *juventutem grassantem in Subura incidisse.* ut habuit Rhenani liber. GEBH. *juventutem incidisse* sine praepositione eſt etiam in Voſſ. utroque, Leid. utroque. Harlej. 1. Portug. Lips. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. ut ex noſtris eamdem tantum servent Harlej. 2. et Haverk. Quorum auctoritati licet plerumque minimum tribuere soleam, hic tamen lectionem, quam obſerunt, veram eſſe exiſtimo. In aliis enim illud *in* videtur interceptum eſſe a prima syllaba proximae vocis *juventutem*, quoniam Livius plerumque praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine repetere conſuerit, et, alibi *incidere aliquem* eum dixiſſe, nondum observarim. V. supra ad 2, 30, 13. Quod autem toties repetitum τὸ *in* inter cauſſas referri poſſit, cur hic uno loco expungi debeat, me non moratur, poſtquam tot exempla repetitarum vocum congessi ad Liv. 1, 3, 9. Et ita 27, 1, 9. *Ipse in Fulvii similitudinem nominis, quod Cn. Fulvium praetorem biennio ante in iisdem devicerat locis, increpans.* Similiter *id, is, eo, eorum, eum, eam* non ita multis verbis obcurrunt supra 1, 44, 2. *idque conditum lustrum adpellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. Adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eo-*

ibi rixam natam esse, fratremque suum majorem natu, necdum ex morbo satis validum, pugno ictum ab Kaesone cecidisse semianimem.
3 *Inter manus domum ablatum mortuumque inde arbitrari, nec sibi rem exsequi tam a-*

rum, qui ferre arma possent, eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem etc. Praeterea *crassantem* Voss. 2. Portug. et Klockian. qualis diversitas scribendi in hac voce passim in Mstis observari potest. V. ad 2, 12, 15. Denique *Suburra* Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Eam orthographiam firmat sententia illorum, qui vico nomen fuisse volunt a *succurrendo*, alteram vero illorum, qui adpellationem deducunt a pago *Sucusano*, vel a *suburendo*; quorum etiam opinio et scriptura, consentientientibus reliquis Mstis, praestat. V. Varr. 4. de LL. p. 15. et Fest. in v. *Suburam*, quaeque viri docti ibi notarunt, etiam Cel. Burmann. ad Quinctil. 1. Instit. 7. p. 91. (* et ad Suet. Caes. 46.) *fuerat, juventutem grassantem in Subura* Florent.

Fratremque suum majorem natu] Sine detrimento sententiae atque elegantiae omitteretur *τὸ natu*, quod facit Palat. pr. GEBH. Sane nihil elegantiae decederet, si vox *natu* abesset; nam ita et alibi saepe loquitur Liv. ut 1, 3, 2. *Haud nihil ambigam, hiccine fuerit Ascanius, an major quam hic, Creüsa matre, Ilio incolumi, natus.* mox. *Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Silviae gentis legat.* c. 46, 6. *Aruns Tarquinius et Tullia minor prope continuatis funeribus quum domos vacuas novo matrimonio fecissent, junguntur nuptiis.* c. 53, 5. *Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios.* 6, 34, 5. *Filiae duae nuptae Serv. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat.* et mox. *Quum ad id, moris ejus insueta, expavisset minor Fabia.* 21, 31, 6. *Regni certamine ambigebant fratres. major et qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre et coetu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant, pellebatur.* 29, 29, 7. *Oesalce quoque mortuo, major ex duobus filiis Capusa, puero admodum altero, paternum imperium accepit.* 38, 57, 2. *Huic Gracchο minorem ex duabus filiis (nam major P. Cornelio Nasicae haud dubie a patre conlocata erat) nuptam fuisse convenit.* 40, 11, 7. *Obstat frater major, ad quem jure, voluntate etiam patris, regnum pertinet.* c. 12, 13. *Occidendi sui consilium me inisse, videri vult: ut scilicet, majore fratre sublato, ego minor in ejus, quem occidissem succederem locum.* c. 15, 4. *Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam, quia minor sum, quia tu me majori cedere vis.* Facile itaque *τὸ natu* delenti faverem, modo consentirent codd. scripti plures. Certe omnes mei hic vocem illam ἄπριξ retinent; quare etiam nihil mutandum censeo, praesertim quum neque alterum Livio insolitum fuerit. Ut enim hic *major natu*, ita *major aetate* est apud Liv. 28, 21, 6. *Corbis et Orsua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes,*

trocem per consules superiorum annorum licuisse. Haec Volscio clamitante, adeo concitati homines sunt, ut haud multum abfuerit, quin inpetu populi Kaeso interiret. Virginius adripi jubet hominem, et in 4

ferro se certaturos professi sunt. Corbis major erat aetate. Hoc itaque exemplum addi potest illis duobus Valer. Max. quibus Vavass. de vi et us. quorumd. verbor. in voce *Major*, probare conabatur *natu major*, *natu minor* recte dici de duobus fratribus vel filiis. (* *minor aetate* 39, 53, 3. *maximus natu* 45, 6, 9.)

Necdum ex morbo satis validum, pugno ictum a Kaesone cecidisse] *ab Caesone* Pall. GEBHARD. Vocula *satis* deest in vetustis edd. Eam tamen agnoscunt omnes codd. quare recte jam addita est a Mediolan. anno 1495. Deinde *ab Caesone* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Haverk. Fragm. Hav. et Lipsiens.

§. 3. *Semianimem inter manus domum adlatum*] Scribe *semianimem inter manus domum ablatum.* RHEN. *ablatum* etiam retinent omnes nostri, etiam Florent. Id eodem modo dictum est, quo *avolant Romam, avectus domum*, et similia, de quibus supra v. ad 1, 57, 8. *ablatus* autem et *adlatus* saepe alibi commutantur. V. infra ad 3, 42, 6. Quod vero Rhenanus *semianimem* ad sequentia referre videatur, in eo nullam editionem adsentientem habet. In primis quidem, quas vidi, interpunctio est ambigua, quum et ante vocem *semianimem*, et post eam distinguatur. Mediolanenses postea annis 1495. et 1505. ac Veneti anno 1498. *cecidisse semianimem* conjunxerunt, quos praeeuntes Ascensius anno 1513. et deinde anno 1516. et hinc reliqui recentiores secuti sunt. quod etiam praestare judico. Tandem *inter manus domum ablatum*, est manibus ablatum. Cic. 5. in Verr. 11. *Itaque erant exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio tamquam e proelio auferretur, alius tamquam occisus relinqueretur.* Sueton. in Vespas. 24. *Dumque consurgit ac nititur, inter manus sublevantium exstinctus est.* Valer. Max. 5, 1. ext. 6. *Locum, qui inter manus est, finiam.* Phaedrus 5. fab. 7, 10.

Inter manus sublatus et multum gemens
Domum refertur.

ubi videndi docti commentatores, et Cl. Duker. ad Flori 3, 21, 26. [de sensu vocis *arbitrari* v. Cic. Q. Acad. 4, 47. pro M. Fontejo c. 9. Liv. 26, 33, 7. 4, 40, 6.]

Quin inpetu populi Kaeso interiret] Exterit *τὸ populi* Palat. tertius. GEBH. Eadem vox non conspicitur etiam in Haverk. et Lipsiens. Paullo ante *affuerit*, pro *abfuerit*, est in Leid. 1. et Fragm. Hav. An legendum *afuerit?* V. infra ad 4, 12, 6.

§. 4. *Virginius arripi jubet hominem*] *Verginius* Voss. ambo, Leid. ambo, et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 17. in princ. *arripi*, ut apud Propert. 2. Eleg. 22, 7.

—— quorum lascivior unus,
Arripite hunc, inquit: nam bene nostis eum.
Hic erat: hunc mulier nobis irata locavit.

vincula duci. patricii contra vi reſiſtunt. T. Quinctius clamitat, *Cui rei capitalis dies dicta sit, et de quo futurum prope diem judicium, cum indemnatum indicta cauſſa non debere violari.* Tribunus *supplicium* negat *ſumturum se de indemnato; ſervaturum tamen in vincu-*

Dixit, et in collo jam mihi nodus erat.

Non itaque *abripi* legendum, ut alicui in mentem venire poſſet, et voluiſſe videtur librarius Lipsiens. qui dedit *aripi.* Et ita etiam Cic. pro Milone 22. *Subito arrepti in quaestionem tamen separantur a ceteris, et in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis conloqui possit.* quod hic *arripi* dixit, *prehendere* vocat 25, 4, 8. *Ni vades daret, prehendi a viatore, atque in carcerem duci jusserunt.*

Patricii vi contra vim resistunt] Ut haec verba legitima Livii credam, nulla suadela expugner. Palat. pr. *Patricii contra vi resistunt.* Sec. ac tertius, *Patricii vi resistunt.* Codices mutilos hic eſſe non aſſeverem. Vulgatam tamen tutantur vetuſtae edd. Andreae Campanique. GEBH. Duo Pall. *Patricii vi resistunt.* Unus, *Patricii contra vi resistunt.* quomodo et Aldus Juntasque edidere. Et hanc veram scripturam puto. Notum illud, *tu contra audacior ito.* J. FR. GRON. Vulgata scriptura supereſt in Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens et Harlej. 1. *patricii vis contra vim resistunt* Florent. *patricii vi resistunt* Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. *patricii vi contra resistunt* Harlej. 2. *patricii contra vim resistunt* Fragm. Haverk. *principes contra vi resistunt* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *patricii contra vi resistunt* Voſſ. 2. Gaertn. et Portug. idque voluiſſe videtur librarius Leid. 1. qui tamen male scripsit *patri cuj? contra vi resistunt.* Quam lectionem Gronovius hic veram putabat, olim etiam probavit ac vindicavit prima edit. notarum ad l. 26, 49. ubi Livium gaudere obſervat praepositionibus *circa* et *contra* sine expreſſo caſu uſurpatis. Ita infra c. 15, 2. *Quanto juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant.* Supra 1, 16, 6. *Petens precibus, ut contra intueri fas esset.* (* 7, 39, 17.) Aldus quidem, ut Gronov. docet, *patricii contra vi resistunt* edidit, sed nimium inconſtans priorem lectionem in erratis iterum revocavit.

Cui reo capitalis dies dicta sit] Violavit hic sciolus quispiam verba Liviana. Tu corrige, *Cui rei capitalis dies dicta sit.* Neque enim dicimus *diem capitalem*, sed *rem capitalem*, id eſt, quae vitam hominis in discrimen adducat. RHEN. Pall. pr. ac tertius melioris notae *Cui rei capitalis dies dicta sit.* At sec. ex perversione scioli et edd. vetuſtae *Cui reo.* quod cur hic non quadret, disce ex Beato. GEBH. *Cui rei capitalis* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Ita et fuiſſe videtur in Oxonienſibus Hearnii, qui, alios *reo* edere adnotans, codicum suorum adſenſum non memorat. Jure damnatam lectionem *cui reo* male exhibent ex meis Florent. Harlej. 1. Gaertn. et in margine a m. 2. Lipsiens. *Res*

lis esse ad judicii diem. ut, qui hominem necaverit, de eo supplicii sumendi copia populo Romano fiat. Adpellati tribuni medio decreto jus auxilii sui expediunt: in vincula conjici vetant: sisti reum, pecuniamque, nisi sistatur, populo promitti, placere pronunciant. 6

capitalis est crimen capitale. Cic. de Senect. 12. *Exoratus in convivio a scorto est, ut feriret aliquem eorum, qui in vinculis essent damnati rei capitalis.* Orat. pro Caecina 9. *In quem ego dicere, quum rogarer a Caecina, numquam volui, ne arguere illum rei capitalis viderer.* pro domo 30. *Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli caussa venerant.* Ipse Livius infra 25, 4, 8. *Confestim Carvilii tribuni plebis, omissa multae certatione, rei capitalis diem Postumio dixerunt.* 39, 13, 2. *Eam primo orare coepit, ne mulieris libertinae cum amatore sermonem in rem, non seriam modo, sed capitalem etiam, verti vellet.* Mox *damnatum*, pro *indamnatum*, Lipsiens. *indamnaturum* Gaertn. Deinde *deberet violari*, pro *debere*, Lipsiens.

§. 5. *Supplicium negat sumturum se de indemnato: servaturum tamen*] V. l. 8. §. 9. ff. de Poenis. l. 216. ff. de Verb. Sign. l. 2. Cod. de Exact. tribut. KLOCK. *sumturum se indemnato* Leid. 2. *sumturum se de dampnato* Voss. 1. pro varia lectione in margine. Mox *servatum* Harlej. 1. Tum alio ordine *esse in vinculis* primae edd. usque ad Aldum, qui edidit, ut nunc circumfertur; quod firmant omnes codd. [*sumpturum sed indemnato servaturum* Veith. mox *diem et qui hominem* idem.]

§. 6. *Adpellati tribuni medio decreto jus auxilii sui expediunt*] Vet. lib. *protinus jus auxilii sui expediunt.* SIG. Palat. sec. *medio decreto protinus jus auxilii sui expediunt.* Ita supra idem habuerat c. 11. *Tribunus prodi mitti jubebat.* Forte voluit *tribunus protinus mitti jubebat.* GEBH. *Et appellati tribuni medio decretum jus auxilii sui expediunt* Voss. 1. et Leid. 2. *Adpellati tribuni medio decretum jus auxilii sui expendiunt* Lipsiens. *jus auxilii ejus expediunt* Haverk. *protinus jus auxilii sui expediunt* Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. Idem etiam Hearne in Oxon. B. et L. 2. reperit. Sed optimi mei *τὸ protinus* ignorant, quod etiam otiosum est, et a mala manu interpolatum videtur.

In vincula conjici vetant] *in vincula conciverant* Fragm. Hav. *in vincla conici vetant* Florent. *in vincula conici vetant* Voss. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. et ita §. seq. *reicitur*, pro *rejicitur*, iidem codd. cum Fragm. Hav. V. supra ad 2, 10, 9.

Sisti reum, pecuniamque, nisi sistatur, populo] V. Cujac. ad Papinian. 2. definit. p. 645. KLOCKIUS. *fisci reum* praefert Voss. 2. Tum *pecuniaque* Gaertn.

§. 7. *Reus dum consulerentur Patres*] Ultimam vocem perperam omittit Leid. 2.

7 Summam pecuniae quantam aequum esset promitti, veniebat in dubium: id ad senatum rejicitur. Reus, dum consulerentur Patres, retentus in publico est.
8 vades dare placuit. unum vadem tribus millibus aeris

§. 8. *Unum vadem tribus millibus aeris obligarunt*] *vadem MM ex aeris* Florent. *vadem XXX. aeris obligari* Klockian. *tria millia aeris* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] *trium millium*, vel *trium qui millium aeris* Gaertn. et multae ex vetustis edd. usque ad Aldum. Quod accipi posset per ellipsin, ut plene foret *vadem trium millium aeris* summa *obligarunt*. Ipse Aldus ambigue dedit *III. Mil. aeris*, quod servatum est usque ad Sigonium, *III. millibus aeris* reponentem. Gruterus denique in postuma edit. *tribus millibus aeris* plene dedit. Etiam in membranis nonnullis olim videtur scriptum per notas fuisse ∞∞∞ *aeris*, ut adhuc in Fragm. Hav. aliisque exstat, vel *III. M. aeris*. Notas postea indocti librarii male explicuerunt, ut saepissime evenit eorum culpa. V. ad 25, 9, 16. Deinde *obligare* est in Fragm. Hav.

Quot darentur, permissum tribunis est. decem finierunt] Bene sic Pall. primus ac tertius. in secundo, quod exscriptor non caperet, supposuit *fuerunt*. quod et malo exemplo fecit Campanus. GEBH. *quod darentur* Leid. 1. et Gaertn. [Veith.] quomodo saepe erratum est in Mstis. V. ad 44, 1, 1. *quodque darentur* Leid. 2. *quotque darentur* Voss. 1. Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. *quod darentur* in contextu est apud Aldum, in erratis tamen *quot darentur* recte revocavit. Praeterea *permissum est tribunis* Voss. 1. et Leid. 2. *tribunis permissum est* editi ante Aldum, qui in ordinem eum voces digessit, quo nunc eduntur. Et ita reliqui codd. mei. Denique *decem fuerunt* apud me solus Hav. [Veith.] quod Gebh. ex stupore librarii, vulgatum *finierunt* non intelligentis, ortum existimat; mihi ex nota, quum *fTierunt* scriptum fuisset, natum videtur. *finire* autem hic est definire. qua significatione id verbum, petitis etiam ex Livio exemplis, inlustravit Cel. Burmann. ad Quinctil. 2. Instit. Orat. 1. p. 128. vel etiam *decem finierunt*, id est, modum hunc statuerunt numero vadium, ut decem darentur. Eo sensu τὸ *finire* usurpari, docuit Gronov. ad Epit. Liv. 34.

Tot vadibus accusator vadatus est reum] *tot vadibus attus accusator* Leid. 2. Illud interjectum *attus* peccatum est librarii, qui *attusator* scribere inceperat, sed errore intellecto in media voce substitit, et, quod perperam exararat, delere noluit, ne librum lituris deformaret. V. ad 2, 34, 9. et ad 5, 29, 2. Deinde *accusatur vadatus est* Gaertn. Tandem *vadatum est reum* Lipsiens. in contextu a m. 1.

Hic primus vades publicos dedit] Valde malim *publico*. nam nulli sunt privati vades. *Publicum* autem accipio, ut supra notatum l. 2, 9. Nec objiciant mihi, quod viros doctos censere video, inter *vadem* et *praedem* hoc interesse, quod *vas* in publicis, *praes* in privatis: tamen quia *vadimonium* in privatis etiam dicatur, a conjugatis etiam *vadem*. Nam si veterum accurate loquen-

obligarunt. quot darentur, permissum tribunis est. decem finierunt. tót vadibus accusator vadatus est reum. Hic primus vades publicos dedit. dimissus e foro nocte proxima in Tuscos in exilium abiit.

tium consuetudinem respiciamus, *vades* dicti semper capitis, *praedes* semper pecuniae, ut bene novit Ausonius [in Technopaegn. p. 488. Ed. Toll.] utrique autem non nisi publico dati, praeterquam praedes litis vindiciarum: *vas* judiciis interponitur, et promittit reum, cui rei capitalis dies dicta est, judicio sisti: *praes* aut litis vindiciarum est, aut mancipum, sive eorum, qui publicum conduxerunt, aut denique mulctae nomine datur. Sic nulla cura conjugatorum dialecticorum Latini. Caeterum

Praedes vadesque poenitudinis reos,

non Seneca dixit, sed Ausonius [ludo Sapient. in Thalete v. 22.] J. FR. GRON. *Vades* proprie quidem esse sponsores in re capitali, Festo et Ausonio auctoribus, sed usu obtinuisse, ut etiam in re civili dicerentur, scribit Torrentius ad Horat. 1, 1, 11. Sed Gronovius praecipue videtur inpugnare Salmasium, qui in eadem sententia est c. 16. de modo Usurar. Verum vellem, docuisset, quomodo, si *vades* semper dicti sunt capitis, intelligi debeant loca XII Tabularum apud Gellium 16, 10. Horatii 1. Sat. 1. Varronis 5. de L. L. p. 59. quorum auctoritate utitur Salmasius. Mihi sane non liquet, quomodo ea accipi voluerit: neque enim, nisi plurimum fallor, negari potest, in illis *vades* esse rerum privatarum et civilium sponsores. Et, si Latini in his rebus *vadari* dixerunt, quod e Cicerone et aliis constat, cur non etiam de iisdem *vades* dixerint? Aut quae alia potest dari origo vocis *vadimonium*, quam quod sponsores rerum privatarum etiam *vades* dicti fuerunt? DUK. Vades nullos privatos esse adfirmanti Gronovio se adsentiri non posse, ideoque sibi nihil mutandum videri, testatur Doujatius. Nihil novi tamen profert, unde Gronovii sententia evertatur. At licet concederetur, verum esse, quod Gronov. voluit, nullos vades privatos, sed omnes publicos esse, ne sic quidem *publico*, pro *publicos*, reponendum existimarem. Unicum argumentum, cui haec viri summi emendatio innititur, illud est, epitheton hoc *publicos* abundare, quum nulli nisi publici vades fuerint. Verum eodem incommodo premitur *τὸ publico*. Si enim nulli, nisi *publici*, vades, nulli etiam, nisi *publico*, dabantur. Censeo itaque vel *publicos* servandum, quod uno ore omnes codd. eam scripturam firment, vel locum corruptum, et pro *publicos* aliud quid substituendum esse, quod acutiorum ingenio excogitandum relinquo. (* An forte legendum *populo dedit*?) Ceterum *Ceso primus*, pro *Hic primus*, exhibet librarius Gaertner.

Vades publicos dedit. Dimissus e foro, nocte proxima jussu consulum in Tuscos in exsilium abiit] Vet. lib. *insciis consulibus*. et *Tusculum*. sed placet magis *in Tuscos*, quia Dionysius [l. 10. p. 633. habet εἰς Τυῤῥηνίαν. SIG. Aït Sigonius, legi in vet. lib. *insciis consulibus in Tuscos in exilium abiit*, cum editiones habeant *jussu consulum in Tuscos in exilium abiit*. Ego

9 Judicii die quum excusaretur solum vertisse exsilii caus-

profiteor, in membranis Coloniensibus neutrum horum reperiri, sed legi, *dimissus e foro nocte proxima in Tuscos in exilium ubiit.* MOD. Locus contaminatus a librariis. Palat. tertius videtur horum nihil habuisse a m. 1. sed tantum *vades publicos. die cum* etc. ad oram tamen adscripta intermedia; sic tamen, ut non habeat *insciis cousulibus in Tuscos in exilium* etc. sed, *inter consules in exilium.* quae lectio orta ab illo *in Tuscos*: cum scriberetur *inter cos.* Est in pr. *nocte proxima jussu consulum in exilium abiit.* in sec. vero, *nocte proxima insciis consulibus Tusculum in exilium.* ad oram tamen additum, alias legi *visu consulum.* Editio prima repraesentat *nocte proxima jussu consulum in Tuscos.* secunda, *nocte proxima in Tuscorum fines in exilium* etc. Equidem cum in membranis Coloniensibus litigiosa illa verba non habeantur, putarem omnino iis rescissis legendum, *dimissus e foro, in Tuscos in exilium abiit.* quamvis tamen non asperner *Tusculum*, quod et in Sigonii, libris. a quibus nobis primum obvenit illud infelix *insciis consulibus.* GRUT. Palat. pr. consentit cum nullo nostrorum: *nocte proxima jussu consulum in exilium abiit.* Andreas proxime accedens edidit *jussu consulum in Tuscos in exilium abiit.* Palat. sec. consentit per omnia cum Sigoniano, in quo etiam reperies *in Tusculum.* In Palat. tertio continua verba tredecim omissa sunt, rescriptumque ad marginem interiorem, *dimissus e foro nocte proxima inter consules in exilium abiit.* Quid in tanta sequar varietate? amplectarne Andreae lectionem? tutissimum videbitur. Campanus, sui oblitus, deterrime promulgavit: *dimissus e foro nocte proxima in Tuscorum fines in exilium abiit.* GEBH. Nihil ad rem facit, insciis sive consciis consulibus in exilium ierit Caeso. Et a temeritate librariorum id ortum esse, cum *τὸ in Tuscos* forte male divisum fuisset, *intus Cos.* (unde *in Tusculum*, et *jussu consulum*, et *visu consulum* alii formarunt) jam olim suspicatus est Claud. Puteanus. Placet idem Grutero. et Modii membranae confirmant, sufficere, *nocte proxima in Tuscos.* Par mendum l. 25, 3. sustulit Sigonius: *M. Junio inter consules legiones urbanae prioris anni datae.* Recte autem ille, *M. Junio in Tuscos.* J. FR. GRON. Recte Gronovius *nocte proxima in Tuscos in exsilium abiit* veram lectionem esse existimavit. Ea superest in Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. et Klockian. Proxime accedit scriptura Florent. *proxima intus cos in exilium* et Leid. 1. *nocte proxima int° c̄sules in exsilium abiit.* quae verum esse evincit, quod Gronov. monuit, pro *in Tuscos*, male divisis vocibus, datum esse *intus cos.* et inde postea varia illa lectionum monstra formata esse, quae in Mstis reliquis supersunt. *nocte proxima in Tusculum in exsilium abiit* habet Portug. et a m. 2. Fragm. Hav. penitus erasa priori lectione, ut vestigia non supersint. *nocte proxima jussu consulum in exsilium abiit* \ oss. 2. *nocte proxima insciis consulibus in exsilium abiit* Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. quum autem deinde quorumdam codd. *in Tus cos*, vel *Tusculum*, vel *in Tus-*

caussa, nihilominus Virginio comitia habente, collegae adpellati dimisere concilium: pecunia a patre

culum exhibentium, margini pro varia lectione *insciis consulibus* adscriptum fuisset, ut etiamnum exstat in Voss. 1. et Portug. alii deinde utramque illam lectionem conjunxerunt. hinc *nocte proxima insciis consulibus Tusculum in exsilium abiit* habent Harlej. 2. et Haverk. *nocte proxima insciis consulibus in Tusculum in exsilium ubiit* Hearnii Oxon. L. 2. et C. qui etiam monuit, *Tusculum*, pro *in Tuscos*, superesse in cod. suo B. Ceterum quemadmodum hoc loco, pro *in Tuscos*, quidam codd. *intus consules*, vel *inter consules*, praeferunt; ita haud absimili errore infra 37, 7, 9. pro *Brutus in Tuscos*, datum est *Brutus consul*, vel *Brutus consulis*, vel *Brutus praetor*.

§. 9. *Virginio comitia hobente, collegae adpellati dimisere concilium*] *M. Verginio* Voss. 1. *Verginio* Voss. 2. et Leid. ambo. V. ad 2, 17, 1. Tum *college et appellati* Lipsiens. Deinde *dimisere consilium* Gaertn. Portug. et Leid. 2. Male. comitia enim sive conventum populi non *consilium*, sed *concilium*, vocandum docuit Gronov. infra ad 44, 2, 5. V. mox cap. seq. §. 5. et ad 24, 37, 11. Paullo ante *solum evertisse exsilii caussa* est in Lipsiens. errore librarii. Cic. pro Quinctio 19. *Qui exsilii caussa solum verterit*. pro Domo 30. *Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi, soli caussa venerant.*

§. 10. *Pecunia a patre exacta crudeliter*] *exacta a patre* ordine vocabulorum alio Leid. 2. *e patre exacta* Gaertn. sed eadem manu emendatum est *a patre*.

Ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim, veluti relegatus agello quodam in tugurio viveret] Et hic locus infeliciter instauratus est. Antiqua lectio habet, *veluti relegatus devo quodam tugurio viveret*. Ex qua germanam sic restitue: *veluti relegatus devio quodam tugurio viveret*. RHEN. Vet. lib. *utis divenditis*. et *relegotus vili quodam in tugurio habitarit*. Vocem autem *devio* invexerat temere Rhenanus, levissima conjectura fretus. Probatur autem *vili*, quia inquit Dionysius [l. 10. p. 633.] ἐν ᾧ ταπεινή τις ἦν καλύβη. id est, *in quo agro humile quoddam erat tugurium*. SIG. Liv. 8, 14. *In Veliternos graviter saevitum: et muri dejecti, et senatus inde ubductus; jussique trans Tiberim habiture*. c. 20. *Ita decretum, ut qui senator Priverni post defectionem a Romanis munsisset, trans Tiberim habitaret*. 26, 34. *Qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi posterive eorum uspiom pararent haberentve, nisi in Vejente aut Sutrino Nepesinove agro*. Gellius 20, 1. *Tertiis autem nundinis capite poenas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant*. KLOCK. *veluti relegatus in vili quodam tugurio habitarit* est a libris Sigonii; nec tamen alicujus pretii. Nam editio princeps *trans Tiberim, veluti relegatus, agello quodam, in tugurio viveret*. secunda, Campani illa, *veluti relegatus, devio quodam tugurio viveret*. At Pal. pr. habet, *veluti relegatus de ville quodam tugurio viveret*. sec. *veluti relegatus in vili quodam*

exacta crudeliter, ut, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim, veluti relegatus, devio quodam tugurio viveret.

1 XIV. Hoc judicium et promulgata lex exercuit

tugurio habitavit. tert. *veluti relegatus de ullo quodam tugurio. hoc judicium*, sine illo, aut *viveret*, aut *habitarit.* Equidem quid hic probem, quid improbem? aliis adhuc apographis opus, ut veniatur ad cubilia veri. GRUT. Vocat *veluti relegatum*, quia quasi in peregrinum agrum et Hetruriae attributum secesserat, deinde a fece plebis inhabitatum. Rhenanus, quia in suo invenerat codice corruptam scripturam *devo*, existimavit legi posse, *devio quodam tugurio viveret*, ut ante illum conjecerat, edideratque Campanus. Quem carpens Sigonius, accusata ejus temeritate, reponendum jubet, *ut is, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim veluti relegatus vili quodam in tugurio habitarit.* Et ita fere Palat. sec. nisi quod *in vili quodam tugurio habitavit* deterius habeat. At Palat. pr. *ut divenditis* etc. *relegatus de villae quodam tugurio viveret.* tertius, *veluti relegatus de ullo quodam tugurio*, omni verbo amputato. Mihi probatur, *de vili quodam tugurio viveret.* Andreas censuit *relegatus agello quodam in tugurio viveret.* Sigonii *habitarit* nauci non est. GEBH. Andreas *relegatus agello quodam in tugurio.* Borbet. *relegatus devo quodam tugurio.* unde Rhenanus *devio*, ut et ante illum Campanus. Sigonius levissima conjectura ductum Rhenanum sic edidisse aït, ostentatque e suo, *relegatus vili quodam in tugurio habitarit.* At Florent. quoque *devo quodam tugurio viveret.* l. 26, [8, 11.] *Commeatus paratos et in urbibus haberent, et ex agris deviis in viam proferrent.* Sueton. in Vespas. [4.] *Secessit in parvam ac deviam civitatem.* J. FR. GRON. Vet. libro Sigonii, et Palat. secundo Gebhardi, ut saepe alibi, ita etiam hoc loco fere conveniunt Harlej. 2. et Haverk. Prior enim praefert, *crudeliter. Is, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim, veluti relegatus vili quodam tugurio habitavit.* alter autem *crudeliter, ut is, divenditis omnibus bonis, aliquamdiu trans Tiberim veluti relegatus in vili quodam tugurio habitavit.* quos quoniam saepissime jam antea nubem pro Junone amplexos convicerimus, hic etiam tanto magis suspectam reddunt lectionem, quam ex suo probavit Sigonius; qui licet in scholiis ex eo laudet *vili quodam in tugurio*, in contextu tamen editionum vulgavit *in vili quodam tugurio.* Sigoniano codici per omnia consentire Oxoniensem B. testis est Cl. Hearne. *de vili quodam tugurio viveret*, quod Gebhardo placebat, obfert unus apud me Portugall. nec tamen verum esse persuadet. *de ullo quodam tugurio viveret* habent Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Klockian. et Fragm. Hav. a m. 1. pro quo *in vili* emendatum a m. 2. *de ullo tugurio* habet Lipsiens. in contextu, omisso τῷ *viveret*, pro quo in margine *de agello quodam tugurio viveret* emendatur. *de ville quodam tugurio viveret* Voss. 1. *veluti relegatus degeret quodam tugurio* Gaertn. *de ville quodam tugurio viveret* Voss. 2. Codici-

civitatem: ab externis armis otium fuit. Quum, velut victores, tribuni, perculsis Patribus Kaesonis exsilio, prope perlatam esse crederent legem, et, quod ad seniores Patrum pertineret, cessissent 2

bus Rhenani Barbetam. et Gronovii Florent. cansanare omnes Oxonienses, praeter memoratum B. Hearnius prafitetur. *relegatus devio quodam in tugurio viveret* ex Neapalit. laudat Latinius. Hinc verasimile fit, haud male Rhenanum ex vestigiis cadicis sui scribendum conjecisse *relegatus devia quodam tugurio viveret*; praesertim quum vox *devius* Livia fuerit in deliciis, et saepius ab ea usurpata sit. Ita 10, 24, 5. *Se aperuisse Ciminiam silvam, viamque per devios saltus Romano bella fecisse.* 33, 37, 4. *Boji fere amnes, praeter juventutem, quae praedandi caussa in armis erat, (tunc in devias silvas recesserat) in ditianem venerunt.* 22, 14, 8. *Nos hic pecarum modo per aestivos saltus deviasque calles exercitum ducimus.* 34, 16, 8. *Fama deinde vulgatur, consulem in Turdetaniam exercitum ducturum, et ad devios montanas prafecturum etiam falso perlatum est.* c. 20, 2. *Lacetanas, deviam et silvestrem gentem, quum insita feritas continebat in armis, tum conscientia.* 35, 3a, 1a. *Quoad lucis superfuit quidquam, deviis callibus media saltu se recipiebant.* 38, 45, 9 *Phrygiae recessus omnes atque angulas peragrasti, stipem a tyrannis castellanisque deviis colligens.* 39, 49, 5. *Ex valle devia in viam partant.* c. 51, 7. *Postico, quod devium maxime atque accultissimi exitus erat, fugere conatus.* 40, 17, 6. *Recesserant primum in devios saltus.* c. 27, 13. *Quem, scrutantes antea devios saltus, abditum et latentem vix inveniebamus.* 41, 19, 8. *Pars, devia sultu circumducta, ab tergo adgrederetur.* Alia plura loca coacervari possent, sed haec sufficiant. Ceterum Granovius anno 1665. *in devio quodam tuguria viveret* cantra mentem Rhenani edidit, quod reliqui recentiores secuti sunt. Jussi itaque *rà in* abjici. De regione Transtiberina vide, quae ex Salmas. de modo usurar. c. 18. et aliis natantur ad locum Gellii a Klockio laudatum.

§. 1. *Hoc judicium et promulgata lex exercuit civitatem*] *judicium ex provulgata summa vel lex* Vaff. 1. sed inter versus adscriptum exstat *vulgata lex. provulgata lex* est in Harlej. 2. V. supra hac lib. c. 9, 5.

Ab externis armis atium fuit] *ab extremis armis* Harlej. 1. saepe abvio errore. V. ad 34, 25, 6. Vox *armis* non comparet in Voss. 2. Praeterea *otium infuit* Voss. 1. Infra hoc lib. c. 32, 1. *Ab externis bellis quietus annus fuit.* 4. 35, 2. *Ab seditionibus urbanis atium fuit.* 10, 1, 1. *Ab externis ferme bellis otium fuit.*

§. 2. *Perculsis Patribus Kaesonis exsilia, prape perlatam esse crederent legem*] *percussis* Leid. 2. qui error in scriptis quam frequens est. V. ad 34, 15, 2. Tum *prolatam* Leid. 2. cui peccata nota nan intellecta accasianem dedit. V. ad 5, 4, 12. Denique infinitum verbum *esse* exsulat a Voss. 2.

Quod ad seniores Patrum pertineret] *juniores*, pra *seniores*, tamquam varians lectio, adscri-

3 possessione reipublicae; juniores, id maxime quod
Kaesonis sodalium fuit, auxere iras in plebem,
non minuerunt animos. sed ibi plurimum profe-
ctum est, quod modo quodam temperavere inpe-
4 tus suos. Quum primo post Kaesonis exsilium lex
coepta ferri est, instructi paratique cum ingenti
clientium exercitu sic tribunos, ubi primum sub-
moventes praebuere caussam, adorti sunt, ut ne-
mo unus inde praecipuum quidquam gloriae do-

bitur in margine Voss. 2. qui mox etiam depravatus obfert *cessissent possessione reimplet timores id maxime.* Sed *cessisse*, pro *cessissent* habet Harlej. 1. *pertinet*, pro *pertin'et*, sive *pertineret*, Lipsiens. V. ad 40, 14, 3.

§. 3. *Juniores, id maxime*] Distingue *reipublicae. Juniores, id maxime* etc. KLOCK. Ellipsin, quae in his est, explicat Perizonius ad Sanctii Minerv. 2, 9, 5. DUKER.

Auxere iras in plebem, non minuerunt animos] Primus noster *avexere iras in plebem*, tamquam plaustra. Mox idem *non minuere animos*. GEBH. *auxere minas in plebem* Voss. 1. Leid. 2. et, ut Hearne monet, Oxon. N. in margine. Eadem lectionum diversitas etiam obcurrit infra 9, 7, 3. Deinde *non minuere animos* etiam Voss. 2. et Portug. *non minuē animos* Gaertn.

Sed ibi plurimum profectum est] Palat. pr. *sed sibi plurimum profectum est.* GEBH. *ibi* et *sibi* saepius inter se commutantur. V. supra ad 1, 55, 4. *sed in plerum profectum est*, nescio quid cogitans, dedit librarius Gaertn. Ceterum vir Cl. Anton. Perizonius in margine codicis testatus est, se malle *sed eo plurimum profectum est.* Nostri constanter vulgatum servant. Et sane nihil mutari opus est. Potest enim *ibi* poni pro tum. de quo v. infra ad 7, 23, 4. ut modus agendi juniorum post exsilium Kaesonis obponatur ei, quo antea usus fuerat Kaeso Quinctius.

§. 4 *Cum ingenti clientium exercitu*] Vocem *cum* non agnoscit Harlej. 1. quod ferri posset. Infra 9, 44, 11. *Postumius integris legionibus defessam jam aciem hostium inproviso invadit.* V. supra ad 1, 14, 7. (* ad 27, 40, 10.) Aliis tamen contra tendentibus Mstis, nihil muto. Deinde *clientum exercitu* Haverk. V. infra ad 23, 3, 2.

Ut nemo unus inde praecipuum quidquam gloriae domum invidiaeve ferret] *et nemo unus praecipuum praecipitium* Gaertn. *ut nemo unus inde principuum* Voss. 1. *ut nemo unus inde principum* Leid. 2. Male. Omnes enim inde gloriam domum ferebant; sed, quum pariter adorirentur, nemo praeter alios praecipuam gloriam. *Praecipuum* hic dicitur, quod quis ante alios capit. 7, 10, 1. *Quum et abnuere certamen vererentur, et praecipuam sortem periculi petere nollent.* 9, 8, 12. *Modo miserarentur, quod vir talis etiam*

mum invidiaeve ferret; mille pro uno Kaesones
exstitisse, plebes quereretur. Mediis diebus, qui- 5
bus tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis
placidius aut quietius erat. benigne salutare, ad-
loqui plebis homines, domum invitare, adesse in
foro, tribunos ipsos cetera pati sine interpella-
tione concilia habere: numquam ulli, neque pu-
blice, neque privatim, truces esse, nisi quum de
lege agi coeptum esset. Alibi popularis juventus 6

praecipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremtae pacis. (* c. 36, 4. ubi similiter peccatur.) 43, 5, 8. *Munera mitti legatis ex binis millibus aeris censuerunt: duobus fratribus regulis haec praecipua; torques duo ex quinque pondo auri facti.* Mox *invidiaeque* Voss. 1. Sed inter versus *invidiaene.* Duplicem lectionem *invidiaeque ve* exhibet Voss. 2. sed additis notis, τὸ *que* delendum esse indicantibus. Deinde *feret* Lipsiens. cujus librarius literam caninam duplicare neglexit.

Mille pro uno Kaesones exstitisse, plebes quereretur] Ita praeferunt primae editt. Diu postea anno 1578. *plebs quereretur* Francofurtenses dederunt, probantibus tacite recentioribus usque ad Gronov. qui anno 1665. *plebes* restituit. Et ita est in omnibus nostris, praeterquam quod Voss. 2. et Gaertn. etiam praeferant *plebs.* et Fragm. Hav. *pleb's.* V. supra ad 1, 20, 6. *Cesonis*, pro *Kaesones*, habet Lipsiens. qui etiam a m. 1. exhibet *querentur*, ab secunda *quererentur.* V. ad 2, 5, 2. Reliquis tamen singulare defendentibus adversari nolo.

§. 5. *Quibus tribuni de lege non agerent*] Palat. sec. *non agerent de lege.* tertius vero *quibus tribuni de lege non haberent.* GEBH. *non agerent de lege* Harlej. 2. et Haverk *quibus tribu. de lege non haberent* Leid. 1. *quibus tribuni non haberent de lege* Lipsiens. Solent autem librarii verba *agere* et *habere* in codd. scriptis confundere. Vide (* ad Liv. 30, 45, 2.) Inl. Nic. Heinsium ad Ovid. 3. Fastor. 245. et Cl. Corte ad Plinii 4. Epist. 17, 3. Mox *nihil eisdem illius*, pro *illis*, Lipsiens. Deinde *placidius et quietius* Harlej. 2. Tum *erât*, pro *erat*, Gaertn.

Benigne salutare, adloqui plebis homines] Palat. pr. *denique salutare.* GEBH. Eadem lectio mihi quoque obvia fuit in Voss. 2. [*alloqui plebem homines* Veith.]

Domum invitare, adesse in foro] Non aliter edd. vetustissimae. Sed Palatini tres *adesse foro.* GEBH. *demum invitare* Voss. 2. *invitare domum* Portug. [Veith.] Deinde *adesse foro* etiam Voss. 2. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et a m. 1. Portug. Mox *consilia habere* Gaertn. et Port. Male. Agitur enim de comitiis aliisve plebis conventibus, quae *concilia* non *consilia* dicenda sunt. V. supra cap. praec. §. 9. et ad 24, 37, 11. Deinde τὸ *agi* deest in Gaertn.

erat. nec cetera modo tribuni tranquillo peregere; sed refecti quoque in insequentem annum. ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. His per totum annum artibus lex elusa est.

§. 6. *Alibi popularis juventus erat. nec cetera modo tribuni tranquille peregere*] Iterum Iriga Pall. et Camp. *tranquillo.* Ex Pall. tamen secundus *tranquillo facere.* GEBH. Flor. Rott. Helm. duo Vossiani, Gud. tres Pall. et Mureti libri cum Campani editione *tranquillo.* Quem consensum spernere non possum. *Tranquillo* fieri proprie dicitur, quod fit, cum coelum est tranquillum et sine tempestate. Plinius 2. 43. *E mari videmus, et quidem tranquillo, consurgere.* 9,7. *Saepe adnotata piscium aestivo calore quaedam anhelatio, et alia tranquillo velut oscitatio.* Livius eleganter posuit, ut significet sine tumultu. V. ad 28, 27. Plautus Casina [in prologo v. 26.]

Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Seneca Epist. 85. *Tranquillo enim. ut ajunt, quilibet gubernator est.* J. FR. GRON. *Et alibi* Florent. *juventus fuerat* Leid. 1. Deinde *tranquillo* Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *tranquilla* perperam Haverk. *tranquillo*, quod tanta Mstorum turba praefert, recte Gronovius probavit et inlustravil, ego etiam in contexln recipiendum censui. *tranquillo* propria significatione usurpat Livius infra 26, 51, 6. *Remigium classicique milites, tranquillo in altum evecti, agilitatem navium simulacris navalis pugnae experiebantur.* 31, 23, 4. *Tranquillo pervectus Chalcidem paullo ante lucem, qua infrequentissima urbis sunt, paucis militibus turrim proximam murumque circa scalis cepit.* Plin. 9, 30. *Duobus hoc fieri generibus. tranquillo enim vectorem demissis palmulis ferire, ut remis. Si vero flotus invitet, easdem in usum gubernaculi porrigi.* 18, 35. *Litora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem praedicunt. item maris ipsius tranquillo sonitus, spumaeve dispersae, aut aquae bullantes.* Plene *coelo tranquillo* dixit idem Plin. 2, 79. *Neque enim umquam intremiscunt terrae, nisi sopito mari, coeloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant.* Eadem forma *sereno*, pro coelo sereno, Livio aliisque in usu est. V. infra ad 28, 27, 16. Hinc per metaphoram locutio transfertur ad rempublicam, quae *tranquilla* esse dicitur, et aliquid *tranquillo* fieri, nullis turbis aut seditionibus existentibus. Infra hoc lib. c. 40, 11. *Sibi placere de eo, bellis, quae immineant, perfectis, republica in tranquillum redacta, senatu disceptante agi.* 4, 43, 3. *In urbe ex tranquillo necopinata moles discordiarum inter plebem ac Patres exorta est.* Deinde *facere*, pro *peregere*, Harlej. 2. et Haverk. *peregre* Voss. 2. Leid. 2. et a m. 1. Voss. 1. *peraegre* Harlej. 1.

Sed refecti quoque in insequentem annum] *Reficere* hic est iterato creare. 3, 29. *Plebs vicit, ut quintum eosdem tribunos crearet.* Et ita Graeci usurpant ἀνα-

XV. Accipiunt civitatem placidiorem consules 1
C. Claudius, Appii filius, et P. Valerius Publicola.
Nihil novi novus annus adtulerat. legis ferendae
aut accipiendae cura civitatem tenebat. Quantum 2
juniores Patrum plebi se magis insinuabant, eo a-

λαμβάνειν. Gloſſarium, *Reficit*, ἀνολαμβάνει, ἀνονεοῖ, καινοποιεῖ. Supra 2, 56. *Plebs Voleronem tribunum reficit.* Infra 3, 21. *In reliquum magistratus continuari, et eosdem refici, judicare senatum contra rempublicam esse.* et mox, *Tribuni reclamantibus consulibus refecti. Patres quoque, ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quinctium consulem reficiebant.* 3, 31. *Tribuni plebis iidem refecti.* c. 64. *Conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur.* 5, 29. *Patres reficere intercessores legis annisi sunt.* 10, 13. *Qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret.* 24, 9. *Praetor unus refectus Q. Fulvius Floccus.* utitur l. 27, 6. GEBH. *in sequentem annum* Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. et vetuſti, quibus uſus sum, typis deſcripti. Aldus primus dedit *in insequentem annum.* Et ita reliqui scripti. Recte. V. infra ad 4, 30, 12.

Ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret] Palat. pr. *nedum vis fieret.* sec. *nedum ulla vis fieret.* GEBH. *ne voce quidem, in quo moda* Lipsiens. *nec voce quidem incommodo* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Portug. a m. 1. Gaertn. et Haverk. Male. V. ad 1, 10, 3. Praeterea *nedum vis fieret* Voſſ. 2. *nedum ulla vis fieret* Harlej. 2. et Gaertn. *nedum ulla res fieret* Haverk. *nedum ut illa vis fieret* Leid. 1. et Voſſ. 1. a m. 1. *nedum ut ulla vis ferret* Lipsiens. *fieri* et *ferre* alibi commutantur in Mſtis. V. ad 5, 54, 6. Ceterum Cl. Jac. Perizonius poſt haec verba, quae minori diſtinctione a sequentibus dividuntur, majorem interpunctionem conlocaudam cenſebat in margine Livii. et ita a Doujatio vulgatum video. Nimirum edebatur vulgo atque interpungebatur, *in insequentem annum, ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paullatim* etc. Sed majori interpunctione diſtinguendum poſt verba *in insequentem annum*, ut edidi. Cohaerent enim *ne voce quidem incommoda, nedum ut vis fieret, paullatim mansuefecerant*, nempe juvenes patricii. pro *sed paullatim.* quae vocula paſſim per ellipsin subintelligi solet. Supra 1, 25, 3. *Nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo.* Et forſitan, quod ad elegantiam hanc non adtenderet, ea cauſſa exſtitit, cur Curio prave locum interpunxerit; ante quem interpungebatur, quemadmodum in contextum recepi.

§. 1. *Consules C. Claudius, Ap. filius, et P. Valerius Publicola*] *et* hic abeſt a Palat. pr. Ita fine capitis idem, *se Volscos, Aequos, et omnia extrema tentaturum.* GEBH. *tum consules* Portug. in margine, qui et praenomen Claudii conſulis omittit. Claudium autem, hic memoratum, viri docti patruum fuiſſe exiſtimant Ap. Claudii decemviri. Is autem Appius in Faſt. Capitol. *AP. F. M. N.* vocatur. quos se-

crius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos
3 eos criminando facerent. *Conjurationem factam, Kaesonem Romae esse: interficiendorum tribunorum, trucidandae plebis consilia inita. Id negotii datum ab senioribus Patrum, ut juventus tribuniciam potestatem e republica tolleret, formaque eadem civitatis esset, quae*

cuti Sigonius in comment. in Fast. et Triumph. et Pighius in Annal. ad ann. CCXCIII. hujus anni consulem *Marci filium* vocant. In Livio tamen nihil muto, apud quem omnes codd. in editam lectionem conspirant. Vide, quae supra notata sunt ad 2, 56, 5. Voculam *et* praeterea omnes agnoscunt nostri. Eam inter duorum consulum nomina modo additam, modo demtam a librariis in Mstis antiquis reperiri, supra monui ad 2. 17, 1. Mox *accusat*, pro *adtulerat*, prave Gaertn.

§. 2. *Quantum juniores Patrum plebi se magis insinuabant*] *Quantum magis, eo acrius* constanter omnes codd. nisi quod *Quanto* sit in uno Gaertn. De ea locutione v. infra ad 44, 7, 6. Tum *juniores Patres* Portug. reliquis invitis. Supra 2, 30, 4. *Curae fuit consulibus et senioribus Patrum*. cap. praec. *Quod ad seniores Patrum pertineret*. mox hoc cap. *Id negotii datum ab senioribus Patrum*. Infra c. 41, 1. *In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant*. c. 50, 1. *Missi juniores Patrum in castra*. c. 65, 7. *Quiescenti plebi ab junioribus Patrum injuriae fieri coeptae*. et saepe alibi. Deinde *se magis insimulabant* perperam Leid. 2. De locutione *se insinuare* v. infra ad 9, 2, 8. Mox verbis sequentibus *plebis suspectos*, pro *plebi*, Haverk. perperam litera initiali vocis proximae in fine praecedentis repetita, quod in litera sibilante inprimis frequentissimum fuit. V. ad 28, 25, 2.

§. 3. *Conjurationem factam, Kaesonem Romae esse*] Palat. pr. *Conjurationem factam per Caesonem Romae esse*. GEBH. Eamdem lectionem observet etiam Voss. 2. Insuper *Caesonem idem esse* Fragm. Hav. a m. 1. Mox *revocandum plebis*, pro *trucidandae plebis*, sine sensu dedit librarius Gaertn.

Id negotii datum ab senioribus Patrum] *id negotium* vetusti typ is descripti usque ad Aldum, qui *id negotii* reposuit, concinentibus omnibus nostris. Terent. Andr. prolog. 2.

Id sibi negoti credidit solum dari.

Amat similes locutiones Livius. 7, 26, 12. *Id enim illi deinde cognominis fuit*. ubi plura alia exempla invenientur. Deinde *a seniaribus* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Gaertn.

Ut juventus tribuniciam potestatem e republica tolleret, formaque eadem] Primam voculam non habet Harlej. 2. Deinde *e re praetolleret* Lipsiens. a m. 1. pro quo in margine a manu altera *a rep. tolleret* emendatur. *pelleret*, pro *tolleret*, est in vetustis excusis. quod ex Glossa marginali contextum invasisse videtur. quare inde recte ab Aldo expulsum est, substituto τῷ *tolleret*, quod habent omnes nostri. Tum *forma*

ante Sacrum montem occupatum fuerat. Et ab Volscis 4
et Aequis ſtatum jam ac prope sollemne in singulos annos bellum timebatur: propiusque aliud novum malum, necopinato exortum. Exſules servique, ad 5
quatuor millia hominum et quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem

eadem, omiſſa conjunctione *que*, Leid. 2. *formamque eadem* Lipsiens.

§. 4. *Et ab Volscis et Aequis statum jam ac prope sollemne*] Omnes libri, tam calamo picti, quam cusi, habent *statutum*. inter quos MS. Palat. primus *Et Volscis Aequis statutum jam*. Mihi tamen placet *statum*. GEBH. *Et Volscis et Aequis* Voſſ. 2. *Et a Volscis et Aequis* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Et a Volscis et ad Aequis* Lipſiens. cujus librarius voluiſſe videtur *Et a Volscis et ab Aequis*. V. ad 6, 28, 6. Deinde *statutum* Voſſ. 2. Leid. 2. Haverk. et a m. 2. Voſſ. 1. Male. Non enim erat *bellum statutum*, id eſt, decretum, conſtitutum, sed *statum*, id eſt, anniverſarium, quod quolibet anno Romanis inferebatur, sive, ut Liv. addit, *sollemne in singulos annos*. Alibi saepe librarii haec verba commutarunt. V. ad 23, 35, 3. In excusis primus Aldus veram lectionem repoſuit, quam reliqui Mſti servant. [*statim* Veith.] Deinde *et prope sollemne* Haverk. et primae editt Sed *et* jam bis praeceſſit; quare non male *ac sollemne* subſtituit Aldus, praeſertim concinente omni aliorum codd. multitudine. Mox verbis ſequentibus *singulos annos*, pro *in singulos*, Harlej. 1. et Gaertn.

Propiusque aliud novum malum, necopinato exortum] *priusque* Leid. 1. V. ad 4, 17, 5. *proprius quam*, inſuper *que* in *quam* mutato, Leid. 2. de qua varietate, in Mſtis saepe obvia, v. infra ad 5, 22, 3. *priusquam* Voſſ. 1. quomodo etiam *prior* et *propior* commutari solent. V. infra ad 5, 15, 4. Verum in eodem cod. in margine emendatum erat *propius*. Deinde *aliud malum novum* Harlej. 2. Denique *necopinato exortum est* Voſſ. ambo, Leid. 2. Portug. Haverk. et Fragment. Hav. [Veith.] *nec si opinato exortum est* Gaertn. *necopinatum exortum est* Harlej. 2. Lipsiens. et Neapolit. Latinii. Sed Livius *necopinato* scripsiſſe potius videtur, quam *necopinatum*, ne quatuor vocabula, eisdem literis exeuntia *novum malum necopinatum exortum* jungantur.

§. 5. *Exsules servique ad quatuor millia hominum et quingenti*] Vetus lectio *ad M M. hominum*. id eſt, *ad duo millia hominum*. RHENAN. Exemplar Buslidianum habet *et quingentos*, ut praepoſitio *ad* utrique numero adtribuatur, qui ſermo simplicior et minus moleſtus. NANN. *ad quatuor millia hominum* ſervant Voſſ. 2. Harlej. 2. Portugall. in margine (in ipſo enim contextu quatuor haec verba librarii negligentia non conſpiciuntur) Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Et hunc numerum memorat etiam Dion. Hal. 10. Antiq. p. 640. Συγκροτήσας δύναμιν ἀνδρῶν τετρακισχιλίων μάλιστα. In-

6 occupavere. Confeſtim in arce facta caedes eorum, qui conjurare et ſimul capere arma noluerant. alii inter tumultum praecipites pavore in forum devolant. alternae voces, *Ad arma*, et *Hoſtes in urbe*
7 *ſunt*, audiebantur. Conſules et armare plebem, et

tegriores tamen numerum alium praeferunt. *ad M. M. hominum* Florent. *ad duo millia hominum* eſt in Leid. utroque, et Hearnii Oxon. C. et L. 1. *et ad duum milium hominum* Lipsiens. *ad* ∞ ∞ *hominum* Harlej. prior, quae notae, tantumdem valentes ac *duo millia*, a librariis non intellectae sunt, qui loco earum dederunt *ad viginti hominum* in Oxon. L. 2. et N. *ad XX. milia hominum* in Klockian. *ad XX. hominum* in Voſſ. 1. pro quo tamen ibidem in margine correctum *ad duo*. Alibi saepe pro nota illa numeri millenarii nota numeri denarii per ſtuporem librariorum in Mſtis exarata obcurrit. Exempla infra v. ad 33, 14, 5. Admodum itaque eo animus inclinat, ut credam, Livium dediſſe *ad duo millia*. Id enim perſuadet melioris notae codicum auctoritas: quo minus tamen recipere audeam, obſtat Dionysii et editae lectionis conſenſus. Deinde *millia et quingenti hominum* primae edd. sed tum Livius potius dixiſſet *millia et quingenti homines*. Obſtant praeterea omnes mei exarati, qui praeferunt, ut Aldus et poſt eum recentiores ediderunt, et hic etiam in contextu obfertur. Denique *et quingentos* Leid. 2. Gaertn. Harlej. 2. Hearnii Oxon. B. et C. et Neapolit. Latinii. Similiter etiam manu viri docti emendabatur in margine editionis Mediolan. anni 1480. Nollem, id Nannio placuiſſe, qui ignoraſſe videtur, paſſim aliter Livium loqui amaſſe. V. infra ad 10, 17, 8. [*Exsules servi quod malum inopinatum ad duo milia hominum et quingentos duce* Veith.]

Duce Ap. Herdonio Sabino nocte Capitolium atque arcem] Mirum, si tam facile Capitolium capi poterat. Decebat, meo quidem judicio, haec verisimilius narrare Livium, id quod Dionysius non neglexit, et loci naturam, et accedendi modum paucis aperiens, at non minus vere, quam luculenter. GLAR. Praenomen videtur mutatum ad morem Romanum, ut *Appius Claudius*, pro *Atta Clausus*, 2, 16. DUK. *Ap. Heredonio* Gaertn. *Ap. Hernodio* Voſſ. 2. et Klockian. literis perperam transpositis. Deinde *Capitolium ac arcem* idem Voſſ. 2. etiam male. Cauſſam v. infra ad 10, 36, 17. Denique *occupaverunt*, pro *occupavere*, editi, quos vidi, antiquiores. Aldus alterum ſubſtituit, idque servant codices manu exarati.

§. 6. *In arce facta caedes eorum, qui conjurare et ſimul capere arma noluerant*] Sunt viri docti, qui per occiſos in arce intelligendos putant in arce excubantes, quos *arcubiarum* nomine adpellatos docet Feſt. in ea voce. Id tamen non neceſſarium, immo fortaſſe ne verum quidem eſt, quum commode intelligi poſſint in arce ac Capitolio habitantes. Civium enim habitationi inserviiſſe haec loca inde patet, quoniam ludi Capitolini, poſt Romam ex poteſtate Gallorum receptam inſtituti, quod Jupiter optimus maximus

inermem pati timebant. Incerti, quod malum repentinum, externum an inteſtinum, ab odio plebis, an ab servili fraude, urbem invasiſſet, sedabant tumultus, sedando interdum movebant. nec enim poterat pavida et conſternata multitudo regi imperio.

suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset, fieri debuerint a collegio eorum, *qui in Capitolio atque arce habitabant*, teſte Livio 5, 50, 4. et quia, poſtquam Manlius Capitolinus ob adfectatae tyrannidis crimen poenas dediſſet, teſte Livio 6, 20, 13. *latum ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret.* Et incolas Capitolii atque arcis potius, quam excubitores, caesos narrat etiam Dion. Halic. l. 10. p. 640. *Κραυγῆς ἄφνω γινομένης καὶ φυγῆς τῶν περὶ ἐκείνους οἰκούντων τοὺς τόπους, ὅσοι μὴ παραχρῆμα ἐσφάγησαν.* Insuper *in arcem facta* habet Lipsiens. Deinde *qui conjurarant* Gaertn. *qui conjurascere* Klockian. Tum τὸ *simul* abeſt a Leid. 2. Denique *noverant*, pro *noluerant*, lapsu scribae praefert Voſſ. 1. in contextu, *voluerant* Voſſ. 2. Lipsiens. et Leid. 2. cui errori similitudo ductuum in literis *n* et *u*, praesertim in Mſtis, cauſſam dedit. V. ad 39, 15, 11.

Alternae voces. Ad arma, et Hostes in urbe sunt, audiebantur] *et arma, et hostes in urbe sunt* Harlej. 1. Utraque lectio jungitur in Leid. 2. hoc modo: *alternae voces et ad arma et hostes in urbe sunt.* Pro eo *in arma* habet Klockian. Sed vulgatum, aliorum omnium codd. meorum auctoritate ſtabilitum, praefero. De formula *ad arma*, quae in scriptis veterum admodum frequens obcurrit, vide viros doctos, quos laudavit Cl. Dukerus ad Flori 2, 15, 8. Deinde *exaudiebantur* Harlej. 2. quod probari poſſet, si graviori auctoritate niteretur. *exaudire* enim pro audire Livio non insolens. V. infra ad 3, 56, 8. Verum quum reliquorum Mſtorum turba ab edita lectione ſtet conſtanter, simplex *audiebantur* hic sufficere exiſtimo.

§. 7. *Et armare plebem, et inermem pati timebant*] *armarunt plebem* Gaertn. Hinc *et inermem esse pati timebant* prisci typis excusi. Aldus demum τὸ *esse* expunxit, quod in nullo scripto mihi obvium fuit.

Externum an intestinum, ab odio plebis, an ab servili fraude] *externum aut intestinum ab odio plebis, ab servili fraude* Voſſ. 2. Male. V. supra ad 2, 8, 8. Deinde *an a servili fraude, urbem invasissent* Portugall. *an a servili fraude* etiam Gaertn. et libri editi usque ad Aldum, qui subſtituit *an servili fraude.* Frobenius demum anno 1531. excudit *an ab servili fraude.* Et ita ceteri, quos conſului, codd.

Sedabant tumultus, sedando interdum movebant] *sedebant tumultus* Lipsiens. Poſtea *sedonti* Harlej. 1. Tum *interdum magis movebant* Haverk. In mentem venit, legendum eſſe, *sedabant tumultus, sed sedando interdum movebont.* Ut τὸ *sed* interceptum sit a primis literis proximae vocis. Inpetum tamen illud suſtinuit, tum quod in scriptis et editis nullum hujus parti-

8 Dant tamen arma, non vulgo; tantum ut, incerto hoste, praesidium satis fidum ad omnia esset. Solliciti reliquum noctis, incertique, qui homines, quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca, egere.

culae vestigium adpareat, tum quod alibi eam a Livio omitti noverim, et supra atque infra ejus rei exempla ipse produxerim. Mox, ordine mutato, *pavida poterat et consternata multitudo* Portug.

§. 8. *Dant tamen arma, non vulgo: tantum ut incerto hoste praesidium*] *tantum* a *vulgo* disjungendum. Et mirum, si soli consules habebant arma. GLAR. V. l. 14. ff. de re milit. l. ult. ff. de jure immun. Cic. pro C. Rabir. 7. *Ex aedificiis armamentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario consule distribuente, dantur.* KLOCK. Omissa praepositione *in* Palat. tres et editi, *ut incerto hoste praesidium satis fidum.* GEBH. Basileenses anno 1539. ediderant *tantum ut in incerto hoste.* Additam hic praepositionem expungendam Gebhardus monuit, idque Gronovius jam in prima ed. secutus est. et recte. Deest enim etiam ab omnibus meis. Sub vocibus *incerto hoste* intelligendum participium verbi substantivi, ut saepe fieri solet. Infra 6, 15, 1. *Quia, hostibus Etruscis, per quos ea prodigia procurarent, aruspices non erant.* V. ad 4, 47. 7. Glareano, miranti solos consules arma habere, Doujatius respondit, inermibus ex publico armamentario arma subministranda a consulibus fuisse. V. locum Cic. apud Klockium.

In stationibus disponendis ad opportuna omnia urbis loca] In scripto cod. legitur *ad opportuna omnis urbis loca.* RHEN. Rhenanus reperit *omnis urbis*, quam lectionem inveni in Palat. pr. ac tertio, atque Andreae editione: et probavi. GEBH. Sex codd. duce Florentino *omnis urbis.* neque aliter ab Andrea ad Ascensium editi. Moguntini mutarunt. Aldus reduxit. Sed post eum Frobenius et omnes *omnia.* Illud omnino Livii est. Sic restituimus 5, 42. *Seu non omnis delendae urbis libido erat.* Hic *omnis urbis* est per totam urbem. J. FR. GRON. *omnis urbis* servant codices, quos vidi, duobus tantum minimae auctoritatis exceptis, nempe Harlej. 2. et Haverk. quorum prior etiam vocabula in hunc ordinem digerit, *ad opportuna omnia loca urbis.* Recte autem Gronov. *loca omnis urbis* exposuit per totam urbem. Ita *omni vita*, pro tota, supra 2, 33, 10. *Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus.* ubi locutionis ejus exempla habet vir Cel. Jac. Gronovius. Quaedam infra v. ad locum a J. Fr. Gronovio laudatum 5, 42, 1. Eat jam nunc antecessorum Parisiensium primicerius. et postquam tot codicum testimonio firmatum illud *omnis urbis* viderit, contendat, etsi ita dici possit, vulgatam nihilominus lectionem, quae veterum auctoritate non destituitur, planiorem videri. Immo quoniam planior sit, eam etiam a librariis profectam existimo. Vide magni patris emendationem cer-

Lux deinde aperuit bellum ducemque belli. Servos 9 ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, *Se miserrimi cujusque suscepisse caussam, ut exsules injuria pulsos in patriam reduceret, et servitiis grave jugum demeret. id malle populo Romano auctore fieri.*

tissimam adversus Doujatium defendentem Cel. Jac. Gronovium in respons. ad Cavillat. Fabretti p. 10. Praeterea *egeret* Voss. 2. *egerere* Leid. 1. Duabus ultimis literis perperam iteratis. Paullo ante *quantus numerus esset hostium* alio ordine Harlej. 1. [*esset stationibus* Veith.]

§. 9. *Lux deinde aperuit bellum ducemque belli*] Palat. sec. tert. *Lux deinde apparuit bellum.* tamquam hic *lux* adverbii forma poneretur, pro luce. ut in Catulli Coma Berenices 69.

Sed quamquam me nocte premunt vestigia Divûm,
Lux autem canae Tethyi restituor.

ut habent meliores libri. Sic *nox* pro *noctu* notatum Gellio 8, 1. Sed, si Livium usum crederemus, legendum foret *Lux deinde apparuit bellum, duxque belli.* GEBH. Livium ita scripsisse, quemadmodum Gebhardus credere videtur, nemo mihi persuadebit. *Nox* pro *noctu* notavit Gellius. sed in Fragmentis legum duodecim tabularum. Id etiam restituerunt viri docti, sed Plauto in Rudent. 2, 4, 4. et in Asinar. 3, 3, 7. In Catullo tamen, cui id etiam vindicabat Palmer. in Spicil. p. 627. *lux* pro *luce* ferendum non puto, idemque sensisse videntur viri docti, qui jam in recentioribus edd. *Luce autem* contextui restituerunt. At licet Catullum eo usum fuisse concederem; Livium tamen idem captasse, nemo sanus in animum inducet. Tantum non omnes codd. nihil mutant. *apparuit* autem, pro *aperuit*, in codd. duobus Pall. quibus ex meis tertius accedit Lipsiens. errantium librariorum est, qui et alibi simili modo lapsi sunt. Ita viri docti ediderunt infra 44, 28, 10. *Quum jam adpropinquantium forma lemborum haud dubia esset, et concitatio remorum directaeque in se prorae hostes adpropinquare aperuissent.* antea legebatur *apparuissent*, ubi vide.

Se miserrimi cujusque suscepisse caussam, ut exsules injuria pulsos in patriam reduceret] *Se miserum cujusque* male Leid. 2. qui mox etiam non recte *ut non exsules in injuria pulsos. in injuria* praefert etiam Lipsiens. et Voss. 1. inter lineas. Sed praepositio perperam repetita est ex vocis sequentis prima syllaba. V. infra ad 4, 6, 11. Deinde *ad patriam reduceret* Voss. 1. et Leid. 2.

Et servitutis grave jugum demeret] Legendum, ut exstat in Palat. pr. ac tertio, Campanique ed. *et servitiis grave jugum demeret. Servitia*, ut mancipia, ipsi servi. Mox c. 17. *Qui servitia vestra non commovit auctor?* 4, 30. *Vulgarique contactu in homines morbi, et primo in agrestes ingruerant servitiaque.* c. 45. *Servitia, urbem ut incenderent distantibus locis, conjurarunt.* Sic enim ibi legendum. Male quidam libri *servi intra.* GEBH. Reposuimus ex MSS. *servitiis.* Quis ignorat, *ser-*

Si ibi spes non sit, se Volscos, et Aequos, et omnia extrema tentaturum et concitaturum.

1 XVI. Dilucere res magis Patribus atque consu-

vitia esse servos? Mox infra [c. 17, 2.] *Qui servitia vestra non commovit auctor.* libro seq. [c. 30, 8.] *Vulgarique contactu in homines morbi, et primo in agrestes ingruerant servitiaque.* J. FR. GRON. quem etiam v. Epistola ad Nic. Heinsium, edita a Cel. Burmanno t. 3. Syllog. Epist. 91. *servitiis* superest etiam in Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. idem etiam suis codd. firmari Hearne auctor est. Alios eodem modo locutos esse, viri docti saepius observarunt. V. Cortium ad Sallust. Catilin. 24. in fine. Nostro nihil familiarius fere. Ne memorem loca, quae Gebhardus et Gronovius adtulerunt, ita locutus est 1, 40, 2. *Si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum, sed praeceps inde porro ad servitia caderet.* 2, 10, 8. *Servitia regum superborum, suae libertatis inmemores, alienam obpugnatum venire.* c. 11, 5. *Scituros id hostes ratus, quod in obsidione et fame servitia infida transfugerent.* c. 34, 3. *Ventumque ad interitum, servitiorum utique et plebis, esset, ni consules providissent.* 5, 21, 10. *Pars, quum ex tectis saxa tegulaeque a mulieribus ac servitiis jacerentur, inferunt ignes.* 6, 12, 5. *Innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuisse locis, quae nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Romana ab solitudine vindicant.* 22, 57, 11. *Octo millia juvenum validorum ex servitiis emta publice armaverunt.* 26, 4, 1. *Nec aut famem tolerare servitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios.* 28, 11, 9. *Sed res haud quaquam erat populo facilis, et liberis cultoribus bello absumtis, et inopia servitiorum, et pecore direpto.* 31, 40, 4. *Servitia inde cum cetera praeda abduxit.* 32, 26, 7. *Missis ex eo numero, qui in Setino agro, deinde circa Norbam et Circejos, servitia sollicitarent.* Et mox eodem cap. *Haud ita multo post ex ejusdem conjurationis reliquiis nunciatum est, servitia Praeneste occupatura.* 41, 1, 5. *Qui superabant, longinquo, maxime quartanae, inplicabantur morbo. Servitia maxime moriebantur. Eorum strages per omnes vias insepultorum erat.* c. 23, 2. *Servitiis ex Achaja fugientibus receptaculum Macedonia erat.* Pari sensu *θεραπεία* Graecis sunt *οἱ θεράποντες.* Lucas in Euangel. 12, 42. *Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ.* ubi videndus Cl. Elsner. ut et Raphel. Annotat. ex Polyb. et Albert. ad Matth. 24, 45. Hac forma *advocatio* pro advocatis infra est 3, 47, 1. *Virginus sordidatus filiam suam obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit.* *remigium* pro remigibus 33, 48, 2. *Ibi eum parata instructaque remigio excepit navis.* 37, 11, 3. *Omnia aperit: classem instructam paratamque in portu stare, remigium omne Magnesiam ad Sipylum missum.* (* *dictatura* pro dictatore 8, 12, 14.) Ita *ministerium* pro ministris. V. Pintian. ad Plin. 31, 2. *matrimonium* pro uxoribus. V. Cl. Dukerum ad Flori 1, 1, 10. *dominatio* pro dominis, tyrannis.

libus. praeter ea tamen, quae denunciabantur, ne Vejentium, neu Sabinorum id consilium esset, timere: et, quum tantum in urbe hostium esset, mox 2

Florus 1, 24. *Admotisque signis commilitonum totam eam dominationem, obsessam armis, in carcerem et catenas ab Aventino monte detraxit. ergastula* pro servis. Plin. 18. H. N. 3. *Sed nos miramur, ergastulorum non eadem emolumenta esse, quae fuerint Imperatorum,* Similia plura olim contuli ad Silii 15, 748. [*servitutis genere jugum* Veith.]

Id malle populo Romano auctore fieri] *actore* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. a m. 1. saepius obvio errore. V. supra ad 1, 26, 5. [*Id male populo - - fieri. Ibi spes* Veith.]

Se Volscos, et Aequos, et omnia extrema tentaturum] *se Volscos, Aequos et omnia* Voss. 2. priori loco omissa vocula *et*, quam etiam a Palat. pr. abesse Gebhard. supra hoc cap. §. 1. monuit. [*sed Volscos* Veith.]

§. 1. *Dilucere res magis Patribus atque consulibus*] *Dilucere magis res* Voss. 1. et Leid. 2.

Praeter ea tamen, quae denunciabantur] Una voce *praeterea* Leid. 1. Haverk. et a m. 1. Fragm. Hav. quomodo et Aldus vulgavit. Tum *tm̄*, id est *tantum*, Portug. Saepe ita in Mstis peccatum esse, infra videbimus hoc lib. c. 46, 1. et mox §. seq. Insuper adhuc voci *tm̄* in Portug. notae adduntur, quibus eam delendam esse librarii innuere solent. *praeter eacumque denunciabantur* Lipsiens. Pro *tamen* sive *tn̄* primo scriptum fuerat *tū* sive *tum*, inde *cū* sive *cum*, postea ex tribus vocibus in unam coalescentibus factum est *eacumque*. Denique *denunciarentur* priscae editt. quod Aldus in *denunciabantur* mutavit, consentientibus codd. nostris.

Ne Vejentium, neu Sabinorum id consilum esset] *neu Sabinorum id ad consilium esset* habet Palat. pr. Et quid hic faciat *ad*, norunt pueri, qui nondum aere lavantur. GEBH. *τὰ ne Vejentium* exsulant ab Harlej. 2. *ne venientium* habet Lipsiens. V. infra ad 4, 52, 7. Tum *ne Sabinorum* Portug. *neve Sabinorum* Haverk. *ne ut Sabinorum* Leid. 2. Sed *neu* rectum est. V. ad 2, 15, 2. Denique *Sabinorum id ad consilium esset* Voss. 2. Sed longe praeferendum vulgatum judico, quod reliqui tenent codd.

§. 2. *Et quum tantum in urbe hostium esset*] *et tamen in urbe hostium esset* manifesta librarii aberratione Voss. 2. V. modo ad §. praec. *ne, quum tantum in urbe hostium esset* Portug. a m. 2. priori lectione penitus erasa. *et ne, quum tantum in urbe hostium esset* Harlej. 2. Illud *ne* ad sensum necessarium est. Pendent enim haec ex praecedenti *timere*. Sed commode tamen abesse, et ex proximo repeti potest.

Mox Sabinae Etruscaeque legiones ex composito adessent] *mox Sabinae Etruscae legiones* sine conjunctione Harlej. 1. *mox Sabini Etruscaeque legiones* Harlej. 2. quod non displiceret, si aliorum Mstorum consensus accederet. Solet enim Livius ubique orationem similibus variationibus distinguere. Ita *Lucani et Galliae* infra 25, 3, 5. *Ti. Sempronio Graccho et P.*

Sabinae Etruscaeque legiones ex composito adessent; tum aeterni hostes Volsci et Aequi, non ad populandos, ut ante, fines, sed ad urbem, ut ex parte
3 captam, venirent. Multi et varii timores. inter ceteros eminebat terror servilis, ne suus cuique domi hostis esset. cui nec credere, nec, non credendo,

Sempronio Tuditano imperium provinciaeque Lucani et Galliae cum suis exercitibus prorogatae. ubi perperam alii *Lucania et Gallia. Etruria Ligurumque ora* 36, 7, 16. *Etrurium, Ligurumque et Galliae Cisalpinae oram bello urdere audirent.* ubi poterat etiam *Etruscorum Ligurumque*, vel *Etruriae Ligurumque*, ut male est in uno cod. *Campania Falernusque ager* 10, 20, 1. *Per Vestinos in Campaniam Falernumque agrum transcendunt.* ubi Gronov. hanc lectionem adversus Sigonium, *Campanum* legentem, adstruxit. Ita *Samniti Gallisque*, de quo v. ad 10, 27, 3. Eodem modo *pedites et equitem* jungit. V. ad 35, 40, 6. Omnibus tamen aliis in editam lectionem conspirantibus, eam mutare non audeo.

Tum aeterni hostes Volsci et Aequi] Vere *aeterni*, a quibus statum ac prope solemne in singulos annos bellum exspectabant. Suprà Livius c. 10. *Ecce, ut idem in singulos annos orbis volveretur, Hernici nunciant, Volscos et Aequos.etsi accisae res sint,reficere exercitus.* et recte hanc lectionem tuetur Andreae editio. Pall. et Camp. *externi hostes.* GEBH. *Tum externi hostes* etiam Voss.2.Harlej.2.Portug.Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. qui in cod. L. 2. se *cum exercitu hostes* reperisse auctor est. Liv. 7, 30, 7. *Aequis Volscisque, aeternis hostibus hujus urbis, quandoquidem se moverint, ub tergo erimus. aeternus* et *externus* interdum in Mstis confunduntur. V. infra ad 3, 32, 5. [*Cum externi hostes* Veith.] Mox voces *sed ad urbem* culpa librarii omittuntur in Gaertn.

§. 3. *Multi et varii timores. Inter ceteros inminebat terror servilis*] Membranae Colonienses *inter ceteros eminebat terror servilis.* recte. inter varios metus hinc domi hinc foris praecipuus tamen is fuit, quem servi faciebant. MOD. Pall. omnes, adeoque priscae edd. *eminebat.* quod et ex Coloniensi probat admodum Modius. Stabilit mox ipse Livius, *alio se majore ab tribunis metu ostendente, quam quem nocturnus hostis intulerat.* GEBHARD. *imminebat terror servilis* demum dedit Curio. Omnes non modo typis descripti antiquiores, sed et omnes codd. manu exarati, constanter retinent *eminebat terror servilis.* Idem etiam credendum de Oxoniensibus Hearnii. Licet enim recenseat *to imminebat* ex Sigon. editione, nullius tamen suorum consensum memoravit. *eminebat* jam Gronovius recte in contextum recepit. [*fidem* omittit Veith.]

Ne suus cuique domi hostis esset] *ne servus cuique* Leid. 2. Crediderat librarius, se addita nota *s'uus* scriptum videre. V.

do, ne infeſtior fieret, fidem abrogare, satis erat tutum. Vixque concordia ſiſti videbatur poſſe. tan- 4
tum superantibus aliis ac emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat. manſuetum id malum, et per aliorum quietem malorum semper exoriens, tumque eſſe peregrino terrore sopitum videbatur. At id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit. 5

infra ad 41, 8, 12. *ne suus cui* Harlej. 2. Deinde *hostis domi esset* Voſſ. 1. et Leid. 2. Denique *satis tutum erat* Haverk. trajectis vocibus.

§. 4. *Vixque concordia sisti videbatur posse*] Malim diſtinctionem minimam poſt *posse* poni, ac deinde maximam poſt *malis*. DUKER. Haeret ad haec verba Doujatius, quod mox ſubjiciatur *nemo tribunos aut plebem timebat*. Si enim plebs non timebatur, facile retineri poſſe concordiam inter ordines; aut, si concordia non videbatur servari poſſe, timendos senatoribus plebejos eſſe. Itaque eo delabitur, ut concordiam servorum cum dominis intelligi putet, licet minus proprie dictum agnoscat. Sed multipliciter peccat ad formam et nexum orationis non adtendendo. Primo enim *τὸ concordia* caſu primo accepit, quum caſu sexto accipi debeat. Idem enim eſt, ac si dictum foret, *vixque manente concordia sisti videbatur posse*, quemadmodum in simili re locutus eſt Liv. 2, 44, 10. *Qualicumque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse.* Solet autem Livius ita abſolute uti hac locutione *sisti non potest*, *sisti vix potest.* V. pluribus Gronov. ad 4, 12, 6. Deinde non inquit Livius, neminem *hoc tempore* tribunos aut plebem timuiſſe; sed narrat, quid plerumque tempore belli externi fieret: tum enim furor tribunicius quiescebat, idque et patricii et plebs solum operam dabant, ut hoſti resiſteretur. at nunc longe aliter eveniſſe addit, idque unice egiſſe tribunos, ne plebs arma pro salute patriae caperet. [*videbatur sisti* Veith.]

Tantum superantibus aliis ab emergentibus malis] Puto eſſe typographicum σφάλμα. Nam Pall. MSS. et editi *ac emergentibus*. GEBH. *ab emergentibus* primum obcurrit in ed. Curionis, quod omnes recentiores servarunt usque ad Gronovium, qui priorum edd. ſcripturam *ac emergentibus* revocavit. Quamvis autem illud *ac emergentibus* in pluribus Mſtis ſuperſit, sanum tamen vix videtur, quia Livius *τὸ ac* proponere non solet vocibus a vocali incipientibus, atque omnia loca, ubi talis compoſitio invenitur, mendae suspecta reddunt codd. scripti, aliter exhibentes. V. infra ad 10, 36, 17. An itaque legendum *ac mergentibus?* nempe civitatem, rempublicam, quemadmodum exhibent Leid. ambo, Harlej. antiquior, Lipsiens. et Portug. Praeterea *aliis* deficit in Gaertn. Contra ea repetita *tantum superantibus aliis ac emergentibus aliis malis* habet Haverk. et mox *nemo tribunos a c plebem timebat.* quod etiam eſt in editt. antiquis, diſſentientibus reliquis Mſtis. Saepe *aut* et *ac* commutari ſolent. V. ad Liv. 21, 53, 3.

tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, sed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium insedisse contenderent: patriciorum hospites clientesque, si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant, majore, quam venerint,
6 silentio abituros. Concilium inde legi perferendae

nemo tribunus aut plebem timebat Gaertn. praefert.

Tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur] Deme vocem *que* ex vet. lib. SIG. Jubet ex vet. libro Sigonius deleri particulam *que*, quam tamen constanter tenent Pall. pr. et tert. Secundus vero *quod tu.n esse.* hoc fundamento monuit. GEBH. Sigonii libro consentiunt Harlej. 2. et Haverk. Reliqui illud *que* servant. Praeterea *cumque de peregrino terrore* est in Gaertn. *peregrino timore* in Lipsiens. Alii omnes vulgatum tuentur. [*Cumque esset peregrino* Veith.]

§. 5. *Ad id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit*] Pusillum hoc, sed non tamen negligendum, magis quibusdam placere *ad*, quam *at*. idque codd. quidam habent, nominatim Moguntinus. sed *at* etiam quadrat. GLAR. *At id prope unum* solus ex MSS. secundus, et edd. duae. Pall. autem primus tertiusque *Ad id prope unum*. GEBH. *Ad id prope unum* omnes mei codd. et Neapolit. Latinii. Idem etiam in Rom. principe edit. se reperisse Hearne testatur, ex qua tamen alteram lectionem laudat Gebhardus. Certe ex illis edd. quibus usus sum, *Ad id* retinent Mediol. anni 1480. et Tarvisina utraque. Sed *At id* Veneta anni 1495. quae etiam verior lectio est. Requiritur enim particula adversativa, quia auctor obponit, quod tempore hujus belli factum est, ei, quod per alia bella externa fieri solebat. Alibi non raro *ad* et *at* confunduntur. V. infra cap. seq. §. 3. Deinde *maxime inclinatis animis* praeferunt Voss. 1. et Portug. altera lectione tamen margini adscripta.

Non bellum, sed vanam imaginem belli] Vocem *vanam* non habet Harlej. 2. *vagam imaginem* Portug. praefert, altera lectione in marginem rejecta. *variam imaginem* Leid. 2. Solent passim librarii voces *vanus* et *varius* inter se commutare. Vide, quae infra notantur ad *Liv.* 22, 7, 4. Paullo ante in verbis praecedentibus *tantus enim tribunos terror tenuit* obsert Gaertn. [Veith.] Verum librario vox *terror* adhuc obversata fuit ex §. prox. ubi praecesserat. [*sed non vanam* Veith.]

Ad avertendos ab legis cura plebis animos] Pall. tres *ad vertendos ab legis cura*. Sed vulgatae recte patrocinantur edd. Andreae, Campani, ut et Modius. GEBH. *ad vertendos* Voss. Leid. 1. Harl. 1. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] *abvertendos* Portug. a m. 1. *ad evertendos* a m. 2. Vulgatum recte Gebhardus probavit. Solet enim Livius verbo in regimine addere eamdem praepositionem, cum qua componitur. V. infra ad 37, 26, 5. Deinde *a legis cura* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Portug. et Haverk. Denique *plebis aures* Voss. 2. Sed inter versus m. 2. adscribitur *animos*.

Patriciorum hospites clientes-

habere, avocato populo ab armis. Senatum interim consules habent, alio se majore ab tribunis metu ostendente, quam quem nocturnus hostis intulerat.

XVII. Postquam arma poni, et discedere homi- 1
nes ab stationibus nunciatum est, P. Valerius, col-
lega senatum retinente, se ex curia proripit, inde

que, si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant] *patriciorum hospitesque clientesque* Portug. [Veith.] *patriciorum hospites dicentesque* Haverk. Primo literae *cl* coaluerunt in *d* ob ductuum similitudinem, ut saepe fit. V. infra ad 10, 24, 2. Pro *dientesque* deinde, addita litera, repositum est *dicentesque*. Denique τὸ *esse* non comparet in vetustioribus typis descriptis, quod primus adjecit Aldus. Et agnoscunt etiam omnes codd. nostri. In uno Neapolit. *tumultuatos se sentiat* fuisse, Latinius notavit. *tumultuatos esse sese sentiant* Florent.

Majore, quam venerint, silentio abituros] *habituros*, addita perperam adspiratione, Leid. 1. Harlej. 1. et Haverk. sollemni librariorum errore. V. infra ad 22, 59, 10.

§. 6. *Concilium inde legi perferendae habere*] *Consilium* Portug. et Haverk. Non recte. Intelligit enim comitia tributa; quod *concilium*, non *consilium*, dicitur. V. Gronov. ad 44, 2, 5. et quae notantur ad 24, 37, 11. Deinde *legis perferendae* Harlej. 2. Portug. a m. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Vulgatum, quod reliqui tuentur, verum est. Nam *concilium perferendae legi* eodem modo dictum est, ut *comitia collegae subrogando*: de quo vide supra ad 2, 8, 3.

Avocato populo ab armis] Scribe *advocato populo ab armis*. *advocato*, subaudi *ad concilium*. Sic infra [c. 34, 1.] *Propositis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt.* RHEN. Probo ex edd. Andreae et Campani et Palat. secundo *avocato populo ab armis*, licet reliqui duo ingerant, ut voluerat Rhenanus, *advocato*, renitente Modio. GEBH. *advocato* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Lipsiens. *a revocato* Haverk. in qua scriptura duplex superesse videtur lectio *avocato* et *revocato*, quam utramque librarius exprimere hoc modo voluit, ut hoc hominum genus saepissime facere solitum est. V. ad 3, 41, 4. *avocato* primo exsularat a Fragm. Hav. sed altera manu postea adscriptum est. *advocato* etiam ostentant edd. Mediolanenses annorum 1495. 1505. et Veneta anni 1498. Ex his patet, quam vere Modius supra ad 1, 6, 1. *avocato* in omnibus omnino et scriptis et editis codd. haberi monuerit. *advocato* nondum displicet. *advocare ab armis* eodem modo dictum, quo *avolare Romam*, et similia alia, de quibus vide, quae supra notata sunt ad 1, 57, 8.

Ab tribunis metu ostendente, quam quem nocturnus hostis intulerat] *a tribunis* Voss. 1. Leid. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde τὸ *quam* non agnoscit Voss. 2. sed eam vocem intercepit sequens *quem*.

§. 1. *Et discedere homines ab stationibus nunciatum est*] *ediscedere* Gaertn. *et descendere*

2 in templum ad tribunos venit: *Quid hoc rei est*, inquit, *tribuni? Ap. Herdonii ductu et auspicio rempublicam eversuri estis? Tam felix vobis conrumpendis fuit,*

Voss. 1. altera tamen lectione marginem obtinente. Saepe *discedere* et *descendere* in codd. scriptis perperam a librariis commutantur. V. infra ad 9, 14, 7. *de statione decedere* Cic. dixit de Senect. 20. *Vetat Pythagoras, injussu imperatoris, id est, Dei, de praesidio et statione vitae decedere. decedere praesidio* noster. V. Gronov. ad Liv. 4, 29, 5. Verum ut hic *discedere ab stationibus*, ita mox §. seq. *discedere ab armis.* Tum *a stationibus* Voss. ambo, (sed posterior a m. 1.) Leid. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Et ita etiam primae edd. Sed Aldus *ab stationibus* restituit. In fine verbum *est* deficit in Gaertn.

P. Valerius, collega senatum retinente, se ex curia proripit] Bene sic Palat. pr. Andreae et Campani edd. Palat. tamen sec. *P. Valerius senatum retinens ex curia proripit.* tertius *Valerius senatum rediens ex curia proripit.* nescio quo vitiorum incremento. GEBH. Corruptius adhuc *P. Valerius Publicola senatum retinens ex curia proripit* Lipsiens. et *P. Valerius Publicola senatum retioēs ex curia proripit* Haverk. Pronomen *se* non agnoscunt etiam Florent. m. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, et Portug. Deinde *ex curia prorupit* Leid. 1. a m. 1. et Portug. Non sequor. V. supra ad 2, 23, 8.

§. 2. *Quid hoc rei est, inquit, tribuni*] Pall. tres *quid hoc est rei?* GEBH. *Quid hoc est rei* etiam Voss. 2. Leid. 2. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Deinde *inquit tribunis* Fragm. Hav. a m. 1. Sed alterum malo. Supra 1, 48, 1. *Quid hoc, inquit, Tarquini, rei est.*

Ap. Herdonii ductu et auspicio rempublicam eversuri estis?] *ducto* in Palat. tertio esse, Gebhardus supra monuit ad 1, 30, 5. Et ita, ni fallor, praefert Leid. 1. Sed vide, quae notavi ad 1, 15, 7.

Tam felix vobis conrumpendis fuit] Vox *vobis* non erat in Voss. 2. *nobis corrumpendis fuit* habet Haverk. passim obvio errore. V. ad 34, 2, 2. *vobis corrumpendi fuit* Leid. 1. et Lipsiens. *vobis corrumpendi fuit* Leid. 1. sed ultimam literam τοῦ *corrumpendis* intervertit similitudo primae literae in voce sequenti. V. ad 4, 33, 11. *vobis corrumpede fuit* habet Harlej. 2.

Qui servitia non commovit auctor] Vet. lib. *qui servitia vestra.* SIG. Habet Buslidianum volumen *servitia nunc conmovit auctor.* quod nescio an magis ad fidem. Bellum enim hoc servile fuit; nam a quatuor millibus servorum et quingentis Capitolium insessum fuit, nec liberorum capitum ibi ulla mentio. Illud tamen speciosius ad contentionem antitheseos, ut ille, qui servos non commoverit, liberos homines commoveat. Sed, ut dixi, fides laeditur. NANN. Vetus liber *nunc commovit actor:* quod haud scio an magis ad fidem. Bellum enim hoc servile fuit. Nam a quatuor millibus servorum et quingentis Capitolium insessum fuit, nec liberorum capitum ibi ulla mentio est. Illud tamen speciosius ob contentionem ἀντιθέσεως, ut ille, qui servos non commoverit, liberos homines commoveat. Sed, ut dixi, fides laeditur. A. SCHOTT. 3. Obs. Human. 38. Haec lectio, *qui servitia vestra non commovit au-*

qui servitia vestra non commovit auctor? Quum hostes supra caput sint, discedi ab armis, legesque ferri placet? Inde 3 ad multitudinem oratione versa: *Si vos urbis, Quirites,*

ctor, prodiit a Sigonio, neque distant Pall. pr. ac secundus. Andreas Schottus 3. Obs. Humanarum 38. testatur, in veteri libro exstare *nunc*, pro *non*. Palat. tertius accedente Campano praefert, *qui servitia nunc commovit auctor*. GEBH. Τὸ *vestra* ab Sigonio venit. Abest autem ab Helm. Voss. utroque, Rott. Gud. J. FR. GRON. Vocem *vestra*, quam addidit Sigonius, non agnoscunt insuper Leid. 1. Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. N. *qui servitia nostra commovit auctor* habet Harlej. 2. *qui servitia vestra commovit auctor* Gaertn. *qui servitia nec commovit auctor* Lipsiens. *qui servitia nunc commovit auctor* Voss. 1. (si excerptis meis fidem tuto habere possim: aliter enim in eo invenisse Gronovius videtur) et Leid. 2. Neque tamen, ut Nannius, et, qui ei sua insigni plagio subripuit, Schottus statuerunt, illa lectio magis ad fidem est, vel per alteram fides laeditur. Contra falsum est, a quatuor millibus servorum et quingentis Capitolium insessum fuisse, nec liberorum capitum ibi ullam mentionem esse. Expresse enim Liv. supra c. 15, 5. inquit. *exsules servique ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem occupavere*. Et ita passim in hac historia Livius non *solorum servorum*, sed *exsulum et servorum*, meminit. Ita ter c. 19, 6. *Arma vobis ademit, nudosque servis vestris et exsulibus objecit*. Mox, *Quum exsulum et servorum dux in cella Jovis optimi maximi habitaret*. et iterum, *Jupiter optimus maximus exsulum atque servorum septus armis*. Quin et cap. seq. §. 10. exitum hujus tumultus enarrans, inter captivos non tantum *servos*, sed *liberos* etiam memorat, et alia poena liberos, alia servos adfectos fuisse tradit. *Ita Capitolium recuperatum. de captivis, ut quisque liber aut servus esset, suae fortunae a quoque sumtum supplicium est.* Secundum Livium ergo cum Herdonio in Capitolio fuerunt *exsules* et *servi*. Per *servos* autem, Herdonii comites, intelligendi videntur ipsius ejus servi: siquidem Dionys. referat l. 10. p. 640. eum congregasse τοὺς πελάτας καὶ τῶν θεραπόντων οὓς εἶχεν εὐτολμοτάτους, sive *clientes et servos, quos habebat, audacissimos*. Et ita verba Livii c. 19, 6. *servis vestris objecit*, accipi possunt de conatu Herdonii, qui servos Romanorum ad libertatem vocabat, et Romanos servis suis objicere volebat. Si tamen servos Romanorum cum Herdonio fuisse verius videatur, *servitia vestra non commovit* Livius dixisse credendus est, respiciens ad maximam servorum partem, qui conspirationis conscii non fuerunt, sed quieti domi manserunt, ut ex verbis cap. praec. §. 3. colligi potest: *Inter ceteros eminebat terror servilis, ne suus cuique domi hostis esset: cui nec credere, nec, non credendo, ne infestior fieret, fidem abrogare, satis erat tutum*. Et tamen jam tum exsules servique, ad quatuor millia hominum et quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, Capitolium atque arcem occupaverant. Vel servos Romanorum fugitivos accipe, quemadmodum eos diserto vocat Oro-

si vestri nulla cura tangit; at vos veremini Deos vestros, ab hostibus captos. Jupiter optimus maximus, Juno regina;

sius 2, 12. *Proximo dehinc anno cives exsules servique fugitivi, duce Herdonio, viro Sabino, invaserunt incenderuntque Capitolium.* Recte igitur *non commovit servitia*, postquam, Capitolio occupato, eos ad libertatem vocarat. Qui enim cum Herdonio erant, fugitivi fuere, qui antea, a dominis aufugientes, se ad Sabinos receperant. Doujatius etiam Schotti rationem, qua cod. sui lectionem stabilire conatus est, recte falsi convicit.

Hostes supra caput sint] Liv. 4, [22, 6.] *Clamor supra caput hostilis captam urbem ostendit.* 21, [33, 2.] *Super caput inminentes.* l. 22, [4, 4.] *A tergo ac supra caput detectae insidiae.* Sallust. Catil. *Dux hostium cum exercitu supra caput est.* KLOCK.

§. 3. *Inde ad multitudinem oratione conversa*] Exemplar vetustum tantum habet *versa*. RHENAN. Eadem, quae in Rhenani vetusto exemplari, etiam in Florent. et omnibus nostris superest lectio.

Si vos urbisque, si vestri nulla cura tangit] Ex hac quoque lectione ob conjunctivam particulam nihil sequi potest. Quare vera lectio est, *Si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit.* SABELL. Nemo est lectionis structuraeque Latinae tam imperitus et expers, qui non ultro intelligat, illud, *Si vos urbisque, si vestri nulla cura tangit*, parum emendate lectitari. Quis enim locus post *urbis* conjunctivae dari possit particulae, haud sane perspicio; quum neque ordo id pati videatur, neque sensus. Videbunt itaque alii, an recte aliquis dixerit, Livium, *Si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit*, scripsisse potius, quam *urbisque*: sed sive inscitia sive incuria, qui *Quir* paucioribus elementis dictionem notatam offenderant, *que* pro *Quirites* fecerunt: erroreque semel recepto, mendum Livianis exemplaribus tenacius haesisse credere aequum est. SABELL. Quod sanus est hic locus, debet M. Antonio Sabellico. Neque aliter exhibetur in Pall. primo ac tertio, et Andreae editione, quam ab ipso est indicatum. Sec. vero interpolatitie, *Si vos vestri urbisque nulla cura tangit.* Inverse Campanus, *Si vos urbis vestrique nulla cura tangit.* GEBH. *Si vos vestri urbisque nulla cura tangit* etiam praefert Haverk. Sed perperam. Magna enim vis est in repetitione illa *τοῦ si.* Infra 5, 52, 12. *Quid horum opus fuit suscipi, si una cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus? si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis? si ab hostibus metu retenti sumus?* ubi etiam in quibusdam peccatur codd. et *sed ab hostibus*, pro *si*, scriptum invenitur. c. 54, 1. *Si fraude, si casu Vejis incendium ortum sit.* 23, 12, 14. *Quid aliud, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres?* 30, 12, 1. *Si pudore, si periculo suo fugam sistere posset.* Et mox §. 12. *Si captivae apud dominum vitae necisque suae vocem supplicem mittere licet, si genua, si victricem adtingere dextram.* 39, 37, 10. *Si non vana illa vox praeconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achaeos jussistis, si foedus ratum est, si societas et amicitia ex aequo observatur.* (* ubi etiam vide.) Sallust. in Catilin. 52. *Si ista, cujuscumque modi sint, quae am-*

et Minerva, alii Dii Deaeque obsidentur. castra servorum publicos vestros penates tenent. Haec vobis forma sanae civitatis 4

plexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium praebere voltis. V. ad 5,35,4. *Si vos urbisque, si nostri nulla cura tangit* Voss. 1. *Si vos urbisque, si vestri nulla cura tangit* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lipsiens. Portug. Fragm. Hav. et Neapolit. Latinii. [Veith.] *Si vos urbis, si vestri nulla cura tangit* Gaertn. *Si vos urbisque, si sic et vestri nulla cura tangit* Harlej. 2. Verum puto, quod Sabellicus restituit. Id autem in uno Harlej. 1. superest.

At vos veremini Deos vestros ab hostibus captos] Vet. lib. *Deos patrios.* SIG. Solus Palat. sec. *at vos veremini Deos patrios*, quem toties affirmavi esse Sigoniano simillimum. Caeteri codd. tam scripti, quam cusi, *Deos vestros.* GEBH. *ac vos vereamini Deos patrios,* Sigoniano tantum non succinens, ut solet, Haverk. *ac vos vereamini Deos vestros* Gaertn. Saepe *ac* et *at* commutari solent. V. infra ad 3, 61, 4. *ac vos veremini Deos vestros* Lipsiens. *ad vos veremini Deos vestros* Leid. 1. *ad vos Deos nostros veremini* Harlej. 2. Saepe *ad* et *at* in manuscriptis confundi solent, quod praesertim quam facillime accidere potuit, si quis inperitior, alio verba praeeunte, codicem exararit. Ita supra peccabatur in omnibus fere codd. c. 16,5. V. etiam ad (* 3, 43, 1. 6, 24, 8.) 5, 6, 12. c. 12, 6. Jam olim tempore Quinctiliani a quibusdam hae voculae confusae fuisse videntur ob illa, quae tradit 1. Instit. 7. *Illa quoque a multis servata est differentia, ut AD, quum esset praepositio, D literam: quum autem conjunctio, T acciperet.* Dicit *a multis.* Ergo quidam eam differentiam non servarunt. *at vos veremini Deos nostros* Harlej. 1. *at vos veremini Deos vestros,* ut ante Sigonium legebatur, reliqui codd. Voss. ambo, Leid. 2. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Major emphasis verbis Valerii consulis ad persuadendum plebi, ut Diis captis subcurrant, inerit, si Deos illos non tantum *patrios,* vel *nostros,* sed potius *vestros* vocet; quemadmodum etiam mox addit, *castra servorum publicos vestros penates tenent.* quare eam lectionem in contextum recepi.

Jupiter optimus maximus, Juno Regina, et Minerva] Haec tria numina Romana fuisse, existimandum est; quippe quae passim imperatores Romani aut nominant, aut invocant. ut hoc loco Valerius, et l. 6, [16, 2.] M. Manlius, et l. 8. Decad. 4. [c.51, 8.] Scipio Africanus. quamquam Servius in tertium Aeneïdos librum non ita longe ab initio [v. 11.] (si modo codex non fallit) hos exhibet, Jovem, Minervam, ac Mercurium. Item repetit in fine prope octavi libri [v. 679.] Libro autem secundo [v. 225.] ubi de Laocoonte, Capitolii eadem, quae Livius nominat, ponit numina. GLAR. Inverso ordine *Juppiter maximus optimus* Pall. tres. GEBH. Eodem ordine etiam Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Verum ubique alius ordo observatur. Ceterum templum Capitolinum votum Jovi, Junoni, ac Minervae fuisse a Tarquinio Prisco in supremo proelio, cum Sabinis commisso, auctor est Dion. Halic. l. 3. p. 201. iisdem Diis id etiam exstructum fuisse ab Tarquinio Superbo

videtur? Tantum hostium non solum intra muros est, sed in arce supra forum curiamque: comitia interim in foro sunt: senatus in curia est: velut quum otium superat,

idem narrat l. 4. p. 259. Quomodo tamen Livius Junonem eam cognominat *Reginam*? siquidem Juno *Regina* demum Vejis captis Romam translata, eique non in Capitolio, sed in Aventino, templum dedicatum fuerit, ut ipse Livius refert l. 5, 22. et 23. An itaque dicendum, Junonem, quae Vejis captis Romam migravit, *Monetam* cognominatam esse? Verum id statui nequit. Rationem infra reddam ad l. 5, 22, 4. Id tamen certum, Junonem, quae in Capitolio eodem templo, quo Jupiter et Minerva, colebatur, et simpliciter Livio l. 38, 51, 8. *Juno* vocatur, quum ab ipso Livio, tum ab aliis *Junonem Reginam*, quacumque de caussa id factum fuerit, cognominatam esse. Infra 6, 16, 2. *Jupiter optime maxime, Junoque Regina, ac Minerva, ceterique Dii Deaeque, qui Capitolium arcemque incolitis.* Cic. pro Domo 57. *Te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominavit, teque, Juno Regina, et te custos urbis Minerva, precor ac quaeso.* Valer. Max. 5, 10, 2. *Jovem optimum maximum, Junonemque Reginam et Minervam precatus sum, ut, si adversi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur.* Eadem etiam numina *Jupiter optimus maximus, Juno Regina et Minerva* juncta obcurrunt in variis lapidibus literatis, qui videri possunt apud Gruterum aliosque, qui inscriptiones conlectas ediderunt. Mox *publicos nostros penates* Lipsiens. Gaertn. et antiquiores excusi, pro quo Aldus dedit *vestros*; quod est in reliquis nostris Mstis, et praestat. Rationem ad verba praecedentia dedi.

§. 4. *Tantum hostium non solum intra muros est*] Non ingratum erit, conferre haec verba cum verbis Ciceronis ad Atticum 9. Ep. 12. *Populi Romani exercitus Cn. Pompejum circumsidet; fossa et vallo septum tenet; fuga prohibet: nos vivimus, et stat urbs ista? praetores jus dicunt: aediles ludos parant? viri boni usuras perscribunt? ego ipse sedeo?* Indignatio valde similis. J. FR. GRON. *quantum hostium* praefert Voss. 2. Praeterea *τὸ est* exsulat a primis editis. Addidit deinde Aldus, concinentibus omnibus, quibus utor, codd. Tum *intra nos est* habet Hearnii Oxon. N. in margine. In verbis praecedentibus *vobis sanae forma civitatis videtur* alio ordine est in Harlej. 2. *nobis*, pro *vobis*, habet Lipsiens.

Sed in arce supra forum curiamque: comitia interim in foro sunt, senatus in curia est etc.] Ex hoc loco satis apparet, Forum Romanum ibi olim fuisse, ubi nunc est Nosocomium Beatae Mariae Consolationis, ad radices scilicet arcis Tarpejae: Comitium autem paulo supra Curiam, qua parte Forum Romanum viae sacrae jungebatur, ubi Cloacinae Veneris signum colebatur, de qua paulo post aït Livius [c. 48, 5.] *Prope Cloacinae ad Tabernas, quibus nunc Novis est nomen.* Nam de Tabernis Varro [5. de Ling. Lat. p. 56.] *Sub novis*, inquit, *dicta pars in foro aedificiorum* etc. Confirmat hunc locum de Foro, Comitio,

ſenator ſententiam dicit: alii Quirites ſuffragium ineunt. Non, quidquid Patrum plebisque eſt, conſules, tribunos, Deos, hominesque omnes armatos opem ferre, in Capito-

et Curia Cicero pro P. Sextio, cum aït [c. 35.] *Cum Forum, Comitium, Curiamque multa de nocte armatis hominibus occupavissent* etc. Quod autem in Foro prope Comitium et Curiam fuerint Roſtra, praeter Roſtra ipsa marmorea, eo in loco reperta, ubi olim Deae Rumiae sacellum, nunc eſt Divi Theodori, vel haec ex eadem oratione [eodemque cap.] Ciceronis verba indicant satis aperte, quae sunt de Q. Fratre ſcripta; *Pulsus*, inquit, *e Rostris in Comitio jacuit.* URSIN. V. etiam Urſinum ad Taciti 1. Hiſt. [27.] KLOCK. *supra forum*, *curiam* sine conjunctione Fragm. Hav. a. m. 1. Deinde *comitia iterum*, pro *interim*, Portug. Solent autem hae voces in Mſtis saepe commutari. V. infra ad 10, 18, 1. Praeterea *in foro fiunt* Harlej. 2. errore librarii, quum Livius *facere comitia* alibi dicere non soleat. Denique alio ordine *comitia in foro interim sunt* Haverk.

Senatus in curia est, velut quum otium superat] Palat. sec. *velut otium superet.* neſcio quibus inſtinctibus. GEBH. Non aliter etiam Harlej. 2. et Haverk. quorum solorum conſensus non levi argumento lectionem illam falsi arguït. Praeterea *τὸ est* non adparet in Haverk. Denique *otium suppetat* Hearnii Oxon. L. 1. [Veith.] quod ex marginali expoſitione receptum in contextum videtur. Patet id ex eo, quod librarius cod. Gaertn. *otium suppetat ac superet*, utraque lectione juncta, dederit. Eum vero gloſſemata simul cum vera lectione per copulam *ac* juncta in contextum recipere solere, dictum eſt saepe. V. infra ad 4, 55, 5. *superat* hic notat supereſt, ut saepe alibi apud Liv. V. ad 22, 49, 5. Mox *senator dicit sententiam*, transpoſitis vocabulis, Harlej. 2.

§. 5. *Non quidquid Patrum plebisque est*] Palat. pr. *Num quicquid Patrum.* GEBH. Tò *Non* servant omnes mei. At contra copulam *que* non habet Harlej. 1.

Consules, tribunos, Deos, hominesque omnes armatos opem ferre] Dii illi male huc sunt advocati. Primum cum *τὰ armatos* et *currere* ad omnia, quae appellavit, genera ordinum incolarumque urbis pertineant, et proprie accipiantur, inepte referuntur ad Deos. Deinde loquitur de officio illorum, qui pro parte, quam in civitate obtinent, hoc reipublicae debent, quibus id poteſt imperari. Horum autem e numero Dii profecto non sunt. Quare mox patellare ac novicium numen Romuli adorat et veneratur: tantum abeſt ut Deos generatim, tamquam oblitos officii, admonere, et oportuiſſe, armati et succincti currerent, dicere velit. Certum eſt igitur, corruptam hanc eſſe lectionem; probabile vero sic inſtaurandam: *Non quicquid Patrum plebisque est, consules, tribunos, cives, hominesque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis Opt. Max. decuit?* Ita luculenta eſt gradatio a summo ad infimum. Multa hominum genera, ut adsolet, erant in urbe, quae civium numero non erant. l. 4, [4, 12.] *Nec quod nos*

lium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Jovis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem, ab his iisdem Sabinis auro captam, recepisti, da stirpi tuae. jube hanc ingredi viam, quam tu dux, quam tuus ingressus exerci-

6

ex connubio vestro petamus, quicquam est, praeterquam ut hominum, ut civium numero simus. Eodem lib. [c. 56, 11.] *Nihil esse in his auxilii dicerent, qui non civium, non denique hominum numero essent.* l. 5, [3, 9.] *Si quicquam in vobis, non dico civilis, sed humani esset.* Cicero pro Plancio [11.] *L. Fluccus, qui homo, qui civis.* J. Fr. GRON. Non nihil dubito, an satis certa sit emendatio Gronovii. *Dii hominesque omnes* hic ex formula potest dici, pro *omnes omnino*, quemadmodum et alibi. etiamsi res non magnopere ad Deos pertinet. Vide, quae adnotata sunt ad Florum 2, 6, 43. DUK. Codices, qua scripti, qua editi, constanter *Deos* servant, quos tamen hic locum habere non posse vir magnus non una ratione evincere conatus est. Propius ad vulgatam lectionem accedit, quod Cl. Coutierio in mentem venerat, et ad oram codicis notarat, legendum esse *consules, tribunos, eos, hominesque omnes.* an autem id verum sit, vehementer dubito. Vide tamen, ao non vulgatum defendi possit eo colore, quod captum fuerit ab hostibus Capitolium et arx, sedes Jovis, qui ipsorum Deorum rex habebatur, ad quam liberandam et ex potestate eorum eripiendam decebat omnes reliquos Deos arma capere, et opis ferendae caussa eo adcurrere. Ita Silius fingit, quum Hannibal exercitum urbi admovisset, et moenia Romae obpugnaturus esset, jussu Jovis Deos opem tulisse, l. 12, 605.

> *Jupiter, Aethiopum remeans tellure, minantem*
> *Romuleo Poenum ut vidit succedere vallo,*
> *Coelicolis raptim excitis defendere tecta*
> *Dardana, et in septem discurrere jusserat arces.*
> *Ipse e Tarpejo sublimis vertice cuncta,*
> *Et ventos simul, et nubes, et grandinis iras,*
> *Fulminaque, et tonitrus, et nimbos conciet atros.*

Et paullo post, quum Hannibal, serenitate reddita, obpugnationem iterum tentaret, v. 653.

> *— — — fulgor hebescere coeli*
> *Per subitum coepit, densaeque subire tenebrae,*
> *Atque dies fugere, atque armari ad proelia rursus*
> *Jupiter.*

At forsitan haec nimis poëtica sunt, quam ut similibus Livii vulgata lectio defendi possit. Ceterum *deos omnes hominesque* est in Haverk. alio ordine, ut et *armatos ferre opem*, transpositis iterum vocibus, in Harlej. 2. Denique τὸ *liberare* non conspicitur in Harlej. 1.

Augustissimam illam domum Jovis optimi maximi] Probo, quod exstat in medio Palatinorum *Jovis optumi maxumi.* GEBH. Utroque modo, *optumus maxumus*, et *optimus maximus*, olim scripserunt. V. Noris. ad Cenotaph. Pis. dissert. 4, 4. p.

tus est. Primus, en, ego consul, quantum mortalis De-
um possum, te, ac tua vestigia sequar. Ultimum ora- 7
tionis fuit, *Se arma capere, vocare omnes Quirites ad*
arma. si quis inpediat, jam se consularis imperii, jam
tribuniciae potestatis sacratarumque legum oblitum, quis-

471. (* v. ad 37, 8, 1.) Ita *intumus*, pro *intimus*, supra scriptum erat in optimo cod. Leid. 1. l. 1, 1, 2. *finitumus*, pro *finitimus*, in eodem cod. 4, 3, 4. *amplissume* in eodem infra 5, 13, 6. (* *proxumus* v. ad 27, 28, 2. *optumates* v. ad 6, 39, 6.) et similia alibi. Utrum tamen orthographia, quam probat Gebhardus, recipienda sit, nondum liquet. Si verum foret, quod Quinctil. tradit 1. Instit. 7. C. Caesaris inscriptione primum factum esse, ut acciperent mediam *i* literam, quae veteribus *u* fuerat, in vocibus *optimus maximus*, et per *C. Caesarem* intelligendus esset Caligula, ut Cel. Burmannus docuit, omnino *optumus maxumus*, eademque forma reliqua etiam vocabula, et hic et alibi apud Liv. ac scriptores, Caligula antiquiores, scribenda essent. Id tamen, quod Quinctil. sed ab aliis traditum, adfirmavit, dubium Noris. eodem loco reddidit, *mAXIMOS macistratus* ex columna Duilii rostrata proferens, et testatus, in Cenotaph. Pisanis *MAXSUMI* et *MAXIMI* sculptum legi. Quum itaque primae auctoritatis codd. *optimi maximi* servent, ab ea scriptura unius Palat. ejusque recentissimi fide non recedam.

§. 6. *Arcem ab his iisdem Sabinis auro captam recepisti*] Voculam *his* non legi in Oxon. L. 2. et N. testatur Hearne. abest etiam ab Haverk. *ab hiisdem Sabinis* habent Voss. 1. et Leid. 2. *ab isdem Sabinis* Lipsiens. *ab eisdem Sabinis* Portug. et Fragm. Hav. *ab his hisdem Sabinis* Leid. 1. et Gaertn. Reliqui nihil mutant. Et sane nihil etiam mutandum judico. V. infra ad 40, 19, 5.

Jube hanc ingredi viam] *via* distincte scriptum praefert Leid. 2. Videri itaque posset, legendum *jube hac ingredi via, qua tu dux, qua tuus ingressus exercitus est.* Ita 10, 35, 4. *Via una, et ea ipsa praeter hostes erat. qua ingressi praebuere speciem recta tendentium ad castra obpugnanda.* ubi plura vide. Certis tamen in vulgatum conspirantibus, id praeferendum puto. In verbis praecedentibus *da stirpi tuae. tuae jube hanc* habet Lipsiens.

§. 7. *Si quis inpediat*] Lege, *si qui impediat.* Nam dictum est *si qui*, pro *si quis.* quod et Ciceroni solenne est. RHEN. Non aliter, quam *si quis impediat*, Pall. et omnes edd. Rhenanus interim non male *si qui impediat.* Memini, ad Ciceronem quoque tale aliquid monere. c. 20. *Ut qui se moverit.* GEBH. Omnes nostri etiam *si quis inpediat*, nisi quod Leid. 1. habeat *si quid*, Harlej. 1. autem, quam proxime ad lectionem Rhenani accedens, *sequi inpediat.* Certum tamen, *si qui*, ut est in Florent. Livio non insolitum esse. Infra 6, 32, 5. *Tres exercitus scriberent; unum, ad praesidium urbis; alterum, qui, si qui alibi motus exstitisset, ad subita bel-*

quis ille sit, ubicumque sit, in Capitolio, in foro, pro
8 *hoste habiturum. Juberent tribuni, quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium consulem sumi arma. ausurum se in tribunis, quod princeps familiae suae ausus*

li mitti posset; tertium longe validissimum. 9, 27, 2. *Ut inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret, Capuam Romanis eriperent.* Ita Leid. 1. legit, non *aperirent.* 29, 21, 7. *Si qui Pleminium aliumve quem accusare vellet.* ubi v. Rhenanum. (* v. ad 45, 24, 3.) Cic. 3. ad Famil. Ep. 8. *Laudaturum me, si qui suo sumtu functus esset officio.* Postea ead. Ep. *Quod si qui me astutiorem fingit.* 4. ad Famil. Ep. 5. *Quod si qui etiam inferis sensus est.* ubi videndus est Cel. Graevius. Videndus etiam Rhenan. ad Liv. 27, 28, 4. Pari modo *ne qui*, pro *ne quis*, Livius aliique dixerunt. V. supra hoc lib. c. 10, 7. Audiendi itaque in his codices, eorumque auctoritate standum est. Promiscue enim omnibus locis, etiam nolentibus codd. similia Livio obtrudere hominis non sani foret. Utrumque certe *ne quis* et *si quis* obcurrit loco vicino junctum c. 21, 8. hujus lib. *Communiter inde edicunt, ne quis L. Quinctium consulem faceret; si quis fecisset, se id suffragium non observaturos.* Ita omnes praeferunt codd. quare id etiam servandum. De hoc quoque loco dubito. Si tamen Rhenanus codicem suum secutus sit, non adversabor.

Jam tribuniciae potestatis sacrarumque legum oblitum Palat. pr. ac tertius *sacratarumque legum oblitum.* neque aliter Campanus. GEBH. Lolio victitarunt editores, quum hoc tolerarunt. Nam et scripti et omnis ratio, vel absque scriptis esset, jubent, *sacratarumque.* J. FR. GRON. quem etiam v. Epistola ad Nic. Heinsium scripta, quam edidit Cel. Burmann. Syllog. t. 3. Epist. 91. *sacratarumque legum* praeferunt etiam omnes nostri, nisi quod in Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Haverk. sit *sacrarumque legum*, et in Portug. a m. 2. *sacrarum legum*, quum antea *sacratarum legum* scriptum fuisset. Supra 2, 33, 3. *Sunt, qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique sacratam legem latam.* De legibus sacratis infra v. ad 4, 26, 3.

Quisquis ille sit, ubicumque sit, in foro, in Capitolio, pro hoste habiturum] Reperitur in Palat. sec. ac tert. *hostem habiturum.* GEBH. *si quis ille sit* Leid. 2. *quisque ille sit.* Haverk. Deinde *in foro, Capitolio*, altera praepositione neglecta, Leid. 1. quum tamen Livius inprimis eas iterare soleat. V. ad 6, 28, 6. Denique *hostem habiturum* Haverk. et Lipsiens. Sed alterum servant reliqui scripti, eademque locutio alibi Livio usurpatur. Supra 2, 20, 5. *Dat signum, ut, quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant.* ita *pro amico, pro socio habere.* (* 10, 36, 7.) 44, 10, 14. *Ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico nec pro socio habituros esse. pro victis habere* 3, 60, 6. *Pro victis habebant paventes intra vallum. pro hoste esse* dixit idem Liv. 43, 5, 4. *Neque se ad id locorum scire, propter quam caussam consuli pro hostibus fuerint.*

§. 8. *Quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium*

in regibus esset. Vim ultimam adparebat futuram, spectaculoque seditionem Romanam hostibus fore. nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit. nox certamina coepta obpressit: tribuni 9

consulem sumi arma] Palat. sec. *quae in Ap. Herdonium vetarent.* GEBH. Eadem lectio superest in Harlej. 2. et Haverk. quorum consensus lectionem illam suspectam reddit, quum omnes meliores stent pro edita lectione. Mox *consulem* exsulat a Portug. *consulem suum arma* Veith.]

Quod princeps familiae suae ausus in regibus esset] Hic Valerius de Publicola loquitur, quasi jam de tritavo aut atavo, cum Dionysius l. 11. [p. 688.] eum filjum Publicolae fuisse dicat. Meminit ejusdem l. 7. [p. 417.] idem auctor. quamquam l. 6. [p. 350.] ad lacum Regillum P. Valerium Publicolae filium occisum refert, quod in eumdem annotavimus. GLAR. Glareanus subsannat Livium, qui Valerium introducat loquentem, quasi de tritavo aut atavo, quum. Dionysius l. 11. [p. 688.] eum filium ejus fuisse scribat. Sed vir bonus parum intellexit, quid hic esset *familia. Princeps suae familiae* est auctor sui cognominis. Eum vero non atavum aut tritavum, sed patrem fuisse ipsius, nemo ignorabat. Valeriae gentis familiam Poplicolarum exorsus erat Publius ille Bruti adjutor et collega. Et erant jam aliae familiae Valeriorum, ut Valerii Volusi, et Valerii Maximi vel Lacticini. V. Sigonium ad l. 3. J. FR. GRON. Interpretatio viri maximi Livium quidem immunem praestat a censura Glareani hoc loco: non tamen altero loco, qui occurrit cap. proximo. *Memorem se majorum suorum, memorem cognominis, quod populi colendi velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset, concilium plebis non inpediturum.* Omnino tamen filius fuit ejus Publicolae, qui primus hoc cognomen tulit, et Volusi filius erat; non modo enim Dionys. apud Glareanum laudatus id docet, sed constat etiam ex Fastis Capitol. in quibus his nominibus describitur, P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POPLICVLA. Neque Dionysius sibi ipse adversari censendus est, quum P. Valerium, Publicolae filium, proelio ad lacum Regillum interfectum tradit, ut statuisse videtur Glareanus. Potuit enim duos eodem praenomine filios habuisse: quod Romae non insolitum fuisse, docet Ap. Claudius Caudex, qui fratrem habuit, itidem Ap. Claudium Caecum dictum. Gellius 17. N. A. 21. *Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, consulibus Ap. Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Ap. illius Caeci fratre, et M. Fulvio Flacco bellum adversus Poenos primum coeptum est.* Aurel. Vict. in Vir. Ill. 37. *Ap. Claudius, cognomento Caudex dictus, frater Caeci fuit.* Et ita in Fastis Consul. Capitolin. alter vocatur *AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECVS*, anno cccCXLVI. alter *AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAVDEX*, anno ccccLXXXIX. Praeterea vox *suae* non comparet in Lipsiens. et Portug. quam reliqui mei, quum scripti, tum editi, constanter agnoscunt. Unus Gaertn. transponit *suae familiae.*

10 cessere nocti, timentes consulum arma. Amotis inde seditionis auctoribus, Patres circumire plebem, inserentesque se in circulos, sermones tempori aptos serere: admonere, *Ut viderent, in quod discrimen*
11 *rempublicam adducerent. Non inter Patres ac plebem certamen esse, sed simul Patres plebemque, arcem urbis,*

§. 9. *Nec lex tamen ferri*] *nec lex inde ferri* Portug. [Veith.] V. ad 5, 18, 8. *nec lex tum ferri* Gaertn. Lipsiens. Harlej. 2. et Haverk. sollemni variatione, passim in codd. scriptis obvia. V. ad 22, 17, 5. Paullo ante *Vim ultimam adparebat futuram*, id est *futurum*, pro *futuram*, Harlej. 2. [*spectaculo seditionem* Veith.]

Nec ire in Capitolium consul potuit: nox certamina coepta obpressit] Haec verba male omittebantur in Harlej. 1. solius scribae negligentia. Τὸ *coepta* deest in Leid. 2. qui etiam mox transpositis vocabulis praefert *timentes arma consulum*. Praeterea *cessere nocte* Gaertn. in quo mox eadem manu repositum est *nocti*. V. infra ad 3, 34, 8.

§. 10. *Inferentesque se in circulos sermones tempori aptos serere*] Nihil quaero de bonitate hujus locutionis: an genuina sit, quaero? Quippe Pall. primus, tertius, et edd. priscae *inserentesque se in circulos*. Amplius sec. *inserentesque se, in circulos sermones tempore apto serere*. Sed prior forte verior. Ovidius Epistola Sapphus 47.

Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat,
Crebraque mobilitas, aptaque verba loco.

GEBH. *inserentes* Portug. *inserentesque* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. et edd. antiquiores. Primus Ascensius anno 1510. *inferentesque* subjecit; paucos tamen, qui auscultarent, invenit. Certe eam lectionem tantum reperi deinceps in Lugdunensi anni 1553. Basileensi anni 1554. quam postea etiam Parisini anno 1573. receperunt, et post eos omnes reliqui, nisi qui Sigonio per omnia adhaeserunt. Illud autem alterum *inserentesque* minus verosimile reddit, quod mox *serere* sequatur. De locutione *inferre se* v. supra hoc lib. c. 5, 7. Alibi saepe *sero* et *fero* in membranis confundi, olim monui ad Silii 8, 266. (* v. ad 34, 39, 6.) et ita in hac eadem periodo *tempori aptos ferre*, pro *serere*, male habent Leid. 2. et Haverk. V. etiam infra hoc lib. c. 44, 10. (* 10, 43, 4.) Recte etiam *tempori aptos* praefert Gebhardus alteri lectioni *tempore apto*. Et priorem illam servant etiam omnes, quibus utor, codd. nisi quod Portug. et a m. 1. Frag. Hav. praeferant *tempori actos*, solito errore, de quo dictum ad 40, 13, 6. Tempus aptum serendis sermonibus in hoc extremo periculo constituti Patres exspectare non poterant, sed plebem alienatam mulcendo tractandoque conciliare, et ita ei persuadere debebant, ut patriae pereunti subcurrere vellent; debebant sermones tempori adcommodatos et consentaneos serere. Cic. in Orat. 22. *Oportere, perfectionem declarat officii quo et semper utendum est, et om-*

templa Deorum, penates publicos privatosque hostibus dedi. Dum haec in foro sedandae discordiae caus- 12
sa aguntur, consules interim, ne Sabini, ne Vejens hostis moveretur, circa portas murosque disces-serant.

XVIII. Eadem nocte et Tusculum de arce ca- 1

nibus: decere, quasi aptum esse consentaneumque tempori et personae. Ultima litera in *aptos* elisa erat a prima vocis sequentis. V. infra ad 37, 29, 5. Hinc consequens erat, ut, ea lectione recepta, *tempore* etiam, pro *tempori*, scriberetur. Et ita nata est lectio, quam Gebhardus in Palat. sec. invenit.

In quod discrimen rempublicam adducerent] Palat. tertius *adverterent*. GEBH. Nostri omnes vulgato recte adhaerent, nisi quod Fragm. Hav. a m. 1. ostentet *abducerent*. Male. Cic. pro domo 29. *Ne eam civitatem, quam servassem inermis, armatus in discrimen adducerem. ad discrimen adducere* Liv. dixit infra 45, 8, 1. *Se regnumque suum ad ultimum discrimen adduceret.* Praeterea *inquit*, pro *in quod*, Gaertn.

§. 11. *Non inter Patres ac plebem certamen esse*] *inter Patres plebemque* Voss. 1. et Leid. 2. Contra vero mox *simul Patres ac plebem* Voss. 1. *simul Patres, plebem, arcem urbis* sine copula Harl. 2. quam tamen reliqui agnoscunt. Paullo post *penates publicos privatos*, pro *privatosque*, Lipsiens.

§. 12. *Ne Sabini, ne Vejens hostis moveretur*] Vet. lib. *ne Sabinus*. SIG. *ne Sabinus* quidem Sigonianus: sed alii et priscae edd. *ne Sabini, ne Vejens hostis*. Et observavi, Livium ista variatione delectatum. 2, [45, 16.] *Nec Vejens hostis Etruscaeque legiones detrectant.* Iterumque [eodem cap. §. 3.] *Vejens hostis Etruscique eo magis praepropere agere.* l. 28, [45, 19.] *Umbriae populi, et praeter hos Nursini et Reatini, et Amiternini, Sabinusque omnis ager.* l. 33, [15, 2.] *Ad depopulandos simul Pellenensium Sicyoniumque agros et Phliasium.* J. FR. GRON. *ne Sabinus* Portug. a m. 1. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et Latinii Neapolit. *ne Sabinusve* Harlej. 2. Alii omnes firmant lectionem, quam Gronovius veriorem esse evicit ex more Liviano. V. infra ad 35, 40, 6. Praeterea particula *ne* exsulat ab Harlej. 2. quae intercepta videtur a prima syllaba proximae vocis *Vejens*. At *neve Vejens hostis* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. ubi ultimam syllabam τοῦ *neve* repetitam puto ex prima vocis sequentis. Ita pariter infra 34, 3, 9. *Ne ullus modus sumtibus, ne luxuriae sit.* ubi vide, quae notantur. Supra tamen cap. 16, 1. est. *Praeter ea tamen, quae denunciabantur, ne Vejentium, neu Sabinorum id consilium esset, timere.* Deinde *ne Sabini, ne Vejens hostis moverentur* Lipsiens. quod non displiceret, si plures codd. consentirent. Denique *consul discesserat* Gaertner. et Voss. 2. *cons̃ discesserat* Fragm. Hav. a m. 1. pro quo postea correctum *discesserant*. Patet, illud librarios in errorem adduxisse, quod dubitarent, utrum nota hae

pta, Capitolioque occupato, et alio turbatae urbis
2 statu nuncii veniunt. L. Mamilius Tusculi tum dictator erat. is, confestim convocato senatu, atque
3 introductis nunciis, magno opere censet, *Ne exspectent, dum ab Roma legati, auxilium petentes, veniant: periculum ipsum, discrimenque, ac sociales Deos, fidemque foederum id poscere. Demerendi beneficio tam potenten-*

cons unus an uterque consul indicaretur. V. infra ad 10, 10, 2.

§. 1. *Eadem nocte et Tusculum*] Particula *et* non conspicitur in Haverk. *Eadem nocte in Tusculum* praeferunt primae edd. Sed jam Mediolan. anno 1495. eosque mox secuti Veneti anno 1498. *et Tusculum* restituerunt, quod in reliquis meis codd. superest. Mox *et alio turbato urbis statu*, pro *turbatae*, Hearnii Oxon. L. 1. invitis omnibus meis.

§. 2. *L. Manilius Tusculi tum dictator erat*) Antiqua lectio *L. Mamilius*. RHEN. *L. Manlius* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. Portug. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. Sed recte Rhenanus *L. Mamilius* restituit, quomodo plerique et optimi mei, inter quos Florent. habent. *Manliorum* et *Maniliorum* nomina tum inter se, tum etiam cum *Mamiliorum* nomine saepissime commutantur in codd. vetustis. V. supra ad 1, 49, 9. ad 2, 18, 3. infra ad hunc lib. c. 10, 8. c. 29, 6. (* 27, 35, 1.) 30, 26. 4. 34, 53, 2. ubi alia vide, et apud viros doctos ad Valer. Max. 1, 8, 1. Mamiliorum autem gens Tusculana fuit, quae jam tempore regum in patria summis honoribus functa est, ut constat ex Octavio Mamilio, cui Tarquinius Superbus filiam nuptum dedit. V. Liv. 1, 49, 9. Ejusdem etiam supra mentio fit 2, 15, 7. c. 18, 3. et alibi. Ex ea igitur oriundus hic L. Mamilius, dictator Tusculanus, ob merita erga populum Romanum jure civitatis donatus, gentem illam Romae propagavit. V. Liv. infra hoc lib. c. 29, 5.

Introductis nunciis magnopere censet] *magno opere censet* Florent. Leid. uterque, Harlej. 1. Lipsiens. Portug. et Fragm. Hav. Colum. 4, 24. *Jam vero ipsos palmites, quos vindemiae praeparamus, claviculis ac nepotibus liberandos magno opere censeo.* Ita enim eo loco legit cod. Sangerm. pro *magnopere*. l. 3, 10. *Quare magno opere censeo, in eligendis seminibus adhibere curam.* Ita rursus idem codex. V. plura infra ad 28, 28, 4.

§. 3. *Discrimenque, ac sociales Deos*] Qui et *socii* dicuntur. Ovidius Epist. 5. Her. 126.

Deseruit socios, hospite capta, Deos.

GEBH. *Dii sociales* sunt, quos initae societatis testes ac vindices socii invocarunt, quemadmodum *Dii hospitales*, quibus testibus hospitium contractum est, infra 39, 51, 12. *Hospitales Deos violatae ab eo fidei testes invocans poculum exhausit. Socii dii*, Ovidio memorati, huc non pertinent. Sunt enim dii matri-

tentem, tam propinquam civitatem, numquam parem
occasionem daturos Deos. Placet ferri auxilium; ju- 4
ventus conscribitur, arma dantur. Romam prima
luce venientes, procul speciem hostium praebuere.
Aequi aut Volsci venire visi sunt. deinde, ubi va-
nus terror abiit, accepti in urbem, agmine in fo-
rum descendunt. ibi jam P. Valerius, relicto ad 5
portarum praesidia collega, inftruebat aciem. Au- 6

monii praesides: nam apud poëtas matrimonium *sociale foedus* vocatur, praesertim apud Ovid. ut Ep. 4. Her. 17.

Non ego nequitia socialia foedera rumpam.

socialia sacro Epift. 21, 155. *socialis torus* 2. Faft. 729. *socialis amor* 7. Met. 800. *socialia carmina* Epift. 12. Her. 139. Paullo ante *a Roma*, pro *ab Roma*, habet Gaertn.

Fidemque foederum id poscere] Ita primi ediderunt Mediolan. anno 1495. tum Aldus. Reliqui, quos vidi, excusi *fidemque id poscere*, una voce omissa, praeferunt; nisi quod *fidem foederum id poscere*, expuncta conjunctione, sit in Veneta anni 1498. et Mogunt. sed Aldi lectionem firmant omnes codd. mei.

Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem] *demerendo* magno consensu eft in Florent. Voff. 1. utroque, Leid. utroque, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. C. et Latinii Neapolit. neque aliter omnes, quibus usus sum, vetuftae editt. usque ad Mogunt. quae *demerendi* fubftituit, nisi quod *demerendi* etiam invenerim in Mediol. anni 1495. et Veneta anni 1498. Verba autem, *id poscere. Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem*, non confpiciuntur in Harlej. 1. culpa ejus, qui codicem exaravit. Video equidem, *occasio demerendo civitatem* eadem ratione dici poffe, qua *finis pesti*, *remedium timori*, et similia alia, de quibus infra dico ad c. 46. 2. potius tamen convenire videtur, ut *demerendi beneficio occasio*, quam *demerendo beneficio occasio* dicatur.

§. 4. *Placet ferri auxilium, juventus conscribitur*] *ferre* male Haverk. Tum *juventus consul scribitur* Leid. 1. Librarius perperam primam syllabam τοῦ *conscribitur* a reliqua voce disjunxit, eamque vocabulum *consul* per compendium obferre exiftimans id omnibus literis perscripsit. Alii deinde in codicem ita depravatum incidentes, et videntes, τῷ *consul* locum effe non poffe, eo inducto dederunt *juventus scribitur*, quod praefert Harlej. 2. V. h. lib. c. 69. 5. [*juventutis consuli scribitur* Veith.]

Romam prima luce venientes procul speciem hostium praebuere] *Romanis* Oxon. B. apud Hearnium [Veith.] aliis omnibus adversantibus. Deinde *spê hostium* Haverk. id eft, *spem hostium*, quod praefert Harlej. 2. saepius obvio errore. V. su-

ctoritas viri moverat, adfirmantis, *Capitolio recuperato, et urbe pacata, si edoceri se sissent, quae fraus ab tribunis occulta in lege ferretur, memorem se majorum suorum, memorem cognominis, quod populi celen-*

pra hoc lib. ad c. 9, 13. [*in urbe* Veith.]

§. 5. *Ibi jam P. Valerius, relicto ad portarum praesidia collega, instruebat aciem*] Palat. tertius, *ibi jam P. Valerius, relicto ad portas praesidio, cum collega instruebat aciem*, peculiari discrepantia, et contra sequentia. GEBH. Eamdem lectionem ex meis servat Lipsiens. quam Hearne etiam invenit in Oxon. L. 1. Ea non erit contra sequentia, si mutata interpunctione ita legas, *relicto ad portas praesidio cum collega, instruebat aciem.* Id tamen, quod editur, et plurium codd. auctoritate firmatur, praefero. Ceterum *ubi jam P. Valerius* est in Leid. 1. quae scriptura si non displicet, et tum locus aliter distinguendus erit hoc modo, *in forum descendunt; ubi jam P. Valerius.* Solent autem *ubi* et *ibi* saepissime in membranis vetustis confundi. V. infra ad 27, 5, 2. Deinde *ad portarum praesidium* Harlej. 2. cujus librarius existimasse videtur, Livium indicare, collegam a Valerio relictum esse, ut portis praesidio esset; unum autem C. Claudium Valerii collegam non recte dici *praesidia portarum.* Sed *ad praesidia relicto* hic est apud praesidia, apud eos, qui erant praesidia portarum. Eo sensu *τὸ ad* saepius a Livio usurpatur. Infra 6, 9, 2. *Relicto ad exercitum collega, Romam est profectus.* Plura v. ad 7, 7, 4. (* 7, 38, 8.) Denique *aciem instruebat*, transpositis vocibus, Leid. 2.

§. 6. *Si se doceri sivissent*] In cod. Vormaciensi legitur, *si se doceri sensissent.* Non dubito, quin scriptum fuerit, *si edoceri se sissent. sissent*, pro siissent. Sic enim aliquanto post sequitur [c. 25, 4.] *Duum*, inquit, *mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem, ut, cum edocuissent populum, quid fraudis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire.* RHEN. Palat. pr. et tertius *sensissent.* Non dubitat Rhenanus, quin scriptum fuerit, *si edoceri se sissent.* Sed profecto miror, quae Delphica Pytho, ut tantas nugas venaretur, intraverit. Neque vola neque vestigium in ullis libris hujus rei. GEBH. Flor. quoque, Voss. Hel. duo Pall. Gud. *si se doceri sensissent.* Rott. *si se doceri sensissent.* ut non dubitem de Rhenani conjectura *si edoceri se sissent.* J. FR. GRON. *si se doceri scivissent* Haverk. *si se doceri sivissent* Portug. Fragment. Hav. a m. 2. et, quos Hearne Oxonii consuluit, L. 2. et B. *si sese doceri sivissent* ejusdem codex C. *si se doceri sentissent* Latinii Neapol. *si se doceri sensissent* Florent. Leid. ambo. Harlej. 1. Fragm. Hav. a m. 1. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. Neque aliter praeferunt Voss. ambo; penultimae tamen literae *τοῦ sensissent* nota adjecta est, qua librarii aliquid inducendum significare solent, quasi legendum foret *si se doceri sensisset*, quod etiam superest in Harlej. 2. Ex his patet, quidquid dicat Gebhardus, quam proxime ad integerrimorum codd. scripturam accedere conjecturam Rhenani, *si edoceri se sissent*, quam Gro-

di velut hereditaria cura sibi a majoribus tradita esset, concilium plebis non impediturum. Hunc ducem secuti, 7
nequidquam reclamantibus tribunis, in clivum Capitolinum erigunt aciem. adjungitur et Tusculana

novius non modo probavit, sed anno 1665. etiam in contextum recepit. *edocere* verbum est Livio amatum. 24, 24, 6. *Quum omnia ordine edocuisset.* 27, 39, 9. *Fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, satis edocuerat, viam tantum Alpes esse.* c. 41, 7. *Tempus exsurgendi ex insidiis et adgrediendi hostem Ti. Claudium Asellum edocet.* c. 43, 3. *Edocuerunt, literas se ab Hasdrubale ad Hannibalem ferre.* 37, 25, 14. *Legatus ab Roma venit, et edocuit, quanto et spes victoriae certior Romanis, quam Antiocho, et amicitia sanctior firmiorque apud Romanos futura esset.* (* ubi vide.) Idem etiam apud alios frequens esse constat ex Cl. Cortio ad Sallustii Catil. 48. Praeterea contractio illa verbi *sissent*, pro *sivissent*, similiter Livio familiaris est. Infra 27, 6, 8. *Sibi continuari consulatum, nisi id bono publico fieret, profecto numquam sisset.* 35, 5, 11. *Si restitui ordines sissent, integro rursus eos proelio et dubio dimicaturos.* Quibus locis, stupore scribarum corruptis, veram lectionem Gronov. restituit. Ita *desisse* 9, 46, 3. *Quem aliquanto antea desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius.* ita enim plurium codd. fide legendum, pro *desiisse.* Vide, quae ibi notantur. Similibus autem contractionibus Livium etiam in aliis verbis gavisum fuisse, patebit ex illis, quae infra dicenda erunt ad 6, 18, 10.

Quae fruus a tribunis occulta in lege ferretur] *ub tribunis* Voss. 2. Leid. 1. Haverk. Fragm. Hav. et, quas vidi, edd. usque ad Curionem, qui *a tribunis* substituit.

Memorem cognominis, quod populi colendi] Haud dubie, *quo populi colendi velut haereditaria cura sibi a majoribus tradita esset.* J. FR. GRON. *quod populi colendi*, ut ante Gronovium legebatur, superest in Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Id vero, quod ei substituebat Gronov. vix legitur in Harlej. 2. et Haverk. idem tamen se quoque in Oxon. L. 2. et B. invenisse Hearne profitetur. Non video autem, cur vetus lectio displiceat. Eam itaque, quam Gronovius loco moverat, revocavi. Frequenter librarii in vocibus *quo* et *quod* commutandis lapsi sunt. V. infra ad 36, 33, 3. Mox *consilium plebis* Portug. et Haverk. Male. Intelliguntur enim comitia, quae *concilium*, non *consilium*, vocantur. V. Gronov. ad 44, 2, 5. In ea voce hoc sensu saepe lapsi sunt scribae. V. ad 24, 37, 11.

§. 7. *Hunc ducem secuti, nequidquam reclamantibus tribunis*] *nequidquam secuti*, transpositis male vocabulis, Haverk. *inequiquam reclamantibus* Leid. 1. Sed in principio vocis male repetita est ultima litera praecedentis. V. ad 37, 29 8. De orthographia autem τοῦ *nequiquam* v. infra ad 40, 47, 9.

In clivum Capitolinum erigunt aciem] *exigunt* Lipsiens. Male. Supra 2, 31, 5. *Perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.* 10, 26, 8. *In colle,*

legio. certare socii civesque, utri recuperatae arcis suum decus facerent. dux uterque suos adhor-
8 tatur. Trepidare tum hostes: nec ulli satis rei, praeterquam loco, fidere. trepidantibus inferunt signa Romani sociique. Jam in vestibulum perruperant templi, quum P. Valerius, inter primores
9 pugnam ciens, interficitur. P. Volumnius consularis vidit cadentem. is, dato negotio suis, ut corpus obtegerent, ipse in locum vicemque consulis provolat. Prae ardore inpetuque tantae rei sensus

qui inter urbem et castra erat, aciem erexit. ubi plura vide. *erigere* autem et *exigere* etiam alibi commutantur in scriptis. V. infra ad 6, 2, 1. Mox verbis sequentibus *Tuscula legio*, pro *Tusculana*, est in Leid. 1.

Certare socii civesque, utri recuperatae arcis suum decus facerent] Ita sola Andreae editio. Ceteri, Pall. tres et Camp. *ut recuperatae arcis suum decus facerent.* GEBH. *ut recuperatae arcis* etiam Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Sed alterum in fide dignioribus codd. superest. V. ad 26, 48, 8. [*certavere* Veith. *ut* pro *utri* idem.]

Dux uterque suos adhortatur] *adhortantur* Portug. [Veith.] de qua loquendi forma consule, quae notantur ad 23, 46, 5. Unius tamen illius fide, ita Livium hic scripsisse, praestare non audeo. [Mox §. 8. *loco fides* Veith.]

§. 8. *Jam in vestibulum perruperant templi*] *Jam vestibulum templi perrumperant* Haverk. Praepositio hic est necessaria. Indicat enim perrupisse usque in vestibulum. at *perrumpere vestibulum* notat ulterius etiam pervenisse, perrumpendo vestibulum transiisse. (* v. ad 3. 6, 9.) Praepositionem autem elisit ultima litera vocis proximae *jam.* V. similia exempla ad 10, 13, 3. *preruperant* est in Leid. 2. et Gaertn. *proruperant* in Portug. Fragm. Hav. et. Neapolit. Latinii [Veith.] *perrumperant* in Harlej. 2. quae varietas lectionum ex non intellecta nota, qua prima syllaba perscribebatur, nata est. V. ad 4, 39, 4.

Quum P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur] *tum P. Valerius* Haverk. et Lipsiens. solito scribarum errore. V. ad Epit. Liv. 48. Insuper *inter priores* Fragm. Hav. a m. 1. Passim voces *priores* et *primores* commutarunt librarii. Vide, quae infra dicentur ad 37, 43, 10. Deinde *pugna ciens* Lipsiens.

§. 9. *P. Volumnius consularis*] *P. Volumius* Portug. et Haverk. *P. Voluminius* Leid. 2. V. ad 3, 10, 5. Mox *ut vidit cadentem*, prima voce addita, Gaertn. Male.

Ipse in locum vicemque consulis provolat] Prima vox exsulat ab Haverk. sed eamdem agnoscunt ceteri omnes.

§. 10. *Multi exsulum caede sua foedavere templum*] *Multi exsules* Voss. 2. τὸ *exsulum* pri-

non pervenit ad militem: prius vicit, quam se pu-
gnare sine duce sentiret. Multi exsulum caede sua 10
foedavere templum; multi vivi capti; Herdonius
interfectus. Ita Capitolium recuperatum. De ca-
ptivis, ut quisque liber aut servus esset, suae for-
tunae a quoque sumtum supplicium est. Tuscula-
nis gratiae actae: Capitolium purgatum atque lu-
stratum. In consulis domum plebes quadrantes, ut 11
funere ampliore efferretur, jactasse fertur.

XIX. Pace parta, instare tum tribuni Patribus, 1

mo omissum erat in Fragm. Hav. sed mox eadem manu adscriptum est *Multi consulum*, pro quo deinde manu altera emendatum fuit *Multi exsulum*. Postea *sua caede templum foedavere* trajectis dictionibus Gaertn. *foedare*, pro *foedavere*, Lipsiens. Paullo post *multi viri capti*, pro *vivi*, Portugall. V. infra ad 4, 59, 7.

Suae fortunae a quoque sumtum supplicium est] Id est, *conveniens cujusque fortunae*, Perizonius ad Sanctium 2, 12. 1. *crux servis reposita, gladius aut securis libero*, ait Lipsius 1. de cruce 12. Sed quod *gladium* dicit, id vix convenit illi tempori. V. ad Florum 2, 5, 3. DUK. *fortunae suae* vocibus trajectis Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragment. Hav. [Veith.] Deinde *ab quoque* Haverk. *a quoquam* Portug. *a quocumque* Leid. 2. Male. *quoque* enim pro quocumque ponitur. Supra 1, 24, 3. *Foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut, cujusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret.* ubi plura vide. Denique *supplicium sumtum est* Leid. 2. et Fragm. Hav. Paullo ante *liberavit*, pro *liber aut*, Leid. 1. et Harlej. 1. *liberaverit* Lipsiens. in contextu a m. 1.

§. 11. *Plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur*] Incessiit nostros libros Palat. pr. ac tert. nescio quae vesania, repraesentantes *referretur*. GEBH. *plebs* Voss. 2. et Fragm. Hav. Sed ita consueverunt turbare librarii. V. ad 1, 20, 6. *plebis* Gaertn. *plebem* Harlej. 2. et Haverk. *fertur plebem jactasse* eodem modo dictum foret, quo *traditur regem se abdidisse.* Vide, quae de hoc genere loquendi notata sunt ad 1, 31, 8. Tum *ut funere a proelio referretur* Voss. 1. Sed in margine postea m. 2. emendatum est *funere ampliore. referretur* autem habent etiam Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. *ferretur* vero Florent. Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. *efferretur* unice verum est: quod verbum funebre esse, supra vidimus ad 2, 16, 7. *Tà jactasse fertur* exsulant ab Haverk.

§. 1. *Parta pace*] Est in cod. Vormac. *Pace parta*, non *Parta pace*. RHEN. In ordinem, in quem Rhenanus volebat, digesta vocabula supersunt non modo in

ut P. Valerii fidem exſolverent: inſtare Claudio, *ut collegae Deos manes fraude liberaret, agi de lege sineret.* Conſul, *antequam collegam sibi subrogaſſet,* ne-
2 gare, *paſſurum agi de lege.* Hac tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi. Decembri mense, summo Patrum ſtudio, L. Quinctius Cincinnatus, pater Kaesonis, conſul creatur, qui
3 magiſtratum ſtatim occiperet. Perculsa erat plebes,

codd. meis, etiam in Florent. sed et in omnibus, quas vidi, edd. *Pace parata* habet Voſſ. 2. non bene. V. infra ad 5, 1, 1. Mox *instare tamen*, pro *tum*, Lips. solito errore. V. mox ad §. 11. et ad 22, 17, 5. Deinde *fidem solveret*, pro *exsolveret*, idem Lipsiens. recte aliis omnibus vulgatam lectionem tuentibus. Liv. 22, 23, 8. *Fidemque publicam inpendio privato exsolvit.* Plin. 2. Epiſt. 12. *Inplevi promissum, priorisque epistolae fidem exsolvi.* Ubi Cl. Corte commodum laudat locum Lucani 9, 98.

Exsolvi tibi, Magne, fidem, mandata peregi.

V. ad 2, 32, 2.

Antequam collegam sibi subrogasset] *antequam collegam sibi subrogaret* Portug.

§. 2. *Haec tenuere contentiones*, Palat. pr. ac tertius *Hae tenuere.* sec. *Heae tenuere.* GEBHARD. *Haec tenuere contentiones* librariorum culpa praefert Gruteri prior editio, inde notae Gebhardi praeſcribitur. Idem error committitur in Portug. Lipsiens. [Veith.] et a m. 1. Fragm. Hav. *Hee* habet Gaertn. V. supra ad 2, 44, 12.

Comitia consulis subrogandi] Nihil variant codices, qua scripti, qua editi: quare etiam lectioni receptae controversiam movere non audeo. Dicendum tamen cenſui, magis placiturum, si legi poſſet *comitia consuli subrogando.* De qua locutione dictum ad 2, 8, 3. — Nihil tamen mutandum nunc videri, monui ad 10, 11, 3. Simili modo *comitia ferendae legis* divit Liv. 45, 35, 7.

Qui magistratum statim occiperet] *acciperet* Voſſ. 2. Leid. 2, Harl. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. N. et C. Sed male. Infra 31, 50, 6. *Comitiis aediles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent.* Ad quem locum plura notantur.

§. 3. *Perculsa erat plebes, consulem habitura iratum*] Palat. tertius *proculsa.* GEBH. *proculsa* natum eſt ex ſtupore librariorum non diſtinguentium notas, qua voculae *per* et *pro* exarari solebant. Vide, quae notantur ad 9, 10, 7. *percussa* eſt in Voſſ. 1. Solent autem paſſim voces *perculsus* et *percussus* in Mſtis commisceri. V. ad 34, 15, 2. Deinde *plebs* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. Hujus erroris plura exempla v. ad 1, 20, 6. Mox *potentum favore Patrum* male Haverk. [*res poposcerat* Veith.]

consulem habitura iratum, potentem favore Patrum, virtute sua, tribus liberis, quorum nemo Kaesoni cedebat magnitudine animi; consilium et modum adhibendo, ubi res posceret, priores erant. Is, ut 4
magistratum iniit, assiduis concionibus pro tribunali, non in plebe coërcenda, quam senatu castigando, vehementior fuit: *cujus ordinis languore perpetui jam tribuni plebis, non ut in republica populi Ro-*

§. 4. *Non in plebe coërcenda, quam senatu castiganda, vehementior fuit*] Magna hic multorum codd. constantia, quasi *senatus* etiam sit generis feminini, quod imitationem habere videtur ad Graecam dictionem βουλὴν vel σύγκλητον. Nec rarum est, ubi in genere sic graecissimus. NANN. *tam in plebe coercenda, quam* Harlej. 2. *non tam in plebe coërcenda, quam* Haverk. et a manu altera Portug. Deinde *quam in senatu* Voss. 1. et Leid. 2. quod recipiendum putarem, si plurium codd. auctoritas firmaret. Solet enim passim Livius post voculam *quam* praepositiones iterare, quae praecesserunt. V. ad 4, 58, 4. Ceterum quinam multi illi codd. fuerint, quos Nannius *senatu castiganda* magna constantia legere profitetur, haud scio; et quidem tanto minus, quos antea alterius, quam Buslidiani, non meminerit. At illud adfirmare possum, *senatu castigando* constanter superesse in scriptis et tantum non omnibus editionibus. Basileenses enim demum anno 1539. *castigande* dederunt, sine dubio operarum lapsu, quem tamen duae vel tres insecutae servarunt, et inter eas editio Curionis, cujus margini vir doctus adscripsit, forte legendum esse *castigando*. Neque Latinae linguae ratio permittit, ut aliter loqui possimus. Numquam etiam scriptores Latinos aliter locutos puto. Quis, quaeso, aequo animo ferret scriptorem, qui dicere sustineret, *liber magna*, vel *liber magnum*, quia Graecis ἡ βίβλος et τὸ βιβλίον in usu est? Nonne dignissimus foret, ut ab omnibus exploderetur, qui sibi permissum crederet dicere *plebs Romanus*, quia Graecis δῆμος est generis masculini? Existimandum igitur, si qui codices *senatu castiganda* exhibeant, eorum librarios dormitasse, ac perperam lapsos esse. Paullo ante *assiduus concioni*, pro *assiduis concionibus*, est in Lipsiens. initio *magistratum init* Florent.

Cujus ordinis languore perpetuo jam tribuni plebis] Vitiata sunt verba. corrige, *cujus ordinis languore perpetui jam tribuni plebis. Perpetuos* dicit, quod iidem subinde reficerentur. Id quod ex praecedentibus magis liquet, et ex eo, quod mox sequetur, *loquaces, seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos pessimis artibus ac regia licentia vivere.* ubi observandum in archetypo nostro scriptum esse, *iterum ac tertium tribunos*, non *tertio tribunos*. Huc facit, quod infra dicit [c. 29, 8.] *Plebes*, inquit, *vicit, ut quintum eosdem tribunos crearent.* et ibi mox [c. 30,

mani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque
5 *regnarent. Cum Kaesone filio suo virtutem, constantiam, omnia juventutis belli domique decora pulsa ex urbe Romana et fugata esse. loquaces, seditiosos, semina discordiarum, iterum ac tertium tribunos pessimis ar-*
6 *tibus regia licentia vivere. A.* inquit, *ille Virginius, quia in Capitolio non fuit, minus supplicii, quam Ap.*

6.] *Id*, inquit, *modo excepere, ne postea eosdem tribunos viderent.* RHEN. *languore perpetuo* superest in Harlej. utroque, Gaertn. Portug. a m. 2. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. Hearnii Oxon. L. 2. et C. Sed *perpetui jam tribuni*, ut Rhenanus recte volebat, est in Florent. Voss. utroque, Leid. utroque, Portug. a m. 1. Lipsiens. Fragm. Hav. a m. 1. et Neapolit. Latinii. Infra 3, 67, 2. *Ubi decemvir ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini civium infestus, virginem ingenuam clienti dono dederit.* 6, 40, 7. *L. illum Sextium et C. Licinium, perpetuos* (*si Diis placet*) *tribunos, tantum licentiae novem annis, quibus regnant, sumsisse.* c. 41, 3. *Omitto Licinium Sextiumque, quorum annos in perpetua potestate, tamquam regum, in Capitolio numeratis.* Et eo sensu eos *semper tribunos plebis* vocat eodem c. 40, 9. *Sed quae tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis habeamus.*

Non ut in republica populi Romani, sed ut in perdita domo, lingua criminibusque regnarent] *non in republica Romana* Portug. *non ut in remp. populi Romani* Gaertn. Praeterea *in perdita modo lingua*, literis transpositis, Florent. Voss. 1. Leid. uterque, Harlej. uterque, Gaertn. et Fragm. Hav. *sed ut imperdita modo* Lipsiens. Alibi non raro ita in hac voce librarii lapsi sunt. V. ad 39, 13, 3. *in perdita domo modo lingua* Portug. et Haverk. quorum librarii utramque lectionem exprimere voluerunt, quemadmodum saepe ab hoc hominum genere factum est. V. infra hoc lib. c. 44, 4. et hoc cap. §. 7. Denique *criminibusque quae regnarent* Leid. 1. Forte librarius scribere cogitavit *criminibus quoque regnarent*, quemadmodum exstat in Harlej. 2. Sed et ita passim librarii errarunt. V. infra ad 5, 27, 1. *criminibusve regnarent* Gaertn. V. infra ad 24, 10, 2.

§. 5. *Omnia juventutis belli domique decora pulsa ex urbe Romana*] *domi bellique decora* Voss. 1. et Leid. 2. Sine discrimine modo *belli domique*, modo *domi bellique*; similiter *militiae domique*, et *domi militiaeque* Livius dixit. Adi exempla supra conlata ad 1, 34, 12. Deinde *ex urbe Ro.* per compendium Haverk. ut incertum relinquat, utrum *ex urbe Romana*, an *ex urbe Roma*, Livius dederit. Similia compendia caussa fuerunt, cur toties varie in Mstis et editt. modo *urbs Roma*, modo *urbs Romana* datum fuerit. de quo infra v. ad Epit. Liv. 49.

Loquaces, seditiosos, semina discordiarum] Palat. pr. *letales, seditiosos.* GEBH. Similiter et-

Herdonius, meruit? plus hercule aliquanto, qui vere
rem aestimare velit. Herdonius, si nihil aliud, hostem
se fatendo prope denunciavit, ut arma caperetis: hic,
negando bella esse, arma vobis ademit, nudosque servis
vestris et exsulibus objecit. Et vos (C. Claudii pace, et 7
P. Valerii mortui loquar) prius in clivum Capitolinum
signa intulistis, quam hos hostes de foro tolleretis? Pu-

ſam Voſſ. 2. *locaces* Klockian. V. Doct. Kannegiet. Diſſert. de aet. et ſtilo Aviani c. 20. *loquaces* vocat, quos modo in republica populi Romani *lingua criminibusque regnare* dixerat. *et loquaces* habet Haverk.

Iterum atque tertium] Non scio, quam bene dicat *tertium*. Nam hae actiones Quinctii et senatusconſultum de tribunis non reficiendis praeceſſerunt earum refectionem in tertium annum, de qua infra c. 21. agit, et diserte Dionysius 10, 19. DUKER. Hanc lectionem primum invenio in edit. Basil. anni 1539. Antiquiſſimae exhibent *iterum ac tertio*; quod etiam supereſt in Voſſ. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Fragment. Hav Lipsiens. Gaertn. et Portug. Pro eo Rhenan. se in cod. suo reperiſſe teſtatur ad §. praec. *iterum ac tertium*; et ita edidit Froben. anno 1535. neque aliter praeferunt Leid. 1. et Harlej. 1. sed voce omiſſa *semina discordiarum iterum ac tribunos* Haverk. Quum itaque illud *atque* in nullo cod. occurrat, ejus loco *ac* reſtituendum putavi.

§. 6. *Aulus, inquit, ille Virginius*] *Appius, inquit, ille* Haverk. V. supra ad c. 11, 9. *Verginius* Voſſ. 1. Leid. uterque, et Gaertn. V. ad 2. 17, 1. *non fuit, non minus supplicii* Lipsiens. a m. 2. secundum quam lectionem interrogatio tollenda erat. Sed melius illud poſterius *non* exſulat a reliquis.

Qui vere rem aestimare velit] *qui nunc rem* Portug. a m. 1. *qui nunc vere rem* a m. 2. Deinde *extimare* Voſſ. ambo, Haverk. Fragm. Hav. Gaertn. Lipsiens. et Portug. a m. 1. ubi a m. 2. repositum eſt *existimare*, quod servat et Harlej. 2. Saepe verba *aestimare* et *existimare* confundi solent. V. ad 34, 2, 5. Infra 34, 27, 1. *Quum terra marique tantum belli circumstaret tyrannum, et prope nulla spes esset vere suas hostiumque aestimanti vires.* ubi vide. Vox *velit* male aberat a Voſſ. 2.

§. 7. *Et vos (cum C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)*] Expunge praepoſitionem *cum*, et scribe *Et vos (C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar.)* RHEN. Hanc lectionem *C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar* bene reſtituit Campanus ad normam Latinae linguae. Propertius l. 2. [Eleg. 19, 40.]

Calve, tua venia, pace, Catulle, tua.

et alius, [apud Cicer. 1. de Nat. Deor. 28.]

Pace mihi liceat, coelestes, dicere vestra.

Liv. 10, 7, 12. *Pace dixerim Deûm.* Petronius [2.] *Pace vestra liceat dixisse, primi omnium eloquentiam perdidistis.* Juvenalis Sat. 11, 193.

det Deorum hominumque. quum hostes in arce, in Capitolio essent, exsulum et servorum dux, profanatis omnibus; in cella Jovis optimi maximi habitaret, Tus-
8 *culi ante, quam Romae, sumta sunt arma. In dubio fuit, utrum L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam arcem liberarent:*

— — — *ac mihi pace*
Inmensae nimiaeque licet si
dicere plebis.

Nihilominus Pall. *cum Claudii pace et P. Valerii mortui loquar.* Amplius Andreas, *cum C. Claudii.* GEBH. *Et vos (cum Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Voss. 2. Harlej 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *Et vos (cum Claudii et P. Valerii pace mortui loquar)* Fragm. Hav. *Et nos (cō Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Lipsiens. *Et vox (ut Claudii pace et P. Valerii mortui loquur)* Gaertn. *Et vos (C. Claudii et P. Vulerii pace mortui loquar)* Leid. 2. *Et vos (C. Claudii pace et P. Valerii mortui loquar)* Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. consentientes codici, quem recte Rhenanus secutus est. Ovidius 6. Fast. 656.

Pace velim doctae verba referre Deae.

ubi locutionem illam ex eodem poëta aliis conlectis exemplis inlustravit Nic. Heinsius: quibus adde illud ex 3. ex Pont. Epist. 1, 9.

Pace tua dixisse velim: tu pessima duro
Pars es in exilio, tu mala nostra gravas.

et aliud ex 3. Am. El. 2, 60.

Pace loquar Veneris: tu Dea major eris.

Apud Cic. haec eadem formula frequens est. Pro Mil. 38. *Pace tua, patria, dixerim; metuo enim, ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie.* 5. Tuscul. 5. *At hercule Bruto meo videtur; cujus ego judicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.* et saepe alibi. Ita et Vellej. Pat. 1, 17. *Pace P. Crassi Scipionisque, et Laelii, et Gracchorum, et Fannii, et Ser. Galbae dixerim.* 2, 129. *Pace majestatis ejus dixerim.* Quinctil. 1. Inst. 6. pag. 73. *Pace dicere hominis eruditissimi liceat.* Ejusdem generis est *venia vestra liceat legere* infra 6, 40, 10. *Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere, quas salubres nob s censemus esse.* Non tamen existimandum, alterum *cum C. Claudii pace* in normam Latinae linguae peccare. Certe eo usus est Arnobius 1. contra gent. p. 5. *Cum pace hoc vestra et cum bona venia dixerim.* Nec video, quid intersit inter locutionem *cum pace dicere*, et inter alteram *cum bona venia audire*, qua utitur Livius infra 29, 17, 6. *Cum bona venia, quaeso, audiatis, Patres conscripti, id, quod invitus dicam.* V. ad 28, 37, 3. Hic tamen ex optimorum codd. consensu τὸ *cum* delendum puto, quod natum fuisse videtur ex Claudii praenomine *Cajus*, sive litera ejus initiali *C.* unde reliqui codd. *cum* servantes, illud praenomen ignorant: quod tamen vix omitti poterat, quod *P. Valerii*, praenomine addito, mox sequatur. In primis autem editionibus, *cum C. Claudii pace* exhibentibus, duplex lectio *cum*

et qui ante Latinos, ne pro se quidem ipsis, quum in finibus hostem haberent, adtingere arma passi sumus; nunc, nisi Latini sua sponte arma sumsissent, capti et deleti
eramus. Hoc est, tribuni, auxilium plebi ferre, iner- 9
mem eam hosti trucidandam objicere? Scilicet, si quis vobis humillimus homo de vestra plebe, (quam partem,

Claudii et *C. Claudii* juncta videtur, ut saepe fieri solebat. V. supra hoc cap. ad §. 4.

Prius in clivum Capitolinum signa intulistis] *primus* est in Lipsiens. (* v. ad 10, 41, 14.) Eodem modo *priores* et *primores* passim commutantur. V. infra ad 37, 43, 10. Tum *in divinum*, pro *in clivum*, Lipsiens. idem. [*Capitolinum in signa* Veith.] Dein *obtulistis* Fragm. Hav. a m. 1. Sed supra v. ad 2, 53, 1. Mox *tolleritis* Haverk. *tulleretis* Lipsiens. *tuleretis* Voss. 1. a m. 1. sed altera in margine emendavit *tolleretis*.

Exsulum et servorum dux, profanatis omnibus, in cella Jovis optimi maximi habitaret] Palat. pr. *prostinatis omnibus*. GEBH. *dux exsulum servorumque* Haverk. Tum *Jovis optimi maximique* Leid. 1. quod Voss. 1. in marg. praefert. Male. V. ad 4, 2, 8.

Tusculi ante, quam Romae, sumta sunt arma] *Tusculani* Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. contrario errore *Tuscula legio*, pro *Tusculana*, supra erat in Leid. 1. cap. praec. §. 7. Praeterea *sumta fuerint arma* Fragm. Hav. et Gaertn.

§. 8. *In dubio fuit, utrum*] *In dubium fuit* vetustiores excusi usque ad Aldum, qui dedit *in dubio* concinentibus omnibus nostris. V. supra hoc lib. c. 8, 9.

L. Mamilius Tusculanus dux, an P. Valerius et C. Claudius consules Romanam arcem liberarent] Palat. pr. ac tertius *et Censurius Claudius*. GEBH. *L. Manilius* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 2. *L. Manlius* Haverk. *L. Mamilius* Leid. 1. Harlej. 1. Portug. a m. 1. et Fragm. Hav. V. ad cap. praec. §. 2. Tum *et Censurius Claudius* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. *et Cesurius Claudius* Lipsiens. *et Censorius Claudius* Fragm. Hav. Sed hi librariorum sunt errores.

Ne pro se quidem ipsis, quum in finibus hostem haberent, adtingere arma passi sumus] Palat. tertius *accingere*. V. Crepund. 1, 2. GEBH. *hostes haberent* Voss. 1. et Leid. 2. *attingere* constanter retinent omnes nostri, quorum consensui unius Palat. tertii auctoritas obesse non debet. *Tò accingere*, quod Gebhardus in membranis illis invenit, natum est ex similitudine literarum c et *t*, quas saepe inter se mutari testatur Salmas. ad Solin. p. 133. (* v. ad 6, 35, 2.) Quod hic *adtingere* dixit, supra *retractare* vocavit 2, 30, 8. *Oratores Latinorum a senatu petebant, ut aut mitterent subsidium, aut se ipsos tuendorum finium caussa capere arma sinerent. Tutius visum est, defendi inermes Latinos, quam pati, retractare arma.* Paullo ante *qui ante Latinos*, omissa copula *et*, Lipsiens. Mox vero verbis se-

velut abruptam a cetero populo, vestram patriam peculiaremque rempublicam fecistis) si quis ex his domum suam obsessam a familia armata nunciaret, ferendum auxilium putaretis. Jupiter optimus maximus, exsulum atque servorum septus armis, nulla humana ope

quentibus *Latini nunc nisi sua sponte* alio ordine primae editiones. Aldus primus restituit id, quod nunc editur, cui consentiunt omnes codd. nostri. [*sumus, sed nisi Latini* Veith.]

§. 9. *Inermem eam hosti trucidandam objicere*] Vir doctissimus suis ad me literis conjiciebat *an inermem*. quasi rogaret, utrum tribuni ita agendo auxilium plebi ferrent, an potius eam inermem hosti trucidandam objicerent. Nihil tamen innovandum puto. Rogat enim Quinctius, an tribuni plebem inermem hosti objiciendo eidem auxilium ferrent? utrum eo ipso, quod inermem hosti objicerent, illam defenderent a patriciorum inpotentia ac tyrannide? Ceterum *obicere* hic iterum Leid. ambo, Portug. a m. 1. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 2, 10, 9.

Scilicet, si quis vobis humillimus homo de vestra plebe] Palat. sec. *si quis e vobis*. Est commentum correctoris, ignoratum melioribus codd. et libris impressis. GEBH. *si quis e vobis* etiam Haverk. perpetuus Palatini sec. assecla; quod recte Gebhardus falsi arguit. Illud enim *vobis* pendet ex postea sequenti *nunciaret*. *nobis* perperam est in Leid. 2. *vobis* scilicet tribunis plebis. sequitur enim *putaretis*. Saepe alibi ita peccari, infra dicam ad 34, 2, 2. Praeterea *Si licet*, pro *Scilicet*, Voss. 1. et Leid. 2. neque aliter Leid. 1. cujus tamen cod. librarius errore deprehenso mox *Scilicet* emendavit. V. Nic. Heinsium et Broekhus. in libello var. lect. ad Tibull. 1. El. 1, 38. Frater. in Epist. Philol. 4. p. 388. Cel. Burm. ad Calpurnii Ecl. 3, 73. et quae infra hoc lib. notantur ad c. 71, 3. ad 4, 5, 3. et alibi. (* 7, 13, 3.)

Quam partem, veluti abruptam a cetero populo] *velut*, pro *veluti*, Florent. Gaertn. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Haverk. et Fragm. Hav. pro quo cur primis editoribus *veluti* placuerit, incertum est; nisi ita forte in exemplari, quod expresserunt, deprehenderint. Deinde *arruptam* Leid. 2. *abrutam* Leid. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox *nostram patriam*, pro *vestram*, Lipsiens. Tum *intraret*, pro *nunciaret*, Leid. 2. *nunciare* Lipsiens.

§. 10. *Quibus ipsi Dii neque sacri neque sancti sunt*] V. Brisson. de Verbor. signif. voce *Sacra*. Hotomann. in comment. verb. Jur. voce *Sanctum est*. Festum v. *Sacer*. *Sacratae leges*. *Sacrosanctum*. et *Sanctum*. Macrob. 3, 3. KLOCK. *quibus ipsi Dii neque sancti sunt* Voss. 2. Lipsiens. et Leid 2. duabus mediis vocibus omissis. *quibus ipsi Dii sacri neque sancti sunt*, earum una exsulante, Harlej. 1. *quibus ipsi neque Dii*, *neque sancti sunt* Haverk. ubi jam altera excidit. *quibus ipsi neque Dii sacri*, *neque sancti sunt* Harlej. 2. Paullo ante *sacrosancti hic habeantur*, addita media voce, Gaertn.

dignus erat? et hi postulant, ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi Dii neque sacri, neque sancti sunt? At e- 11
nim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? Tum hercule illo die, quo ego consul sum creatus, male gesta respublica est, pejus

§. 11. *At enim, divinis humanisque abruptis legibus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis*] Foede est depravatus hic locus. Nam pro *abruptis legibus*, scribendum est *obruti sceleribus* hoc modo. *At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis?* Porro vocat *divina scelera*, quae in Deos sunt commissa, dum non a sacrilegis propugnantur: quod vocabulum hic aliquem offendit. Sic vocat *divinas et humanas res* l. 5, [23, 7.] *Atque, iis divinis,* inquit, *humanisque rebus gestis, dictatura se abdicavit.* item *humanas opes* eodem libro paullo ante [c. 22, 3.] *Quum jam,* inquit, *humanae opes egestae a Vejis essent.* Et infra *Salvo etiam tum,* inquit, *discrimine divinarum humanarumque rerum.* RHEN. Non aliter cdd. antiquissimae, quam *At enim divinis humanisque obruti sceleribus.* Codices Pall. paullo secus: quorum primus ac sec. *Etenim, divinis humanisque sceleribus obruti.* at tertius accedit lectioni, quae seculo Rhenani vulgabatur *Et enim, divinis humanisque sceleribus abruptis.* Mox tres codd. habent *dictitastis*, ut et Campanus, restitante Andrea. GEBH. *At enim, divinis humanisque abruptis legibus*, ut olim tempore Rhenani edebatur, non modo apud Aldum primum inveni, sed in nullo etiam cod. mihi obvium fuit. Priores excusi id servant, quod nunc vulgo circumfertur: at codices non nihil variant. *Etenim, divinis humanisque abruptis sceleribus* est in Voss. 1. et Leid. 2. *Etenim, divinis humanisque obruptis sceleribus* in Leid. 1. *Etenim, divinis humanisque sceleribus obrutis* in Lipsiens. *Etenim, divinis humanisque sceleribus obruti* in Voss. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *humanisque obruti sceleribus* Florent. Doujatius tamen vulgatum defendit, id non ineptum sensum habere existimans: tribunos enim abrupisse leges divinas prodendo hostibus Capitolio; abrupisse autem leges humanas propagando ultra morem magistratu et minando, se legem patriciis ingratam laturos. Vel eos abrumpere leges divinas et humanas eo ipso, quod legem suam perferre velint contra leges divinas simul et humanas, a Romulo praesertim, qui in Deorum numerum relatus est, latas, de publicis rebus non nisi accedente senatus auctoritate gerendis, praesertim quod ad creandos magistratus ferendasque leges adtineret. Ideo autem altera lectio, *divinis humanisque obruti sceleribus*, ipsi displicebat, quia *divinus* de illis usurpari, quae in contemtum Deorum fiant, se legere non meminerat. Verum est, non satisfacere, quae voci huic eo sensu inlustrandae Rhenanus adtulit, non tamen et alterum illud *divinis humanisque abruptis legibus* probare possum, quod a nullo cod. firmatur. Fateor igitur, aquam mihi haerere, et lo-

multo, quam quum P. Valerius consul periit, si tuleri-
12 *tis. Jam primum omnium,* inquit, *Quirites, in Volscos et Aequos mihi atque collegae legiones ducere in animo est. Nescio quo fato magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, si Capitolium ab exsulibus obsessum scis-*

cum hunc majori adhuc luce indigere. Ceterum *leges*, pro *legem*, Fragm. Hav. Sed de una lege Terentilla agitur. Denique *dictitastis* Voss. 2. Portug. Gaertner. et Haverk. neque aliter Fragment. Hav. a m. 2. quum antea *dicastis* exaratum exstitisset. Ego meliores codd. sequor, qui a vulgato *dictitatis* non recedunt. [*Etenim divinis humanisque sceleribus aliis omnibus obrutis legem nos hoc anno perlaturos dictitastis* Veith.]

Tum, hercule, illo die, quo ego consul sum creatus, male gesta est respublica] In veteri libro est *gesta respublica est.* RHEN. Ita etiam est non modo in omnibus meis codd. etiam in Florent. sed et in priscis excusis usque ad Aldum, qui ordine inverso *gesta est respublica* dederat. Praeterea *Tamen hercule* Lipsiens. V. supra hoc cap. ad §. 1. Deinde *τὸ ego* non comparet in Portug. quod reliqui constanter servant.

Quam quum Valerius consul periit] Nescio, unde factum sit, ita Cl. Jac. Gronovium edidisse annis 1678. et 1679. quum alii omnes, qua scripti, qua excusi, praeferant *quum P. Valerius.* Nisi forte id lapsu librariorum evenerit, quem tamen ultima Amstelaedamensis ed. fideliter servavit. Praenomen itaque omissum pristino loco restitui.

Si tuleritis] Atqui jam latam fuisse intelligitur ex eo, quod modo dixit, *legem vos hoc anno perlaturos dictitatis.* et quod c. 16. *Si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant,* etc. *Concilium inde legi perferendae habere.* DUK. Immo si lata, certe nondum perlata erat. Supra c. 17, 9. *Nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium consul potuit.* V. etiam c. 18, 6. Infra c. 21, 2. *Neque tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab urbe exercitum educerent.*

§. 12. *Nescio quo fato*] Adscripta est haec lectio margini secundi Palat. cum alias in textu (ut vocant) ipso legeretur, quemadmodum conspicitur in primo et Campani ed. *nescio quo pacto.* Tertius, *nescio quo facto.* Sed de hac antiquitus scribendi ratione non tacui ad Propertium. Andreas favet hic meliori. GEBHARD. *nescio quo facto* scribunt Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. et Portug. Solent autem voces *fata* et *facta* in scriptis vetustis confundi. Vide, quae notantur infra ad 3, 40, 9. Sed quum *facto* sensui minus commodum esset, id postea mutatum fuit in *pacto.* Et ita jam praeferunt codices Voss. 2. Leid. 2. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Vocabula autem *factum* et *pactum* itidem in codd. priscis inter se permutantur. V. infra ad 4, 4, 10. Ex Harlejanis nihil notatum video, ut omnes *fato* praetulisse verosimile sit, quemadmodum praeferunt etiam libri typis ex-

ſent, ſuſpicari de praeterito, quam re ipſa experiri, eſt melius.

XX. Moverat plebem oratio conſulis: erecti 1
Patres reſtitutam credebant rempublicam: conſul alter, comes animoſior, quam auctor, ſuſcepiſſe collegam priorem actionem tam gravis rei facile

preſſi. Et id verum eſt. Simile fere infra obcurrit 26, 41, 9. *Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus.* ubi v. Gronov. Cic. pro Marcello 5. *Ad illa arma fato sumus nescio quo reipublicae misero funestoque compulsi.*

Magis bellantes, quam pacati, propitios habeamus Deos] Repone *habemus.* Nec cenſebit parvum hoc erratum doctus lector, ut contemni debeat. RHEN. Hujus lectionis *pacati propitios habemus Deos* inventores sunt Andreas atque Campanus. Auctor poſt modo Rhenanus. Pall. tres *habeamus*. GEBH. *habemus* eſt in primis edd. *habeamus* demum inveni in ed. Mediol. annorum 1495. 1505. Veneta anni 1498. tum in Mogunt. Et ita praeferunt omnes, quibus utor, codd. Verum ſenſus τὸ *habemus* defendit, et ſic eſt in Florent. Mox vox *populis* aberat a prioribus inpreſſis. addidit deinde Aldus, adſtipulantibus omnibus ſcriptis meis. in uno tantum Leid. 2. transpoſitis dictionibus eſt *ab illis fuerit populis.*

Suspicari de praeterito, quam re ipsa experiri, est melius] Τὰ *de praeterito* non leguntur in vetuſtis excusis. Ea primus addidit Aldus, quae etiam ab omnibus noſtris conſtanter agnoscuntur. *quam ipsam rem experiri* Harlej. 2. *quam ipsa re experiri* Lipsiens. et Haverk. *quam de re ipsa* Veith.] Terent. Heaut. 4, 6, 20.

CL. Ludis fortasse me. SY. Ipsa re experibere.

in Adelph. 5, 5, 7.

Hoc verum est, et ipsa re experiere propediem.

§. 1. *Erecti patres restitutam credebant rempublicam*] *erepti patres* male Harlej. 1. Alibi non raro ita ſcribae lapsi sunt. V. supra ad c. 5, 7. Tum *restitutam rempublicam credebant* Voſſ. 1. et Leid. 2.

Comes animosior, quam auctor] *comes magis animosior* Portug. Saepe ita τὸ *magis* abundare, et comparativis addi, infra videbimus ad 9, 7, 6. *Tristior deinde ignominiosae pacis magis, quam periculi, nuncius fuit.* Hic tamen, quod ceteri codd. diſſentiant, id probare non audeo. Deinde *quam auctior* Voſſ. 2. *quam actor* Portug. a m. 1. Eadem varietas lectionis paſſim obcurrit in libris ſcriptis. V. ad 1, 26, 5.

Suscepisse collegam priorem actionem tam gravis rei facile passus] Vox *rei* non comparet in Voſſ. 1. Leid. utroque, Harlej. utroque, Lipsiens. Gaertn. Klockian. Portug. et Haverk. Sed praeterea *actionem tam gravem facile passus* obferunt Haverk. et Portug. *actionem tum gravem facile passus* Harlej. 2.

Peragendi consularis officii partem ad se vindicabat] Cod. Borbetomagensis docet legendum, *in peragendis consularis*

passus, in peragendis consularis officii partem ad se

officii, partem ad se vindicabat. RHEN. *in peragendis consularis officii partem* vetustiores codd. habent. At *peragendi* in gignendi casu legit cod. Moguntinus. utro modo legeris, est sensus clarus. GLAR. Vet. lectio, *in peragendis consulariis consularem officii partem.* Hinc ego suspicatus sum, esse legendum *in peragendis consiliis consularis officii partem.* ut sit sensus consul alter comes animosior erat, quam auctor, ita ut ille consiliorum esset princeps, hic consilia ipsa exsequeretur, et consulari officio in ea re non deesset. SIG. Itane homines esse caecos, ut alterius figmenta recipiant pro legitimis auctorum verbis! Divinarat hoc modo Sigonius. Ceteri editores sine murmure obsecuti diffuderunt in omnes libros recentiores hanc frivolam jacturam. Contra Pall. et Andreae editio *in peragendis consularis officii partem ad se vindicabat.* Campanus vero ineptissime, *in peragendis consularis consularem officii partem ad se vendicabat.* Loritus quoque notat, in quibusdam legi *peragendi* casu patrio. GEBH. *in peragendis consiliis consularis officii partem ad se vindicabat* conjectura est Sigonii ex libro manu exarato, qui exhibebat *in peragendis consulariis consularem off. p.* Quam et dederunt omnem Campanus et Andreas, nisi quod *consularis.* Utra lectio sit sanior, digitis micare nihil attinet, quum utrumque sensus refutet. Moguntini: *passus, peragendi consularis officii.* Quinctium vult Sigonius principem fuisse consiliorum, collegam in exsequendis iis non defuisse. Atqui majoris est animi laudisque, generosum et audax consilium in actum deducere, quam concipere idem et promere. Livius omnino vult, Quinctium solum hanc actionem et suscepisse et peregisse; collegam quidem favisse et suscipienti et peragenti, neque impedisse, sed juvisse parum aut nihil; in aliis vero, quae sollenni more atque ordine consules administrabant, nomen sui magistratus probasse. Becharius, Veneti, Ascensius, Juntas, Gryphius, *in peragendis consularis officii partem ad se vindicabat.* Florent. *peragentis.* Voss. [prior] *peragendis consulariis consularem.* Helm. *peragendis consularibus consularem.* Possumus explicare, ut *peragenda consularis officii,* intellectu frequentissimo τοῦ *negotia,* sint, quae vulgo a consulibus geruntur, quae ordinaria sunt officii atque administrationis consularis. Ita solet uti Livius participiis pro orationibus finitis. l. 3, [33, 10.] *Ut demptum de vi magistratus populi libertati adjiceret.* Id est, quod dempsisset. l. 4, [16, 4.] *Refellit falsum imaginis titulum lege cautum, ne tribunis collegam adoptare liceret.* id est, quod cautum. l. 27, [37, 5.] *Libertas religione mentes turbavit rursus nunciatum, Frusinone infantem natum esse quadrimo parem.* l. 28, [12, 6.] *Post Hasdrubalis exercitum cum duce deletum, cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum.* l. 29, [10, 4.] *Libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de coelo lapidatum inspectis.* Et sic *exsequenda belli,* l. 27, [20, 3.] *Hasdrubal et Mago venere, serum post male gestam rem auxilium,*

se vindicabat. Tum tribuni, eludentes velut vana 2
dicta, persequi quaerendo, *quonam modo exercitum*

silio in cetera exsequenda belli haud parum opportuni. Sententia est ergo: non contendens cum collega de actione contra tribunos suscipienda, sed facile hanc eximiam illi concedens, in iis, quae praeter actiones hujusmodi extraordinarias, graves et invidiosas, consularis sunt officii, partem ejusdem officii capessebat, in iisque consulem se demonstrabat. Postrema hac phrasi utitur et l. 9, [43, 14.] *Summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriae compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus.* Blanditur tamen ex priori lectione formatum: *in peragendo censu consularis officii partem.* Nam censum eo anno actum testis Livius c. 22. lustrum propter Capitolium captum, consulem occisum condi religiosum fuisse. Is census coeptus haud dubie fuerat a consulibus C. Claudio, P. Valerio: sed interruptus tumultu servili. Quo compresso repetiit, et peregit censum Claudius, interim dum collega, Valerio subrogatus, partim luctatur cum tribunis, partim judicia *ἐκ πολλῶν παρειλκυσμένα χρόνων δι ὅλης ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βήματος καθεζόμενος*, ut aït Dionysius [l. 10. p. 645.] celebrat ita moderate, ut nemo nec provocationem, nec tribunos, nec legem Terentillam desideraret. J. FR. GRON. *in peragendis consulariis consularem officii partem ad se vindicabat* praeter Voss. 1. habet etiam Hearnii Oxon. N. et Portug. a m. 2. quum *in peragendis consularis consularis officii partem* a m. 1. praeferat. *in peragendis consulariis consularem offiteri partem ad se vindicabat* Leid. 2. *in peragendis consularis consularem officii partem ad se vindicabat* Gaertn. Klockian. et Oxon. L. 1. (* an forte *in peragendis consularibus officii partem* ?) Cl. Coutier ad marginem Livii sequentia notarat. „Cogitavi aliquando *inpetu gentis*, pro *in peragendis*. Notum est ex superiori libro inveteratum gentis Claudiae contra tribunos odium, et ita infra l. 9, 33. *Ex ea familia, quae velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur.* Sensus esset, etsi *animosior comes, quam auctor*, tamen *inpetu gentis consularis officii partem* et partem gloriae *ad se vindicabat.* h. e. propter inpetum gentis Claudiae in plebem et actiones tribunicias. Erat autem inter alia consularis officii pars resistere tribunis. in Flor. codice *peragentis* est. Non absimili modo quod hic *inpetum*, l. 39, 32. *vim* adpellat. *Locum suum tenuit L. Porcius Licinus, quia moderatis studiis, non vi Claudiana, inter plebejos certatum est.*“ Haec ille. Quamvis autem viri Clariss. conjectura parum a codicis, praesertim Florentini Gronovio laudati, discedat scriptura, attamen quum lectio, quam Rhenanus aliique in suis invenerunt, quamque ex nostris praeferunt Voss. 2. Leid. 1. Harlej. uterque, Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. commodum sensum subficiat, in ea acquiescendum puto. Eamdem tamen aliter exponendam censebat Doujatius, quam antea fecerat Gronovius. Livius enim ei indicare videtur, Claudium, licet semper animosus atque in nobilium partes egregie animatus fuerit, non aegre tamen tulisse, Quinctium initio consulatus gravem hanc actionem coërcendae plebi suscepisse, apud con-

educturi consules essent, quos delectum habere nemo pas-
3 *surus esset? Nobis vero,* inquit Quinctius, *nihil delectu opus est; quum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint, conventuros se jussu consulis, nec injussu abitu-*
4 *ros. Edicimus itaque, omnes, qui in verba jurastis, cra-*

quam ipse Claudius ex anterioribus suis patrisque actis satis magna jam in invidia erat; ceterum in rebus exsequendis non minori animo laborasse Claudium, quam collegam, qui totius consilii auctor videbatur, et consulis partes aeque implevisse. Idem fere de loci hujus interpretatione sensisse videtur Cl. Jac. Perizonius, qui ad marginem codicis, ubi Gronovius monet, Quinctium solum hanc actionem suscepisse et peregisse, notavit, tamen non tantum Claudium *comitem* dici, sed et Quinctium *priorem suscepisse actionem tam gravis rei*, ergo non solum. Emendandum insuper idem vir Clariss. conjiciebat *in peragendo.* Mirum tamen, si tantopere Claudius collegam in exsequenda actione tam gravis rei adjuverit, neque Livium, neque Dionysium, actionem hanc enarrantes, ullam ejus mentionem fecisse. *ad se vindicare* etiam infra dixit Liv. 44, 14, 8. *Victoriae, utique de Antiocho rege, majore parte ad se vindicata adjecerunt.* ubi vid. Gronov. [*animosior magis quam auctor*, mox *tam gravem facile* Veith.]

§. 2. *Persequi quaerendo*] *prosequi* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] Passim haec vocabula commutari solent. V. infra ad Epit. Liv. 99. Quod hic *persequi*, alibi vocat *exsequi.* 9, 3, 11. *Quum filius aliique principes percunctando exsequerentur.* ubi plura notantur. Praeterea *educaturi consules erant* male Gaertn. *edicturi* haud melius Lipsiens. *Edicere* et *Educere* saepe in Mstis commutantur. V. infra ad 39, 15, 11.

Quos delectum habere nemo passurus esset] *dilectum* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. Ita mox §. seq. *dilectu* iterum Florent. Leid. 1. Lipsiens. Fragm. Haverk. et Klockian. V. infra ad 37, 51, 7. Ceterum *passurus sit* priores typis descripti usque ad Aldum, qui *passurus esset* reposuit. quod servant codd. omnes, quibus usus sum, nisi quod *passuros esset* errore scribae sit in Gaertn.

§. 3. *Nobis vero, inquit Quintius, nihil delectu opus est*] Et hic, et infra, et supra quoque, Palat. primus *Quinctius.* Mox tertius bis *dilectum.* quod Lipsius alibi inventum alteri praeferebat. GEBH. De ratione scribendi vocem *Quinctius* supra vidimus ad 1, 30, 2. *dilectum* autem et *delectum* passim commutari modo dictum ad §. praec. *Nobilis*, pro *Nobis*, Lipsiens. et *nisi*, pro *nihil*, Gaertn. male exhibent.

P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit] In cod. Borbetomagensi est *ad recipiundum Capitolium.* RHENAN. Ita etiam Klockian. et Florent. V. ad 6, 3, 6. At omnes reliqui vulgato adhaerent, nisi

ſtina die armati ad lacum Regillum adſitis. Cavillari tum tribuni, et populum exſolvere religione velle: *privatum eo tempore Quinctium fuiſſe, quum ſacramento adacti ſint.* Sed nondum haec, quae nunc tenet seculum, neglegentia Deûm venerat: nec interpretando sibi quisque jusjurandum et leges aptas fa-

quod *plebi arma* transpositis vocibus sit in Gaertn. et *dederit*, pro *dedit*, habeat Haverk.

Omnes in verba juraverint] *omnes consulis in verba juraverint* Harlej. 2. et Haverk. Sed vox *consulis* recte in aliis non comparet. Mox enim sequitur, *conventuros se jussu consulis*. Praeterea *juraverant* Gaertn. Voſſ. 1. et Leid. 2. At in Voſſ. addita nota librarius indicavit, *juraverint* emendandum eſſe.

Jussu consulis] Lipsius 1. de Milit. Rom. Dial. 6. haec deſcribens habet *consulum*. Dionysius 10, 16. de hac re ita scribit, poſt milites sacramento adactos consules divisis copiis munia sortitos eſſe, et Claudio cuſtodiam murorum, Valerio oppugnationem arcis eveniſſe; unde patet, in utriusque conſulis verba adactos fuiſſe. Et ita usitatum fuiſſe, certe olim, docent loca Polybii et Cincii apud Lipsium. Nec aliter Livius l. 2, 32. et l. 22, 38. Potuit ergo hic error oriri ex compendio scribendi *cos.* DUK. In Gaertn. ambigue scribitur *jussu consul'.* in Fragm. Hav. *jussu conſ.* Et ita in aliis. V. infra ad 10, 10, 2. Mox *habituros* adjecta adſpiratione Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. Klockian. et Haverk. Neque aliter ab initio scriptum fuerat in Gaertn. Sed ab eadem manu mox litera initialis inducta eſt. V. infra ad 22, 59, 19.

§. 4. *Omnes, qui in verba jurastis, crastina die armati ad lacum Regillum adsitis*] Male τὸ *jurastis* exſulat ab Harlej. 1. Deinde omnes conſtanter *crastina die*, nisi quod vox *die* desit in Portug. a m. 1. Alibi tamen plerumque, si recte memini, Livius dicere amat *crastino die.* Ita 2, 56, 9. *Crastino die adeste.* 3, 2, 9. *Crastino die oriente sole redite in aciem.* quibus locis variant codices. 10, 25, 2. *Hodierno et crastino die qui nomina dederitis, mecum ducam.* 24, 38, 5. *Crastino die aut vestro, aut Hennensium sanguine, Henna inundabitur.* 36, 17, 16. *Crastino die, bene juvantibus Diis, acie decernamus.* V. ad 8, 11, 15. An itaque hic etiam *crastino* emendandum? Aliquoties tamen eodem modo, ut hic locutum invenio Liv. ut 3, 46, 8. *Crastina die vestra opera utar.* 26, 36, 5. *Aurum argentum aes signatum omne senatores crastina die in publicum conferamus.* (* ubi tamen vide.) 27, 13, 8. *Vos crastina die in aciem educam.* Ut utrumque ipsi in usu fuerit.

Cavillari tum tribuni] *Cavillari cum tribuni* Haverk. saepius obvia aberratione. V. ad Epit. Liv. 48. At *Cavillari tamen tribuni* Portug. errore ex compendio scribendi orto. V. infra ad 22, 17, 5. [*velle religione* Veith.]

Privatum eo tempore Quinctium fuisse, quum sacramen-

ciebat, sed suos potius mores ad ea adcommoda-
6 bat. Igitur tribuni, ut inpediendae rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere. eo magis, quod,

to adacti sint] *Quintium esse* Leid. 2. Deinde *adacti sunt* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Harlej. 2. *Tò sint* vero deerat in Portug. a m. 1.

§. 5. *Sed nondum haec, quae nunc tenet seculum, negligentia Deûm venerat*] Palat. pr. *negligentia venerat Deûm*. Eleganti significatione verbi *venire*. Supra l. 1, 5. *Necessitas prior venit*. GEBH. *nondum* negligentia scribae omittitur in Lipsiens. *Sed nonnumquam haec* perperam habet Haverk. *hic*, pro *haec*, haud melius Fragm. Hav. a m. 1. Tum *neglegentia* est in Leid. 1. et Florent. V. ad 2, 11, 4. Denique *τὸ Deûm* exsulat a Voss. 1.

Interpretando sibi quisque jusjurandum et leges aptas faciebat] *intemptando* Voss. 2. Tum *et jusjurandum et leges* Haverk. Sed prior copula in nullo praeterea cod. obvia fuit: quin et posterior etiam non comparet in Voss. 2.

Sed suos potius mores ad ea accommodabat] *sed suos potius mores*, sc. aptos faciebat, *ac ad ea accommodabat* Haverk. Verum hanc lectionem falsi convincit non modo reliquorum codd. dissensus et in vulgatam conspiratio, verum id quoque, quod ita *ac* praeponeretur voci a vocali incipiente contra morem Livianum, de quo v. ad 10, 36, 17. Insuper *ad eas accommodabat*, nempe *jusjurandum et leges*, Voss. 2. cum priscis excusis. Aldus primus *ad ea* reposuit. Et huic lectioni reliqui adhaerent, quam propterea praeferre non dubito. Deinde *commodabat* Lipsiens. Sed prima syllaba partim intercepta est ab ultima litera vocis praecedentis, partim a prima *τοῦ commodabat*. V. infra ad 40, 57, 8.

§. 6. *Igitur tribuni, ut inpediendae rei nulla spes erat*] *cum impediendae rei* Fragm. Hav. [Veith.] *ubi impediendae rei* Leid. 2. in marg. Quod ex interpretatione natum est. V. alia exempla ad 24, 15, 1. Tum *impediendae rei caussa nulla spes erat* Voss. 1. et Leid. 2. [Veith.]

De proferendo exercitu agere] Hoc difficilius est. Vide autem, num *proferendum* dicere velit, quem prolaturi consules erant, nisi tribuni obstarent. Itaque obnitebantur propter terrores, quos auctor continuo post subnectit. GLAR. Suspicor, deleta voce, legendum, *de proferenda agere*, ex ipsa sententia. Cum, inquit, tribuni impedire rem non possent, differre tamen tentabant. *Proferre exercitum* Romanum non est. LIPS. 5. Epist. Quaest. Ep. 16. Hoc difficilius esse autumat Loritus. Nihilominus non expediunt hanc difficultatem MSS. omni diversitate abhorrentes. Vir tamen doctus subvenire se putavit, legens deleta voce *exercitu*, *de proferenda agere*, ex ipsa sententia, quum, inquit, tribuni impedire rem non possent, differre tamen tentabant. Sed nego ipsi licere, quod voluit sibi Alexander, nodos Gordios gladio rumpere. GEBH. Lipsius deleta voce *de proferenda agere*. Sed ipsum *impedire* nihil est aliud, quam *proferre*: neque enim volebant, numquam delectum ha-

et augures jussos adesse ad Regillum lacum, fama exierat, *locumque inaugurari*, *ubi auspicato cum populo agi posset*; *ut*, *quidquid Romae vi tribunicia roga-*

beri; sed non tum haberi, nec prius, quam ipsi, quae cuperent, a Patribus impetrassent. Cogita, an scribi possit, *de perterrendo exercitu agere*. Quum enim impedire non possent, quin juniores reverentia pristini sacramenti nomina darent, et exercitus conscriberetur, id egerunt, ut eundem exercitum, quasi ea de caussa educerent consules, ut praesidia libertatis ipsum abolere sibi cogerent, vano metu perterrerent, si forte hic metus religionem vinceret. Ideo mox: *Terrebant haec. Sed ille maximus terror animos agitabat, quod saepius Quintius dictitabat.* J. FR. GRON. Non adsequor, quid sit, quod dicit Gronovius, tribunos non voluisse tum delectum haberi. Nam quum hi, qui delectu a P. Valerio et C. Claudio habito in verba eorum juraverant, sibi persuasissent, se sacramento illo teneri, non jam amplius de delectu illo habendo aut impediendo quaesitum est. *perterrendo* quodammodo ex iis confirmatur, quae hic e Livio adscribit Gronovius. Sed videndum puto, an bene dicatur *de perterrendo exercitu agere*, pro *parare exercitum deterrere*, quae sententia in emendatione Gronovii est. Potest etiam conjici *de proferenda cum exercitu agere.*. Nam non semper nec plane eadem sunt *impedire* et *differre*. Sed locus non videtur sanari posse sine ope meliorum codicum. DUK. Doujatius conjicit, forte melius legi *de proferenda extremum agere.* ut Tribuni post multa tentata, ubi *impediendae rei* nulla spes erat, de *proferenda* et proroganda saltem ea postremo consultaverint. Postea vero Gronovii conjecturam cum iis, quae sequuntur, haud male cohaerere judicat. Ea tamen Cl. Ant. Perizonio displicuit, qui ferre non potuit locutionem. *agere de perterrendo exercitu*, ideoque in ora codicis legendum putabat *de proferendo exitu agere.* Codices nostri etiam nihil mutant, nisi quod τὸ *agere* perperam omittatur in Leid. 2. et in Haverk. ac *praeferendo* habeat Gaertn. quomodo etiam alibi librarii peccarunt. V. ad c. 12. hujus lib. §. 9. Mox τὸ *quod* exsulat a Lipsiens.

Locumque inaugurari, *ubi auspicato cum populo agi posset*] Palat. sec. *locaque inaugurari.* tertius *inaugurari. Ibi auspicato.* GEBH. *locumque inauguria* Harlej. 1. *lacumque inaugurari* Gaertn. Sed vox *lacum* ex praecedentibus verbis librarii menti adhuc obhaerens eum in errorem abduxit; quamvis alibi etiam *locus* et *lacus* in Mstis commutentur. V. Nic. Heins. ad Nas. 3. Met. 412. 15. Met. 332. et 3. Fastor. 264. etiam Gronov. in gustu ad Statii 8. Theb. 148. (* v. etiam ad 8, 5, 10.) *locaque inaugurari* habent Harlej. 2. et Haverk. Sed non plura, verum unus tantum locus inaugurandus erat. Deinde *ibi auspicato* Voss. 1. Leid. ambo, et Lipsiens. Sed alibi saepe librarii perperam τὰ *ibi* et *ubi* confuderunt. V. exempla ad 27, 5, 2. *ubi etiam auspicato* Portug. Sed media vocula in nullo praeterea codice superest. Insuper Cl. Ant. Perizon. scribi malebat *locumque inaugurare.* ut ita proxime cohaererent *jussos adesse*

7 *gatum esset, id comitiis ibi abrogaretur. Omnes id jus-*
suros, quod consules vellent. neque enim provocationem
esse longius ab urbe mille passuum: et tribunos, si eo
adveniant, in alia turba Quiritium subjectos fore consu-
8 *sulari imperio.* Terrebant haec: sed ille maximus
terror animos agitabat, quod saepius Quinctius di-
ctitabat, *Se consulum comitia non habiturum. Non ita*
civitatem aegram esse, ut consuetis remediis sisti possit. di-

et inaugurare. Sed nihil necesse. Jungenda enim sunt *fama exierat, locum inaugurari.* [*cum populo Romano agi* Veith.]

Ut, quidquid Romae vi tribunicia rogatum esset, id comitiis ibi abrogaretur] Palat. sec. tertiusque *tribunicia vi.* GEBH. Ita et Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Sed *in tribuniciis* Voss. 2. cujus librarius forte dare voluit *in tributis. tributus* enim et *tribunicius* passim in Mstis commutantur. V. ad 2, 56, 2. Verum non bene. *in tribunicia* Leid. 2. quem errorem ductuum similitudo peperit. V. hoc lib. c. 49, 6. Praeterea *quicquam Romae* Leid. 2. Denique *arrogatum esset, id comitiis ibi adrogaretur* Fragm. Hav. *rogatum esset, comitiis abrogaretur,* duabus voculis omissis, Voss. 2. etiam *adrogaretur* male Lipsiens. *obrogaretur* Harlej. 1.

§. 7. *Omnes id jussuros, quod consules vellent*] *Omnesque id jussuros* Voss. 2.

Et tribunos, si eo adveniant] Lectio vetus, *si eo veniant.* RHENAN. Pall. tres *si eo adveniant.* Puto tres unico Rhenani praevalere debere. Sed Andreas tamen Campanusque *si eo veniant.* GEBH. Non Andreas tantum Campanusque, sed et alii vetusti typis descripti *si eo veniant.* Aldus demum dedit *si eo adveniant.* quo iterum ejecto Frobenius anno 1535. priorem lectionem a Rhenano probatam recepit. Et ea deinde obtinuit usque ad Gronovium, qui iterum *adveniant* revocavit, in priori notarum editione testatus, se ita maluisse ex scriptis pluribus. Id etiam verius puto. Nam lectio illa superest in omnibus nostris, praeterquam in Florent. Leid. 2. et Fragm. Hav. qui Rhenani codici favent, et Leid. 1. qui praefert *si eo aveniant.* in qua tamen scriptura melioris lectionis vestigia aperte supersunt.

In alia turba Quiritium subjectos fore consulari imperio] *Quiritum* Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. Portug. Quod ab errore librariorum profectum esse, supra dictum est ad 2, 23, 8. ubi pariter in iisdem ferme codd. peccabatur. Similiter scribae et alibi lapsi sunt. V. ad 1, 24, 5. c. 32, 11. c. 33. 7. et passim. (* 8, 9, 7.)

§. 8. *Quod saepius Quinctius dictitabat*] *dictabat* Harlej. 1. et Gaertn. et ita praeferunt edd. quae cura Cl. Jac. Gronovii prodiere; non dubito tamen, quin lapsu operarum. Non modo enim alterum constanter servant ceteri codd. sed et alibi eo verbo uti Livius amavit. Supra 1, 49, 1. *Socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque inse-*

ctatore opus eſſe reipublicae, ut, qui ſe moverit ad ſollicitandum ſtatum civitatis, ſentiat, ſine provocatione dictaturam eſſe.

XXI. Senatus in Capitolio erat. eo tribuni cum 1
perturbata plebe veniunt. multitudo clamore ingenti, nunc consulum, nunc Patrum, fidem inplorant. nec ante moverunt de sententia consulem, quam tribuni, se in auctoritate Patrum futuros eſſe, pol-

pultum perisse dictitans. Hoc lib. c. 19, 11. *At enim, divinis humanisque obruti sceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis.* 4, 58, 11. *Maximum bellum Patribus cum plebe esse dictitant.* c. 59, 9. *Ab illis quoque exercitibus captum Anxur dictitans esse.* 5, 2, 3. *Hoc illud esse dictitantes, quod aera militibus sint constituta.* ubi etiam unus codex *dictantes.* c. 8, 10. *Si opus foret auxilio, collegam dictitans ad se missurum.* et hic etiam unus *dictans.* 8, 31, 3. *Imperium dictitare spretum.* (* ubi vide. 9, 18, 6.) Et alibi ſaepe. [*terror agitabat quod* Veith.]

Ut consuetis remediis sisti possit] *ut non consuetis remediis resisti* Harlej. 2. Perperam. Verbum *sisti* inluſtravit Gronovius infra ad 4, 12, 6. Deinde *posset* omnes scripti, quibus utor, etiam Florent. [Veith.] et typis descriptorum vetuſtiſſimi usque ad Frobenium, qui anno 1535. *sisti possit* primus vulgavit.

§. 1. *Eo tribuni cum perturbata plebe veniunt*] *cum perterrita plebe* primae editiones. quae lectio ex alterius interpretatione, olim margini adſcripta, deinde in contextum recepta, nata eſt. Nam proprie quidem *perturbationes* sunt graviores adfectus, qui tranquillitatem animi turbant, quales praecipui erant, voluptas, libido, metus, et aegritudo. V. Cic. 3. de Finib. 10. et 3. Tuſcul. 11. Per excellentiam tamen ea vox saepe de metu et terrore uſurpatur. Cic. pro Cluent. 18. *Semper equidem magno cum metu incipio dicere. tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem.* pro Milone 1. *Etsi vereor, judices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere, minimeque deceat, quum T. Annius Milo ipse magis de reipublicae salute, quam de sua perturbetur.* Ex eadem ratione saepius *terreri* et *turbari* in scriptis commutantur. V. Cel. Burmann. ad Naſon. 6. Faſtor. 741. *perturbata* primus Aldus loco reſtituit, cui consentiunt omnes noſtri, nisi quod unus Haverk. praeferat *turbata.*

Multitudo nunc consulum, nunc Patrum fidem inplorant] *inplorat* Portug. Non recte. V. ad 6, 19, 7. Mox *nec ante movere* idem Portug. *nec ante moverant* Leid. 2.

§. 2. *Referente consule de tribunorum et plebis postulatis*] MS. *plebi.* Lego *plebei.* KLOCK. V. ad 2, 42, 6. *de tribunorum plebis postulatis* Voſſ. 2. et Lipsiens. *de tribunorum et de plebis postulatis* Voſſ. 1. sed praepositionem *de* secundo loco delendam eſſe scriba adjectis notis indicavit.

2 liciti sunt. Tunc, referente consule de tribunorum

Senatusconsulta fiunt, ut neque tribuni legem eo anno ferrent] In exemplari Manuſcripto non eſt particula *ut*, quae plane abeſſe debet, ut ſua forma ſenatusconſultis conſtet, quorum primum ita incipit, *Neque tribuni legem*. RHEN. Vet. lib. *senatusconsultum fit, ut neque tribuni plebis*. SIG. Lego, *S. C. fit, ut ne qui tribuni legem eo anno ferrent, ut ne qui consules*. KLOCK. *senatusconsulta fiunt, neque Tribuni legem eo anno ferrent* eſt lectio codd. Palatinorum primi ac tertii, editionisque Campanianae. At sec. *senatusconsultum fit, ut neque tribuni*. quod et in suo forte reperit Sigonius. At ex Rhenano discere eum oportuerat, quod senatusconsultis sua forma conſtare deberet. Andreas edidit *senatisconsultum fiunt, neque tribuni*. In animo fors habuit *senatuis consulta fiunt*, vel *senaticonsulta fiunt*. Ceterum Pall. tres *neque tribuni legem inferrent*, quasi e diametro opposite τῷ *educerent*, (ubi tamen habet Palat. sec. *abducerent*) quasi esset *inferre legem*, domi et intus ferre. Sic Statius 6. Theb. 936.

— — — piget inservare, peritque
Venturi promissa fides.

et l. 8, 194.

An tibi felices lucos miseratus Averni
Rector, et Elysias dedit inservare volucres?

GEBH. Sigonius, quasi hoc argumentum non sit plurium, *senatusconsultum fit*. Quemadmodum et unus e Palatinis. Sed caeteri omnes, ut editur. et sciendum, non ita fuiſſe in unum consultum senatus conſtipatas materias, ut de eadem re saepe plura facta non fuerint. Exemplum in illa nobili epiſtola M. Coelii apud Ciceronem [8. ad Famil. Ep. 8.] Noſter hoc libro c. 54. *Factum Senatusconsultum, ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent: Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: et ne cui fraudi esset secessio militum plebisque*. Ubi intelliges, *item factum S. C. ut Q. Furius*. tum *et aliud, ne cui*. Ideo subjicit Livius: *His senatusconsultis perfectis*. J. FR. GRON. *senatusconsultum fit, ut neque tribuni* Haverk. et Hearnii Oxon. B. *senatuscon. fit, ut neque tribuni* Harlej. 2. *senatusconsulta fiunt, ut neque tribuni* Gaertn. *S. C. fiunt, neque tribuni* Portug. a m. 1. pro quo *fit* manus altera repoſuit. *S. C.* vel *senatusconsulta fiunt, neque tribuni* reliqui omnes, etiam Florent. quorum auctoritate lectionem hanc veriorem judico. Aliis etiam rationibus hanc scripturam firmare viri docti conati sunt; ideo nempe τὸ *ut* delendum eſſe, ut sua forma senatusconſultis conſtet; propterea etiam *senatusconsulta fiunt* legendum, quod omnia in unum senatusconsultum conſtipata non fuerint. Sed rectius iis abſtinuiſſent. Nemini enim perſuaderi poterit, hiſtoricos ea, quae senatusconsultis aliisque monumentis publicis continebantur, per compendium referentes, semper iisdem verbis, quibus monumenta conſcripta erant, uſos fuiſſe. Certe interdum quidem Livius in his proponendis τὸ *ut* omisit, ut 5, 50, 2. *Senatusconsultum facit; Fana omnia, quod ea hostes possedissent, restituerentur, terminarentur, expiarenturque; expiatioque eorum in libris per duumviros quaereretur*. et alibi.

et plebis postulatis, senatusconsulta fiunt, *Neque*

At infinitis et longe pluribus locis Livius eamdem voculam *ut* in initio verborum, quibus exponit, quae senatusconsulto comprehensa fuerint, adhibuit. Longum foret omnia loca adtulisse, quae proferri possent. Exempli caussa quaedam tantum in medium adducam, et quidem praesertim ex posterioribus Livii libris. Ita 38, 44, 4. *Senatusconsultum factum est, ut Ambraciensibus omnes suae res redderentur.* 37, 49, 7. *Senatusconsultum factum est, ut Aetoli eo die juberentur proficisci ab urbe.* 39, 19, 1. *Senatusconsultum factum est, ut de iis, quos pro indicibus consules habuissent, integra res ad senatum referretur.* Eodem mox cap. §. 4. *Senatusconsultum factum est, ut singulis his centena millia aeris quaestores urbani ex aerario darent.* 40, 41, 10. *Senatusconsultum factum est, ut M. Fulvius in Hispaniam relegaretur ultra Novam Karthaginem.* 41, 9, 11. *Senatusconsultum adjectum est, ut dictator, consul, interrex, censor, praetor, qui nunc esset* etc. 42, 31, 1. *Senatusconsultum inde factum est, ut consules inter se provincias Italiam et Macedoniam compararent, sortirenturve.* 44, 17, 2. *Senatusconsultum factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret.* 45, 2, 1. *Senatusconsultum factum est, ut consul, quos, praeter milites sociosque navales, conjuratos haberet, dimitteret.* aliisque pluribus. Quin addo, multa senatusconsulta a vocula illa *ut* sive *uti* incepisse, ut ex illis, quae hodie adhuc integra supersunt, patet. Ita apud Cic. 8. ad Famil. Ep. 8. *Quod M. Marcellus consul V. F. de provinciis consularibus, D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus consules, quum magistratum inissent, ex a. d. x. Kal. Mart. quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent.* Frontin. de Aquaed. l. 2. *Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus consules V. F. constitui oportere, quo jure extra intraque urbem ducerent aquas iis, quibus adtributae essent, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. uti iis quoque maneret adtributio aquarum.* Et postea, *Quod Q. Aelius Tubero, P. Fabius Maximus consules V. F. de rivis, specubus, fornicibusque Juliae, Marciae, Appiae, Tepulae, Anionis reficiendis, Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. ut cum ii rivi, fornices, quos Augustus Caesar se refecturum* etc. Insuper non puto necessario requiri, ut Livius, si plurium senatusconsultorum verba uno compendio complectatur, numero plurali dicat *senatusconsulta fiunt.* sed recte dicere potuisse *senatusconsultum fit.* Id docere potest locus Livii ex hoc lib. c. 54, 5. a Gronovio laudatus. Ita etiam 4, 36, 3. *Senatusconsultum fieret absentibus tribunis plebi, ut, quoniam Volscos in Hernicorum agros praedatum exisse fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur, consulariaque comitia haberentur.* ubi de duobus diversis rebus duo etiam senatusconsulta interposita fuisse puto. Similiter 5, 50, 1. dicit *Senatusconsultum facit.* deinde multa subjungit ad Deos inmortales pertinentia, quae tamen omnia, licet tantum *senatusconsulti*, non *senatusconsultorum* meminerit, uno senatusconsulto comprehensa fuisse verosimile non est. Pari modo Coelius a-

tribuni legem eo anno ferrent, neque consules ab urbe exercitum educerent. In reliquum magistratus continuari, et eosdem tribunos refici, judicare senatum contra
3 *rempublicam esse.* Consules fuere in Patrum potestate: tribuni, reclamantibus consulibus, refecti. Pa-

pud Cic. 8. ad fam. Epist. 8. *Senatusconsultum, quod tibi misi, factum est, auctoritatesque perscriptae.* Et tamen plura subjungit senatusconsulta. His addi posset locus ex Livii 42, 33, 4. ubi inquit, *Senatusconsultum recitari jussit.* et tum per partes addit, *primum*, ac *deinde*, sive secundum, alterum: nisi potius locum illum conruptum existimarem, ut mox dicendum breviter, sed plenius ad ipsum illum locum. His omnibus receptam lectionem infirmare minime contendo, sed tantum demonstrare, rationes, quas ei stabiliendae viri docti adtulerunt, levioris ponderis esse. Contra cum Rhenano, Gebhardo ac Gronovio existimo, veram lectionem esse *senatusconsulta fiunt, neque tribuni*, unice ad id permotus consensu optimorum codd. Alteram lectionem, *senatusconsultum fit, ut neque tribuni*, praecipue inde promanasse puto, quod per compendium *senatuscon.* vel *S. C.* scriptum fuerit, idque compendium scribae per *senatusconsultum* exposuerint, dantes *senatusconsultum fiunt, neque tribuni*, ut fere Gebhardus in ed. Andreae se reperisse testatur. Simili errore Sigonium notas *S. C.* reddidisse *senatusconsultum*, cum debuisset *senatusconsulta*, infra videbimus ad 42,33,4. V. etiam infra hoc cap. ad §. 6. alios deinde, videntes *senatusconsultum fiunt* genio linguae et rationi adversari, pro eo dedisse *senatusconsultum fit, ut.* Porro *legem eo anno inferrent* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. Neque aliter in Voss. 1. inter lineas adscriptum est. Eam tamen lectionem pro lapsu librariorum habeo, licet Gebhardus Livium ita scripsisse existimare videatur, ut *inferrent* e diametro obponat τῷ *educerent.* Optimi enim nostri stant pro vulgata, et *inferre legem* hoc sensu Latinum non puto.

Neque consules ab urbe exercitum educerent] Negligentia librarii haec verba deficiebant in Gaertn. *ex urbe exercitum educerent* habet Portug. a m. 2. *ab urbe exercitum adducerent* Lipsiens. V. ad 27, 29, 1. *ab urbe exercitum abducerent* Harlej. 2. et Haverk. quod sibi quoque in Palat. sec. obviam fuisse, Gebhardus ad verba praecedentia monuit. Sed neutrum placet. Videntur scribae, qui primi hujus lectionis auctores exstiterunt, in ea fuisse opinione, si verbo cum praepositione composito in regimine praepositio adderetur, non aliam addi posse, quam ipsam illam, unde componitur. Quod tamen saepissime fallit. Liv. infra (* 8, 15, 3.) 22, 2, 10. *Elephanto, qui unus superfuerat, quo altius ab aqua exstaret. vectus.* Ad quem locum plura vide.

Magistratus continuari et eosdem tribunos refici] Pall. omnes atque edd. *et eos tribunos refici.* GEBH. *magistratum continuari* Haverk. Deinde *et eos tribunos refici* Voss. ambo, Leid.

tres quoque, ne quid cederent plebi, et ipsi L.
Quinctium consulem reficiebant. Nulla toto anno
vehementior actio consulis fuit. *Mirer*, inquit, *si* 4
vana vestra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem
est? Vos elevatis eam. quippe, quia plebs senatusconsul-

ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertner. Portug. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et priscae edd. Postea primus Frobenius anno 1535. vulgavit *et eosdem tribunos.* Saepe *τὰ is* et *idem* in scriptis confunduntur. V. infra ad 10, 10, 6.

§. 3. *Tribuni reclamantibus consulibus refecti*] Vox *consulibus* male omittebatur in Leid. 2. Paullo ante *fuerunt in Patrum potestate*, pro *fuere*, Portug. *in Patrum potestatem* Lipsiens. Sed v. ad 2, 14, 4.

Ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quinctium consulem reficiebant] *ne quid crederent* Lipsiens. *ne quid crederetur plebi* Voss. 2. Voluit forsitan scriba *ne quid cederetur.* Nam alibi etiam *cedere* et *credere* in Mstis commutantur. V. infra h. lib. c. 44, 5. 4, 37, 5. c. 49, 10. (* 10, 35, 3. 36, 32, 5.) et alibi. Bentlej. ad Horat. 2. Epist. 1, 67. Cortium ad Plin. 1. Epist. 20, 24. et Oudend. ad Front. 4, 7, 32. Verum nec ipsum *cederetur* probo, quod ceteri omnes codd. aliam lectionem tueantur. Ut tamen ita daret librarius, ea fuisse caussa videtur, quod scriptum fuerit *cederēt.* V. ad 2, 26, 4. Praeterea *et ipsum L. Quintium* Voss. 1. et Leid. 2. Denique *reficiunt* Portug. Mox *τὸ fuit* non adparet in Leid. 2. quemadmodum nec *toto anno* in Lipsiens.

§. 4. *Si vana vestra, Patres conscripti, ad plebem auctoritas est*] Gruchius 1. de Comit. 4. scribit, hanc orationem a Quintio ad populum, jam in suffragia missum, habitam, eaque comitia, quae Claudius, ut aït, habebat, interrupta, ac deinde id, quod dicit Livius, ab utroque consule edictum fuisse. Fortassis putavit, id intelligi ex his verbis Livii: *Patres* etc. *et ipsi L. Quintium consulem reficiebant.* Sed hoc est, id agebant, ut reficerent, reficere volebant: de quo usu non solum imperfecti, verum etiam aliorum temporum, alibi dictum est. Apertum est ex ordine narrationis Livianae, Quintium haec non ad populum, sed ad Patres conscriptos in senatu dixisse. Et confirmat Dionysius, qui l. 10, 19. scribit, Quintium primo in senatu, deinde ad populum verba de hac re fecisse, ac tum demum diem comitiis edixisse. Nec quidquam est in Livio ac Dionysio, unde colligi possit, Claudium haec comitia habuisse, quod dicit Gruchius. Nominat quidem Claudium in hac oratione Quintius, sed non ut jam comitia habentem, verum habiturum, vel solum, vel una secum. Nam ex iis, quae infra c. 35. de comitiis secundorum decemvirorum scribit Livius, dubitari potest, an jam tum mos fuerit, ut consules inter se sortirentur, vel compararent, uter eorum comitia novis consulibus creandis haberet. DUK. Alio ordine *auctoritas ad plebem est* omnes, quos adhibui, codd. etiam Florent. ut et duo Palatini, quemadmodum Gebhardus infra testatur hoc cap. §. ult. Non video itaque caussam, cur non redderem Livio, quod ipsum de-

tum in continuandis magistratibus solvit, ipsi quoque
5 *solutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tam-*
quam id sit plus posse in civitate, plus levitatis ac licen-
tiae habere. levius enim vaniusque profecto est, sua de-
6 *creta et consulta tollere, quam aliorum. Imitamini,*
Patres conscripti, turbam inconsultam: et, qui exemplo

disse tot librorum consensus clamitat. Praeterea *vana ulla, Patres* Gaertn. Paullo ante *Miror,* pro *Mirer,* Lipsiens. [*miror inquit si vestra vana* et mox *plebs si nunc in cont. — solvitur* Veith.]

Ipsi quoque solutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis] Sic quidem habetur in edd. priscis. At Pall. tres, *ne temeritati cedatis.* Forte leg. *temeritate cedatis,* hoc est, inferiores sitis. GEBH. *ipsi quoque solum vultis* male Harlej. 1. [*solutam* Veith.] Deinde *ne temeritati cedatis* etiam Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Hav. et Fragm. Hav. [Veith.] unde Gebhardus *temeritate cedatis* legendum conjicit. At reliqui mei, et inter eos optimi, editam lectionem veriorem praestant. V. infra hoc lib. ad c. 34, 8.

§. 5. *Tamquam id sit plus posse in civitate, plus levitatis ac licentiae habere*] Ita omnes mei. At Lipsiens. et Voss. 1. a m. 2. inter versus adscriptum obferunt *plus levitatis, plus licentiae habere.* Quod non displiceret, si plurium codd. auctoritate firmaretur. V. infra ad 5, 35, 4. *levitatis et licentiae* habet Gaertn.

Levius enim vaniusque profecto est] Omisso vocabulo *profecto,* Pall. legunt *Levius enim vaniusque est.* GEBH. Exsulat idem vocabulum ab Haverk. Lipsiens. et Gaertn. sed ordine mutato *levius enim vaniusque est* *profecto* praefert Harlej. 2. cum vetustioribus excusis. Aldus demum *profecto est* reposuit. Et ita ceteri nostri. Mox *alterum,* pro *aliorum,* habet Gaertn.

§. 6. *Imitamini, Patres conscripti, turbam inconsultam*] Vocem *conscripti* non habet Portug. *Patres conscripti, et vos turbam inconsultam* Haverk. *Patres conscripti tribuni inconsultam* Gaertn.

Qui exemplo aliis esse debetis] Edd. antiquae et Pall. triga MSS. *et qui exemplo.* GEBH. *et qui exemplo* non tantum superest in omnibus meis scriptis, sed in excusis etiam usque ad Curionem, qui nescio qua auctoritate primus τὸ *et* omiserat. Id autem Gronovius loco, unde vi pulsum erat, recte restituit, in priori editione notarum monens, id se fecisse auctoritate scriptorum, Mediolanensis editionis, Jo. Andreae, et Aldinae; quod postea in iteratis editionibus expunctum est. Praeterea *et qui aliis exemplo* editi ante Aldum, qui ordinem mutavit ex consensu omnium meorum.

Aliorum exemplo peccetis potius, quam alii vestro recte faciant] Vet. lib. *peccatis.* SIG. Alii *peccetis.* Lego *peccate.* KLOCH. Edd. antiquae et Pall. triga MSS. *peccatis.* GEBH. Scriba putavit, *imitamini* esse indicativum, qui imperativus est; quem saepe sequitur subjunctivus. Virgil. Aen. l. 3. v. 114.

aliis esse debetis, aliorum exemplo peccetis potius, quam alii vestro recte faciant; dum ego ne imiter tribunos, nec me contra senatusconsultum consulem renunciari patiar.
Te vero, C. Claudi, adhortor, ut et ipse popu- 7
lum Romanum hac licentia arceas: et de me hoc tibi persuadeas, me ita accepturum, ut non honorem meum a

Ergo agite, et, Divûm ducunt qua jussa, sequamur.

Terent. in Hecyra 1, 2, 1. *Si quaeret me, modo isse dicito ad portum* etc. *Si quaeret me, uti tum dicas.* Unde liquet, in his supplendum esse aliquid, ut, *fac, facite,* vel si quid his aptius. Ita defendi potest vulgata scriptura Ovidii 5. Trist. El. 3, 43.

Huc ades, et casus releves pulcherrime nostros.

Ubi Vir illustris Nic. Heinsius malebat *ut casus releves*, vel *et casus releva*. Sic quoque loquuntur Graeci. Aristophanes in Equitib. 496. Ἀλλ' ἴθι Χαίρων, καὶ πράξειας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν. et 856. Ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι, μηδ' οἰηθῇς ἐμοῦ ποθ' εὑρήσειν φίλον βελτίον'. DUK. *peccatis* etiam Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Similiter et editi usque ad Aldum, qui primus *peccetis* reposuit. Praeterea τὸ *recte* male exsulat a Voss. 2.

Dum ego ne imiter tribunos] *dum ego non imiter tribunos* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. quod in contextum inrepsit ex margine, ubi *ne* expositum erat per *non*, quod alibi non raro factum est. V. ad 38, 38, 10. *Dum ne*, pro dummodo non, apud optimos scriptores frequens est. Ita Ovid. Epist. 3. Heroïd. 81.

Vel patiare licet, dum ne contemta relinquar.

Liv. (* 28, 40, 7.) 33, 24, 8. *Cosanis eo die postulantibus, ut sibi colonorum numerus augeretur, mille adscribi jussi; dum ne quis in eorum numero esset, qui post P. Cornelium et Ti. Sempronium consules hostis fuisset.* [*dum ego imiter* Veith.]

Nec me contra senatusconsultum consulem renunciari patiar] *ne me* Lipsiens. Harlej. 2. et Haverk. invitis aliis codd. Deinde *contra senatusconsulta* Gaertn. quem errorem ex non recte reddita nota *S. C.* vel *senatuscon.* natam esse constat ex illis, quae supra dicta sunt ad hujus cap. §. 2. Mox vocem *consulem* non agnoscit Leid. 2. Sed eam intercepisse videtur praecedens *senatusconsultum.* Et quidem tanto facilius, si per compendium *senatuscons̄ cons̄ renunciari* scriptum fuerit, quemadmodum plerumque scribi solet.

§. 7. *Te vero, C. Claudi, adhortor*] An ex falsa interpretatione compendiosae scripturae, ignoro. Pall. tres *Te vero, Consul Claudi.* secundus amplius *consul Claudii exhorto.* GEBH. *Te vero CON̄.* vel *consul Claudi* Voss. uterque, Leid. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Te vero, Claudi consul* Harlej. 2. Aldus etiam *Te vero consul Claudi* edidit. Sed in erratis priorem lectionem revocavit. (* v. ad 22, 14, 13.) Tum *abhortor* Harlej. 1.

te impeditum, ſed gloriam ſpreti honoris auctam, invidiamque, quae ex continuato eo inpenderet, levatam pu-
8 *tem.* Communiter inde edicunt, *Ne quis L. Quinctium conſulem faceret. si quis feciſſet, se id ſuffragium non obſervaturos.*

1 XXII. Conſules creati Q. Fabius Vibulanus tertium et L. Cornelius Maluginensis. Census actus eo anno. luſtrum, propter Capitolium captum, con-

ſollemni librariorum peccato. V. infra ad 4, 38, 4. Ita paſſim verba cum praepositionibus *ab* et *ad* composita librarii inter se commutarunt. V. infra ad 40, 55, 6. Plura similia olim collegi ad Silii Ital. 11, 14. *exhortor* eſt in Haverk. Mox *ut ipse populum Romanum*, pro *ut et ipse*, Harlej. 2. Lipſiens. et vetuſtae editt. usque ad Aldum, qui *τὸ et* primus interpoſuit, quod etiam servant alii omnes, quibus utor, codd. V. ad 2, 44, 3. Mox *a me ita accepturum*, addita praepositione, Gaertn. et *gloriam spreti honoris actum*, pro *auctum*, Klockian.

Invidiamque, quae continuato eo inpenderet, levatam] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, sed, ut puto, operarum lapſu, quamvis poſtea similiter Cl. Clericus excudi curarit. Non modo enim omnes priores typis exarati, sed etiam codices, quibuscumque usus sum, conſtanter praeferunt, *quae ex continuato eo inpenderet.*

§. 8. *Communiter inde edicunt*] *Communiter idem edicunt* Lipsiens. De quo errore supra v. ad 1, 19, 7. *Communiter inde p. edicunt* Gaertn. Quid voluerit librarius, non adſequor. nisi forte scribendum putarit *publice*, vel *populo edicunt.* [*Inde comiter edicunt* Veith.] Mox *L. consulem Quintium faceret*, vocibus inperite transpositis, idem Gaertn.

Se id suffragium non observaturos] Palat. sec. *non se id suffragium observaturos*] Sic supra idem codex, consenſum nactus tertii, *si vana vestra, Patres conscripti, auctoritas ad plebem est.* GEBH.

§. 1. *Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, et L. Cornelius Maluginensis*] Non eſt dubium, quin de eo Fabio loquatur, cujus ab initio hujus libri mentio, et cujus bis a Livio omiſſum cognomen eſt. GLAR. *Quintius Fabius* Gaertn. et Haverk. V. supra hoc lib. ad c. 1, 1. Tum cognomen *Vibulanus* exsulat a priscis. Primus id adposuit Aldus. Exhibent etiam codd. scripti, licet varie corruptum: et quidem *Jubulanus* Voſſ. 1. et Harlej. 2. *Jubulacius* Lipsiens. *Bubulanus* Leid. 2. *Bibulanus* Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *Bibularius* Portug. V. infra ad Liv. 4, 11, 1. Sed *VIBULANUS* recte vocatur in Faſt. Capitol. Deinde *tercio* Harlej. ambo, et Gaertn. *tertio* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. quomodo saepissime variant libri scripti. V. ad 5, 16, 1. Sed adverbium numerale ignorant Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. Mox *L. et Cornelius*

sulem occisum, condi religiosum fuit. Q. Fabio, 2
L. Cornelio consulibus, principio anni ſtatim res turbulentae. Inſtigabant plebem tribuni. bellum ingens a Volscis et Aequis Latini atque Hernici nunciabant. jam Antii Volscorum legiones esse: et ipsam coloniam ingens metus erat defecturam. aegreque inpetratum a tribunis, ut bellum praeverti sinerent. Consules inde partiti provincias. Fabio, 3

Leid. 1. Conjunctio deeſt in Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. V. quae supra notantur ad 2, 17, 1.

Propter Capitolium captum, consulem occisum] *propter consulem occisum* Harlej. 2. *et consulem occisum* Portug. [Veith.] Sed alii codices, etiam editi, ſtant pro vulgato. Tum *occisum, id condi religiosum,* addito pronomine, Lipsiens. Paullo ante *Census auctus eo anno* Harlej. 1. frequenti scribarum errore. V. infra ad 21, 61, 4. Ceterum ita diſtinguebat librarius Lipsiens. *Census actus. eo anno lustrum propter Capitolium* etc. Male.

§. 2. *Q. Fabio et L. Cornelio consulibus, principio anni statim res turbulentae*] Copula deficit in libris noſtris omnibus Mſtis; ordinantque iidem mox sic, *principio anni res statim turbulentae.* GEBH. Florentinus ignorat copulam. J. FR. GRON. Eamdem etiam ignorant omnes noſtri. Hearne vero, eam in Oxon. N. supereſſe monens, aliorum vero codicum nullam mentionem faciens, tacitus agnoviſſe videtur, in illis pariter desiderari. Mox *principio anni res statim turbulentae* similiter Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.]

Jam Antii Volscorum legiones esse] *legiones Volscorum* alio ordine Voſſ. 1. et Leid. 2.

Coloniam ingens metus erat defecturam] *defecturum* Klockian. *defuturam* Voſſ. 1. a m. 1. quomodo alibi etiam librarii errare conſueverunt. V. infra ad Epit. Liv. 44. Mox *aegreque imperatum a tribunis*, pro *impetratum*, Voſſ. 2. Et hae voces saepe in codd. scriptis confunduntur. V. ad Liv. 9, 30, 10.

§. 3. *Consules inde partiti provincias. Fabio, ut Antium legiones duceret, datum*] Eſt l. 23, 26. ubi vulgo legebatur: *Nihilo segnius in Hispania bellum erat, sed ad eam magis diem prosperum Romanis. P. et Cn. Scipiones ita inter se partiti copias, ut Cn. terra, P. mari navibusque rem gereret.* Sed reſtituimus ex optimis libris: *prosperum Romanis. Publio et Cnaeo Scipionibus ita inter se partitis copias.* Ea res mihi suspicionem movit, paſſim id genus mendi irrepsiſſe. Itaque dubitabam, an non hic quoque fuerit: *Consulibus inter se partitis provincias, Fabio, ut Antium legiones duceret, Cornelio, ut Romae praesidio esset.* Quin et supra hoc libro c. 10. *Ut haec dicta in senatu sunt, delectus indicitur, consulibus belli administrationem inter se dispar-

ut Antium legiones duceret, datum: Cornelio, ut Romae praesidio esset; ne qua pars hostium, qui
4 Aequis mos erat, ad populandum veniret. Hernici et Latini jussi milites dare ex foedere: duaeque par-

tiri jussis, alteri ut Volsci, alteri ut Aequi provincia esset. Sed dubitabam tantum, nec ea propter cum quoquam litigabo. Plura occurrent hujusmodi, quae in tempore tangemus. J. FR. GRON. Fatendum est, conjecturam viri summi, nisi quod *inter se*, pro *inde*, reponendum existimet, parum a vulgata lectione recedere, et eam ob caussam magna se verisimilitudine commendare. Quum enim olim per compendium *Cons*. scriptum fuerit, unicum discrimen tantum consistit in litera *s* voci *partiti* in fine adjecta. Et tali modo multis aliis locis subcurrendum putavit. V. infra ad 3, 57, 9. 9, 12, 9. c. 31, 1. c. 41, 2. 21, 17, 1. (*30, 1, 8.) 32, 1, 1. et c. 8, 4. et 45, 17, 6. quorum nonnullis, pro *sortiti sunt*, legendum censuit *sortitis*. Vide ad locum Livii ultimo loco laudatum. Contra tamen vix credibile videtur, tot locis simili odio omnes librarios eamdem locutionem persecutos esse, eodemque errore Livium corrupisse, et nullos hodie superesse codices, qui vel alibi veram scripturam servarint. Quin et supersunt loca, ubi Livius pari modo locutus est, nihilque Gronovius monuit. Ut infra 10, 12, 3. *Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt*. Et alibi. Accedit, in vulgata lectione nihil Gronov. displicere posse, quam quod periodi nimis interciduntur. At ita Livius saepissime loqui solet, ut infinitis exemplis ostendi posset. Tale est illud infra 6, 4, 7. *Comitia tribunorum militum consulari potestate habita. Creati T. Quinctius Cincinnatus* etc. Ubi iterum Gronovius *comitiis tribunorum* etc. *habitis*, *creati* etc. Sed, alterum multo pluribus locis Livio placuisse, exemplis ibidem evincam. Tale etiam illud 2, 19, 1. *Consules Ser. Sulpicius M.' Tullius. Nihil dignum memoria actum. T. Aebutius deinde et C. Vetusius. His consulibus Fidenae obsessae.* Et hic Gronov. legendum suspicatur *Consulibus Ser. Sulpicio M.' Tullio, nihil dignum memoria actum. T. Aebutio deinde et C. Vetusio Fidenae obsessae.* Sed vide, quae ibi quoque notantur. Simile insuper infra 21, 36, 4. *Nunciatur rupem inviam esse. Digressus deinde ipse ad locum visendum. Haud dubia res visa.* ubi Gronovius conjicit, *Digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa.* Sed et ibi videnda, quae notavi. Quamvis igitur in omnibus his Gronovio invitis codd. Livium tentanti accedere nequeam, acre tamen ac fertile viri maximi judicium plurimum suspicio; ejusque conjecturas vulgatae scripturae praeferre non dubitarem, si alicujus auctoritatis codices illas probarent.

Fabio, ut Antium legiones duceret, datum] *legiones ut Antium duceret* Voss. 1. et Leid. 2. *ut legiones Antium duceret* Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Quod codd. ita in ordi-

partes sociorum in exercitu, tertia civium fuit. Postquam ad diem praestitutum venerunt socii, consul extra portam Capenam castra locat. inde, lustrato exercitu, Antium profectus, haud procul oppido stativisque hostium consedit. Ubi quum Volsci,

ne vocabulorum dissentiant, aliquid mendi latere suspicor. Et forte, voce expuncta, legendum, *Fabio, ut Antium duceret, datum*. Solet enim saepe Livius absolute verbum *ducere* usurpare. Supra 1, 23, 5. *Ea res ab stativis excivit Mettum. ducit, quam proxime ad hostem potest.* Ubi plura videnda. Et ita *educere* etiam. V. ad 40, 25, 1. Ceterum *adduceret* Portug. a m. 1. *diceret* Lipsiens. sollemni aberratione. V. infra ad 38, 43, 1.

Cornelius ut Romae praesidio esset] Quidam *Cornelius* mutarunt in *Cornelio*, propter verbum *datum*, quod praecesserat. Quasi non et verbum *partiti* praecesserit, ad quod referri poterat. GLAR. Vet. lib. *Cornelio*, quo pacto sine controversia legendum est. SIG. Meliores duo codd. *Cornelius*, quod et Glareanus probat, referens nomen ad verbum *partiti*. Ego potius ad *esset*. Solus secundus novissimae aetatis *Cornelio*. Ex editionibus vero illa Campani. GEBH. *Cornelius* ex nostris servant Florent. Voss. uterque, Leid. 2. Harlej. 1. et Lipsiens. Reliqui, et inter eos optimus Leid. 1. habent *Cornelio*. Et ita etiam ediderunt Ascensius, Mogunt. aliique, quos hic indicat Glareanus. Et licet vel omnes codd. *Cornelius* praeferrent, ratio tamen doceret, alterum praestare. *Cornelius* enim omnino ad praecedens *partiti* referri nequit, ut Glareanus putabat; neque commode cum Gebhardo ad sequens *esset*.

§. 4. *Hernici et Latini jussi milites dare ex foedere*] *Hernici atque Latini* Harlej. 2. *To jussi* exsulat ab Leid. 2. quemadmodum mox vox *tertia* a Voss. 2. alterutra tamen abesse nequit. Deinde *dare et defendere* est in Lipsiens. pro *dare ex foedere*.

Duaeque partes in exercitu sociorum, tertia civium fuit] V. Lipsium ad Vellej. Paterc. 2, [15.] de bello Italico, ad verba, *Per omnes annos atque omnia bella duplici numero se militum equitumque fungi.* et 2. de Milit. Rom. Dial. 7. KLOCK. (* v. ad 40, 18, 5.) [*sociorum exercitu* Veith.]

Ad diem praestitutum venerunt] *ad diem praestitutam* Gaertn. Liv. 10, 20. 16. *Praestituta die, quarum rerum non exstitit dominus, militi concessae.* 45, 11, 11. *Diemque praestituit, intra quam de conditionibus peractis responsum acciperet.* Ita *stata, statuta, constituta dies* saepius apud Liv. obvium est. V. infra ad 27, 16, 16. Reliqui tamen codd. hoc loco in vulgatum conspirant.

Haud procul oppido stativisque hostium consedit] Vocem *hostium* non agnoscit Harlej. 2. *haud procul dubio hostium* habent Voss. 1. et Leid. 2. Qui similesque errores absoni, in quibus tamen inter utrumque codicem plerumque convenit, mihi persuadent, vel alterum ex altero, vel utrumque ex eodem codice descriptum esse.

quia nondum ab Aequis venisset exercitus, dimicare non ausi, quemadmodum quieti vallo se tutarentur, pararent; postero die Fabius, non permixtam unam sociorum civiumque, sed trium po-

§. 5. *Non permistim unam sociorum civiumque*] Scribe, *non permixtam*, vel *permistam*. Sic enim in antiquo volumine legitur, et placet lectio. subauditur *aciem*. RHEN. *permixtam* Florent. *permixtam*, vel *permistam* etiam non modo omnes mei manu exarati, sed et vetustiores excusi. *permistim* demum datum invenio a Moguntinis, qui elegantiam quamdam captasse videntur in obpositione τῶν *permistim unam* et *tres separatim*. Sed vellem, aliud exemplum, ubi vox illa apud scriptorem hujus aevi usurpatur, commonstraretur; quamvis *inmixtim* Plautum dixisse in Aulul. 2,3, 12. non ignorem. *Permixte* Cicero dixit. Praeterea copula *que* deficit in Lipsiens. [*se tutantes pararent* Veith.]

§. 6. *Inde signum observare jussit*] *observari jussit* Fragm. Hav. *observare jussit* potest intelligi *socios*, quod ex sequenti repetendum est. V. infra ad 42, 24, 5.

Ut pariter et socii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui cecinisset] *referrent pedem* Lipsiens. *et referrent pedem* Harlej. 2. et Haverk. quorum librarios, ut ita darent, id praesertim inpulisse videtur, quod crederent, duplicem conjunctionem hic eo sensu jungi, quo saepe apud Liv. obcurrit. V. ad 2, 44, 3. Jam vero post *et* eo casu non recte inferri τὸ *que*. Quod si eo consilio locum mutarint, dupliciter errarunt. quemadmodum enim post *que* voculam *et*, ita etiam post *et* voculam *que* inferre Livius solitus est. V. ad 34, 37, 5. At non eo sensu duplices illae copulae hic conjunguntur. Ita enim potius dixisset Livius, *ut pariter socii et rem inciperent, referrentque pedem*. Sed potius *et* hic ponitur pro *etiam*. Nihil itaque mutandum, quod et ceterorum codicum pro vulgata lectione consensus docet. Praeterea *cecinissent* male Voss. 1. et Leid. 2. a m. 1. [Veith.]

Equites item suae cuique parti post principia conlocat] An *suae quemque parti* sit verior lectio, ipse lector viderit. SABELL. Legendum est *sua*. Ut ad *principia* referatur: quamquam et *suos*, vel *suae quemque*, aut *suae quosque* scribere potuerit, ut ad *equites* referret. Ita enim dicimus *suam rem cuique domino tribuere*, aut *suo quidque domino tribuere*: non *suum quidque*, aut *suo cuique*. Varro de re rust. 1, 7. *Quae suo quidque loco sunt posita, ea minus loci occupant.* Caesar 7. Gall. [32.] *Divisum senatum, divisum populum in suas cujusque eorum clientelas.* Livius supra [c. 11, 2.] *Neque suum cuique jus modum faciebat.* Hinc noscas, apud Virgilium Ecl. 7, [54.]

Strata jacent passim sua quaeque sub arbore poma,

non modo delirare G. Canterum [6. Novar. lect. 28.] quia *sua* κατα συνεκφώνησιν una syllaba et auferendi casu accipit, sed nihilominus viros doctissimos, cum *sua* nominativo quidem plurali prolatum, *quaeque* tamen etiam defendunt. Non potuit aliter Virgilius dicere, quam

pulorum tres separatim acies circa vallum hostium
instruxit. Ipse erat medius cum legionibus Roma- 6
nis. inde signum observare jussit, ut pariter et so-
cii rem inciperent, referrentque pedem, si receptui

— — *sua quoque sub arbore poma.* Livius l. 25, 17. *Motibusque armorum et corporum suae cuique genti adsuetis.* Scribe *unicuique genti.* J. FR. GRON. Sic quoque emendat Gronovius infra 33, 46, 9. *Pecunio, quoe in stipendium Romonis suo quaeque anno penderetur..* ubi vulgatur *suo quoque anno.* Si certum est, haec non aliter posse dici, etiam probanda est emendatio Budaei pro eo, quod in l. 12. D. de Usur. in libro Florent. et edd. est, *Nisi sua quaque die usurae suprascriptoe exsolverentur*, legentis *sua quoeque die.* Et Haloandri, qui cum aliis in l. 25. §. 3. D. Locati, edidit, *Curare debet, ut opera rustico suo quaeque tempore facios;* quod in Florent. est *suo quoque.* Et ei, quod in Sueton. Aug. 40. editur, *Ter in annum quaternum mensium tesseras dore destinovit* (plebi:) *sed desideranti eonsuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cujusque mensis acciperet*, praeferenda est scriptura libri Torrentiani et Ed. Ald. *ut sui quisque mensis occiperet.* In Caesare quoque 1. bell. civ. 83. legendum est: *Has subsidiariae ternae, et rursus oliae totidem, suoe quaeque legionis, subsequebantur.* non *suae cujusque.* Sed mihi nondum liquet, cur haec tam ἀποτόμως damnanda sint, et cur omnes librarios ad hoc corrumpendum conspirasse credere debeamus. In Suetonio quidem nihil mutari patitur Schelius ad Polybium de Castrametat. Rom (*p. 23.) Et, si quid mutandum est, potius putem legendum *suam cujusque mensis*, quam *sui quisque mensis.* nam opponit *quaternum mensium tesseras*, *eujusque mensis tesseris.* Propemodum credo, Latinos dixisse interdum *suusquisque*, voce ex duabus composita, ut *unusquisque*, et *quotusquisque.* DUK. Quemadmodum Gronovius emendavit, saepe Livius locutus est. Ita supra 1, 52, 4. *Turnus sui cuique periculi, si adversotus esset, reeens erat documentum.* 2, 32, 9. *Singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat.* 3, 36, 3. *Ut hoc insigne regium in orbem suam cujusque vicem per omnes iret.* 10, 6, 7. *Ut tres antiquae tribus, Ramnes, Titienses, Luceres, suum quaeque ougurem habeant.* 33, 46, 9. *Quin et peeunia, quae in stipendium Romanis suo quaeque onno penderetur, deerat.* ita Gronov. scribendum conjicit, pro *suo quoque anno.* 34, 2, 1. *Si in sua quisque nostrum matre familiae jus et majestatem viri retinere instituisset.* Et ita fere adhuc mendosus circumfertur Colum. 3, 1. *Silvestres oe ferae sui cujusque ingenii semina gerunt.* ubi cod. Sangerman. praefert *sui cuique ingenii.* sed forte legendum est *sui quaeque ingenii.* Et ita mox loquitur eodem cap. *Suum cuique regioni magis aut minus aptum esse doceot usus.* (* At l. 11, 3. *Opera, quae suis quibusque temporibus anni villicum exsequi oporteret.* ubi in hanc lectionem consentit Sangerm. an *suis quaeque temporibus?* Ursinus similiter conjicit.) Plinius 2. Epist. 5. *Veremur, ne*

cecinisset. equites item suae cuique parti post principia conlocat.
7 Ita trifariam adortus castra circumvenit: et, quum undique instaret, non sustinentes inpetum Volscos vallo deturbat. Transgressus inde munitiones, pavidam turbam inclinatamque in partem unam castris expellit.
8 Inde effuse fugientes eques, cui superare vallum haud facile fuerat, quum ad id spectator pugnae adstitisset, libero campo adeptus, parte victoriae fruitur, territos cae-

quibusdam pars aliqua secundum suam cujusque naturam non probetur. Curtius 4, 12. *Pedites his plurium gentium, non mixtas, sed suae quisque nationis junxerant copias.* ubi viri docti, *mixtos* vel *inmixtos* legi posse, et *pedites* ac *copias* per adpositionem accipienda monentes, non satis ad structuram totius orationis adverterunt, quae exigit, ut *τὸ pedites* casu primo accipi debeat. V. ibi Freinsh. Si quid mutandum, mallem *suae quisque nationi.* quod tamen nec ipsum necessarium. Caussatur quidem Doujatius, ideo Livium hic *suae cuique parti*, quam, ut Gronovius conjiciebat, *sua cuique parti*, maluisse, ut significaret, equites Hernicos ei exercitus parti, quae peditibus Hernicis, Latinos ei, quae Latinis, Romanos ei, quae legionibus constaret, subjectos fuisse. Sed antecessorum Parisiensium primicerius non animadvertit, idem optime a Livio indicari dicendo, *sua post principia cuique parti*, adeoque in eo vulgatae lectioni nullum praesidium quaeri posse. Omnes tamen nostri receptam scripturam servant, nisi quod *suae parti cuique* alio ordine praeferat Portug.

§. 7. *Non sustinentes inpetum Volscos*] *nec sustinentes* Voss. 2. quae lectio ferri posset, si plurium codd. consensu firmaretur. Particula enim *nec* non tantum conjunctio est disjunctiva, sed ab antiquis etiam pro *non* posita est. V. Zinzerl. Promuls. Critic. c. 23. Sic *nec ita multo post*, pro non ita multo post, supra est 2, 22, 2. *Ita sine certamine inde abductae legiones. Nec ita multo post Volscis levatis metu suum rediit ingenium.* Quia tamen alii omnes codd. in vulgatum conspirant, nihil puto mutandum. Solent autem voces *non* et *nec* in libris scriptis confundi. V. ad 5, 54, 2. Paullo ante *Item trifariam*, pro *Ita*, Gaertn. Alibi has voces confundi, infra videbimus ad 39, 19, 5.

Inclinatamque in partem unam] *inclinantemque* vetustae edd. invitis omnibus meis. Recte itaque Moguntini pro eo substituerunt *inclinatamque*, quod etiam servant libri scripti.

§. 8. *Quum ad id spectator pugnae adstitisset*] Palat. pr. *abstitisset.* GEBH. Referendum hoc inter vitia scribarum, qui passim verba ex praepositionibus *ab* et *ad* composita commiscere soliti fuerunt. V. supra ad cap. praec. §. 7. [*fugientes equites quibus superare* Verth.]

§. 9. *Et in castris et extra mu-*

dendo. Magna et in caſtris et extra munimenta 9 caedes fugientium fuit: sed praeda major; quia vix arma secum efferre hoſtis potuit. deletusque exercitus foret, ni fugientes silvae texiſſent.

XXIII. Dum ad Antium haec geruntur, interim 1 Aequi, robore juventutis praemiſſo, arcem Tusculanam inproviso nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul moenibus Tusculi considunt, ut diſtenderent hoſtium copias. Haec celeriter Romam, ab 2

nimenta] Prius *et* non comparet in priscis excusis. Primus addidit Aldus. Et id habent omnes noſtri manu exarati. V. supra ad 2, 44, 3. Sed poſterius *et* male omittitur in Lipsiens. Mox *caedis*, pro *caedes*, Leid. 1. V. ad 5, 45, 3.

Deletusque exercitus foret, nisi fugientes silvae texissent] Legendum *ni fugientes* ex Pall. codicibus MSS. et prima editione. GEBH. *delectusque exercitus foret* Leid. ambo, et Harlej. 2. errore scribarum. V. infra ad 4, 25, 8. *ni fugientes* scribendum eſſe Gronovius prima ed. notarum ex scriptis, Mediol. editione, Jo. Andreae, et Aldina docuerat, et *τὸ ni* eo non semel alibi quoque mutatum in *nisi* deprehendiſſe monuerat; quod poſtea in curis repetitis omiſſum eſt. *ni*, pro *nisi*, retinent etiam omnes noſtri, praeter Florent. Voſſ. 1. et Leid. 2. qui *nisi*, et Gaertn. qui *ne* praeferunt. *ni* etiam supereſt in vetuſtis excusis. *Τὸ nisi* primum obcurrit in Basileensi anni 1539. Saepius *τὰ ni* et *nisi* commutata in ſcriptis fuiſſe, vere Gronovius obſervarat. V. infra ad 23, 1, 8.

§. 1. *Dum ad Antium haec geruntur*] Diſſonat hic prodigiose Palat. tertius, *Dum in Antium hoc feruntur*. GEBH.

Arcem Tusculanam inproviso nocte capiunt] Dionys. [10. Antiq. p. 646.] et oppidum et arcem capta scribit, quod verisimilius puto. nisi quis Aequos in hoc Ap. Herdonium imitatos credat. GLAR.

Ut distenderent hostium copias] Cur non *distinerent* potius? SABELL. Mendoſum verbum eſt *distinerent*. Tu caſtiga *distenderent*, id eſt, diſtraherent, separarent. Sic l. 9. [12, 10.] *Distendit ea res*, inquit, *Samnitium animos*. RHEN. *distenderent hostium copias* probiſſima lectio eſt, expreſſa ab Andrea; retineturque ab Pall. tribus, nisi quod in secundi margine adnotatum eſt *distinerent*que. Campanus edidit, *ut discenderent*. l. 4, 59. *Quacumque incessere, lute populati sunt tecta agrosque, ut distinerent Volscos*. ut habet sola Campani editio. Pall. tres *deterrerent*. Forte *diterererent*. Rhenanus legit *exterrarent*. quod non probo. l. 5, 20. *Duae senatum distinebant sententiae*. Forte legendum *distendebant*. l. 27, 40. *Consules, diversis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, distenderant curas hominum*.

Roma in caſtra Antium perlata, movent Romanos
haud secus, quam si Capitolium captum nunciaretur.
tur. adeo et recens erat Tusculanorum meritum,
et similitudo ipsa periculi reposcere datum auxili-
3 um videbatur. Fabius, omiſſis omnibus, praedam
ex caſtris raptim Antium convehit. Ibi modico prae-

GEBH. *distinerent* commodum in hac re verbum eſt, quo Livius saepe pro dividere, in partes diſtrahere, uſus eſt. V. infra ad Liv. 5, 20, 4. Hic tamen recte mendoſum vocat Rhenanus ob codicum diſſenſum, quorum nullus, nisi Portug. a m. 2. id oſtentat. Alii omnes conſtanter praeferunt *distenderent*, exceptis Voſſ. 2. et Gaertn. qui habent *discederent*, et Fragm. Hav. a m. 1. quod praefert *discerent*. Ita *distendere* infra 34, 29, 7. *Romani simul a portu, unde aditus planior erat, ut distenderent ab apertiore loco hostes, simul per patefactum ruina iter inrumpere conabantur. distenderet* eſt in Harlej. 2. forte quia librarius credidit, hoc verbum referendum eſſe ad praecedens, *reliquo exercitu*, quum reſpiciat remotius *Aequi*. Quamquam si ad alterum referri debuiſſet, ne ita quidem *distenderent* mutandi invitis codd. neceſſitas foret. V. infra hoc lib. ad c. 28, 2. [*copias et hoc celeriter* Veith.]

§. 2. *Si Capitolium captum nunciaretur*] *nunciaret* Harlej. 1. Malc. V. infra ad 10, 10, 1. Mox *adeo et recens Tusculanorum meritum, et similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium videbatur* Portug. omiſſo *τὸ erat*, quod alii omnes codd. obſerunt. *adeo recesserat Tusculanorum meritum* Klockian. Forte scriptum fuerat continua serie, ut olim solebat, *recéserat*. Evanescente poſtea vel per peram omiſſa linea suprascripta, inde facile formari potuit *recesserat*. [*adeo recens erat* Veith.] Paullo ante *a Roma*, pro *ab Roma*, Lipsiens. a m. 1.

§. 3. *Praedam ex castris raptim Antium convehit*] *et castris* Harlej. 2. V. infra ad 26, 45, 1. *e castris* Haverk. Deinde *raptam* Leid. 2. Sed vulgatum verius eſt. Mox *τὸ relicto* non comparet in Haverk. Tum *citato agmen Tusculum rapit*, pro *citatum*, Gaertn. quod adverbialiter accipi poſſet. Inde enim alibi *citatius* et *citatissime* obcurrunt; nisi illa vel a *citate*, vel a *citatim* declinata eſſe exiſtimentur. Reliqui tamen codd. nihil mutant. Et recte. *citatum agmen*. ut infra 5, 37, 4. *Citato agmine iter ingrediuntur*. 23, 36, 3. *Citatum agmen praeter Capuam rapit*. 28, 16, 2. *Citato agmine ducti sunt*. 27, 50, 1. *Citatiore, quam inde venerat, agmine die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit*. 22, 6, 10. *Quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt.*

Quod cocti ad manum fuit cibi] *coacti* Florent. Klockian. Voſſ. 1. Leid. ambo. Harlej. ambo. Sed male. Alibi ita etiam peccarunt librarii. Forte simili mendo deformatur etiam nunc locus Livii infra 44, 32, 11. *Huic ut omnis multitudo vacaret. feminae ex propinquis urbibus cocta cibaria in castra adferebant.* Vulgo nunc legitur *coactae*.

sidio relicto, citatum agmen Tusculum rapit. nihil praeter arma, et quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Commeatum ab Roma consul Cornelius subvehit. aliquot menses Tusculi 4
bellatum. parte exercitus consul castra Aequorum obpugnabat: partem Tusculanis dederat ad arcem

Vide, quae ad eum locum notantur. [*quod capti* Veith.] Praeterea *sibi*, pro *cibi*, Haverk. qui error facillime inde ortus esse potuit, quod alius scribenti minus distincte verbis praeierit: qua ratione confundi potuere *concilium* et *consilium*, de quo v. Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. *cedens* et *sedens*, de quo v. ad Liv. 21, 40, 2. *censurus* et *sensurus*, de quo v. infra ad 5, 20, 6. (* *interseptus* et *interceptus* 8, 25, 5. *concipere* et *consipere* 5, 42, 3.) et multa alia, quae passim obcurrunt.

Commeatum ab Roma consul Cornelius subvehit] *a Roma* Fragm. Hav. Tum *consules* Leid. 2. claro iterum indicio, stupidos librarios compendium scribendi *cons̃* nulla habita sensus vel locutionis ratione, modo *consul*, modo *consules*, reddidisse. V. infra ad 10, 10, 2. Denique *subvenit* Fragm. Hav. a m. 1. *vehere* et *venire* alibi a librariis commutantur. V. viros doctos ad Cic. de Nat. Deor. 1, 1. Etiam quae infra notantur ad 3, 61, 9. 5, 28, 2, (* 37, 9, 6. c. 16, 14.) et alibi.

§. 4. *Aliquot menses Tusculi bellatum*] *aliquot mensibus* Voss. 2. a m. 1. V. infra ad 10, 21, 6. *aliquod* autem praefert Gaertn. V. ad 3, 9, 2. Etiam *Tasculũm* exsulat ab eodem cod. Mox *oppugnat*, pro *oppugnabat*, Portug.

Ad arcem recuperandam, vi numquam eos subigere potuit] Alii legunt *vi numquam eo subire potuit.* quid si *potuere* legatur? propter statim sequentia haec verba, *inermes nudique omnes sub jugum ab Tusculanis missi.* GLAR. Vet. lib. *subiri.* SIG. Membranae nostrae *ad arcem reciperandam, vi nunquam eos subigere potuit.* MOD. Non aliter Pall. tres et Campani editio, quam *vi numquam eo subire potuit.* Miror, nostrum secundum divortium hic facere a Sigoniano, repraesentante *subiri.* Andreas edidit, *vi numquam eos subigere potuit.* Quam lectionem corruptam non diffitetur Loritus. GEBH. *reciperandam*, quod Modius in suo reperit, mihi in nullo obvium fuit. Et sane passim quidem id in notius *recuperare* scribae mutarunt. V. infra ad 7, 18, 1. Non tamen unius cod. testimonio receperim. Tum *vi numquam eos subigere potuit* servant, quibus utor, edd. antiquiores. Sed recte eam lectionem viri docti rejecerunt, quam etiam nulli codd. mei agnoscunt. Primus Aldus ejus loco reposuit *vi numquam eo subire potuit*, cui concinunt ex nostris Voss. uterque, Leid. uterque, (nisi quod Leid. 2. omittat τὸ *eo*) Portug. (qui alio ordine, *vi eo numquam subire potuit*, exhibet) Gaertn. Klockian. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed et hanc lectionem non per omnia sanam esse Glareanus jam deprehendit. Quum *eo* capiendum sit pro *ad arcem*,

recuperandam. Vi numquam eo subiri potuit. fa-
5 mes poſtremo inde detraxit hoſtem. Quo poſtquam
ventum ad extremum eſt, inermes nudique omnes
sub jugum ab Tusculanis missi. hos, ignominiosa
fuga domum se recipientes, Romanus conſul in Al-
6 gido conſecutus, ad unum omnes occidit. Victor

eamque Tusculani cum parte exercitus Romani obpugnarint, *subire potuit* ferri nequit. Donjatius quidem, ut eam defendat, comminiscitur, conſulem ſtatim arcem adortum expugnare non potuiſſe, eamque Tusculanis obsidendam reliquiſſe, adtributa copiarum parte. Verum neque Livius id refert, neque aliunde conſtare poterit. Ipſe itaque Glareanus *potuere*, pro *potuit*, scribendum conjicit. Sed conjecturam hanc nulli libri probant. Nihil itaque propius, quam ut cum Sigonio verum credamus *numquam eo subiri potuit.* Id fuiſſe videtur in Lipsiens. et utroque Harlej. idem etiam in omnibus MSS. suis eſſe Hearne auctor eſt. J. Fr. Gronovius etiam in priori ed. notarum ita scribendum judicavit, eamdemque lectionem Cl. Jac. Gronovius in contextum recepit. *u nunquam eo subire* Florent. m. 1. *uti* m. 2.

Fames postremo inde detraxit hostem] *postremo deinde* Haverk. Quod an dictum erit, ut *deinde deinceps, postea deinceps, deinde postea*, similiaque alia, de quibus agitur ad 2, 47, 11? Non puto. Reliqui enim codd. in alia omnia discedunt. *inde* ergo eſt ex arce. Praeterea *inde traxit hostem* Harlej. 1. Sed primam syllabam vocis *detraxit* absorpsit ultima praecedentis *inde.* V. infra ad 5, 19, 4. *Detrahere* in hac re usitatiſſimum verbum eſt. Infra 29, 20, 2. *Spe destinaverit, Hannibalem ex Italia detractu-rum.* ubi plura vide.

§. 5. *Quo postquam ventum ad extremum est*] J. Fr. Gronovius prima notarum ed. scribendum conjecit *Qua postquam*, et *Qua* respondere τῷ *fames* monuit; et ita *ad extremum* accepiſſe videtur ad extremam, ad ultimam neceſſitatem. Notas deinde recensens conjecturam hanc delevit; forte quod displicere incepiſſet. Et recte. Vulgatum enim sanum eſt. *Quo*, nempe ut fames detraheret, *ad extremum* autem, id eſt tandem, extremo; quo sensu apud Cic. et paſſim alibi frequenter obcurrit. Ceterum *Qui*, pro *Quo*, Voſſ. 1. et Leid. 2. Deinde *ad extremum ventum est* Fragm. Hav.

Inermes nudique omnes sub jugum ab Tusculanis missi] *inermes undique omnes*, transpositis literis, Leid. 1. et Haverk. Neque aliter multae ex vetuſtis codd. Sed rectum eſt *nudique*, quod servant reliqui codd. mei, et cum illis Palat. pr. ut Gebhardus supra monuit ad 3, 11, 8. Infra c. 28, 11. *Sub hoc jugo dictator Aequos misit. Castris hostium receptis, plenis omnium rerum, (nudos enim emiserat) praedam omnem suo tantum militi dedit.* 9, 6, 1. *Primi consules prope seminudi sub jugum missi.* c. 15, 6. *Militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum.* 10, 36, 14. *Captivorum numerus fuit septem milli-*

ad Columen (id loco nomen est) exercitu relicto
castra locat. Et alter consul, postquam moenibus
jam Romanis, pulso hoste, periculum esse desierat,
et ipse ab Roma profectus. Ita bifariam consules 7
ingressi hostium fines, ingenti certamine hinc Volscos, hinc Aequos populantur. Eodem anno de-

um ac trecentorum, qui omnes nudi sub jugum missi. inermes nudi omnes sine copula Portug. Denique *a Tusculanis* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Fragm. Hav. et Gaertn.

Consul in Algido consecutus] *secutus* Lipsiens. Male. *consequi* enim est hoc loco pro adsequi, sequendo aliquem attingere. Curtius 4, 9. *Fugientemque per medios hostes consecutus ex equo praecipitavit.* 7, 2. *Fugientem consecuti vinctum reducebant.* Paullo ante *hac ignominiosa fuga*, pro *hos*, Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *ac ignominiosa* Haverk. Sed reliqui recte vulgatum tuentur.

§. 6. *Victor ad Columen*] *ad Colinum* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. *ad Collinum* Hearnii Oxon. L. 1. et *C. ad Colum̃* Fragment. Hav. Reliqui *ad Columẽ*, vel *ad Columen*. Et ita etiam edd. omnes, nisi quod in Francofurtana anni 1578. invenerim *Columem*. Ita etiam hunc locum adducens laudat Cluver. 2. Italiae Ant. 16. p. 770. et ex eo, quod vocabulum *Columes* formationem linguae Latinae habere minus videatur, haud inmerito id viris doctis suspectum esse pronunciat. Eos tamen, quiqui sint, non male lectionem illam in controversiam vocasse, evincit aliarum edd. ac plerorumque codd. consensus. Addit Cluverius, sibi persuasum esse, eumdem hunc esse locum, qui *Cornae collis* apud Plin, 16. H. N. 44. vocatur, nec dubitare, quin alterum ex his vocabulis sit corruptum. Mox τὸ *nomen* deest in Harlej. 1. errore scribae. [*id nomen loco in exercitu* Veith.]

Exercitu relicto castra locat] Si exercitum reliquisset, non erat opus castrorum metatione. quare *reliquo exercitu* melius. Tu vide, quae praecedunt. SABELL. Nemo non intelligit, *relicto* nullo modo incolumi sensu stare posse. Quare videbunt alii, ne *reducto*, aut, quod aeque placet, *reliquo* sit potius legendum. SABELL. Admonuit Sabellicus, legendum *reliquo exercitu.* non *relicto*. GLAR. Recte Sabellicus vidit, τὸ *relicto* hic locum non obtinere. Ego aut *relato* scriberem, aut *reducto*. RHEN. Sabellicus absurditatem, nescio quam, odoratus reponendum censet *reducto*, vel *reliquo*. Tale nihil in omnibus nostris libris. GEBH. V. ad 2, 17, 4. DUK. Omnes etiam nostri in vulgatum conspirant. nisi quod τὸ *relicto* deficiat in Gaertn. Attamen locum mendosum esse nullus dubito. Nec tamen subcurrit, quid substituendum sit. Cl. Ant. Perizonius ad marginem codicis conjecit *exercitu refecto*.

Et alter consul, postquam moenibus Romanis, jam pulso hoste, periculum esse desierat] Est in veteri, *postquam moenibus jam Romanis, pulso hoste.* RHEN. Rhenanus legit *moeni-*

sciſſe Antiates, apud pleroſque auctores invenio. L. Cornelium conſulem id bellum geſſiſſe, oppidumque cepiſſe, certum adfirmare, quia nulla apud vetuſtiores ſcriptores ejus rei mentio eſt, non auſim.

1 XXIV. Hoc bello perfecto, tribunicium domi bellum Patres territat. Clamant, *fraude fieri, quod*

busjam Romanis, ut edidit Andreas. Ceterum in Pall. tribus et Campani ed. plane evanuit *τὸ jam*. GEBH. Evanuit etiam in Voſſ. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertner. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] At ordinem vocabulorum, quem Rhenanus in suo invenit, obſervant Voſſ. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. quos secutus sum. In nullo enim codice voces in eam seriem, quae in editis plerisque supereſt, digeſtae obcurrunt. Ceterum *τὸ et* in principio harum vocum deeſt in Voſſ. 2. *τὸ esse* vero in Leid. 2. Contra, addita voce, *postquam a moenibus* Gaertn. ut conſtruendum sit *pulso a moenibus*. Verum quum reliqui codd. adscitam a librario hujus Mſti praepositionem ignorent, eam etiam recipiendam non exiſtimo. Ita conſtructio erit *desierat periculum esse moenibus Romanis*. Sic Terent. Heaut. 5, 2, 27.

Adeon' rem rediisse, ut periculum etiam a fame mihi sit, Syre?

Ibidem 3, 3, 6.

Quum illi pericli nihil ex indicio siet.

in Phorm. 2. 2, 19. *Aliis aliunde est periclum*. Mox *a Roma profectus*. pro *ab Roma*, Gaertn.

§. 7. *L. Cornelium consulem id bellum gessisse*] Praenomen Cornelii exſulat a Portug. Tum *hoc bellum gessisse* Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. et Hav. *hic bellum gessisse* Leid. 1. et Gaertn. Paullo ante voces *consules* et *anno* deficiunt in Gaertn. eodem.

Quia nulla apud vetustiores scriptores ejus rei mentio est] Obſervat tamen Pighius in Annal. ad ann. ccxciv. p. 128. hujus rei apud Dionys. Halic. l. 10. p. 647. mentionem obcurrere. Verum is ratione Livii non inter vetuſtiores, sed inter aequales scriptores, referendus eſt. Eo auctore L. Cornelius consul Antiates semel iterumque proelio vicit, eorum urbem impetu cepit, et Romam reverſus de hoſtibus triumphavit; ejus autem triumphi veſtigia inveniri in fragmentis Faſtor. Triumph. hoc anno. V. etiam Sigonium in Faſt. ad eumdem ann. Ceterum vox *scriptores* non comparet in Portug. ejus loco *auctores* praefert Leid. 2. qui etiam habet *hujus rei mentio*. sed *ejus mentio rei* Harlej. 2. Hav. et Lipsiens.

§. 1. *Tribunicium domi bellum Patres territat*] *irritat* primae edd. usque ad Aldum, qui *territat* subſtituit. Id autem servant tantum non omnes scripti. Hinc intelligere poſſum, quid voluerit scriba Haverk. solus meorum in diversa abiens, et obferens *interritat*. Invenit nempe duplicem lectionem *irritat* et *territat*, et utramque simul exprimere voluit; ideoque dedit *interritat*. V. infra ad hujus libri c. 45, 4. Deinde *fraudem fieri* Gaertn. Sed reliqui Mſti vulgatum tuentur. *m* finale a librariis pro lubitu paſſim vel addi, vel omitti, saepe supra dictum eſt, et saepius infra notandum erit. V. etiam mox ad §. 5.

foris teneatur exercitus: frustrationem eam legis tollendae esse. se nihilominus rem susceptam peracturos. Ob- 2
tinuit tamen P. Lucretius praefectus urbis, ut actiones tribuniciae in adventum consulum differrentur.
Erat et nova exorta caussa motus. A. Cornelius et 3
Q. Servilius quaestores M. Volscio, quod falsus

***Frustrationem eam legis tollendae esse*]** Voculam *eam* non agnoscit Harlej. 2. *frustrationem eam legis tollendam esse* Haverk. cujus librarius non intellexit vulgatam lectionem ejusque elegantiam, de qua infra v. ad 5, 3, 5.

§. 2. ***P. Lucretius praefectus urbis*]** Suspectum est praenomen *Publius*, pro *Lucius*, qui triennio ante consul fuerat. Nam omnes praefecti urbis ante hoc tempus consulares fuerunt. Q. Servilius supra c. 3. L. Valerius c. 5. Q. Fabius c. 8. et 29. DUK. Cl. Dukeri conjecturam firmat cod. Florent. cujus librarius duplex Lucretio praenomen Publii et Lucii tributum invenisse, et utrumque jungere voluisse videtur. Dedit enim *P. L. Lucretius praefectus urbis.*

§. 3. ***Erat et nova exorta caussa motus*]** Amphibolon in *motus* participio et nomine, et *nova exorta causa* in nominandi casu et vocandi [l. auferendi.] Res digna, ubi exerceantur curiosi grammatici. GLAR. Nullum in his amphibolon esse existimo. Quisquis enim ad mentem Livii adtendit, facile intelligit, *nova exorta caussa* casu primo poni; τὸ *motus* autem non participium, sed nomen esse casu secundo; ac Livium dicere velle, praeter contentiones de lege Terentilla novam certaminum cum tribunis caussam exortam esse. Vox *et* culpa scribae non adparet in Lipsiens. *nona*, pro *nova*, praefert Klockian. Tum *motus* male exsulat ab Haverk. pro eo *timoris* praefert Hearnii Oxon. L. 2. [Veith. sed in marg. *motus*] unde effici potest, in quodam cod. *metus* scriptum fuisse, cujus glossa erat *timoris*. *Metus* autem et *Motus* inter se commutari, infra videbimus ad 3, 69, 2. *caussa amotus* est in Lipsiens. Sed litera *a* vocis *motus* capiti adhaesit ex fine vocis praecedentis. V. infra ad 37, 29, 8. et mox ad §. 5. hujus cap.

***A. Cornelius et Q. Servilius quaestores*]** *L. Cornelius* Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. Praeterea *atque Servilius*, quas vidi, edd. usque ad Aldum, qui primus substituit *et Q. Servilius.* idem in plerisque nostris superest. Reliqui manifesta vestigia ejus lectionis servant. nam *etque Servilius* praefert Harlej. 1. *et Quintius Servilius* Portugall. Pighius in Annal. ad ann. cccxiv. p. 128. testatur, quosdam codd. Livianos habere *et C. Servilius*, eumque hoc modo adpellat in serie magistratuum hujus anni. Sed, lectionem illam in nullo cod. vel scripto vel inpresso mihi obviam fuisse, profiteor. Mox *inde Volscio*, pro *M. Volscio*, Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 4. 52, 4.

***Quod falsus haud dubio testis in Kaesonem exstitisset*]** Vet. lib. *haud dubie*. SIG. Sigonius *haud dubie*. ut habent Pall. GEBH. *haud dubie* quoque non modo omnes nostri manu exarati, sed etiam excusi, quoscumque vidi, usque ad Frobe-

haud dubie teſtis in Kaesonem exſtitiſſet, diem di-
4 xerant. multis enim emanabat indiciis, neque fra-
trem Volscii, ex quo semel fuerit aeger, umquam
non modo visum in publico, sed ne adsurrexiſſe
quidem ex morbo, multorumque tabe menſium mor-

nium, qui anno 1535. *haud dubio* subſtituit. Supra 1, 9, 6. *Et haud dubie ad vim spectare res coepit* 2, 23, 13. *Consules ipsos tergiversari, nec dubie ludibrio esse.* Ubi quidam etiam, *nec dubio ludibrio esse.* Infra hoc lib. c. 38, 1. *Id vero regnum haud dubie videri.* 5, 33, 11. *Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est* 31, 2, 6. *Haec consternatio muliebris, sive sua sponte, sive auctoribus vobis, M. Fundani et L. Valeri, facta est, haud dubie ad culpam magistratuum pertinens.* Ubi iterum recentiores edd. *haud dubio*, sed sine ullius cod. consensu. Vide, quae ad eum locum notantur. In verbis sequentibus *diem dixerunt*, pro *dixerant*, Gaertn. *dixerint* Voſſ. 2. In reliquis recepta scriptura superest, nisi quod *dixerat* praeferant Leid. 1. et Lipsiens.

§. 4. *Multis enim emanabat indiciis*] Non aliter Pall. sec. tertius, et Andreae atque Campani edd. et quidem eleganter. Sic supra l. 1, 16. *Manavit enim haec quoque, sed perobscura fama.* Palat. pr. *multis enim eminebat indiciis.* Vereor, ut perperam. GEBH. *manebat* Portug. a m. 1. *emanebat* Voſſ. 2. *amanabat* Florent. *eminebat* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed recte vulgatum probavit Gebhard. Saepe Livius hoc verbo usus eſt de illis, quae in vulgus exeunt, ac nota fiunt. Infra 7, 39, 4. *Primum admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos, consilia sua emanasse.* 8, 3, 3. *Per quosdam, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romam emanarunt.* 29, 24, 4. *Periculum erat, ne vera eo ipso, quod celarentur, sua sponte magis emanarent.* 40, 54, 8. *Quum multa adsoleat veritas praebere vestigia sui, omni ope adjuvabat, quo maturius omnia emanarent.* 42, 14, 1. *Bello deinde perfecto, quaeque dicta ab rege, quaeque responsa essent, emanavere.* c. 16, 1. *Refugerunt eo cursu, ut, quum unus non facile sequendo per invia atque ardua moraretur fugam eorum, ne comprehenso indicium emanaret, occiderint comitem.* 44, 35, 3. *Quo quaeque adcuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant.* Deinde *nec fratrem Volsci*, pro *neque fratrem Volscii*, Gaertn. Ideo forte *nec* librarius dedit, quod ea vox mox subjungatur. Verum, recte poſt τὸ *neque* voculam *nec* inferri, infra videbimus ad 9, 9, 14.

Ex quo semel fuerit aeger, umquam non modo visum in publico] *ex quo fuerit aeger*, una voce omiſſa, Fragm. Hav. a m. 1. *ex quo semel fuit aeger* Portug. a m. 1. Forte scriptum fuerat *fuit*. Sed additam notam librarius poſtea neglexit. V. infra ad 40, 14, 3, Deinde *numquam non modo visum* Voſſ. 1. Leid. 2. Gaertn. et Portug. Sed librarius in Voſſ. 1. primae lite-

tuum: nec his temporibus, in quae teſtis crimen 5
conjeciſſet, Kaesonem Romae viſum: adfirmantibus,
qui una meruerant, secum eum tum frequentem ad
signa sine ullo commeatu fuiſſe. ni ita eſſet, multi
privatim ferebant Volscio judices. Quum ad judi- 6

rae τοῦ *numquam* signum addidit, ut indicaret, eam delendam eſſe. Ita autem olim datum fuisse videtur, quod *non modo* pro *non modo non* saepissime usurpari non subcurreret. Deo eo infra v. ad 25, 26, 10. *non unquam modo visum* Harlej. 2. et Haverk. [*non modo jussi in publico* Veith.]

Ne adsurrexisse quidem ex morbo multorumque tabe mensium] Addit Buslidianum exemplar *mortuum*, quod videtur deeſſe ad complementum ſententiae. NANN. Vet. lib. *multorumque tabe mensium mortuum*. SIG. *Tò mortuum*, quod viri docti ex Mſtis addendum monent, supereſt conſtanter, non modo in omnibus scriptis, sed etiam in vetuſtioribus excusis. Frobenius demum ejecit anno 1535. sed dubium eſt, utrum deliberato animo, an errore operarum. *ne adsurrexisse quidem eorum morbo* eſt in Harlej. 1. *moltuorumque* in Lipsiens. *tabe mensum mortuum* Florent.

§. 5. *Secum eum tum frequentemque ad signa sine ullo commeatu fuisse*] Vet. libri *frequentem ad signa*. SIG. Priorem lectionem *frequentemque* retinent ex meis Florent. Voſſ. 2. Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. et Fragment. Hav. [Veith.] Nihilominus tamen alterum praefero. Non enim, qui Kaesonem falso Volscii teſtimonio obpreſſum contendebant, duplici pugnabant argumento, quod eo tempore, quo Volscii fratrem male mulcaſſe dicebatur, secum fuerit, et frequens ad signa fuerit; sed unico tantum, quod illo tempore a caſtris non abfuerit. Addunt tamen *secum frequentem*, tamquam cauſſam, quamobrem ipsi id noverint, et ut teſtimonio fidem concilient. Ad hoc *euntem*, pro *eum tum*, habet Fragm. Haverk. [Veith. *τὸ tum* exsulat a Portug. Praeterea *sine aliquo commeatu* idem Portug. *sine ullo comitatu* Haverk. Paullo ante *meruerunt* multae ex primis edd. invitis Mſtis, qui servant *meruerant*, quod jam in Veneta anni 1495. obvium fuit. *ameruerant* eſt in Lipsiensi. Sed prima litera male repetita eſt ex fine vocis praecedentis. V. supra hoc cap. ad §. 3.

Ita esse, multi privatim ferebant Volscio judices] Repone, *nisi ita esset, multi privatim ferebant Volscio judicem. Quum ad judicium ire non auderet, omneis eas res in unum congruenteis haud magis dubiam damnationem Volscii, quam Caesonis Volscio teste fuerat, faciebant*. Eſt autem *ferre judicem*, velut offerre judicem. Sic infra [hoc lib. c. 57, 5.] *Proinde, ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit*. Verba sunt L. Virginii adversus Ap. Claudium. Hoc sermonis genere et M. Tullius utitur. RHEN. Quidam libri *ita esse, multi privatim ferebant Volscio judices*. Lege *ni ita esset*

cium ire non auderet, omnes eae res, in unum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volscii, quam Kaesonis Volscio teste fuerat, faciebant.
7 In mora tribuni erant, qui comitia quaestores habere de reo, nisi prius habita de lege essent, passuros negabant. ita extracta utraque res in consu-
8 lum adventum est. Qui ubi triumphantes victore

etc. Solennis enim haec particula in ferendo judice, ut infra hoc lib. [c. 57, 5.] V. Briss. 5. de Form. p. 413. et 414. Hac autem phrasi *ferre judicem* utitur Liv. hoc lib. loc. laud. l. 8, [33, 8.] *Provoco ad populum, eumque tibi judicem fero.* l. 9, [1, 7.] *Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram.* V. Brisson. l. 5. de Formulis. et de verb. signif. quae ad jus pertinent l. 6. KLOCK. *multi privatim ferebant Volscio judicem* ab Curione est. Andreas et omnes usque ad Frobenium *judices*. Ego etsi in membranis promiscuis illud reperiam, tamen, quia omnium optimae Florentinae *judicis*, probo *judices*. Sic enim locutus est, quia praecessit *multi*, et alius alium. Tale in duodecim: *libras farris in dies dato.* quia enim *dies*, ideo *libras.* quod est quovis die libram. V. ad l. 4, 15. J. FR. GRON. *judicem* etiam omnes nostri praeter Leid. 2. qui dedit *judicium*. Patet librarium non intellexisse locutionem *judicem ferre*, eamque locum conrumpendi caussam fuisse. Non intellexit etiam Ascensius, qui anno 1513. in margine monuit, se libentius legere *ferebat Volscio indices.* Inlustrat eam Hotomann. ad Cic. Orat. pro Q. Rosc. Com. 15. Rectius certe, quam Menard. ibid. ut ex hoc loco constat. V. etiam Budaeum Annot. ad l. 2. §. 24. ff. de Orig. jur. p. m. 90. Quamvis autem cum Gronov. probem *judices* ob codicis Florent. auctoritatem, alterius tamen lectionis, *judicem*, non Curionem, sed Rhenanum auctorem esse, hujus praemissa adnotatio evincit. Quin etiam antequam Curio Livium ederet, ita jam vulgarant Frobenius anno 1535. Basileenses quadriennio postea, tum Vascosan. et anno uno ante Curionem Gryphius. Ceterum licet Rhenan. in Annot. *nisi ita esset* scribi jusserit, Frobenius tamen, qui plerasque ejus emendationes in contextum recepit, edidit *ni ita esset;* idque per omnes edd. deinceps propagatum est. Nescio tamen, an alteri praeferri debeat. Certe omnes nostri constanter praeferunt *nisi ita esset.* et ita etiam ediderunt Mediolan. anno 1505. Quod ut reciperem, tot codicum constans auctoritas mihi persuasisset, nisi obstitisset auctoritas Brissonii, qui notat 5. de Formul. p. m. 369. et 370. in faciendis sponsionibus ac ferendis judicibus particulam *ni* adhibitam fuisse. V. etiam viros doctos infra hoc lib. ad c. 57, 5. Praeterea *privati ferebant.* Sed *m* finale a librariis pro arbitrio vel adjectum vel omissum esse, modo dictum est ad §. 1. hujus cap. *privatim inferebant* habet Harlej. 2. Sed syllaba *in* vocis initio adcrevit ex litera finali praecedentis. V.

cum exercitu urbem inierunt, quia silentium de lege erat, perculsos magna pars credebant tribunos.
9 At illi, (etenim extremum anni jam erat) quartum adfectantes tribunatum, in comitiorum disceptationem ab lege certamen averterant. et quum consules nihilo minus adversus continuationem tribunatus, quam si lex minuendae suae majestatis caus-

infra ad 5, 23, 5. Ceterum *ni ita esset multis privatis ferebant Volscio judicem* Florent.

§. 6. *Quum ad judicium ire non auderet*] Usitatius *ad judicem*. Infra c. 57. *Si ad judicem non eat*. c. 72. *Si ad judices alios itum foret*. Et ita saepe Jurisconsulti in Pandectis. DUKER.

Omnes eae res, in unum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volscii, quam Caesonis Volscio teste fuerat, faciebant] Quidam hos nominativos [*omnes eae res in unum congruentes*] in accusativos mutarunt non bene, meo judicio. Nam, *faciebant*, verbum nullum alioqui habebit nominativum. GLAR. Rhenanus erat, qui, pro *omnes eae res in unum congruentes*, superiori adnotatione legi jubebat *omneis eas res in unum congruenteis*; qua lectione admissa *faciebunt*, ut Glareanus observat, non habet, quo referatur. Retulissem itaque accusativos illos inter errores typographorum, et quidem tanto magis, quod altera Rhenani emendatio *Nisi*, vel *Ni ita esset*, quam eadem opera proponit, in contextum admittatur, non vero haec *omneis eas res in unum congruenteis*; nisi vidissem, eamdem lectionem in multis Mstis superesse. Nam *omnes eae*, vel *hae*, vel *heae res in unum congruentes* tantum invenio in Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Contra *omnes eas in unum congruentes* in Voss. 1. *omnes eas res in unum congruentes* in Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. [Veith.] *et omnes eas res in unum congruentes* in Voss. 2. a m. 2. qui *et omnes eae res* a m. 1. habuit. *omnes eas res in unum congerentes* Leid. 2. quae posterior lectio saltem non peccat in regulas grammaticorum. At praeferenda tamen vulgata. *congruere in unum* enim locutio est alibi non semel a Livio usurpata. Infra 29, 6, 2. *Principio ab Numidis facto et Bruttiis, non societate magis Punica, quam suopte ingenio congruentibus in eum morem*. ubi v. Gronov. alia exempla laudantem. Praeterea *Volscio teste fuerant, faciebat* obfert Leid. 1. *fuerant* etiam Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. utrumque mendose: ut et, quod Gaertn. servat, *quam quod Kaesonis Volscio testis fuerat*.

§. 7. *Extracta utraque res in consulum adventum est.*] *extracta res utraque* Leid. 2. Mox *in consulum in adventum est* Haverk. *in consulum est adventum*, alio ordine, Gaertn. initio *In moram* Florent.

§. 8. *Victore cum exercitu urbem inierunt*] *incidē cum exercitu* Gaertn. *victorie cum exercitu* Lipsiens. Tum vox *urbem* exsulat a Leid. 2. In verbis praecedentibus *Qui ibi*, pro *ubi*,

sa promulgata ferretur, tetendissent, victoria certaminis penes tribunos fuit. Eodem anno Aequis pax est petentibus data. Census, res priore anno in-

praefert Lipsiens. V. ad 27, 5, 2. Paullo post *silentium de lege erit* Voss. 2. pro *erat*.

Perculsos magna pars credebant tribunos] *credebat* priscae edd. Pro quo Aldus admisit *credebant*, concinentibus omnibus meis. V. ad 5, 38, 5.

§. 9. *Etenim extremum anni jam erat*] *et extremum anni jam erat* Voss. 2. *etenim extremum jam anni erat*, in aliam seriem digestis vocibus, Gaertn. Mox *a lege* Leid. 2. Fragm. Hav. et Gaertn. Deinde *adverterant*, pro *averterant*, Lipsiens.

§. 10. *Aequis pax est petentibus data*] *Aequis est pax petentibus data* Harlej. 2. Haverk. et Lipsiens.

Idque lustrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt censa] *ab origine urbis decimum conditae* Harl. 1. *decimum conditum ferunt. Censa* Leid. 2. Harl. 2. Haverk. et Fragm. Hav. cum priscis excusis. Verum non immerito illud *ferunt* posterioribus editoribus displicuit. Non decet enim, Livium de re, quam ex monumentis suo tempore exstantibus certo scire poterat, ita dubitanter loqui. Moguntini itaque ediderunt *decimum conditum fuit. Censa*. sed sine auctoritate ullius cod. Idem tamen voluisse videtur librarius Lipsiens. qui dedit *decimum conditum fuerat. Censa*. Aldus primus vulgavit, *decimum conditum. Fuerunt censa*, quod verum est, et servant reliqui Msti mei. Alibi etiam *ferunt* et *fuerunt* commutantur, V. infra ad 5, 44, 4.

Civium capita centum triginta duo millia quadringenta novem] Haec lectio demum orta est ex ultima Gruteri; in qua, quum priores per notas numerales scripsissent *CCCCXIX*, datum est *quadringenta novem*, pro *novemdecim*. In hac re saepissime ab eadem ed. turpiter erratum esse, infra videbimus ad 44, 28, 14. Verum nondum ita omnia persanata *civium capita CXVII. CCCXVIIII.* Florent. *civium capita C. XXX. V. CCC. XVIII. C. XVII. CCC. XIX.* Voss. 1. et Leid. 2. *civium capita CXXXII. CCCXVIII. CXVII. CCCXIIII* Leid. 1. *civium C. XXXII. CCCXVIII. ex VII. XVIII.* Lipsiens. *civium capita CXXXII. milia CCCXVII.* Gaertn. *civium capita CXXXII. CCCXVIII. CXII. CCCXVIIII.* Klockian. *civium capita CXXXV^m. CCCXVIII.* Voss. 2. *civium capita CXXXII. aCCCXVIII.* Harl. 1. *civium capita dCCCC LX XXVIII.* Portug. *civium capita CXXV^m.* Fragm. Hav. a m. 2. priori lectione penitus erasa, ut amplius intelligi nequeat. *civium capita centum triginta duo millia tricenta decem et octo* Harlej. 2. et Haverk. nisi quod posterior habebat *trecenta*. *civium capita CXXXII. millia CCC decem et octo* Hearnii Oxon. B. *civium capita CX XXIII. millia CCCXVIII.* Ox. C. *civium capita CXVIII.* Ox. N. Ex his patet, *quadringenta*, quod est in omnibus editis, in nullo scripto superesse, sed plerosque loco ejus prae-

inchoata, perficitur: idque luſtrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt cenſa civium capita centum ſeptemdecim millia trecenta novemdecim. Conſulum magna domi belliqne eo anno gloria fuit: 11

ferre *trecenta*. Praesertim autem ex propoſitis codicum lectionibus attendendum eſt ad eas, quae obferuntur in Voſſ. 1. et Leid. utroque, ac prima fronte reliquis corruptiores videntur; sed tamen, niſi fallor, viam ad veriorem lectionem inveniendam monſtrabunt. In illis autem duplicem a librariis lectionem perſcriptam fuiſſe puto. et quidem in Voſſ. 1. et Leid. 2. *centum triginta quinque millia trecenta octodecim*, et *centum ſeptemdecim millia trecenta novemdecim*. in Leid. 1. autem *centum triginta duo millia trecenta octodecim*, et *centum ſeptemdécim millia trecenta quatuordecim*. Jam vero ex duplici illa lectione praeferendum judico numerum millenarium, quem ſecunda obfert *civium capita centum ſeptemdecim millia*. Eamdem etiam duplicem lectionem dare voluiſſe videntur librarii codicum Lipſiens. et Klockian. niſi quod ſecundo loco, ille, obfenſus credo tot numeris junctis, unde ſe extricare non poterat, notas, quibus *trecenta* indicaret, omiſerit. nam, pro *ex VII.* legendum, *CXVII.* hic vero, per errorem neglecto numeri quinarii ſigno *CXII*, pro *CXVII*, dederit. Cur autem id vulgato praeferam, illa eſt cauſſa, quod c. 3. hujus libri, ubi Livius proximo luſtro cenſorum civium numerum refert, pro *centum quatuor et viginti millia*, ex conſenſu codd. ſcriptorum *centum quatuor millia* receperim, et quinque vel ſex annis cives tantopere auctos non credam, ut numerum eorum, qui ultimo luſtro cenſi ſunt, viginti octo millibus ſuperent. Accedit, quod idem numerus millenarius etiam conſtanter prodatur in Mſtis Epitomes Livianae, ut et in priſcis ejus edd. usque dum Aldus vetuſtam lectionem mutarit, ſubſtituens, quam editi hoc loco exhibent. Hujus luſtri cenſum memorat etiam Eutrop. 1. Breviar. 16. ubi nunc ita editur, *Poſt haec cenſus in urbe habitus eſt, et inventa ſunt civium capitum CXIX. millia.* Verum ſumma illa neque Livio neque ejus Epitomae convenit. At viri docti, qui codd. Eutropii ſcriptos excuſſerunt, monent, ſe in uno Leidenſi omnium optimo et duobus Oxonienſibus eidem concinentibus repeririſſe *et inventa ſunt capita civium CXVII. millia, CCCXIX.* neque inde differre Paeonium, Graecum Eutropii Metaphraſten, qui praefert, *Καὶ συνηριθμήθη πλῆθος ἀνδρῶν ἑκατὸν δέκα καὶ ἑπτὰ χιλιάδες, καὶ τριακόσιοι, καὶ δέκα, καὶ ἐννέα.* Et, hanc lectionem recipiendam eſſe in Eutropio, nullus dubito, quamvis aliter Cl. Hearnio viſum fuerit, qui ad Livii ſubputationem, adfirmantis hoc luſtro cenſa fuiſſe cxxxii. millia ccccxix. Eutropium emendandum exiſtimabat, idque hac ratione, quod reperiantur codices, in quibus tam in Livii l. 3. quam in ejus epitome numeri nihil inter ſe diſcrepant, ut de illorum fide dubitandum non ſit. Quod quam verum ſit, ex utroque productae variantes ſcripturae teſtantur. Contra ſi in Eutropio recipiamus lectionem, quam tres codd. et

quod et foris pacem pepercre, et domi, etsi non concors, minus tamen, quam alias, infesta civitas fuit.

1 XXV. L. Minucius inde et C. Nautius consules facti duas residuas anni prioris caussas exceperunt.

Paeonius veram esse clamant, cum qua magnam partem etiam concinunt omnes codd. Epitomes Livianae et ejus vetustiores codd. amice omnes consentient cum altera lectione, quam ostentant Voss. 1. et Leid. 2. et a qua tantum parum abit illa, quae secundo loco est in Leid. 1. Lipsiens. et Klockian. Eam itaque tamquam veriorem recepi, et hic legendum putavi *civium capita centum septemdecim millia trecenta novemdecim*, quamvis in Epitome restituerim *centum septemdecim millia ducenta novemdecim*. Observarunt enim saepe viri docti, non semper et ubique inter Livium ejusque epitomen convenire. Si tamen eos dissentire displiceat, in illa potius *trecenta*, quam hic *ducenta* admittendum existimo. Eo enim mihi inclinat animus ob codicum Eutropii et optimorum Livii auctoritatem.

§. 11. *Magna domi bellique eo anno gloria fuit*] *domi belli*, exclusa copula, Voss. 1. Mox *τὸ tamen* abest ab Haverk. Alibi saepe Livium post voculas *etsi*, *quamquam*, *licet*, similesque vocem *tamen*, quae plerumque inferri solet, omisisse, infra probatur ad 22, 20, 1. hic tamen eam servandam esse, reliquorum codd. in ea tuenda conspiratio evincit.

Minus tamen, quam alias, infesta civitas fuit] *infecta* Klockian. solita scribarum deerratione. V. Nic. Heins. ad Ovid. 4. Met. 618. et Cel. Burm. ad Ovid. Ibid. v. 246. Ita male in uno eorum Lucani codd. quos Heinsius contulit, est 4, 736. *infestaque semper Punica bella dolis*, pro *infectaque*, ut vulgo editur.

§. 1. *L. Minucius inde et L. Nautius consules facti*] Pro *L. Nautio* legendum ex Dionysio [l. 10. p. 648.] *C. Nautius iterum*. Nam tertio post occisos Fabios anno consul fuit cum P. Valerio. GLAR. Ego, sequutus Dionysii [l. 10. p. 648.] Diodori [l. 11. Bibl. p. 287. et Capitolinorum lapidum auctoritatem, *C. Nautius* lego. †„ Hoc ante Sigonium etiam annotavit Glareanus." †. SIG. Pall. pr. tertiusque *Munitius*. In praenomine *Nautii* nihil omnino tres MSS. ac binae edd. discedunt ad Loritum, censentem reponendum *C. Nautius*. GEBH. Priori consuli praenomen *Quinti* tribuit Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 17. *Marci* Florus 1, 11, 12. et Zonaras 7. Annal. 17. Sed Livio consentiunt Dionys. Diodor. locis laud. Valerius Max. 2, 7, 7. et ipse sibi Livius 8, 33, 14. Idem de Fastis Capitol. notavit Anna Fabri ad Aurel. Vict. Sed male. Minucii enim nomen in his monumentis temporum injuria periit. Quod itaque Sigonius de Nautio, cujus nomen superest, tradidit, id ipsa, non inspectis tabulis, de ejus collega etiam verum credidit: quem tamen, si Fastos evolvere et oculos in eos conjicere dignata fuisset, temporum injuria interceptum esse vidisset. Praeterea alterum consulem Nautium *Lucii* praenomen habuisse adfirmant omnes nostri, et Hearnii Oxon. N. [Veith.] qui error vel Livii, vel potius librariorum

Eodem modo consules legem, tribuni judicium de 2
Volscio inpediebant: sed in quaestoribus novis
major vis, major auctoritas erat. Cum M. Vale- 3
rio, Valerii filio, Volesi nepote, quaestor erat T.

habendus est; nisi credere velimus, alios auctores Livium, alios Fastorum conditores ac reliquos, qui nunc supersunt, scriptores secutos esse. Sed prius verius puto. Nautium autem *Caji* praenomine adpellandum, idque Livio restituendum esse, monuit etiam Pighius in Annal. ad ann. ccxc. p. 128. Non necesse tamen ut cum eodem Pighio et Glareano legamus *C. Nautius iterum.* Rationem supra dedi ad 2, 16, 7. *et L. Nautius* etiam Florent.

§. 2. *Eodem modo consules legem*] *Eodem ãno*, id est, *Eodem anno* perperam Leid. 2. [Veith.]

In quaestoribus novis major vis, major auctoritas erat] Praepositionem non agnoscit Haverk. Praeterea voces *major vis* absunt a priscis excusis, quas primus interposuit Aldus, et servant omnes scripti, praeter unum Voss. 2. Errori caussam de disse videtur *τοῦ major* repetitio. Similiter infra locutus est Liv. 21, 44, 3. *Tanto audacius fortiusque pugnaturi, quam hostis, quanto major spes, major est animus inferentis vim, quam arcentis.* ubi olim edebatur *majorque est animus.* Sed Gronov. recte copulam delevit, et formulam loquendi hoc Livii loco adducto inlustravit.

§. 3. *Cum M. Valerio, Valerii filio, Volesi nepote*] Puto, eum loqui de M. Valerio, Marci filio, de quo anno ab Urbe condita ccliii. aut liberata anno nono [2, 18, 6.] cujus pater, Publicolae frater, in pugna ad Regillum lacum occiditur, qui eo loco etiam *Fusius* dicitur. Quare legendum puto *cum M. Valerio Marci filio.* Nam *Valerii filio* ut legam, persuaderi non possum. GLAR. Supra duos Marcos Valerios mortuos legimus, unum ad lacum Regillum [1. 2, 20, 2.] alterum augurem in pestilentia [3, 7, 6.] quorum unus pater, alter filius fuit. Qui vero nunc quaestor esse dicitur, is est procul dubio, qui biennio post consul in Capitolinis tabulis *Manii filius, Volusi nepos* dicitur. Itaque hoc loco lego, *M Valerio M'. F. Volusi nepote.* Neque enim, cum quis nominabatur, a patre nomine gentilitio, sed a praenomine ostendebatur. Herum autem stemma est hujusmodi.

Volusus Valerius.

P. Valerius Poplicola quater consul anno 245. 246. 247. 250.	M. Valerius, consul anno 249. ad lacum Regillum periit.	M.' Valerius Dictator anno 260.
P. Valerius Poplicola cos. anno 292. in proelio contra Herdonium cecidit.	M. Valerius, quem quidam ajunt dictatorem fuisse anno 253. augur mortuus an. 289.	M. Valerius quaestor an. 294. cos. anno 296.

SIG. O otiosissima ingenia, qui possunt in nugis non solum ver ti, sed etiam torqueri. Videsis alios pejerantes super re incertissima, alios magno conatu, majore vanitate stemmata deducen-

Quinctius Capitolinus, qui ter consul fuerat. Is,

tes. Antiquitati faciant alii fucum, et suum otium disperdant: inveni in MSS. codicibus vulgatam lectionem. GEBH. Quae hic de stirpe Valeria habet Sigonius, non omnia aeque liquida sunt. M. Valerii, fratris Publicolae, filium, quem primum dictatorem fuisse quidam tradiderunt, *Marcum* praenomine vocat: at Livius l. 2, 18. et Festus in *Optima lex* vocant *Manium*. Et sic Pighius ad ann. urb. CCLII. Deinde quod hunc, qui ipsi Marcus est, eumdem esse putat, quem Livius l. 3, 7. augurem, et anno urb. CCLXXXII. mortuum fuisse dicit, id in sola conjectura positum est; nam augur ille etiam potuit esse P. Valerii Publicolae filius, et P. Valerii Publicolae, qui in oppugnatione Capitolii cecidit, frater, quem memorat Dionysius l. 6, 12. Sed si idem fuit augur, et is, quem primum dictatorem fuisse a nonnullis proditum est, vel in Festo et Livio l. 2, 18. legendum est *Marcus*, vel in Livio l. 3, 7. *Manius*. DUK. Quidquid dicat Gebhardus, conatum Sigonii, priorum Valeriorum stemma indagantis, laudandum duco, quippe ex quo invento plurium Livii locorum vera lectio pendeat. Et quidem recte videntur observasse Glareanus et Sigonius, vulgatam scripturam *Valerii filius* ferri non posse, licet ita etiam praeferant nostri codd. Consuetudini enim et Livii et aliorum scriptorum Romanorum adversatur, ut, qui aliquem a patris nomine describat, ejus nomine gentilicio utatur: de eo enim dubitari nequit. Ubique id faciunt a praenomine paterno. Interdum etiam, sed rarius, id a patris cognomine, praesertim si is eo notissimus evasit, facere soliti fuerunt. V. infra ad 4, 45, 5. Probari vero nequit, id quod Glareano in mentem venit, Livium loqui de eo Valerio, qui anno CCLIII. ex quorumdam opinione dictator memoratur apud Livium l. 2, 18. adeoque legendum esse *M. Valerio M. filio*. Verosimile enim non fit, illum, qui anno CCLIII. ejus aetatis erat, ut dictator dici potuerit, demum anno quadragesimo secundo postea quaestorem creatum esse. Praeterquam quod, cum potius *Manii* praenomen habuisse, ibidem monuerim. Contra, sententia Sigonii longe probabilior est, legendum esse *M. Valerio, M.' filio, Volesi nepote*, et indicari eum, qui biennio post consul fuisse dicitur c. 31, 1. Adeoque pater ejus erit *M.' Valerius Volesi filius*, qui dictator memoratur 2, 30, 5. Ut initia gentis Valeriae tanto notiora fiant, ejus stemma ita disponendum puto.

Volusus Valerius

P. Valerius Volusi F. Poplicola cos. pr. an. 244. Liv. 2, 8. cos. II. an. 245. Liv. 2, 9. cos. III. an. 246. Liv. 2, 15. cos. IV. an. 249. Liv. 2, 16. moritur an. 250. Liv. 2, 16.	M. Valerius Volusi F. consul an. 248. Liv. 2, 16. periit pugna ad Regillum anno 252. Liv. 2, 20. Dion. l. 6. p. 349.	L. Valerius Volusi filius.	M.' Valerius Volusi F. Dictator an. 259. Liv. l. 2, 30. Fast. Capit. Triumph quo tempore *Maximi* cognomen accepit. Zonar. 7. Ann. 14. Augurem mortuum esse an. 290. credit Pigh. in Ann. ad an. 259. p. 89. v. Liv. l. 3, 7.
(a)	(b)	(c)	(d)

quoniam neque Quinctiae familiae Kaeso, neque

(a)			(b)		(c)	(d)
P. Valerius, occisus in pugna ad Regillum an. 252. Dion. l. 6. p. 350.	M. Valerius, occisus in pugna ad Regillum an. 252. Dion. l. 6. p. 350.	P. Valerius P. F. Volusi N. Poplicola cos. an. 278. Liv. 2, 52. Dion. l. 9. p. 586. interrex an. 291. Liv. 3, 8. Dion. l. 9. p. 624. cos. II. an. 293. quo tempore adversus Herdonium pugnans cecidit Liv. 3, 15. 18. Dion. l. 10. p. 634. Fast. Capit.	M. Valerius M. F. Volusi N. primus Dictator dicitur fuisse Festo v. *Optima lex*, quod negat Liv. 2, 18.	L. Valerius M. F. Volusi N. quaestor a. 268. Liv. 2, 41. Dion. l. 8. p. 544. cos. an. 270. Liv. l. 2, 42. Dion. l. 8. p. 553.	C. Valerius L. F. Volusi N. Potitus Volusus tr. mil. cons. pot. a. 338. 346. etc. v. Fast. Cap.	M. Valerius M. F. Volusi N. Maximus quaestor an. 295. Liv. l. 3. 25. consul 297. Liv. l. 3, 31. Dion. Hal. l. 10. p. 657. et Fasti Cap. eo anno.
		L. Valerius P. F. P. N. Poplicola Potitus, memoratus Liv. 3, 39. et Dion. l. 11. p. 688. consul, quo anno decemviris magistratus abrogatur. Liv. 3, 55. Dion. 11. p. 725.				

His alia addi, et series ulterius deduci posset, verum quum in illis plura conjecturis tribuenda forent, ea omittenda duxi, veritus ne haec etiam Gebhardi similibus nimia videantur.

Quaestor erat T. Quinctius Capitolinus] Praenomen Quinctii *Titus* omittitur in Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn.

Neque reipublicae maximus juvenum restitui posset] *juvenum maximus restitui posset* Voss. 1. et Leid. 2. *maximus restitui posset juvenum* Portug. Paullo ante *Is quem*, pro *Is quoniam*, Lipsiens. Forte *quom* scriptum invenerat, ut in aliis codd. praesertim Gaertn. saepissime exaratur: quod non intelligens mutavit in *quem*. *Quum* autem sive *Quom* et *Quoniam* saepe commutantur. V. infra ad 4, 29, 6. Reliqui tamen *quoniam* obferunt. Mox in verbis sequentibus *qui deiñ caussae innoxio*, pro *qui dicendae*, Gaertn. errore scribarum.

reipublicae maximus juvenum restitui posset, falsum testem, qui dicendae caussae innoxio potestatem ad-
4 emisset, justo ac pio bello persequebatur. Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent, duum mensium spatium consulibus datum est ad inspicien-

§. 4. *Quum Virginius maxime e tribunis de lege ageret*] Adsentiuntur huic lectioni antiquitus cusi, nisi quod *ex tribunis*. Alias MSS. Pall. *Cum Virginius maxime et tribuni de lege agerent*. GEBH. Repone cum MSS. et Aldina *Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent*. Quia tribunus erat ipse Virginius, putaverunt non bene dici *Virginius et tribuni*. At notum est illud, *Ζεῦ καὶ θεοί*. Plaut. Captiv. [5, 1, 1.]

Jovi Deisque ago gratias — Petronius [2.] *Pindarus novemque Lyrici*. Sic l. 9, 15. *An consulum Papiriique praecipuum id decus sit*. Ita omnes calamo exarati: quod quibus insolens videbatur, ita mutarunt: *consulis Papirii*. Idem genus non intellectum l. 30, 12. *Misso Syphace et captivis, caeteras urbes Numidiae*. Haec vetus lectio est. Quoniam vero captivus et ipse Syphax, fecerunt: *Misso Syphace et caeteris captivis urbes*. J. FR. GRON. *Quum Virginius maxime et tribuni de lege agerent* etiam omnes nostri, nisi quod *et tribunis* ex Harlej. 1. notatum videam, et *ageret* praeferant Leidens. ambo. Suos etiam codd. *et tribuni de lege agerent* exhibere, testatur Hearnius: quod genus loquendi recte inlustravit Gronovius. Similiter loquitur Liv. 21, 40, 4. *Ut consulem ducem adversus Hannibalem et Poenos haberetis*. 35, 34, 1. *Quinctius legatique Corinthum redierunt*. c. 37, 4. *Pulsum opibus eorum, qui Romanae societatis erant post T. Quinctii legatorumque adventum*. At T. Quinctius unus erat legatorum, quos senatus ad tenendos sociorum animos in Graeciam miserat. V. ipsum Liv. 35, 23, 5. unde *T. Quinctius legatique alii* c. 31, 14. dixit. Ejusdem generis etiam illud eodem l. 35, 44, 1. *In concilium ut ventum est, aegre a Phaenea praetore principibusque introductus*. ubi cod. Mogunt. praefert *principibusque aliis*. non recte. 38, 31, 2. *Quum in fidem Achaeorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicae orae castella et vicos tradidissent*. 39, 6, 8. *Tum psaltriae sambucistriaeque et convivalia ludionum oblectamenta epulis addita*. 45, 13, 1. *Ut Popillius et ea legatio, quae missa ad Antiochum erat, Romam rediit*. ubi v. Gronov. c. 42, 5. *Bitis regis Thracum filius cum obsidibus in custodiam Carseolos est missus*. Erat enim Bitis unus obsidum. unde mox idem Livius paullo post §. 12. *Bitis, cum ceteris obsidibus a Carseolis arcessitus, ad patrem cum legatis missus*. Ita et Plaut. in Captiv. 4, 2, 88. *Jupiter te Diique perdant*. Caesar 6. Bell. Gall. 24. *Circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video*. Ad quem locum Davis. vulgatam hanc scripturam defendere conatur adversus Cluverium 3. German. Ant. 47. *et aliis quibusdam Graecis* reponentem, hoc argumento, quod Eratosthenes proprie non fuerit Graecus, sed Cy-

dam legem: ut, quum edocuissent populum, quid fraudis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire. hoc intervalli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem Aequi dederunt: qui, rupto foedere, quod ictum erat priore

renaïcus. Quum tamen Graece scripserit, eoque nomine quasi Graecus dici possit, non opus est, ut eo confugiamus, quum Caesar *Eratostheni et quibusdam Graecis* eadem figura dicere potuerit, qua hic Livius *Virginius et tribuni*. Similiter Divus Lucas c. 21. Evang. 29. *Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα.* Ubi v. Pricaeum. Etiam Rutgers. 1. Var. lect. 8. Schelium ad Hygin. Grmmat. p. 1052. Gronov. ad Liv. 31, 18, 1. Cel. Burmann. ad Petron. Satyr. c. 2. et quae infra notantur ad 21, 55, 2. Porro Aldus quidem veram lectionem in contextum admisit, sed adeo non intellexit, ut in Erratis poenitentia ductus alteram scripturam revocandam monuerit.

Duum mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem] *duum mensum* Florent. *duorum mensium* Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. Sed quum plures et inter eos meliores codd. vulgatum servent, alterum a manu interpolatrice esse, nullum est dubium; eo magis, quia Livius simili contractione uti gavisus sit. V. infra ad 22, 22, 5. (* ad 32, 9, 3.) *Tò est* mox omittit Fragm. Hav. Deinde *ad inspiciendum legem* Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. V. ad 40, 49, 1. Reliqui tamen codd. hic stant ab edita lectione, nisi quod vocem *legem* omittat Voss. 2. Quare eam etiam praefero. *ab inspicienda lege* perperam est in edit. Veneta anni 1498.

Quum edocuissent populum] *quum docuissē* Leid. 2. *quum docuissent* Florent. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Sed male. V. supra hoc lib. c. 18, 6. [*edocuisset* Veith.] Mox *res tranquillas in urbe facit*, pro *fecit*, Leid 2.

§. 5. *Nec diuturnam quietem Aequi dederunt*] Valerius Max. l. 2, 2. [c. 7, 7.] cum *Equicolis* hoc bellum fuisse aït. Quare lector secum perpendat, num Aequicoli, aut Aequicolae, cum Equis idem sit populus, an apud Valerium menda. Cum Livio enim concordat in nomine Dionysius [l. 10. p. 648.] Plinius *Aequicolanorum* l. 3, 12. meminit. Ptolemaeus *Aequicolos* appellare videtur [l. 3, 1.] unde quidam *Aequos* cum diphthongo, ut *Aequicolos*, scribunt. GLAR. *Aequos* et *Aequicolos* eosdem esse, idque nomen etiam sine diphthongo *Equicolus*, sed apud Virgil. 9. Aen. 684. ubi alii *Aquicolus* legunt, scribi, auctor est Cluverius, quem v. 2. Ital. Ant. 16. p. 773. etiam Cellar. Geograph. Ant. 2, 9. p. 405. Ceterum *dedere*, pro *dederunt*, Harlej. 2. Portug. Haverk. et Lipsiens.

Quod ictum erat priore anno] *quod dictum erat* Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Portug. prima litera τοῦ *dictum* perperam repetita ex fine praecedentis voculae *quod*. id autem librariis familiare esse, jam supra monuimus, et infra saepe monendum erit. V. ad 10, 17, 10. *ictum foedus* inlustravimus supra ad 1, 25, 1.

Imperium ad Gracchum Cluilium deferunt] Veteres libri omnes constantissime habent *Cloelium*. Quamquam Dionysii liber

anno cum Romanis, imperium ad Gracchum Cloelium deferunt. is tum longe princeps in Aequis
6 erat. Graccho duce in Lavicanum agrum, inde in

[l. 10. p. 649.] *Κοίλιον* edit, ut puto, mendose. SIG. Quis hic fecerit imperatorem *Cluilium*, nescio. Pall. tres veteresque editi *Cloelium*. ut et infra c. 28. GEBH. Si tamen veteres codd. consuluisset Gebhardus, discere potuisset, primum Frobenium anno 1531. *Cluilium* edidisse, quum priores praeferrent *Gracchum Chloelium*. *Cloelium* etiam habent omnes scripti, nisi quod *Clodium* legat Haverk. quomodo etiam peccatur 2, 21, 1. *Cleolium*, una litera transposita, Lipsiens. *Cloelium* autem Gronovius priore editione notarum se in contextum recepisse testatur, non Dionysio modo ac Sigonio, sed et scriptis inpressisque antiquitus volentibus. Ita qui *C. Cluilius* vulgo supra vocabatur 1, 22, 4. *C. Cloelium* vocandum censuit Sigonius. Vide, quae ibi notantur. Praeterea et in orthographia prioris nominis dissentiunt codd. prisci. *Graecum* pessime praefert Haverk. *Gracum* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Portug. *Graccum* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed ita tenendum, olim scriptum fuisse sine adspiratione *Graccus*; ea deinde addita recentiores dixisse *Gracchus*. Vide, quae notavi ad Silii 4, 497. infra ad hujus lib. c. 28, 10. et ad Epit. Liv. l. 41. Deinde *defecerunt* male, pro *deferunt*, Harlej. 1. Paullo post, alio ordine vocabulorum, *princeps erat in Aequis* Gaertn.

§. 6. *In Lavicanum agrum*] Quod haberet editio Campani *Latinum*, et *Lanuvinum* nulla ratione locum suum hic tueretur, ausus fui reponere *Lavicanum*. GRUT. *in Lanuuinnum agrum* Florent. *in Lanium agrum* Haverk. *in Lamininum agrum* Lipsiens. *in Lanuvinum agrum* Leid. 1. et Harlej. 1. *in Lacuinium agrum* Leid. 2. in *Lanuvinium agrum* Gaertner. et Voss. 1. Sed in posteriore hoc cod. secundae syllabae subjecta est nota, qua eam delendam esse indicatur, ac scribendum *in Lavinium agrum*, ut habent Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] *in Lavinum agrum* Harlej. 2. Ex libris excusis antiquissimi omnes habent *in Latinum agrum*. Postea Aldus dedit *in Lanuinum agrum*. Colonienses anno 1525. *in Lanuvinum agrum*. Gruterus denique *in Lavicanum agrum*. quomodo jam ante Gruterum scribendum monuerat Cluverius 2. Ital. Ant. c. 16. p. 777. Contra Holstenio Annot. in Cluv. Ital. Ant. p. 158. non opus esse videbatur hac mutatione sine fide MSS. codicum. Nam ex Algido non minori facilitate in Lanuvinum, quam in Lavicanum agrum excurrere potuisse. Verum non quaeritur, utrum Aequi eadem facilitate in agrum Lanuvinum, qua in Lavicanum, excurrere potuerint; sed potius, an verosimile sit, Aequos, domo profectos, primo Lanuvinum, mox Tusculanum agrum invasisse, et ita castra in Algido locasse? quod, cui locorum situs notus est, numquam placebit. At omnia ordine procedunt, si ex Lavicano in Tusculanum agrum transgressi tandem in Algidum perveniunt. quare *in Lavicanum agrum* verum puto; vel certe *in Lanuvinum agrum* corruptum esse.

Inde in Tusculanum hostili populatione veniunt] Praeposi-

Tusculanum, hostili populatione veniunt, plenique praedae in Algido castra locant. In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Postumius, legati

tio *in* exsulat a Voss. 1. et Leid. 2. Sed eam intercepisse videtur praecedens *inde*, quod in codd. scriptis breviter *in* exaratur. Idem error etiam alibi non raro commissus est. V. infra ad 37, 31, 4. Recte vero reliqui hoc loco *inde in Tusculanum* servant. Solet enim Livius praepositiones repetere. V. ad 6, 28, 6.

Plenique praedae in Algido castra locant] Amarunt Graecismum, qui ita legerunt. Et ita reperi in edd. Andreae et Campani. Pall. tres *plenique praeda*. GEBH. *plenique praedae* Voss. 1. Leid. ambo, et omnes excusi usque ad Gronovium, qui *praeda* substituit. Eum vero Doujatius et Clericus secuti sunt. Utrumque genus loquendi Livio usitatum fuit, longe tamen usitatissimum, ut τῷ *plenus* jungat casum secundum. Ita 2, 38, 6. *Ita et sua sponte irarum pleni, et incitati, domos inde digressi sunt.* c. 43, 2. *Vejentes, pleni jam populationum, Romam ipsam se obpugnaturos minabantur.* c. 45, 14. *Eunt in pugnam, irarum speique pleni.* 3, 29, 1. *Castris hostium receptis plenis omnium rerum, praedam omnem suo tantum militi dedit.* c. 43, 7. *Invidiaeque plena castra erant, et Romam ferri protinus Siccium placebat.* c. 48, 3. *Quum haec intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit.* c. 60, 7. *Romani quidem pleni spei corpora curabant.* c. 68, 6. *Pleni fortunarum gloriaeque, simul publicae, simul privatae, triumphantes domum ad penates redibatis.* c. 69, 3. *Dignam tot consulatibus anteactis, dignam vita omni plena honorum.* 4, 10, 4. *Cum singulis vestimentis ignominiae cladisque pleni dimittuntur.* c. 32, 10. *Quum Etrusci pleni animorum ab pristini diei meliore occasione, quam pugna, in aciem processissent.* 5, 45, 4. *Plenique praedae Vejos etiam, praesidiumque, et spem ultimam Romani nominis in animo habuerint obpugnare.* c. 52, 2. *Nullus locus in ea non religionum Deorumque est plenus.* 6, 5, 6. *In civitate plena religionum res ad interregnum rediit.* c. 12, 8. *Ut decet certae spei plenos.* c. 17, 4. *Qualem eum armatum plenum sudoris ac sanguinis, ipso pene Jove ex hostium manibus erepto, vidissent.* c. 18, 3. *Plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat.* c. 38, 5. *Quum dictator stipatus agmine patriciorum plenus irae minarumque consedisset.* 7, 7, 2. *Plenis irae atque indignitatis militum animis eruptio est facta.* c. 10, 8. *Pectus animorum iraeque tacitae plenum.* c. 30, 21. *Omnia votorum lacrimarumque plena reliquisse.* c. 31, 5. *Pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt.* c. 40, 15. *T. Quinctius plenus lacrimarum ad suos versus.* 8, 30, 12. *Plenus minarum iraeque profectus in castra.* c. 37, 6. *Ut Capitolium atque arx, moeniaque et portae plena armatorum fuerint.* c. 22, 9. *Plenus moeroris atque irae truciduvit.* c. 30, 9. *Plenos crapulae eos lux obpressit.* 10, 29, 4. *Furiarumque ac formidinis plena omnia ad hostes esse.* c. 40, 1. *Divinae humanaeque spei pleni.* Alia v. ad 27, 40, 8. ubi Gronovius eamdem locutionem Livio auctoritate codicum resti-

ab Roma, venerunt quęstum injurias, et ex foe-
7 dere res repetitum. eos Aequorum imperator, *quae mandata habeant ab senatu Romano, ad quercum* jubet *dicere: se alia interim acturum.* quercus ingens arbor praetorio inminebat, cujus umbra opaca sedes
8 erat. Tum ex legatis unus abiens, *et haec*, inquit,

tuit. Quum itaque ex optimis codd. plerique *praedae* servent, eamdem lectionem etiam revocavi. Deinde *in Argildo* oscitans dedit librarius Klockian. quem errorem et mox committit.

In ea castra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Postumius, legati ab Roma, venerunt] Prima vocula abest ab Harlej. 1. Tum *Quintius Fabius* Portug. V. supra hoc lib. c. 1, 1. Deinde *L. Voluminius* Leid. 2. V. supra ad c. 10, 5. Tum *a Roma* Gaertn. Denique *veniunt* primae edd. pro quo postea Aldus *venerunt* substituit. Et ei concinunt omnes mei.

Et ex eo foedere res repetitum] Vox *eo* supervacanea est. Id et veteres declarant libri, et Liviana forma dicendi. Sic enim etiam l. 1, [23, 7.] *Injurias et non redditas res ex foedere, quae repetitae sunt.* SIG. Illud *eo* servant ex nostris Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et ex Hearnii Oxoniensibus L. 1. 2. N. C. et alii. Puto tamen non male Sigonium vocem deleri jussisse. Praeterea *peti*, pro *repetitum*, Voss. 2. Sed primam syllabam intercepit vox praecedens *res*, ultimam vero sequens *tum*, quae in multis libris manu exaratis, ut dicendum, a scribis interponitur. *repeti* est in Lipsiens.

§. 7. *Eos Aequorum imperator, quae mandata habeant ab senatu*] *Tum eos Aequorum* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. *Tum equi eos imperator equorum* Haverk. Mox *mandata habeant a senatu* Fragm. Hav. et Gaertn. *mandata habebant a senatu* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. [*mandatu habebat a senatu* Veith.]

Cujus umbra opaca sedes erat] Nisi *sub* intelligamus, ut sit, *sub umbra opaca*; aut per *sedem* Cloelii tentorium accipiamus, non hercule video, quid sibi haec verba velint. GLAR. Hic audiamus, ut nonnullo risu interpolemus has serias ac tetricas notas, suaviludium Loritum. *Nisi* sub *intelligamus* etc. Jam credo, quod de hoc homine vulgo ferunt, ei non sanum synciput constitisse. an non tantum videre potuit, quercum annosam, quod largam umbram spargeret, a populo, non tantum Cloelio, qui eam castris amplexus, frequentatam, et sub ardoribus solis insessam. Sedes erat ejus umbra opaca, quia amabant sub ejus umbra larga desidere. Petronius [131.]

Nobilis aestivas platanus diffuderat umbras.

Et elatius Tibullus 2. Eleg. 5, 95.

Tunc operata Deo pubes discumbet in herba,
Arboris antiquae qua levis umbra cadet.

GEBH. *operata* Voss. 1. in contextu, inter versus autem pro

sacrata quercus, et quidquid Deorum est, audiant foedus a vobis ruptum: nostrisque et nunc querelis adsint, et mox armis; quum Deorum hominumque simul violata jura exsequemur. Romam ut rediere legati, 9
senatus jussit, alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem

varia lectione adscribitur *opaca*. *operta* est in Leid. 2. et Hearnii Oxon. N. sed vulgatum probum est. Plin. 5. Epist. 6, 33. *Cupressis ambitur et tegitur, densiore umbra opacior nigriorque.* 8. Epist. 8. *Modicus collis adsurgit, antiqua cupressu nemorosus et opacus.* Cic. 1. de Orat. 7. *Me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis.* In Fragm. 5. de Legib. apud Macrob. 6. Saturn. 4. *Visne igitur, quoniam sol paullulum a meridie jam devexus videtur, nequedum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur, descendatur ad Lirim, eaque, quae restant, in illis alnorum umbraculis prosequamur?*

§. 8. *Tum ex legatis unus abiens*] *Cum ex legatis* Voss. 2. V. infra ad Epit. Liv. I, 48.

Audiant foedus a vobis ruptum] Palat. sec. *quicquid Deorum est, audiant. foederibus a vobis ruptis, nostrisque.* Sed, quid huic codici tribuam, ad ravim dixi. GEBH. Eadem lectio etiam superest in Haverk. et Lipsiens. Ita simpliciter *audire* in simili formula 1, 32, 6. *Audi Jupiter, inquit, audite fines, (cujuscumque gentis sunt nominat) audiat fas,* Et mox eodem cap. §. 9. *Audi, Jupiter, et tu, Juno, Quirine, Diique omnes coelestes. vosque terrestres, vosque inferni, audite.* Alii tamen omnes in vulgatum conspirant, nisi quod *ruptis*, pro *ruptum*, habeat Leid. 1. Nihil itaque muto. Infra 8, 5, 8. *Audi, Jupiter, haec scelera, inquit, audite, jus fasque.* [*ruptum vestrisque et* Veith.]

Nunc querelis adsint, et mox armis, quum Deorum hominumque] *nunc querelis adsint et mox, quum armis Deorum hominumque* Harlej. 2. *Tò et* male deerat in Voss. 2. Mox *exsequamur* Haverk. et Klockian.

§. 9. *Romam rediere legati. Senatus jussit*] Vetus lectio *Romam ut redire legati.* Scribo *Romam ut rediere legati, senatus jussit, alterum.* RHEN. Nisi ita *Romam ut rediere legati* unicus Campanus edidisset, parum tribuerem Rhenano sic legendum censenti, quandoquidem Pall. fastidiunt *τὸ ut.* GEBH. *Tò ut* etiam exsulat a cunctis meis. [Veith.] quod idem Hearne testatur de Oxon. B. L. 1. N. et C. Prisca lectio ferri posset. Livium enim, periodis intercisis uti, saepe delectatum fuisse, supra diximus hoc lib. c. 22, 2. et infra videbimus ad 21, 36, 4. Quum tamen Rhenano, voculam *ut* interserenti, praeeat codex scriptus, et eamdem lectionem Gebhardus in ed. vetusta repererit, eam non spernendam puto. *redierunt* habet Gaertn. *redire* Lipsiens. *Romam ut redire* Florent.

Alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum du-

finium Aequorum provinciam dedit. Tribuni suo more inpedire delectum. et forsitan ad ultimum inpediffent; sed novus subito additus terror eft.

1 XXVI. Vis Sabinorum ingens prope ad moenia urbis infefta populatione venit. foedati agri, terror injectus urbi eft. Tum plebs benigne arma cepit. reclamantibus fruftra tribunis, magni duo
2 exercitus scripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit: caftrisque ad Eretum positis, per expeditio-

cere, alteri] *alterum* consulum Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. V. ad 9, 32, 2. Aliorum tamen diffensus efficit, ut editam lectionem veriorem putem. Praeterea *τὸ in* exfulat a Voff. 2. Sed praepositionem intercepit ultima litera vocis proximae *Gruechum*. Cujus erroris in scriptis obvii exempla infra v. ad 10, 13, 3. *in Argildum* Klockian. V. paullo ante ad §. 6. Mox in verbis proximis *populutione finium* legit Lipsiens. pro *populationem*.

Inpedire delectum. Et forsitan ad ultimum inpedissent] *inpediere* Haverk. quam lectionem sequentia falsi convincunt. Tum *dilectum* Florent. Leid. 1. Lipsiens. Klockian. et Portug. a m. 1. V. ad 37, 51, 7. Denique *inpediissent* idem Portug. Sed ceteri omnes vulgatum tuentur. Paullo ante *Tribuni suorum more*, pro *suo more*, Gebhard. qui idem etiam mox voces transponens *additus subito terror est* praefert.

§. 1. *Foedati agri, terror injectus urbi est*] *foedati agri sunt* una voce auctior Haverk. cujus liberalitate non utimur. Deinde *injectus est urbi* Gaertn. a m. 1. Voff. 1. et Leid. 2. *urbi injectus est* Harlej. 2. Haverk. et Lipsiens.

Tum plebs benigne arma cepit] Recte Andream *plebes* edidiffe supra auctor eft Gebhardus ad 2, 55, 2. Idem obferunt reliqui excusi usque ad Aldum, cujus opera repositum eft *plebs*. Quod cum praeferant omnes, quibus utor, codices, controversiam ei movendam non arbitror.

Reclamantibus frustra tribunis, magni duo exercitus scripti] Vocem *frustra* omittit Portug. Tum *scripti exercitus* habet Haverk.

§. 2. *Castrisque ad Eretum positis*] *ad Acretum* Fragm. Hav. *ad Arctum* Haverk. et Harlej. 2. *ad Ereptum* Portug. *ad Deretum* Leid. 1. ultima praepositionis litera male in initio vocis sequentis repetita. V. ad 10, 17, 10. *ad Fretum* Leid. 2. et Voff. ambo, quorum tamen pofterior pro varia lectione in margine praefert *ad Eretum*. Alibi semper plerique codd. hoc nomen conruptum exhibent. V. hoc lib. ad c. 29, 7. c. 38, 3. c. 42, 3. et 26, 11, 10. et c. 23, 5. Paullo ante verbis proxime praecedentibus *Nautios*, pro *Nautius*, Klockian.

Plerumque nocturnis incursionibus] Pall. tres *noctur-*

nes parvas, plerumque nocturnis incursionibus,
tantam vaſtitatem in Sabino agro reddidit, ut,
comparati ad eam, prope intacti bello fines Romani
viderentur. Minucio neque fortuna nec vis animi 3
eadem in gerendo negotio fuit. nam, quum haud
procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla magnopere
clade accepta, caſtris se pavidus tenebat. Quod 4
ubi senserant hoſtes, crevit ex metu alieno, ut fit,
audacia: et, nocte adorti caſtra, poſtquam parum

nis incursibus. GEBH. Plures scripti *incursibus.* Ipse lib. 25, [34, 5.] de Masiniſſa, *Noctibus quoque saepe incursu repentino in portis valloque trepidatum est. nec aut locus aut tempus ullum vacuum a metu ac sollicitudine erat Romanis.* Tacitus 4. Ann. [24.] *Non gravi nec uno incursu consectandum hostem vagum.* 3. Hiſt. [9.] *Igitur repentino incursu Antonius stationes hostium irrupit.* Suſtineo tamen, quia intelligo in Flor. optimo eſſe *incursionibus.* J. FR. GRON. *incursibus* etiam ex meis Portug. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Eam autem vocem alibi Livium uſurpaſſe, supra monuimus ad 2, 14, 6. *nocturnis excursibus* habet Hearnii L. 1. Sed quemadmodum Gronovii optimus Flor. ita reliqui mei, et inter eos omnes integriores, vulgatae scripturae *nocturnis incursionibus* adhaerent. Idem de Oxon. suis B. L. 2. et C. Hearne profitetur. Supra 1, 11, 1. *Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Romanos incursionem facit.* 2, 50, 1. *Nec erant incursiones modo in agros, aut subiti inpetus incursantium, sed aliquoties aequo campo conlatisque signis certatum.* Inſra 6, 6, 3. *Ab illis enim tantum, quoad vires et arma habuerunt, incursiones eo factas.* et ita alibi saepiſſime. Mox *reddit*, pro *reddidit*, praeſert Gaertn. V. infra ad Epit. Liv. l. 99.

§. 3. *Minucio neque fortuna nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit*] Quum olim *Minutio* scriberetur, quod in codd. multis ſupereſt, pro eo deinde literis trajectis *Munitio* habet Leid. 1. Deinde *nec vis* non agnoscit Harlej. 1. *neque vis* habent Voſſ. 2. Lipsiens. Harlej. 2. et Haverk. neque aliter priscae, quibus uſus sum, edd. quasi poſt *neque*, non *nec*, sed iterum *neque* inſerri deberet. Sed vide, quae inſra notantur ad 9, 9, 14. Recte itaque Aldus *nec vis* reposuit. ita enim reliqui codd. mei. Denique *eadem ingrediendo negotio* Haverk. *eadem gerendo negotio* Harlej. 1.

§. 4. *Quod ubi senserunt hostes*] Melius in antiquo cod. legitur, *Quod ubi senserant hostes.* RHEN. Campanus *senserant*, quod ex suo quoque notat Rhenanus. Sed contra Pall. tres et Andreae ed. vulgatae lectioni ſubſcribunt. GEBH. *senserant* etiam Florent. Leid. 1. Hearnii Oxon. N. et a m. 2. inter verſus Voſſ. 1. Et id voluiſſe videtur librarius Harlej. 1. qui la-

vis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant. quae priusquam, undique vallo objecto, clauderent exitus, quinque equites, inter stationes hostium emissi, Romam pertulere, consulem exer-

men aberrans *senserat* dedit. Quare hanc lectionem recepi.

Munitiones postero die circumdant] Hoc expressit Dionysius [l. 10. p. 650.] his verbis: *περιετάφρευέ τε καὶ περιεχαράκου.* id est, *fossa valloque castra Romana circumdedit;* vel *munitiones castris objecit:* sic autem etiam paulo post [c. 28, 2.] *Exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris.* SIG. Locutionem istam *circumdare munitiones*, nempe hostium castris, infra inlustramus 30, 19, 8. Ceterum *postera die* Harlej. 2. et Haverk. reliquis invitis. V. ad 1, 12, 1. Denique *circumdant postero die* Leid. 2.

Quae priusquam undique vallo objectae clauderent exitus] *objecto* ex vet. lib. SIG. *objecto* solus ex MSS. Palat. secundus: nam reliqui duo cum priscis edd. *objecta*. GEBH. *qui*, pro *quae*, Harlej. 2. et Portug. a m. 1. Tum *plusquam*, pro *priusquam*, Haverk. qui ut et Lipsiens. mox *τὸ undique* omiserunt, quod traiicit Harlej. 2. praeferens *vallo undique*. Insuper *vallo objectae*, quod Sigonius mutavit, est in Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 1. Lipsiens. et Gaertn. id etiam inter versus adscriptum servat Voss. 1. *vallo abjecto* est in Leid. 1. Reliqui Sigonii vet. lib. concinentes, servant *vallo objecto*. quod verum puto. *vallo objecto* eodem modo dictum, quo *objicere murum, cervos, fossas.* Infra 38. 7, 5. *Pari celeritate novus pro diruto murus objiciebatur.* 42, 63, 7. *Ut, incendio intersepti ab hoste, spatium ad objiciendum interiorem murum haberent.* 44, 6, 16. *Et [illegible]orum ad manum silvestrisque materiae tantum erat, ut vel murus objici, turresque excitari potuerint.* c. 11, 4. *Munimenta, cervis etiam objectis, ut viam intercluderet, a Macedonico ad Toronaicum mare perducit.* Et mox eod. cap. §. 5 *Romanis in fossa complenda, quam nuper objecerat Perseus.* Et ita ipsum *objicere vallum* dixit Liv. 25, 36, 7. *Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas inligatas oneribus, velut struentes ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto. ubi ad moliendum clitellae defuerant.* 31, 39, 8. *Alia vallo, alia fossa, alia lapidum congerie. ut pro muro essent, alia arboribus objectis, ita ut locus postulabat, aut materia suppeditabat. opere permuniit; atque (ut ipse rebatur) viam suapte natura difficilem, objectis per omnes transitus operibus, inexpugnabilem fecit.* Deinde *clauderentur* male Fragm. Hav. [Veith.] Alibi ita peccare librarios, infra dicam ad 39, 22, 8. Tandem *exercitus*, pro *exitus*, Lipsiens. V. infra ad 5, 26, 7.

Quinque equites inter stationes hostium emissi] Abest a triga Pall. *τὸ hostium*. GEBH. Eadem vox abest etiam ab Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. [Veith.] At fide digniores alii constanter eam vocem tuentur. *inter statio-*

citumque obsideri. Nihil nec tam inopinatum, nec 5
tam inſperatum accidere potuit. Itaque tantus pa-
vor, tanta trepidatio fuit, quanta, si urbem, non
caſtra, hoſtes obsiderent. Nautium consulem ar- 6

nes equitum hostium emissi eſt in Leid. 2. Sed vox *equites* ex proximis verbis adhuc animo librarii haec exarantis obversabatur, quae tamen hinc aliena eſt. Infra 35, 11, 10. *Subditis calcaribus inter medias stationes hostium erupere.* ubi v. Gronov.

§. 5. *Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum, accidere potuit*] Volumen manuscriptum habet, *Nihil tam necopinatum nec tam insperatum accidere potuit.* Porro *necopinatum* Livius subinde uſurpat pro *inopinato*, quemadmodum et alibi monuimus. RHEN. Debetur hujus lectionis *Nihil tam necopinatum* reſtitutio Rhenano. Quippe in libris noſtris, et MSS. et impressis, *nihil tam nec inopinatum.* in sec. vero *Nihil nec tam inopinatum.* GEBH. Ab Rhenano eſt, immemore pleonasmi, quo gaudet in his negationem geminare Livius. Ut l. 2, [45, 5.] *Nolle successum, non Patribus, non consulibus.* Hoc libro supra [c. 11, 6.] *Nemo, non lingua, non manu, promtior.* l. 4, [37, 4.] *Non ante unquam Volscos, nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo, intentiores fuisse.* Et persaepe alibi. Sit igitur cum MSS. et edd. antiquis: *Nihil tam nec inopinatum nec insperatum.* Nihil planius. Tamen et hic Sigonius cupreſſum appingit, inſertque *Nihil nec tam inopinatum, nec tam insperatum.* Quid opus? aut quod decus in τοῦ *tam* repetitione. J. FR. GRON. Alterum illud *tam* poſteriori loco non Sigonius interpoſuit, sed Rhenanus. Sigonius vero in priori ſcholiorum ed. id tantum in lectione, quae a Rhenano profecta eſt, mutavit, ut *inopinatum*, pro *opinatum*, revocarit, et praeterea duabus voculis trajecti dederit, *Nihil nec tam inopinatum nec tam insperatum*, pro *Nihil tam necopinatum.* Verum non modo nemo sequentium lectionem Sigonii recepit, omnesque usque ad Gronovium emendationi Rhenani adhaeſerunt, ſed etiam ipsa illa adnotatio in poſterioribus ſcholiorum Sigonii edd. expuncta eſt. Attamen lectionem, quam ex vet. lib. memoravit, *Nihil nec tam inopinatum nec tam insperatum* servant etiam Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. ut et Hearnii Oxon. B. et C. Sed *Nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. habent. Gebhardus ob oculos habuit editionem, quae ex emendatione Rhenani praeferebat *Nihil tam nec opinatum nec tam insperatum.* Monens itaque Palat. secundum *Nihil nec tam inopinatum*, duos alios *Nihil tam nec inopinatum* legere, et de ulterioribus verbis nihil addens, in illo inveniſſe videtur lectionem, quam Sigonius ex vet. lib. in his eam, quam nos ex plerisque noſtris protulimus. Patet ex his, nullum nominatim codicem a viris doctis laudari, qui firmet lectionem exſtantem in prioribus ante Rhenanum edd. *Nihil tam nec inopinatum, nec insperatum.* Quam propterea diutius in contextu servari iniquum judicavi. Sed ejus loco Sigonianum *Nihil nec tam inopinatum nec*

cessunt. in quo quum parum praesidii videretur, dictatoremque dici placeret, qui rem perculsam restitueret, L. Quinctius Cincinnatus consensu omnium

tam insperatum accidere potuit restitui: in qua est idem negationis pleonasmus, quem Gronovius hic recte ex more Liviano ejusque exemplis inlustravit. Ita supra. 1, 26, 12. *Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipsius parem in omni periculo animum.* c. 36, 3. *Negare Attus Navius, inclitus ea tempestate augur, neque mutari, neque novum constitui, nisi aves addixissent, posse.* c. 46, 6. *Angebatur ferox Tullia, nihil materiae in viro, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam esse.* infra 4, 38, 1. *Nihil nec imperium, nec majestas valebat.* 24, 8, 7. *In annum creatus adversus veterem et perpetuum imperatorem comparabitur, nullis, neque temporis, neque juris, inclusum angustiis.* 28, 32, 5. *Non enim eos, neque natos in eadem terra, nec ulla secum societate junctos esse.* 35, 48, 6. *Quas gentes nullae umquam, nec arte, nec virtute navali, aequassent.* 39, 47, 8. *Nihil patrem ejus, neque rectius, nec magis quod ex voluntate senatus esset, fecisse.* Tale etiam illud erat, quod Gronov. prima edit. notarum in optimis legi monuit 22, 29, 8. *Qui nec ipse consulere, nec alteri parere nesciat, eum extremi ingenii esse.* quod tamen in repetitis curis expunctum est. Et hinc forte patrocinium parandum vulgatae lectioni infra 43, 13, 1. *Neque nunciari admodum nulla prodigia in publicum, neque in annales referri.* neque nulla pro simplici nulla. Gronov. malebat *neque ulla.* Vide, quae ibi notantur. In repetitione autem τοῦ *tam* idem est decus, quod infra ei inest 34, 50, 4. *Omnes adclamarunt, gratias se inter cetera etiam ob hoc agere, quod admoniti essent, ut tam pio, tam necessario officio fungerentur.* ubi vide, quae notantur; et multa similia ad 5, 35, 4. Praeterea *imperatum*, pro *insperatum*, male Klockian.

Itaque tantus pavor, tanta trepidatio fuit] Vet. lib. *tantaque trepidatio.* SIG. Libri nostri et MSS. et impressi *tantus pavor, tanta trepidatio fuit.* GEBH. Veteres *tantus pavor, tanta trepidatio*, non *tantaque.* J. FR. GRON. Optimi nostri etiam a Sigonii vet. lib. dissentiunt, ac praeferunt *tantus pavor, tanta trepidatio.* Unus Harlej. 2. [et Veith.] *tantaque trepidatio* habet; Haverk. autem *tanta trepidatioque.* Hearne denique ex Oxonn. suis unum C. memorat, qui exhibeat *tantaque trepidatio.* Merito igitur lectio haec a viris doctis repudiata est. Ita 26, 35, 4. *Ad id edictum tantus fremitus hominum, tanta indignatio fuit.* ubi iterum Sigonius *tantaque indignatio.* quod recentiores servarunt. Similiter ἀσυνδέτως Livius infinitis locis locutus est. 2, 21, 6. *Eo nuncio erecti Patres, erecta plebes.* c. 61, 3. *Plenus suarum, plenus paternarum irarum.* 3, 10, 8. *Id caput, eas vires belli esse.* ubi vide. c. 25, 2. *In quaestoribus novis major vis, major auctoritas erat.* 26, 35, 6. *Se, ut dent, quod non habeant, nulla vi, nullo imperio, cogi posse.* 31, 24, 5. *Idem ibi somnus, eadem*

nium dicitur. Operae pretium est audire, qui omnia 7
prae divitiis humana spernunt, neque honori magno
locum, neque virtuti putant esse, nisi ubi effuse
adfluant opes. Spes unica imperii populi Romani 8

negligentia erat, quae Chalcidem dies ante paucos prodiderat. Ita Voss. vulgo *eademque.* ubi vide, et quae notantur ad 2, 15, 3. Praeterea *Ita tantus pavor* Harlej. 1. Sed alibi saepe hoc modo errarunt librarii. V. ad 21, 53, 7.

Si urbem, non castra, hostes obsiderent] *obsedissent* Voss. 2.

§. 6. *Nautium consulem arcessunt*] Ita, pro *accersunt*, Gebhardus ex Pall. pr. tertio, et Andreae editione legendum monet supra ad 3, 9, ult. neque aliter nostri, nisi quod *accersunt* sit in Leid. 2. et Haverk. *accerseunt* in Harlej. 2. *accersiunt* in Lipsiens. V. supra ad 2, 19, 10. *Norium*, pro *Nautium*, habet Klockian.

Consensu omnium dicitur] *concessu* Portug. a m. 1. quomodo etiam infra erratum esse, Gronov. monet ad 9, 7, 7. *concenssu* habet idem codex a m. 2. Deinde *dicitur dictator* una voce auctior Haverk.

§. 7. *Omnia prae divitiis humana spernunt*] *pro divitiis* praeferunt Voss. 2. Portug. a m. 1. et Gaertn. [Veith.] Male. Eleganter enim *prae* inservit comparationi. Supra 1, 6, 3. *Qui omnes facile spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe, quae conderetur, fore.* Florus 2, 2, 11. *Prae tanta victoria leve hujus proelii damnum fuit.* Et ita Inl. Nic. Heinsius. apud Ovid. legendum censebat Epist. 3. Her. 121.

Sed tibi prae tutis insignia facta placebant.

Ubi vulgo circumfertur *pro tutis.* Error ortus est ex non intellecto compendio, quo utraque vox perscribi solebat. V. ad 9, 10, 7. Deinde *prae divinis* Leid. 2. Lipsiens. et a m. 1. Voss. 1. Huic errori caussam dedit sequens vox *humana*, cui, non *divitias*, sed *divina*, optime oboponi, scribae sibi persuaserunt. Praeterea *spernit* Lipsiens. sed solus. Ceterum paullo ante *est his audire* adscito pronomine Gaertn.

Nisi effuse adfluant opes] Hic omissum est adverbium *ubi* in edd. vulgatis. Tu repone, *nisi ubi effuse affluant opes.* RHEN. *nisi ubi effuse affluant opes* Palat. pr. ac tertius, Campanusque. Sec. *nisi ubi effusae effluant opes.* Sed alterum melius. l. 6, 15. *Ex eo, quod affluit opibus vestris sustinendo necessitates aliorum.* GEBH. *ni*, pro *nisi*, Voss. 2. quod tamen hic non placet. *Tò ubi* servant codd. omnes quibus utor. *affluunt* habet Leid. 2. *effluant* Portug. Sed vulgatum rectum est: *affluere* est abundare. Sall. in Catil. 36. *Quum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi otium atque divitiae, quae prima mortales putant, adfluerent.* Eodem sensu, sed alia constructione, aliquis dicitur *adfluere opibus.* ita apud Cic. Orat. 2. Agrar. 30. *Ad paucos, opibus et copiis adfluentes, totum agrum Campanum perferri videbitis.* 5. in Verr. 54. *Homo Venerius et affluens omni lepore et venustate.* Gellius 19. N. A. 1. *Ipse erat multis corporis ani-*

L. Quinctius trans Tiberim, contra eum ipſum locum, ubi nunc navalia sunt, quatuor jugerum co-
9 lebat agrum, quae prata Quinctia vocantur. Ibi

nique deliciis adfluens. Ita in cod. Reg. Mſto eſſe notavit Cl. Jac. Gronovius, quum vulgo *diffluens* edatur. *circumfluere* non alio sensu Cic. dixit de Amic. 15. *Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere.* et 2. ad Attic. Epiſt. 21. *Ille amicus noster, circumfluens gloria, quo se vertat, nescit.* Ceterum *senes ubi effuse afluant opes* Florent.

§. 8. *Contra eum ipsum locum*] Malo *eumpse*. KLOCK. Similis conjectura in Plauto, et qui eum imitati sunt, ferri poſſet, non in Livio, nisi forte ubi veteres formulas referens dedita opera antiquata illa servat. Mirum eſt, Klockium aliosque ejus aetatis hoc furore adflatos fuiſſe, ut optimi seculi linguae Latinae scriptoribus invitis similia obsoleta obtrudere conati sint, neque sponte animadvertere potuerint, Romanos aliter Ennii Pacuviique, aliter Auguſti tempore locutos eſſe. [*circa* pro *contra* Veith.]

Ubi nunc navalia sunt] *Tò nunc* exsulat a Leid. 1. *ubi navalia nunc sunt* habet Haverk. *ubi nunc alia sunt* Florent. *novalia* Voſſ. 1. a m. 2. et Lipsiens. Non recte. *Navalia* ubi sita fuerint, v. Fam. Nardin. 7. Rom. Vet. 9. Paullo ante *Spes unica imperii Romani populi* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. V. infra ad 10, 16, 6. Mox vocem *agrum* male omisit Leid. 1.

Quae prata Quinctia vocantur] Ubi illa sita fuerint, disquirit Fam. Nardinus 7. Rom. Vet. cap. ult. Eorum meminit Feſt. v. *Quinctia prata. Quinctia prata dicta sunt a Quinctio Cincinnato, qui sibi, damnato filio, venditis omnibus, quatuor jugerum agrum trans Tiberim paraverat, quem agrum colentem senatus dictatorem per viatorem salutavit Cincinnatum, qui re bene gesta acto triumpho ad privata negotia confestim rediit, deposita dictatura, pecuariamque rem et agrariam exercens Romanis ipsis aemulationi fuit.*

§. 9. *Ibi ab legatis, seu fossam fodiens palo innixus, seu cum araret*] Cur non *bipalio*, aut *palae* potius legendum sit? si foſſae fodiendae erat intentus. SABELL. Archetypi scripti lectio *palo innixus*. Sensus eſt, L. Quintium inclinaſſe in palum, qui forte illic erat terrae infixus. Nihil igitur opus fuit *bipalio* scribere, quod inſtrumentum eſt ruſticum. RHEN. Veteres libri omnes *palo*, quod etiam ante me Rhenanus docuit. SIG. Pall. pr. ac tertius *seu forsan fodiens palo innixus.* Sed sec. cum Andreae et Campani recensionibus *seu fossam fodiens palo innixus.* Unde *bipalium* pedem huc intulerit, nondum exputavi. GEBH. Archetypi lectio *palo*, inquit Rhenanus, et sensus, L. Quinctium inclinaſſe in palum, qui forte illic erat terrae infixus. Ergo etiam, Veteres libri omnes *palo*, quod etiam ante se Rhenanus docuerit, subnotat Sigonius. Vere illi. Sed iidem ambo monere poterant, non modo scriptis legi in omnibus *palo*, sed etiam omnibus in editis ab Andrea usque ad Moguntinos. Hi quum in margine Aſcensii vidiſsent, *Pale* aut *Bipalio* melius forsan, (quod et Saveterius expreſſit) pejus elegerunt. Nam

ab legatis, seu fossam fodiens palae innisus, seu quum araret; operi certe, id quod constat, agresti intentus; salute data in vicem redditaque, ro-

palae innixus scribendum. Stare otiosum, inclinatum ad palum forte terrae infixum, quasi Claudii Caesaris poplites haberet, et tantum oculos operi rustico praestare, non erat tam duri viri. Nec stando inclinatis ad palum fodiuntur fossae, sed palae incumbentibus seu incurvis, palam strenue moventibus. Plautus Poenulo [5, 2, 58.]

Palas vendendas sibi aït et mergas datas,
Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.

Cato [c. 11.] in rusticis instrumentis ponit *palas quatuor*, *rutra quinque*, *rastros quadridentes duos*. Columella l. 10, [45.]

Tum mihi ferrato versetur robore palae
Dulcis humus, si jam pluviis defossa madebit.

Plinius l. 18, 18. *Cuspis effigiem palae habet*. J. FR. GRON. *bipalio*, quod unde pedem huc intulerit, nondum exputaverat Gebhardus, ex Sabellici conjectura adsumtum esse a Moguntinis, ejus praescripta adnotatio docet; utramque autem ejusdem conjecturam margini adposuit Ascensius. Omnes tamen nostri, etiam Florent. conspirant in alteram lectionem *palo*; nec minus Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. et Neapolit. Latinii. quod tamquam notius, alteri minus usitato substituisse jam olim scribae censeri debent. *palae* enim legendum esse, recte Gronovius evicit. *Palam* autem inter instrumenta rustica memorat etiam Varro 4. de ling. Lat. p. 33. *Instrumenta rustica, quae serendi aut colendi fructus caussa facta. Sarculum a serendo ac sariendo. Ligo, quod eo, propter latitudinem, quod sub terra, facilius legitur. Pala a pangendo. G. in L. mutatum quod fuit.* Memoratur etiam Plin. l. 17, 22. *Sulco latitudo palae satis est.* Huic itaque *palae innitebatur* Quinctius, agrum fodiens, eique toto corpore incumbebat, ut tanto altius in terram adigeret. aratro innixum fuisse Florus narrat l. 1, 12. *Medium erat forte tempus sementis, quum patricium virum, innixum aratro suo, lictor in ipso opere deprehendit.* ubi habitum hunc aliis exemplis inlustrat Cl. Dukerus. *inmissus*, pro *innixus*, male praefert Gaertn. Sed *missus* et *nixus* eorumque composita etiam alibi commutantur. V. infra ad 4, 42, 5. Praeterea *a legatis* Leid. 2. Gaertn. Portug. Voss. 1. a m. 2. et veteres edd. quas vidi, usque ad Aldum, qui *ab legatis* vulgavit. Et id servant reliqui codd. Denique *seu forsan fodiens*, quod Gebhard. in duobus Palatt. invenit, quaedam etiam ex primis editt. praeferunt; certe ita esse vidi in Mediolan. anni 1480. anni 1495. anni 1505. et Veneta anni 1498. Sed omnes manu exarati mei *fossam* recte praeferunt. Paullo post τὸ *quum* exsulat a Lipsiens. et *operi certe*, *id quod constat*, *agri intentus*, pro *agresti intentus*, Gaertn. praefert.

Quod bene verteret ipsi reique publicae] *quo bene verteret* Lipsiens. solito scribarum peccato, qui τὰ *quo* et *quod* multis passim locis confuderunt. V. infra ad 36, 33, 3. *quod bene everteret* Portug. ultima litera

P 2

gatus, *ut, quod bene verteret ipsi reique publicae, togatus mandata senatus audiret*, admiratus, rogitansque, *satin' salva essent omnia?* togam propere e

τοῦ bene perperam in principio proximae vocis repetita. V. infra ad 37, 29, 8. *bene verterat* Florent. Leid. 1. et Voss. 1. a m. 1. qui a m. 2. habet *vertat*, quomodo legunt etiam Voss. 2. a m. 2. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. Infra c. 35, 8. *Ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se comitia professus, inpedimentum pro occasione arripuit.* Et ita, hunc locum laudans, adducit Brisson. 1. de Formul. p. 65. ubi formulam hanc aliis exemplis inlustrat. Sequens tamen, *audiret*, hic *verteret* requirere videtur.

Togatus mandata senatus audiret] Prima vox abest a Voss. 2. et priscis editt. quam primus addidit Aldus, consentientibus reliquis meis, exceptis Haverk. et Gaertn. qui male habent *rogatus*, et Florent. qui *totus*. Ceterum quum hoc tempore viros *sine tunicis sola toga* amictos dicat Gellius l. 7, 12. Quinctius autem ne toga quidem indutus fuisse hic dicatur, ipsum nudum solisque femoralibus tectum arasse colligit Doujatius. Cui favere videtur locus Aur. Vict. de Vir. Inl. 17. *Quinctius dictator dictus. ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tiberim obsenderunt.* Verum, nequid gravius dicam, vehementer erravit. *Femoralia* antiquorum fuerunt fasciae, quibus femora involvebant, quemadmodum crurales ac pedales fasciae, quibus crura et pedes tegebantur. Si ergo neque toga neque tunica amictus fuerit Quinctius, nudae ei fuerunt partes corporis, quas tegi pudor exigebat. Id autem, quamvis inhonestum, tamen diffiteri non poterit Doujatius, si solis femoralibus tectum fuisse statuat. Per femoralia enim intelligere, quas nos *braccas* vocamus, omni adversatur antiquitati; quae docet, diductis vestibus, toga et tunica, pudenda adstantium conspectui patuisse. Infra l. 45, 39, 16. *Insigne corpus honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore exceptis, habeo. Nudasse deinde se dicitur, et, quo quaeque bello vulnera accepta essent, retulisse. Quae dum ostentat, adapertis forte, quae velanda erant, tumor inguinum proximis risum movit.* V. etiam Casaubon. ad Sueton. August. 82. Potius itaque videtur, Quinctium, licet non togatum, tamen tunicatum arasse. Si autem verum est, quod tradit Gellius, viros Romanos *sine tunicis toga sola* amictos fuisse, (de eo enim ut dubitem, graves sunt rationes, et inter illas etiam locus Plutarchi in Coriol. p. 219. ubi tradit, jam Marcii istius tempore candidatos ἐν ἱματίῳ ἄνευ Χιτῶνος, *in toga sine tunica* prensasse, innuens, quum id in candidatis singulare fuerit, reliquos cives cum toga etiam tunicam sumsisse) locus ita accipiendus videbitur, eos uno tempore et togam et tunicam sumere solitos non fuisse. Sed domi ac ruri tunica, quum in urbe in publicum prodirent, toga usos fuisse. Aur. Vict. vero de Viris Inlustr. Quinctium *nudum* arasse referentem, optime inlustravit Ampl. Cuperus 1. Observ. 7. docens γυμνὸς Graecis, et Latinis *nudus* usurpari de homine tunica vestito, cui nihil ad ornandum deest, quam pallium vel toga.

tugurio proferre uxorem Raciliam jubet. Qua si- 10
mul, absterso pulvere ac sudore, velatus processit, dictatorem eum legati gratulantes consalutant: in

Admiratus rogitansque, satisne salva essent omnia] In exemplari illo Borbetomagensi legitur, *admiratus rogitansque, sat jam satisne salva essent omnia?* Scribo, *admiratus, rogitansque etiam, satisne salva essent omnia?* aut *admiratus rogitansque, satin' salva essent omnia?* Sic l. 6, [34, 8.] *Percontatus satin' salvae?* Proinde librarius videtur mihi pro *satin'* scripsisse *sat jam*, et glossam ejus adverbii, id est, *satisne*, retulisse in contextum. RHEN. Scribit Rhenanus, *admiratus, rogitansque etiam, satisne salva essent omnia?* vel *admiratus rogitansque, satin' salva essent omnia?* Sed Pall. omnes atque edd. *satisne salva essent omnia.* Sed tamen probo Rhenani lectionem. l. 1, 58. *Quaerenti viro, satin' salvae? minime, inquit. quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia?* Livius l. 6, 34. *Percontatus satin' salvae?* loquitur de Fabio Ambusto. Ex quibus tamen apparet, strictam illorum observationem a Livio non observari hoc loco, qui tantum Latine putant dici, *satin' salvae*, subaudito *res*, aperte scribente, *satin' salva omnia.* Valerius 3, 2. ext. 5. de Epaminonda. *Trajectus hasta, sanguine et spiritu deficiens, recreare se conantes primum, an clipeus suus salvus esset, interrogavit.* Quod omittit in vita ejus, quantum memini, Aemilius Probus. Sed non tacet Justinus l. 6, 8. *Nam ut relatus in castra semianimis vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut servatum audivit, allatum velut laborum gloriaeque socium osculatus est.* Diodorus l. 15. p. 503. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν ὑπασπιστὴν προσκαλεσάμενος ἐπηρώτησεν, εἰ διασέσωκε τὴν ἀσπίδα. GEBH. *admiratus rogitans* sine copula Fragm. Hav. invitis aliis omnibus. Deinde *sat jam satisne salva* Florent. *satisne salva omnia* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *satine salva omnia* Leid. 1. et Harlej. 1. quorum scriptura proxime accedit ad emendationem Rhenani *satin' salva omnia*, quam veram esse puto. Passim enim *satin'*, pro *satisne*, Livium usurpasse supra dictum ad 1, 39, 3. *satine*, pro *satisne* vel *satin'*, Terentio in usu fuisse, observant viri docti ad Andr. 4, 5, 9. id tamen ab Livio adhibitum fuisse, non credo. Hic etiam Klockius in marg. Livii notavit; alios velle *satin' salve omnia esse?* Interim tamen omnes Msti *salva* servant. V. Cl. Dukerum supra ad 1, 58, 7. [*publicae audiret mandatum. Senatus adm.* Veith.]

Uxorem Raciliam jubet] *Reciliam* Voss. 1. et Harlej. 1. *Retiliam* Leid. 2. *Faciliam* Voss. 2. *Ratiliam* Portug. *Rutiliam* Hearnii Oxoniens. C. *Rabiliam* Gaertn. et Neapolit. Latinii. *Vicum Racilianum majorem et minorem* memorat P. Victor in Descript. urb. in Regione 14.

§ 10. *Dictatorem eum gratulantes consalutant*] Vet. lib. *legati gratulantes.* SIG. Pall. tres, Sigonii liber, Andreae Campanique edd. *Dictatorem eum legati gratulantes consalutant.* GEBH. Ex Sigoniano nostrisque

urbem vocant: qui terror sit in exercitu, exponunt.
11 Navis Quinctio publice parata fuit, transvectumque tres obviam egressi filii excipiunt; inde alii propinqui atque amici; tum Patrum major pars. Ea frequentia stipatus, antecedentibus lictoribus, deductus est domum: et plebis concursus ingens fuit.

scriptis, sed et editt. antiquis auge, *Dictatorem eum legati gratulantes consalutant.* J. FR. GRON. Vocem *legati* agnoscunt etiam omnes nostri. Editorum primus Frobenius eam anno 1535. omisit. *legatos* jam supra vocarat, qui eum Romam arcessiverunt, hoc cap. §. praec. ut et Aur. Vict. de Vir. inl. 17. *Ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tiberim obsenderunt.* Alii a lictore, alii a viatore factum referunt. V. Cl. Dukerum ad Flori 1, 12, 13. Praeterea male *consultant* Leid. 2. V. ad 1, 7, 1. Voces *in urbem vocant* male praeteriit librarius Gaertn. [*et in urbem* Veith.]

§. 11. *Navis Quinctio publice parata fuit, transvectumque tres obviam egressi filii excipiunt*] Omnia haec verba perperam omittebantur in Leid. 2. *transvectum* sine conjunctione *que* est in Haverk. *tres obviam filii egressi* habent Voss. 1. et Gaertn. Paullo post etiam ordine mutato *tum major pars Patrum* Portug. Denique *ut plebis concursus*, pro *et plebis*, Gaertn.

§. 12. *Sed ea nequaquam tam laeta Quinctium vidit*] *se*, pro *sed*, male est in Lipsiens. qui et *lenta*, pro *laeta*, obfert, ubique obvio errore scribarum, qui saepe voces *laetus* et *lentus* commiscuerunt. Vide, quae notavi ad Silii 12, 667. et adde Nic. Heinsium ad Ovid. 11. Met. 98. Cel. Burmann. ad 15, 564. eumdemque ac Titium ad Nemes. Ecl. 2, 12. (* infra ad 4, 41, 1. 22, 14, 7. Burm. ad Virg. Eclog. 1, 4.) *tam lete* erat in Klockian. Sed vulgatum aliorum codd. testimonio subnixum malo.

Et imperii nimium, et virum in ipso imperio vehementiorem rata] Multis inquirit Doujatius in verum sensum verborum *imperii nimium.* τὸ *nimium imperii* accipit genere masculino, et primo inquirit, utrum *imperii nimium* notet nimis imperiosum, quod mox ipse refellit; eum enim sensum sequentibus verbis *in ipso imperio vehementiorem* exprimi. Ne itaque eadem sententia repetatur, *imperii nimium* interpretatur pro eo, qui nimis saepe summos magistratus gessit. Denique scribendum conjicit *imperio nimium*, ut Livius velit, plebi doluisse, Cincinnatum videre ad dictaturam evectum, maximum nempe magistratum, et cui nimia inesset potentia. Ego tamen puto, *nimium imperii* positum pro nimium imperium, atque accipiendum de ipsa dictatura, quam *imperium vehemens* supra vocavit 2, 30, 4. *Curae fuit consulibus et senioribus Patrum, ut imperium, suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio.* ubi vide, quae notantur. Eo sensu, ut hic *imperii nimium*, Silius *nimium juris* dixit 14, 670.

Ingemuit nimium juris, tantumque licere
Horruit.

sed ea nequaquam tam laeta Quinctium vidit; et 12
imperii nimium, et virum in ipso imperio vehementiorem rata. Et illa quidem nocte nihil praeterquam vigilatum est in urbe.

XXVII. Postero die dictator, quum ante lucem 1
in forum venisset, magistrum equitum dicit L.

Id autem eadem forma dictum est, qua *multum diei* restitutum 27, 2, 9. *Postero die Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie.* ubi plura notantur. Duo plebi displicebant: alterum, quod dictator dictus esset; eum enim magistratum nimium imperii putabant: alterum quod Quinctius dictator dictus esset, quem in ipso imperio vehementiorem rebantur. Prius membrum non de ipso Quinctio accipiendum esse, evincit posteriori praemissa vox *virum*, ad quod Doujatium non adtendisse ex ipsius nota patet. Non displicet autem conjectura Cl. Joh. Frid. Christii, qui, deleta praepositione *in*, locum multo elegantiorem, immo et veriorem, fore putabat: Livium enim dicere, Quinctium virum esse habitum *ipso imperio vehementiorem*, id est, suopte ingenio graviorem tetrioremque, quam vel imperium dictaturae esset. Ceterum omnia haec verba perperam exsulant ab Harlej. 1. sine dubio unius librarii negligentia: *nuntium* autem, pro *nimium*, exhibet Klockian.

§. 1. *Magistrum equitum dicit L. Tarquinium patriciae gentis*] In tabulis Capitolinis est *L. Tarquitius*, quibus danda fides est. nam *Tarquinii* ex urbe exacti omnes fuerant. Et de Tarquinio non dixisset *patriciae gentis*, cum id satis constaret. SIG. Advertat lector, imperitia librariorum, tamquam male correctum, hoc nomen in vulgare *Tarquinii* fuisse mutatum in Livio, Dionysio et aliis auctoribus. Sed non animadvertere, qui illud correxerunt, *Tarquinii* nomen simul cum Regibus Urbe ejectum fuisse, et L. Tarquinium Collatinum ob illud in primis in exilium ire coactum: postque illud tempus hoc adeo apud Romanos male acceptum fuisse, ut neminem eo insignire vellent, nisi quem summa cuperent gravatum invidia, regnique affectati crimine notatum in vitae discrimen adducere. Quemadmodum libertatis assertores postea decemviros *decem Tarquinios* appellarunt in senatu [infra 3, 39, 3.] Quapropter Capitolinis fragmentis major est danda fides, quae *L. TARQVITIVM. L. F. FLACCVM.* nominant magistrum equitum. Ipsum vero Livius et Dionysius [l. 10. p. 651.] solummodo belli peritia fuisse insignem testantur, pedibusque stipendia fecisse propter paupertatem, *patriciae* licet *gentis* esset. Quod adjicere de Tarquinia gente regia, otiosum fuisset; quae jam a primo illo Tarquinio, Damarati filio, inter patricios fuerat, antequam tota in exilium ageretur. Hunc sane Tarquitium non admodum clarae stirpis fuisse, indicant et Capitolina fragmenta; quae patris solummodo praenomen adscribunt, cum avi nomen ciere non possent, ut Livii verbis di-

Tarquitium patriciae gentis, sed qui, quum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet, bello tamen primus longe Romanae juventutis habitus eſſet.
2 Cum magiſtro equitum in concionem venit, juſtitium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quem-
3 quam privatae quidquam rei agere. Tum, quicum-

cam. PIGHIUS in Annal. ad ann. cccxcv. p. 128. *L. Tarquinium* mendose etiam praeferunt omnes noſtri; [Veith.] quod de Oxon. N. C. aliisque MSS. etiam Hearne monuit. Ejus loco recte viri docti ex marmoribus Capitolinis *L. Tarquitium* legendum oſtenderunt. *Tarquitia* autem gens Romae nota fuit, et praesertim poſterioribus temporibus saepius obcurrit. Talis eſt *L. Tarquitius*, Ciceroni memoratus 6. ad Attic. Ep. 8. ubi pari errore olim *L. Tarquinio* edebatur. Videnda, quae Malaps. Ursin. Popma et alii ad eum locum notarunt. Ex eadem memoratur *Tarquitius Priscus* apud Tacit. 12. Ann. 59. ad quem de eo plura Theod. Ryckius notavit, et Inl. Ezech. Spanhem. de Praeſt. et us. numism. Diſſ. 13. p. 593. *Tarquitius Crescens* 15. Annal. 11. *Tarquitius*, qui oſtentarium Tuscum conscripsit: de quo v. Harduinum in indice auctorum Plinii ea voce, ubi apud Macrob. 2. Saturn. 16. pro *Tarquinius Priscus*, legendum monet *Tarquitius Etruscus*, vel *Tuscus*. Pro *Tarquinius* legendum eſſe *Tarquitius*, ei adsentio. Verum eam conjecturam debet Pontan. qui notis ad Macrob. non ipse modo ita legendum docuit, sed simul ingenue profeſſus eſt, ante se idem visum fuiſſe Voſſio de Hiſtor. Latin. 1, 31. et Petro Pithoeo Adversar. subseciv. 1, 20. Utrum vero, pro *Priscus*, reponi debeat *Etruscus*, vel *Tuscus*, quae propria Harduini conjectura eſt, admodum incertum puto. Quamvis enim *L. TARQVITIVS. L. F. POMP. ETRVSCVS. SVLPICIANVS* memoretur in lapide apud Gruter. p. 625. n. 4. attamen, Tarquitiis revera *Prisci* cognomen fuiſſe, ex Tacito modo vidimus, quem a mendae suspicione liberant nummi, ad eum locum a Ryckio laudati, et a Spanhem. dicto loco. Ejusdem gentis multiplex mentio fit in lapidibus literatis, quos Gruterus collegit, ut conſtat ex indice. Similiter etiam in illis, quos edidit Fabrettus. V. p. 170. 520. 647. 743. et 744. Poſt voces *magistrum equitum* pagina deeſt in Florent. usque ad c. 28, 7. *per media sua castra.*

Sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset] Hic locus turpiter eſt violatus ob unicam literam male mutatam. Legendum eſt, *Sed qui, cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset.* RHEN. *sed qui tum* servant Leid. 1. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. *et qui tum* Leid. 2. prima litera τοῦ *sed* intercepta a proximae *gentis* ultima. V. infra ad 30, 3, 7. *sed quin tum stipendia* Klockian. *sed tum qui* Harlej. 1. *et qui quum* Voſſ. 1. *sed qui quum* Voſſ. 2. et Portug. quorum poſterior perperam etiam praefert *peditibus.*

Bello tamen primus longe Romanae juventutis habitus es-

que aetate militari essent, armati, cum cibariis in dies quinque coctis vallisque duodenis, ante solis occasum Martio in campo adessent: quibus aetas 4
ad militandum gravior esset, vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit. Sic juventus discurrit ad vallum petendum. 5

set] *belloque Romanae juventutis longe praestantior habitus esset* Haverk. et Hearnii O. xon. B. *belloque Romanae juventutis tum valde praestantior habitus esset* Harlej. 2. *bello tamen Romanae juventutis longe habebatur* Lipsiens. *bello cum primum longe major delectus Romanae juventutis habitus esset* Gaertn. Sed verba *major delectus* olim tamquam lemma ad §. 3. margini adscripta fuisse videntur, atque inde in contextum migrasse: quod frequenter in Mstis observatur. V. ad 7, 40, 4. Reliqua librarii inscitia depravata sunt. Pro *tamen* sive *tā*, dedit *cum* sive *cū*. V. supra hoc lib. ad c. 16, 1. *primus* male in *primum* mutavit.

§. 3. *Martio in campo adessent*] Primam vocem omittit Leid. 2. Saepe *campus* simpliciter pro campo Martio poni solet. Cic. 1. ad Attic. Ep. 1. *Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his literis proficisci Cincius dicebat, in campo, comitiis tribuniciis.* Infra Livius hoc ipso lib. c. 69, 8. *Haec omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die a quaestoribus ex aerario promta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint.* V. Fam. Nardin. 6, Rom. Veter. 5. et Torrent. ad Horat. 1. od. 8, 3. Quum tamen reliqui codd. eamdem vocem constanter servent, eam etiam expungendam non censeo. Genus etiam compositionis *Martio in campo*, ut praepositiu medium locum inter adjectivum et substantivum occupet, a stilo Livii non alienum est. V. supra ad 2, 19, 8. Quin et *Martius campus*, pro vulgato *campus Martius*, vocula tamen intermedia, ut hoc loco, supra est 2, 5, 2. *Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit.* V. infra hoc lib. c. 63, 6.

§. 4. *Dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit*] Legerem ego, *dum ii arma pararent, vallumque peterent.* Sed tamen nihil temere mutarem. KLOCK. Non necesse etiam est, ut plurium numerus pro singulari ponatur. Sed aliud tamen in hoc loco est, quod minus recte habere videtur. Eodem tempore, quo miles arma parabat, vallumque petebat, vicinus senior ei cibum coquere debuit. An ergo *quum is arma pararet?* V. supra ad 1, 40, 7. Ceterum *dum arma pararet is* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *cibaria qquere* Leid. 1. Voluit *quoquere*, quomodo minus recte pro *coquere* scribebatur, et scriptum superest in Klockian. V. Dausquej. de Orth. parte 2. v. *Coquus.* et Voss. 1. Gramm. 18. Paullo ante *quibus autem aetas*, inserta media voce, Gaertn.

sumsere, unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo est: impigreque omnes ad edictum dictatoris
6 praesto fuere. Inde composito agmine, non itineri magis apti, quam proelio, si res ita tulisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. In utroque agmine, quas tempus ipsum po-

§. 5. *Omnes ad edicta dictatoris praesto fuere*] omne libri *ad edictum*. GEBH. *ad edicta* demum comparuit in Paris. edit. anni 1573. quod proximi editores servarunt usque ad Gronovium, qui anno 1665. *ad edictum* revocavit. Idque non modo fuerat in prioribus excusis, sed et in omnibus scriptis. Eam etiam lectionem veriorem esse, aurium judicium evincere potest. Nemini non enim ingrata esse debet repetitio earumdem syllabarum *edicta dictatoris*. Praeterquam quod verosimile, et tantum non certum sit, dictatorem unum tantum edictum proposuisse, quo jussit, ut omnes militaris aetatis armati et instructi adessent.

§. 6. *Inde composito agmine, non itinere magis apto, quam proelio*] Legendum haud dubie *itineri*. ut agmen aeque habile fuerit, et ad profectionem, et ad pugnam. NANN. Nugae merae. Scribe, *non itineri magis apti*, ut habent MSS. Pall. omnes, nec non vetustissimi cusi. Diodorus l. 18. p. 635. *Αὐτοὶ δ' εὔζωνοι, καὶ πρὸς μάχην ὄντες ἕτοιμοι, προῆγον ἀπαντήσοντες τοῖς περὶ Λεοννάτον, πρὸ τοῦ τον Ἀντίπατρον συμμῖξαι καὶ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας εἰς ἕνα τόπον συνελθεῖν.* Liv. l. 27, 48. *Advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, sed ad conserendum extemplo proelium instructis armatisque.* GEBH. Aut *composito*, aut *apto* videtur abundare. Sed opportune tres Pall. et Voss. [uterque] *Non itineri magis apti, quam proelio.* Ut referatur ad dictatorem et magistrum equitum: et intelligas, quo habitu duces, eodem et milites fuisse: denique in fine scribas, *ducunt*. Durius enim forte in hoc propius respexisse. J. FR. GRON. *itinere*, pro quo Nannius *itineri* recte *reposuit*, primum errore operarum extitit in Basileensi anni 1539. idque per nonnullas proximas edd. propagatum est. Verum *itineri* non modo sensus Livii exigit, sed etiam exhibent omnes libri, qua editi vetustiores, qua scripti, nisi quod in Leid. 2. mendose legatur *iterum*; in Gaertn. *itinē*. Praeterea omnes nostri manu exarati praeferunt *apti*, nisi quod Fragm. Hav. eo tamen adludens, habeat *acti*, solito scribarum errore, qui passim *aptus* et *actus* confuderunt. V. infra ad 40, 13, 6. *apti* etiam sibi obvium in Oxon. B. L. 1. 2. et N. ut et in edit. Rom. principe fuisse, testatur Hearnius. quare id recipiendum arbitratus sum. *ducit* vero in fine servant omnes nostri, excepto solo Haverk. in quo est *dixit*; ut forte *duxit* scribere librarius voluisse videatur. Perpetuo enim *ducere* et *dicere* commutantur. V. ad 38, 43, 1. Illud *ducit* autem propter *τὸ apti* in *ducunt* mutari, ut Gronovio videbatur, non est necesse. Neque enim durius puto, Livium hic respexisse ad pro-

scebat, adhortationes erant: *adderent gradum, matu-* 7
rato opus esse, ut nocte ad hostem pervenire possent. consulem exercitumque Romanum obsideri. tertium diem jam clausos esse: quid quaeque nox aut dies ferat, incertum esse: puncto saepe temporis maximarum rerum momenta verti. Adcelera signifer, sequere miles, in- 8

pius, quam infra 44, 17, 5. *Praetores, Cn. Baebius urbanam, L. Anicius peregrinam, et si quo senatus censuisset, Cn. Octavius classem, P. Fontejus Hispaniam, M. Aebutius Siciliam, C. Papirius Sardiniam est sortitus.* Ita enim ibi praeferunt omnes editi. Nisi forte illic *Praetorum Cn. Baebius* malles. Vide, quae d. l. notantur. mox *In agmine utroque* habent Voss. 1. et Leid. 2. *ad orationes*, pro *adhortationes*, Lipsiens.

§. 7. *Adderent gradum. maturato opus esse, ut nocte ad hostem pervenire possent*] In optimis plerisque reperio *posset*, indicio scribendum *perveniri posset*, quod ex suo veteri libro notavit Muretus. J. FR. GRON. *ut adderent gradum* antiquissimae, quas vidi, edd. Primus Aldus τὸ *ut* ejecit, quod nulli etiam codd. agnoscunt, et natum videtur ex ultimis literis prioris vocis *erant*. Et solet saepe illud *ut* omitti post verba hortandi. V. infra ad 40, 11, 1. Deinde *corpus esse*, pro *opus esse*, Lipsiens. Tum *posset* ex nostris Voss. 1. a m. 2. Leid. ambo, Harlej. 1. Haverk. et Fragment. Hav. Omnes tamen retinent *pervenire*. Mihi quoque *perveniri posset* verius videtur: id tamen in contextum recipere ausus non sum.

Exercitum Romanum obsideri] *obsederit* Leid. 1. ultima litera perperam repetita ex prima sequentis *tertium*. V. ad 40, 7, 8. Scribere ergo librarius voluit *obsederi*. de qua orthographia v. infra ad 9, 2, 3.

Quid quaeque nox aut dies ferat, incertum esse] *quid q*; sive *quid quoque* Klockian. V. infra ad 40, 5, 6. *fuerat* Leid. 1. *feret* Leid. 2. *ferret* Fragm. Hav. Tum *incentum* esse Harlej. 1. [*incertum esse puto. Saepe* Veith.]

Puncto saepe temporis maximarum rerum momenta averti] MS. Colon. *maximarum rerum momenta verti.* MOD. Solam ed. Basil. anni 1555. invenio, quae huic adnotationi occasionem Modio dare potuit. Omnes enim reliquae servant *verti*; una illa *averti* praefert; sed sine dubio operarum aberratione. A scriptura autem reliquarum non tantum MS. Colon. sed et omnes mei codd. stant. At insuper *maximarum rerum momento verti* Lipsiens. et Gaertn. *maximā rerum momenta* Haverk. *maxima rerum momenta* Leid. 2. Sed vulgatum sanum est. Infra 27, 9, 1. *Adeo ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent.* Contra *parvarum rerum momenta* 32, 17, 9.

§. 8. *Inter se quoque gratificantes ducibus clamabant*] Vocem *quoque* non habent primae edd. Eam addidit Aldus: et servant etiam omnes scripti nostri.

ter se quoque, gratificantes ducibus, clamabant. media nocte in Algidum perveniunt: et, ut sensere, se jam prope hostes esse, signa constituunt.

1 XXVIII. Ibi dictator, quantum nocte prospici poterat, equo circumvectus, contemplatusque, qui tractus castrorum, quaeque forma esset, tribunis militum imperavit, ut sarcinas in unum conjici ju-

Media nocte in Algidum perveniunt] *in Algidum veniunt* Harlej. 1. *in Algidum pervenerunt* Leid. 2.

Et, ut sensere, jam prope hostes esse] Iterum Pall. tres et Andreae ed. *et, ut sensere, se jam prope hostes esse.* Multo melius. GEBH. Conjunctio *et* non adparet in primis excusis. Addidit deinde Aldus, cui consentiunt omnes nostri. Deinde *senserunt* Gaertn. Insuper τὸ *se*, quod primus omiserat Curio, et deinde Gebhardus ex tribus Pall. et Andreae ed. restituit, superest etiam in codd. quibus utor, editisque Curione antiquioribus. Gronovius quidem priori edit. notarum ad 40, 42. 2. eam lectionem non probabat, licet in contextum recepisset: at, quum postea, quae ibi notavit, repetitis curis induxerit, sententiam mutasse, ac lectionem illam probasse videtur. Et recte. *prope hostes*, ut *prope secessionem*. de quo v. ad 6, 42, 10. Denique verbum *esse* exsulat a Fragment. Hav. Sed id intercepit partim ultima syllaba vocis praecedentis *hostes*, partim prima sequentis *signa*.

Signa constituunt] Mallem *signa consistunt*, pro *constituunt*: ut Tacitus 1. Ann. [30.] *Drusus, non exspectato legatorum regressu, quia praesentia satis constiterant, in urbem rediit.* Et apud Caesarem *consistere exercitum*, apud Sallustium *consistere agmen* et *signa* in Jugurth. legimus. Sic infra [28, 15, 10.] *Consistere signa in radicibus collium coeperant.* et [c. 16, 5.] *Signa consisterent, et equestria proelia consererent.* KLOCK. Omnes codd. vulgatum tuentur: quibus invitis, id cum Klockio minime mutem. V. infra ad 27, 16, 11.

§. 1. *Ut sarcinas in unum conjici jubeant, militem cum armis valloque redire in ordines suos. Facta, quae imperavit*] Omnia haec desunt in Voss. 2. librariorum culpa, cui caussam dedit vocis *imperavit* repetitio. Plura exempla similium errorum v. infra ad 9, 11, 11. Ceterum *in unum sarcinas* mutato ordine dictionum Gaertn. Tum *conici* Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 2, 10, 9. Praeterea *facta sunt, quae imperavit* Portug. a m. 2. *factumque imperavit* Haverk. Sed *jubeant. militem cum armis valloque redire in ordines suos facit. Quae ut imperavit, tum* etc. Fragm. Hav. [*in ordines suos facit. Quae ut imperavit eum quo* Veith.] Plerique librarii non ceperunt formulam *facta, quae imperavit*; quae, in re militari praesertim, sollemnis erat, quum quis duci renunciaret, se exsequutum esse, quae

beant, militem cum armis valloque redire in ordines suos. facta, quae imperavit. Tum, quo fuerant ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris, et, ubi signum datum sit, clamorem omnes tollere jubet. clamore sublato, ante se quemque ducere fossam, et jacere vallum. Edito imperio, signum secutum est. jussa miles ex- 3

2 (margin)

ab eo facere jussus erat. Tacit. 1. Ann. 6. *Nuncianti centurioni, ut mos militiae, factum esse, quod imperasset; neque imperasse sese, et rationem facti reddendam apud senatum respondit.* ubi videndus est Lipsius, et Brisson. 4. de Formul. p. 348.

§. 2. *Tum, quo fuerat ordine in via, exercitum*] Iidem [optimi plerique] *fuerant*, quod tuto repone. *Exercitum* enim cum appellat, perinde est, ac si dixisset *legiones*, vel *milites*. J. FR. GRON. *fuerant* etiam ex nostris habent Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Fragm. Hav. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. ex Hearnii autem Oxoniensibus similiter L. 2. Neque aliter primae editt. exhibent. Basileenses demum anno 1539. *fuerat* ei substituerunt; non adtendentes, *τὸ exercitus*, qui ex variis ordinibus atque militibus constat, apud Livium saepissime collective usurpari. Supra 1, 27, 8. *Nihil trepidatione opus esse. suo jussu circumduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant.* ita recte ibi Gronov. ex scriptis et editis priscis vulgari jussit. 2, 58, 6. *Haec ira indignatioque ferocem animum ad vexandum saevo imperio exercitum stimulabat; nec ulla vi domare poterat: tantum certamen animis inbiberant.* 26, 2, 11. *Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, servilibus vitiis imbuisse.* c. 21, 16. *Exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia esset, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, segni fungebantur militia.* 45, 35, 7. *Totus Macedonicus exercitus imperatori erat neglegenter adfuturus comitiis ferendae legis. Sed eos Ser. Sulpicius Galba stimulavit, ut frequentes ad suffragium adessent.* Auctor Epit. Liv. l. 26. *Quum per triduum in aciem exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit: nam quum in castra rediissent, statim serenitas erat.* Pariter loquutus est Divus Lucas Evang. 2, 13. *Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου, αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων.* Silius Italic. 13, 308.

Stabant innixi pilis exercitus omnis,
Spectabantque viros.

ubi vide, quae notavi, et infra ad Liv. 29, 10, 3. V. etiam Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth. c. 18, 3. Ceterum *quo ordine fuerant* primae editt. Sed ordinem illum, qui nunc obtinet, vocabulis dedit Aldus, cum quo consentiunt omnes scripti. Vocem *omnem*, quae sequitur, Mediolanenses anno 1505. errore, ut

sequitur, clamor hoftes circumsonat. Superat inde caftra hoftium, et in caftra consulis venit: alibi
4 pavorem, alibi gaudium ingens facit. Romani, *civilem effe clamorem, atque auxilium adeffe*, inter se gratulantes, ultro ex ftationibus ac vigiliis territant

puto, operarum omiserunt. [*longo ordine circumdat* Veith.]

§. 3. *Edito imperio, signum secutum est*] *edicto imperio* Leid. 2. et Haverk. [Veith.] Sed error hic in membranis vetuftis admodum frequens eft. V. ad 21, 62. 7. Mox *clamore hostis circumsonat* Leid. 1.

Superat inde castra hostium, et in castra consulis venit] *Superat in castra* Lipsiens. V. infra ad 10, 20, 6. *Superat inde castra, tum et in castra consulis venit* Leid. 2.

Alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit] *ingens gaudium* Portug. Tum *fecit* Voff. 1. Leid. 2. et Haverk.

§. 4. *Civilem esse clamorem, atque auxilium adesse*] *civilem clamorem esse, atque auxilium id esse* Voff. 1.

Ex stationibus ac vigiliis territant hostem] *et vigiliis* Haverk. Lipsiens. Harlej. 2. et Portug. a m. 1. *atque vigiliis* Fragm. Hav. Tum *territant hostes* Haverk. et Lipsiens. V. ad 5, 50, 2.

§. 5. *Sed rem ab suis coeptam*] *a suis* Voff. 1. Leid. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *inceptam* Haverk. [*coeptam initamque esse ni jam* Veith.]

Mirumque esse, ni jam exteriore parte castra hostium obpugnentur] *initiumque esse* Fragment. Hav. Hinc *nisi jam* Voff. 2. Voculam *nisi* saepe pro *ni* non recte a librariis fubftitutam effe, infra videbimus ad 23, 1, 8. *i jam*, id eft, *in jam*, Lipsiens. Praeterea *exteriori parte* excusi ante Aldum, qui *exteriore* reposuit, consentientibus codd. meis. Deinde *castra hominum hostium* Leid. 1. Sed librarius ejus cod. duplicem lectionem jungere voluiffe videtur, de quo v. ad 3, 44, 4. Solent autem voces *homines* et *hostes* commutari. V. infra ad 23, 37, 11. In similes autem codices incidentes deinde alii librarii *hominum* mutarunt in *omnium*, ac dederunt *castra omnium hostium*, ut praeferunt Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Solent autem alibi *homines* et *omnes* commutari. V. hoc lib. ad c. 54, 6. Denique mox *et subsequi jubet*, sine τῷ *se*, Lipsiens. et Haverk. quod in aliis omnibus, quibus utor, conftanter supereft.

§. 6. *Nocte initum proelium est, legionibus dictatoris clamore significantibus*] Vitiatus locus eft. Scribe, *a legionibus dictatoris clamore significant, ab ea quoque parte rem in discrimine esse. a legionibus dictatoris*, id eft, a parte legionum. *significant*, subaudi, milites. RHEN. Sensus eft perquam obscurus. *Rem* autem *in discrimine esse* de hoftibus intelligo. quasi diceret, non ab consulis tantum parte res hoftium in discrimine erat, sed ab dictatoris quoque parte, id quod legionum clamor significabat. GLAR. Pall. pr. ac tertius *Nocte initum proe-*

hostem. Consul differendum negat. *Illo clamore* 5
non adventum modo significari, sed rem ab suis coeptam: mirumque esse, ni jam exteriore parte castra hostium oppugnentur. Itaque arma suos capere et se subsequi jubet. Nocte initum proelium est a legionibus: di- 6

lium a legionibus: dictatori clamore significant, ab ea etc. sec. vero, *nocte initum proelium est a legionibus Dictatoris. clamore significant, ab ea quoque parte rem* etc. Edd. priscao stant a lectione vulgata, quam jure merito dudum impugnavit Rhenanus, quem juvant per omnia Pall. duo meliores. GEBH. Veram lectionem, praeterquam una litera, et cum mala interpunctione protulit Rhenanus. Legendum enim: *Nocte initum proelium est a legionibus: dictatori clamore significant, ob ea quoque parte rem in discrimine esse.* Sic MSS. Pall. Perperam Rhenanus, *a legionibus dictutoris significant.* Nam ab illis clamorem editum, acceptumque ab obsessis jam ante affirmavit. hic clamor est obsessorum, Dictatori significantium, se ad signum ab ipso datum expediri. J. F. GRON. Dicendo *rem in discrimine esse* indicat, commissam esse pugnam, cujus anceps erat eventus. unde *proeliandi discrimen* dixit Frontin. 1, 3, 4. *Byzantii, adversus Philippum omne proeliandi discrimen evitantes, omisso etiam finium tutela, intra munitiones oppidi se receperunt.* Et ita *universo periculo summom rerum committere* dicitur dux, qui omnibus copiis in aciem descendit, ut proelium committat, l. 22, 12, 10. Jam autem dictatoris milites non nocte proelium inierunt, omne illud tempus vallo castris hostium circumdando inpendentes, sed demum sequentis diei mane. Hinc fit, ut clamor, quo significabatur, ab ea quoque parte rem in discrimine esse, ab exercitu dictatoris editus esse intelligi nequeat, adeoque defendi non possit neque priorum editionum lectio, neque Rhenani emendatio, ad quam non recte Gebhardus adtendit. Non enim eam juvant duo meliores Pall. Elenani tamen emendationem praeferunt etiam Voss. 1. Leid. 1. Lipsiens. Harlej. uterque, Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. et C. Omnia expeditiora fore existimat Doujatius, si legatur: *nocte initium proelium est.* (nempe a consulis legionibus) *Legionibus dictatoris clamore significant,* (subaudi legiones Minucii, seu Romani milites obsessi) *ab ea quoque parte* (a sua scilicet parte) *rem* (hostium) *in discrimine esse.* Ne quid dissimulem, ita praeferunt Klockian. et Leid. 2. neque ab eo differt Neapol. Latinii, nisi quod habeat, *significabant*, pro *significant.* Mihi tamen verior videtur et Gronovii sententia, quam praeter duos Palatin. firmat etiam Voss. 2. et, si unica eximatur litera, tot alii codd. Rhenano consentientes.

§. 7. *Jam se ad prohibenda circumdati opera Aequi parabant*] In ed. Asulanica legitur ita. Tu castiga, *Jam se ad prohibenda circumdori opera Aequi parabant.* RHEN. *circumdari* verbum, pro *circumdoti* participio, legitur in quibusdam codd. GLA-

ctatori clamore significant, ab ea quoque parte
7 rem in discrimine esse. Jam se ad prohibenda circumdari opera Aequi parabant, quum, ab interiore hoste proelio coepto, ne per media sua castra fieret eruptio, a munientibus ad pugnantes introrsum versi, vacuam noctem operi dedere. pugnatumque
8 cum consule ad lucem est. Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant, et vix adversus unum exer-

REAN. Non aliter, quam *circumdari*, legitur in Palat. sec. Andreae Campanique edd. At primus tertiusque *circumdare*. GEBH. *circumdati* praeferunt non tantum Asulanica, sed et priores quaedam editt. ut Veneta anni 1495. et aliae, verum operarum errore. Nam et vetustiores non modo ac recentiores recte servant *circumdari*, sed et omnes scripti mei, praeter Gaertn. et Voss. 2. qui habent *circumdare*; et Lipsiens. in quo exaratum est *circumdaris*. Doujatius futile librariorum peccatum ita defendebat, ut participium *circumdati* de praesenti, non de *futuro* (*praeterito* dicendum erat) tempore acciperet, adeoque significaretur, Aequos, qui circumdabantur, se parasse ad prohibenda hostium circumsidentium opera.

Quum ab interiore hoste proelio coepto] *tum ab interiore* Haverk. et Portug. a m. 1. in quo manu altera inter versus datum est *interiori*. Saepissime *quum*, sive *cum*, et *tum* commutantur. V. infra ad Epit. Liv. l. 48. Praeterea *proelio capto* Leid. 2. Paullo post *vacuam noctem opere dedere*, pro *operi*, idem Leid. 2. et *cum consule est ad lucem*, trajectis vocibus, Gaertn.

§. 8. *Jam circumvallati ab dictatore erant*] *tam circumvallati* Lipsiens. passim obvio errore. V. infra ad 21, 11, 12. Tum *a dictatore* Gaertn. Voss. ambo, Leid. 2. et Fragm. Hav.

A perfecto opere ad arma rediit] *ab perfecto opere* ex Palat. sec. legendum esse, monet Gebh. ad c. 29, 9. quod in nullo meorum superest. *ad arma venit* Portug. V. ad 37, 50, 6. Paullo ante *adversum unum exercitum* primae editt. usque ad Aldum, qui *adversus* vulgavit. Et ita habent omnes codd. V. ad Epit. Liv. l. 47.

Hic instabat nova pugna, illa nihil remiserat prior] Palat. pr. *Hic instabat nova pugna, nihil remiserat prior.* Unde pro vocabulum *illa* immigraverit, cuperem scire; quamquam non nesciam, inventum mihi in editionibus antiquariis. GEBH. Omnia haec verba omittebantur in Leid. 2. culpa ac negligentia scribae. *Hinc instabat* habet Neapol. Latinii. Et ita in margine Mediol. edit. anni 1480. emendatum vidi. *Hinc*, id est, a Quinctiano exercitu. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 1, 283. Quum tamen in aliis nihil mutetur, vulgatum servandum puto. *hic* et *hinc* passim confunduntur in codd.

exercitum pugnam sustinebant. tum a Quinctiano exercitu, qui confestim a perfecto opere ad arma rediit, invaditur vallum. hic instabat nova pugna: illa nihil remiserat prior. Tum, ancipiti malo ur- 9
gente, a proelio ad preces versi, hinc dictatorem, hinc consulem orare, ne in occidione victoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. Ab consule ad dictatorem ire jussis ignominiam infensus addidit. Gracchum Cloelium ducem principesque 10

scriptis. V. ad 26, 13, 13. Praeterea *τὸ illa* agnoscunt Leid. 1. Harlej. 1. et Hearnii Oxon. N. Erat etiam in contextu Voss. 1. sed simul adjectis notis, quibus scriba indicare solet, vocem perperam scriptam ac delendam esse. Eamdem etiam ejecit Gronov. quum omnes priores edd. constanter retinuissent, testatus ad 36, 17, 9. se id fecisse auctoritate trium Pall. et Voss. MSS. quum tamen Gebhardus *τὸ illa* ab uno tantum Palatino abfuisse auctor sit, et in altero Voss. a prima manu exstet. Quum itaque melioris notae codices *τὸ illa* servent, id etiam revocandum putavi.

§. 9. *Ne in occidione victoriam ponerent*] Miror, quod exstet in Pall. pr. ac tertio *ne occisione victoriam ponerent.* l. 4, 58. *Modo duo praesidia occidione occisa.* GEBH. *ne occidiose victoriam ponerent* praefert Voss. 2. *ne in occisione victoriam ponerent* Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et a m. 1. Fragm. Hav. Quomodo etiam unus, isque levioris fidei, codex supra habet hoc lib. c. 10, 11. *Quia, occisione prope occisos Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse, jam fides abierit, novos hostes quaeri.* ubi vide, quae notantur. *nec in occidione* est in Harlej. 1. Paullo ante *consulem orant* Gaertn. Saepius scribas locutiones per infinitivum prolatas sustulisse, supra vidimus ad 1, 50, 5. Reliqui omnes *orare* recte servarunt. Mox vocabulum *inde* exsulat a Voss. 2.

Ab consule ad dictatorem ire jussis ignominiam infensus addidit] Pall. duo, Andreae ed. *ignominiam incensus addidit.* GEBH. *a consule* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Hinc *ire jussi sunt, quibus ignominiam* Gaertn. Deinde *in sensus* Florent. Voss. 1. et Leid. 2. *incensus* Voss. 2. Fragm. Hav. Gaertn. Hearnii Oxon. N. Latinii Neapol. et excusi ante Aldum, qui *infensus* primus edidit. *incensus ira, odio, cupiditate*, similesque locutiones passim obcurrere, supra dictum est ad 2, 12, 12. quin et, *incensus* simpliciter pro iratus poni, docuit Cel. Burmannus ad Nason. 4. Met. 253. Hic tamen *infensus* praeferre non dubito, in quam lectionem conspirant reliqui scripti mei, quorum mihi auctoritas potior est. (* v. infra 5, 36, 11.) *incensus* et *infensus* alibi commutantur. V. supra ad locum Livii laud. Denique *addidit* culpa librarii exsulat a Fragm. Hav.

alios vinctos ad se adduci jubet, oppido Corbione decedi; *Sanguinis se Aequorum non egere: licere abire: sed, ut exprimatur tandem confessio, subactam domitamque esse gentem, sub jugum abituros.* 11 Tribus hastis jugum fit, humi fixis duabus, superque eas transversa una deligata. sub hoc jugo dictator Aequos misit.

§. 10. *Gracchum Cloelium ducem principesque alios vinctos*] *Graccum* Voss. 1. Leid. 2. Portug. et Fragm. Hav. V. ad Ep. Liv. l. 41. Tum *Clodium* Portug. *Cloelium* Lipsiens. V. supra ad c. 25, 5. *Gracchum et Cloelium* Gaertn. quasi duo forent, qui unus tantum exstitit. Deinde *principes alios* sine conjunctione Fragm. Hav. Tandem *victos* est in Portug. sollemni errore scribarum. V. ad 30, 12, 7. Paullo post *decedit*, pro *decedi*, male Lipsiens. *decidi* Gaertn.

Sanguinis se Aequorum non egere] *sanguinisque Aequorum* Harlej. 2. *sanguinisque se Aequorum* Haverk. *sanguine se Aequorum* Fragm. Hav. Sed editam lectionem servo. Prima litera τοῦ *se* ultimam vocis *sanguinis* absorpsit. hinc postea ex *sanguini* datum *sanguine*. Infra 9, 6, 4. *Omnium egena corpora humi prostraverunt.* alibi tamen saepe *egere* cum casu sexto Livius junxit. V. Gronovium infra ad 21, 52, 8. Mox *sub jugum habituros* Leid. 2. Fragm. Hav. et Portug. a m. 1. perperam addita adspiratione. V. ad 22, 59, 19.

§. 11. *Tribus hastis jugum fit*] *Tribus e hastis* Harlej. 1. Tum *jugum nō fit* Lipsiens. Primae tamen literae τοῦ *nō* adduntur notae, quibus indicant librarii, eam delendam esse. Tum *super eas*, sine copula *que*, Harlej. 1. Mox *tranversi*, pro *transversa*, Gaertn. *transfusa* Lipsiens. *una transversa*, alio ordine compositis dictionibus, Portug. et excusi vetustiores usque ad Aldum, qui reposuit, ut nunc editur. Et ita reliqui codd.

Sub hoc jugo dictator Aequos misit] Haud dubio rectius sit *Aequos emisit.* sequitur enim mox, *nudos enim emiserat.* GULIELMIUS Quaest. Plautin. in Bacchid. c. 2. Gulielm. legendum censet *Aequos emisit*, Plautinis quaestion. quia sequitur, *nudos enim emiserat.* GEBH. Gulielmius *Aequos emisit*, quia sequitur, *nudos enim emiserat.* Sed non necesse est, ibi repeti *sub jugo*; nec quisquam, quod quidem sciam, dixit, *emittere hostem sub jugo*. Etiam in quibusdam Mstis Sallustii Jugurth. 38. et 49. esse *sub jugo mittere* testatur Cortius, et in Caesaris 1. de bell. Gall. 7. Ursinus. Miror tamen, Livium hic contra consuetudinem suam voluisse dicere *sub jugo*, quod alibi semper dicit *sub jugum*, ut et alii omnes. Nec putem, maximam rationem habendam esse paucorum MSS. Sallustii et Caesaris, ac potius suspicer, vetusta ratione scribendi primum fuisse *jugom*: nam antiqui in multis o pro *u* ponebant, ut, *ovom*, *equos*, *antiquos* et alia, de quo v. Victorium ad Varron. 1. de re Rust. 10. Scaligerum ad Catullum carm. 2. Indices Inscriptionum, et Dausquejum in Or-

XXIX. Castris hostium receptis, plenis omnium 1 rerum, (nudos enim emiserat) praedam omnem suo tantum militi dedit: consularem exercitum 2 ipsumque consulem increpans, *Carebis*, inquit, *praedae parte, miles, ex eo hoste, cui prope praedae fuisti. et tu, L. Minuci, donec consularem animum*

thographia. Hoc fortassis etiam Augustus secutus *domos* in genitivo singulari scribebat, pro *domus*, apud Sueton. Aug. 87. (*v. ibi Burm.) DUK. Infra 9, 6, 12. *Tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quod emissi essent.* ubi Gronovius hunc locum laudat, quasi *emisit* jam in contextu admissum foret. Contra locutionem *sub jugo mittere*, pro *sub jugum*, inlustravit Cl. Corte ad Sallustii Jugurth. 38, 9. Ita supra principes edd. legunt 1, 26, 13. *Velut sub jugo misit juvenem.* ubi tamen nunc editur *sub jugum.* Similiter unus cod. praefert 2, 34, 9. *Sub jugo missus, tamquam a latronibus redemtus. Sub hoc jugum misit* praeferrem, si codd. addicerent. Mox ad verba capitis seq. *nudos emiserat* intelligo *ex castris. Jugum* vero similiter, ac Livius, descripsit Fest. v. *Jugum. Jugum, sub quo victi transibant, hoc modo fiebat: fixis duabus hastis, super eas ligubatur tertia. sub iis victos discinctis transire cogebant*, et in v. *Sub jugum. Sub jugum dicuntur mitti hostes victi, ereptis omnibus armis telisque, cum hastis defixis duabus in terra, tertiaque ad summum earum deligata, ipsi eam jubentur subeuntes transire.* Etiam Zonar. 7. Ann. 17. Ἡ δὲ πρᾶξις ἡ τοῦ ζυγοῦ τοιάδε τις ἦν. σαυροὺς δύο, ὄρθια δηλαδὴ ξύλα διέχοντα ἀλλήλων, εἰς τὴν γῆν κατεπήγνυον, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθουν ἐγκάρσιον ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τούτων τοὺς ἁλόντας διῆγον γυμνούς. Ceterum *sub jugo*, media voce exsulante, Portug.

§. 1. *Nudos enim emiserat*] Palat. sec. *nudos enim miserat.* Supra aliquid notavi. Macrobius Saturnalium 2, 4. *Curtius eques Romanus deliciis diffluens, cum macrum turdum sumsisset in convivio Caesaris, interrogavit, an mittere liceret? Responderat princeps: Quid ni liceat? ille per fenestram statim misit.* GEBH. *miserat*, Palatino sec. consentientes, etiam Harlej. 2. et Haverk. *mittere* pro dimittere nostro frequens est. Infra 30, 3, 4. *Ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat.* ubi plura vide. Levior tamen est auctoritas codd. hanc lectionem ostentantium, quam ut eam sequar, reliquis codd. ab edita lectione stantibus. *Emiserat* autem, intellige non *sub jugo*, ut Gulielm. in fine cap. proximi voluisse videtur, sed *ex castris.* Praecessit enim *Castris hostium receptis.* Mox vocabulum *tantum* deest in Lipsiens. Tum *consulemque ipsum increpans* vetustiores cdd. Aldus postea dedit *ipsumque consulem increpans*, quo ordine vocabula legunt codd. omnes, quibus usus sum.

§. 2. *Carebis, inquit, praedae parte, miles, ex eo hoste, cui prope praedae fuisti*] *Carebis*

8 *incipias habere, legatus his legionibus praeeris.* Ita se Minucius abdicat consulatu, jussusque ad exercitum manet. Sed adeo tum imperio meliori animus mansuete obediens erat, ut beneficii magis, quam igno-

exsulat a Gaerto. *Carebit* male praefert Lipsiens. *Carebis praedae, inquit, parte* trajectis vocibus Harlej. 1. Deinde *praeda fuisti* Haverk. [Veith.] Utrumque dici *praeda esse*, et *praedae esse* docet Cel. Duker. ad Flori 1, 1, 10. Verum reliquis in vulgatum conspirantibus unum, et quidem hunc, testem non audiendum hic censeo. Ita, *invidiae, crimini, usui, religioni, inpedimento esse*, Livio familiaria sunt. Supra 2, 52, 3. *Invidiae erat amissum Cremerae praesidium.* eodem cap. mox §. 7. *Et huic proelium cum Tuscis ad Janiculum erat crimini.* ubi quaedam notavi. mox hoc lib. c. 31, 4. *Invidiae tamen res ad exercitum fuit:* c. 33, 5. *Simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant.* 5, 13, 8. *Religioni deinde fuisse, quibus eam opem Dii tulissent, vinciri.* 44, 46, 2. *Simul ut Sinticen evastaret, et ad omnes conatus regi inpedimento esset.* Quin et ipsum *praedae esse* apud eumdem aliosque saepe occurrit. Infra 4, 51, 6. *Ne vacuum quidem agrum, nuper ex hostibus captum, plebi dividere, mox paucis, ut cetera, futurum praedae.* 24, 36, 5. *Legionem praedae haud dubie sibi futuram ratus.* 25, 25, 7. *Edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret. cetera praedae futura.* Salluft. Catil. 21. *Admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, conplures periculi aut ignominiae, multos victoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat.* ubi videndus est Cortius. Et his auctoritatibus eamdem locutionem infra restituendam conjicio 44, 6, 3. *Auratis statuis omnibus raptim, ne praedae hosti essent, in classem congestis, ocius demigrare Pydnam cogit.* ubi nunc editur *praeda essent.* Sed vide, quae ibi notantur. Alia habebis infra 5, 54, 5.

Et tu, L. Minuci etc. *legatus his legionibus praeeris*] Plane ad hunc modum libri mihi consulti. Andreas tamen, cujus editio manuscripto libro vetustate et bonitate in plurimis non cedit, edidit, *legatus sis legionibus praeeris.* ubi *sis* intellige, *si vis.* Et est imperandi particula. GEBH. Omnes etiam mei manu exarati nihil mutant, nisi quod *hiis legionibus* sit in nonnullis, *legatus sis, legacionibus praeeris* in solo Harlej. 1. Contra quascumque Aldo antiquiores edd. vidi, *sis* praeferunt. Earum nulla tamen illud *sis* accepit pro *si vis*, ut ex earum interpunctione constat, quae talis est, *legatus sis: legionibus praeeris.* Et sane, eo sensu, quo Gebhardus voluit, intelligi posse, illud prohibet, quod τὸ *sis* antiquatum sit, et vix alibi, quam apud comicos, certe non apud Livium, obcurrat. Sed nec interpunctionem editionum aut lectionem Harlej. 1. admitto. Vulgatum itaque praeferendum non dubito. *Praeeris his legionibus legatus*, id est, tamquam legatus, legati dignitate ac titulo. Infra 8, 33, 14. *Dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium consu-*

miniae, hic exercitus memor, et coronam auream dictatori libram pondo decreverit, et proficiscentem eum patronum salutaverit. Romae a Q. Fabio 4
praefecto urbis senatus habitus triumphantem Quin-

lem, ex obsidione a se ereptum, non ultra saevisse, quam ut legatum eum ad exercitum pro consule relinqueret.

§. 3. *Ita se Minucius abdicat consulatu*] *Itaque Minucius* Harlej. 2. quod si placeret, mallem etiam *Itaque Minucius abdicat consulatum*. Sed aliis omnibus nihil mutantibus fidem habeo. [*ignominiae hujus exercitus* Veith.]

Coronam auream dictatori librae pondo decreverit] Legitur in libro manuscripto *coronam auream dictatori libram pondo decreverit*, appositive. RHEN. Putat hic Rhenanus habere locum posse lectionem sibi vestigatam *coronam auream dictatori libram pondo*. Sed eam ex nullo nostrorum, neque calamo picto, neque cuso, eruere quivi. GEBH. Flor. Rott. et Helm. ut ex Borb. Rhenanus, *libram pondo*. Neque aliter potuisse Livium scribere, demonstravimus de pecunia vetere l. 1, 6. J. FR. GRON. *coronam avitam* mendose Leid. 2. Praeterea *librae pondo*, quod recte Rhenanus et Gronovius rejecerunt, perstat in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 2. dubitanter *libr̄ pondo* dedit scriba cod. Gaertn. Sed veram lectionem fideliter observant Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Oxon. L. 1. et N. Quamvis autem etiam Rhenanus hanc scripturam probarit, eamdem tamen non intellexit, *coronam libram pondo* per adpositionem dici existimans. Et hinc veram lectionem videre non potuit infra 26, 47, 7. *Paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, libras ferme omnes pondo.* ubi quum olim *librae ferme* ederetur, Rhenanus *librales ferme*, Gronovius recte *libras ferme* reposuerunt. Docuit autem Gronovius idem 1. de Pecun. vet. 6. p. 29. locutionem esse ellipticam, et ita integrari debere, *coronam habentem pondus libram pondo*, *paterae habentes ferme omnes pondus libras pondo*. ubi etiam p. 27. vocem *pondo* exponit. Eamdem locutionem Gronovius etiam infra restituit 4, 20, 4.

Et proficiscentem eum patronum salutaverit] *consalutaverit* Voss. 1. Leid. 2. et Portug. Vellem, fide digniores codd. accederent. *consalutare* enim verbum est Livianum, de quo supra v. ad 1, 7, 1.

§. 4. *Romae a Q. Fabio praefecto urbis senatus habitus*] Pall. pr. ac tertius *Romae Q. Fabio praefecto urbis senatus habitus*. sec. *Romae a Q. Fabio praefecto urbi senatus habitus*. GEBH. *Romae Q. Fabio* etiam Voss. 2. sed *Roma ea Q. Fabio* Leid. 1. Ex quo errore colligi potest, diphthongum *ae* non unico ductu, sed duabus literis, exaratam olim fuisse: quum autem quondam voces, nullo interstitio relicto, unica serie scriberentur, imperitia librariorum *a* et *e* postea male in diversa vocabula contributa fuerunt. V. Cl. Corte ad Sallust. Catil. 22, 4. Ceterum *urbis* servant omnes nostri; cujus ultimam literam

ctium, quo veniebat agmine, urbem ingredi justit. ducti ante currum hostium duces: militaria signa praelata: secutus exercitus praeda onustus. Epulae instructae dicuntur fuisse ante omnium domos: epulantesque cum carmine triumphali et sollemnibus

in Gebhardi Palatino sec. a prima vocis sequentis *senatus* interceptam fuisse reor. V. infra ad 23, 8, 9. Et ita sentio, non tantum quod alii omnes codd. mei in editam lectionem conspirent, verum etiam quod Livius, qui aliquoties hujus magistratus meminit, semper eum *praefectum urbis*, non *praefectum urbi* vocarit. Ita l. 1. cap. ult. *Duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex commentariis Ser. Tullii creati sunt.* 3,3, 6. *Q. Servilio praefecto urbis relicto.* c. 24, 2. *Obtinuit tamen P. Lucretius praefectus urbis.*

§. 5. *Epulae instructae dicuntur fuisse ante omnium domos*] *ante omnium domus* Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. quomodo Pierius etiam se hic in veteri cod. Liviano invenisse testatur ad Virgil. 1. Georg. 182. qui ad 2. Georg. 115. monuit, *domus* quarta declinatione apud T. Livium in antiquis codd. observari. Certe codex Leid. 1. ita supra exhibet 2, 22, 7. *Pergunt domus eorum, apud quem quisque servierant.* idem Leid. 1. et Voss. l. 2. 3, 5, 15. *Cohortes inde Latinae Hernicaeque, ab senatu gratiis ob inpigram militiam actis, remissae domus.* Voss. infra 39,16, 4. *Ubi vos dilapsi domus et in rura vestra eritis.* veteres edd. 45, 1, 10. *Ludis relictis domus magna pars hominum ad conjuges liberosque laetum nuncium portabant.* Quod autem supra eadem flexione viri docti ex MS. proferant *domu* 1, 1, 4. *Aenean ab simili clade domu profugum*, nimis antiquatum puto, quam ut Livio conveniat. V. tamen Vossium 4. de Art. Grammat. 20.

Epulantesque cum carmine triumphali et sollemnibus jocis comissantium modo currum secuti sunt] Pall. tres et Campani ed. *cum carmine triumphali ex solemnibus jocis.* Andreas edidit *epulantesque cum carmine triumphali et solemnibus comesantium jocis modo currum sequuntur.* l. 4, 53. *Alternis inconditi versus militari licentia jactati.* l. 7, 10. *Inter carminum prope modum incondita quaedam militariter joculantes.* GEBH. *ex sollemnibus locis* Florent. Voss. uterque, Leidens. uterque, Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *et sollemnibus locis* Harlej. 1. et in marg. 2. ut et Lipsiens. a m. 1. pro quo in ejus margine *jocis* emendatur. Sed nihil muto. Infra 5, 49, 7. *Triumphans in urbem redit, interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus adpellatur.* (* 10, 30, 9.) 39, 7, 3. *Carminaque a militibus ea in imperatorem dicta, ut facile adpareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici.* Sueton. in Caes. 49. *Gallico denique triumpho milites ejus inter cetera carmina, qualia currum prosequentes joculariter canunt, etiam vulgatissimum*

jocis, comiſſantium modo, currum secuti sunt. Eo 6
die L. Mamilio Tusculano, adprobantibus cunctis, civitas data eſt. Confeſtim se dictator magiſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volscii falsi teſtis tenuisſent: ea ne inpedirent tribuni, dictatoris obſtitit

illud pronunciaverunt. Voculae *et* atque *ex* paſſim in libris scriptis commutantur. V. infra ad 26, 45, 1. neque minus frequens eſt confusio vocum *jocus* et *locus*. V. ad 36, 14, 4. Praeterea *comessantium* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. uterque, et Gaertn. *commessantium* Fragm. Hav. *comesantium* Leid. 1. Lipsiens. et Haverk. *commisantium* Florent. Vide, quae notantur de orthographia hujus vocis ad 40, 7, 5.

§. 6. *L. Mamilio Tusculano*] *L. Manlio* Haverk. *L. Manulio* Harlej. 2. et Lipsiens. *L. Manilio* Voſſ. 1. Leid. 2. Gaertn. et Portug. a m. 2. Et ita priscae edd. quas ante oculos habuit Pighius, quum in Annal. ad annum ccxcix. p. 136. observaret, perperam in Livio *Manilius* legi, licet jam diu ante ejus tempora Frobenius anno 1535. *L. Mamilio* recte edidiſſet. V. supra hoc lib. ad c. 18, 2.

Confestimque se dictator magistratu abdicasset] Scribe *Confestim se dictator magistratu abdicasset*, dispuncta particula *que*. RHEN. Rhenanus dudum juſſit profligari particulam *que*, qua caſſos quoque inveni Pall. omnes et Campani editionem. GEBH. Eadem conjunctio abeſt etiam ab omnibus noſtris scriptis. Alibi saepe librarios hanc voculam addere solitos fuiſſe infra videbimus ad Liv. 41, 23, 6. [*se dictator se a magistratu* Veith.]

Ni comitia M. Volscii falsi testis tenuissent] *tenuisset* Leid. 1. et Voſſ. 2. Crediderunt indocti scribae, ipsum dictatorem comitiis, quibus Volscius accusabatur, praefuiſſe, ac *tenere comitia* Latinis in usu fuiſſe, pro *habere comitia*. Contra *comitia tenuissent dictatorem*, id eſt, cum in dictatura retinuiſſent, prohibuiſſent, ne magiſtratu se abdicaret. V. infra ad 32, 9, 1. *ni comitia M. Volsci falsi testes tenuissent* habet Gaertn. a m. 1.

Damnatus Lanuvium exsulatum abiit] Eſt in exemplari vetuſto *Lanuvium exsilium abiit*; quod poterit etiam legi *Lánuvium in exsilium abiit*. RHENAN. Suppositiiam lectionem arguunt Pall. tres. quorum pr. ac sec. *Lavinium exsilium abiit*. tertius *Lannuium exsilium abiit*. Probavi supra *Lanuvium exsilium abiit*. cujus lectionis quum non caperet venuſtatem Rhenanus, conjecit *Lanuvium in exsilium abiit*, ut ediderat Campanus. GEBH. Variant libri scripti. *Lavinium exsilium abiit* Voſſ. ambo, et Portug. *exsilium Lavinium abiit* Leid. 2. *Lanuvio exsilium abiit* Leid. 1. et Lipsiens. *Lanuvium exilium abiit* Florent. *Lavinium in exsilium abiit* Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Lanuvium in exsilium abiit* Harlej. 1. [*in Lanuvium exilium abiit* Veith.] *Lavinium* et *Lanuvium* ob ductuum similitudinem paſſim in Mſtis confunduntur; et non nisi rariſſime discerni pot-

metus. Volscius damnatus Lanuvium in exsilium
7 abiit. Quinctius sexto decimo die dictatura, in sex menses accepta, se abdicavit. Per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad

est, utra verior lectio habenda sit. Exempla v. ad Liv. 6, 2, 8. 8, 12, 7. c. 13, 5. c. 14, 2. et 3. l. 21, 62, 8. 22, 1, 17. 32, 9, 2. 40, 19, 2. ad Epit. Liv. l. 80. et alibi. Videnda etiam, quae viri docti notarunt ad Valer. Max. 1, 6, 7. Nic. Heinsius ad Nason. 6. Fastor. 60. (* Burmann. ad Suet. Aug. 72.) et quae olim monni ad Silii Ital. 8, 363. et 13, 364. Hinc non inmerito optarunt viri docti, ut tandem certae leges praescriberentur, unde nosci posset, de utra urbe ageretur. V. Eruditiss. Oudendorp. ad Jul. Obseq. de Prodig. 83. In parte id praestitit Sigonius ad Liv. 8, 13, 5. Desperandum tamen est, tales excogitari posse regulas, quibus adhibitis de cujuscumque loci vera lectione constabit. Certe hoc loco vix dijudico, quae scriptura, *Lanuvium* an *Lavinium*, praeferri debeat. Servavi tamen prius, tum quod pro eo stant codd. mei vetustissimi, aliorumque optimi., tum etiam quod omnes edd. ita praeferant, ac nihil habeam, quo id falsi convincatur. Ceterum *exsilium abiit* legendum ex tribus MSS. monuit etiam Gebhardus supra hoc lib. ad c. 6, 7. Mihi contra *in exsilium abiit* verius videtur. Exempla enim, quibus Gebhardus ibidem similes locutiones Livio usitatas esse probare conatus est, partim alterius loci sunt, partim in melioribus codd. aliter leguntur. Quae vero ex aliis scriptoribus proferuntur, Vossio non satisfaciunt 7. Gramm. 42. Praeterea *in exsilium* hic plures praeferunt codd. In illis autem, a quibus abest, facile elidi potuit ab ultima litera praecedentis vocis *Lanuvium*. Ejusdem erroris exempla plura videri possunt infra ad 10, 13, 3.

§. 7. *Quinctius sextodecimo die dictatura, in sex menses accepta, se abdicavit*] *sextodecimo mense die* Voss. 1. pro quo in margine ejus emendatum erat *sextodecimo mensis die*. Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 17. *Sextodecimo die dictaturam, quam acceperat, deposuit*. Dion. Hal. l. 10, p. 652. Ἐν ἡμέραις ἑκκαίδεκα ταῖς πάσαις, ἀφ' ἧς παρέλαβε την ἀρχην, στρατόπεδόν τε σώσας φίλιον, καὶ πολεμίων δύναμιν ἀκμάζουσαν καθελὼν etc. At Florus 1, 11. *Intra quindecim dies coeptum peractumque bellum*. Praeterea *accepta in se abdicavit* Lipsiens.

Per eos dies consul Nautius] Pall. pr. ac tertius *Praeter eos dies*. GEBH. Eadem lectio mihi etiam obvia fuit in Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. quae tamen ex errore librariorum profluxit. V. ad 28, 42, 3. Infra 30, 38, 5. *Per eos dies commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonae effecerunt*. ubi plura vide.

Ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat] *ad Herentium* Voss. 1. additis tamen notis duas literas delendas, ac legendum esse *ad Heretum*. *ad Heretium* Leid. 2. *ad Erentum* Portug. *ad Arretum* Harlej. 2. et Haverk. *ad Aretum* Fragm. Hav. V. supra ad c. 26, 2. Mox *pugnat egregie* habent Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Verba

vastatos agros ea quoque clades accessit Sabinis. Minucio Fabius Quintus successor in Algidum missus. Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est. sed, 8 quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad po-

vero *egregie pugnat. ad vastatos agros ea quoque clades accessit Sabinis* omittuntur in Leid. 2. culpa librarii, quod vox *Sabinis* mox praecesserat. V. similium errorum exempla infra ad 9, 11, 11. *accessisset*, pro *accessit*, habet Lipsiens.

Minucio Fabius successor in Algidum missus] Vet. lib. *Q. Fabius successor.* SIG. *Minucio Q. Fabius successor* est lectio intrusa ab Sigonio. Pall. tres, *Minucio Fabius Quintius successor in Algidum missus.* neque secus Andreae Campanique editio. GEBH. Lectionem, quam Sigonius ex vet. lib. profert, in nullo nec scripto nec edito priori inveni. Excusi antiquiores praeferunt *Fabius Quintius.* Et ita est in Voss. utroque, Leid. utroque, Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. Quum tamen duo gentilicia nomina eidem tributa lectionem corruptam esse evincant, Frobenius postea anno 1531. altero ejecto dedit *Fabius successor*, itidem contra codicum consensum. Longe rectius Gronov. supra ad 3, 1, 1. qui et *Fabius Quintius* in Flor. optimo aliisque codd. invenit, scribendum monuit *Fabius Quintus.* Neque aliter exhibent Harlej. 2. et Haverk. insigni documento, nullum esse codicem adeo corruptum, qui non saepe bonae frugis sit, etiam ubi in integerrimis constanter peccatur. V. de hac conlocatione et ordine nominum ad d. l. Livii. Ceterum non Gryphius, ut Gronov. ibidem existimat, primus τὸ *Quintius* omiserat, sed ante eum, ut jam dictum, etiam Frobenius utraque editione, Basileenses anno 1539. et Vascos. *Minucio Fabius successor* Florent.

§. 8. *Extremo anno agitatum de lege ab tribunis est*] Τὸ *anno* exsulat a Portug. *extremo anni* habet Voss. 2. Infra 39, 23, 3. *Extremo anni, quia Sp. Postumius consul renunciaverat.* ubi plura vide. Quia tamen vulgato adhaerent omnes alii codd. uni adversus ceterorum consensum fidem habere periculosum arbitror, praesertim quum et altera locutio Livio usitata fuerit. Supra 2, 64, 1. *Extremo anno pacis aliquid fuit.* (* 7, 21, 1. sed et ibi variant MSS.] 39, 56, 6. *Supplicatio extremo anno fuit prodigiorum caussa.* Eo sensu *in prima urbe*, pro in prima parte urbis, exponit Cl. Jac. Gronovius supra 2, 33, 7. *ultimo proelio*, pro fine proelii, est infra 4, 33, 12. *Recentissimum ad laborem militem, quia ultimo proelio advenerat.* (* *summum scutum* 9, 40, 2. ubi vide.) *per medios hostes*, pro per mediam partem hostium, 38, 41, 13. *Mutinis filium per medios hostes cum centum quinquaginta delectis equitibus perrupisse.* Insuper *de lege est a tribunis* Fragm. Hav. *a tribunis*, pro *ab tribunis*, praeferunt etiam Voss. 1. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Sed τὸ *est* non agnoscit Portug. Mox *duo exercitus abierant*, pro *aberant*, Klokian. V. ad 39, 21, 7. Tum *Patres tenuerunt*, pro *tenuere*, Gaertn.

pulum, Patres tenuere. plebes vicit, ut quintum
9 eosdem tribunos crearent. Lupos visos in Capitolio ferunt a canibus fugatos; ob id prodigium lustratum Capitolium esse. Haec eo anno gesta.

1 XXX. Sequuntur consules Q. Minucius, C. Hora-

Plebes vicit, ut quintum eosdem tribunos crearent] *plebs vicit* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. sed alterum est in Harlej. 1. omnibusque editis. Hinc *ut quinto* Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. et Haverk. neque aliter est in margine Voss. 1. quum in ipso contextu legeretur *quintium*. *ut quinto* habet etiam Fragm. Hav. a m. 1. sed pro eo subponitur a manu interpolatrice *quintius*. *quinto* praeferunt etiam vetustae edd. pro quo Moguntini *quintum* dederunt. Et ita reliqui codd. Passim in terminationibus his adverbiorum numeralium variant codd. scripti. V. ad 5, 16, 1. Denique *crearet* idem Fragm. Hav. sed male. Vide, quae notantur ad 2, 5, 2. et ad 4, 16, 8.

§. 9. *Lupos visos in Capitolio ferunt a canibus fugatos*] Ex Palatino sec. lege *ab canibus*. ut et supra c. 28. *Qui confestim ab perfecto opere ad arma rediit.* et c. 30. *Sed ab Corbione Ortonaque.* GEBH. *ab canibus* etiam Haverk. cui ut et Gebhardi Palatino sec. nescio, an tanta fides habenda sit, ut eorum auctoritate recipi debeat. Mox *lustratum Capitolium est* Leid. 2. Melius tamen pendet ex praecedenti *ferunt*.

§. 1. *Sequuntur consules Q. Minucius, M. Horatius Pulvillus*] Dionysius [l. 10. p. 652.] legit *C. Horatius*. Meminit et hic noster auctor quinto post anno [c. 32, 3.] C. Horatii Pulvilli mortui auguris, quem hunc fuisse conjicio. GLAR. Emendo *C. Horatius*, partim quia Dionysius [l. 10. p. 652.] et Capitolini scriptores eo praenomine hunc afficiunt, partim etiam, quia post Livius idem facit [c. 32, 3.] ubi de C. Horatio augure mortuo loquitur. SIG. Ita Pighius etiam emendandum monet in Annal. ad ann. CCXCVI. p. 130. docens, Horatium *Caji* praenomine etiam vocari in Mariano Scoto, *Μάρκον* vero apud Diodor. Sicul. l. 11. p. 288. Omnes codd. mei in corruptam lectionem *M. Horatius* conspirant, etiam Florent. [*Quintius Min. M. Oratius Pulv.* Veith.]

Quum foris otium esset, domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat] *quum otium foris* trajectis vocabulis Portug. Tum *idem tribuni* Voss. uterque, Leid. uterque, Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. V. ad 40, 22, 14. Deinde *faciebant* Hearnii Oxon. N. quae constructio Livio placuit. 3, 6, 3. *Ministeriaque in vicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.* c. 37, 3. *Ut taedio praesentium consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium venirent.* 4, 10, 8. *Ut eum et Patres severum consulem, et plebs satis comem crediderint.* et paullo post eodem cap. *Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitaque omnis consulariter acta, verendum pene ipsum magis, quam honorem, facie-*

tius Pulvillus. Cujus initio anni quum foris otium esset, domi seditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat. ulteriusque ventum foret, (adeo exarserant 2 animis) ni, velut dedita opera, nocturno inpetu Aequorum Corbione amissum praesidium nunciatum

bant. quo utroque loco male partim codd. nonnulli, partim editi vetusti dissentiunt. c. 14, 1. *Maeliani atque ipse dux eorum in se intentam vim tanti imperii cernerent.* 6, 16, 3. *Nec adversus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipsa plebs adtollere oculos aut hiscere audebant.* (* 8, 33, 10. *non tam perpetuae orationes, quam altercatio, exaudiebantur.*) 30, 3, 2. *Ex Sicilia quoque et Hispania vestimenta frumentumque, et arma etiam ex Sicilia et omne genus commeatus eo portabantur.* 32, 9, 1. *Properantem in provinciam prodigia nunciata atque eorum procuratio Romae tenuerunt.* 33, 11, 2. *Quinctius captivis praedaque venumdatis, partim militi concessis, Larissam est profectus.* 37, 5, 3. *Quum oppidanos jam vires, jam tela, jam ante omnia animus deficerent.* ita cod. Voss. vulgo *deficeret.* 38, 10, 3. *Dolopas, Amphilochosque et Athamaniam ereptas sibi querens.* 44, 14, 6. *Prusiae preces magis, quam postulatio, fuere.* Et alibi saepe. Unius tamen illius codicis auctoritas non satis gravis videtur, ut ei tuto credatur; praesertim quum et alternum genus constructionis probum sit, et passim in Livio occurrat. V. infra ad 37, 5, 3.

§. 2. *Adeo exarserant animis*] Pall. pr. ac tertius *adeo exarserant animi.* GEBH. Quum omnes ad unum excusi praeferrent *adeo exarserant animis,* Gronovius, forte Palatinorum auctoritate permotus, *animi* in contextum recepit, cujus mutationis lectorem saltem admoneri oportuerat. An tamen ea scriptura probanda sit, multum dubito. Memini fragmenti Sallust. ex l. 3. Histor. *Inmane quantum animi exarsere.* adeoque ipsam locutionem non culpo; verum illud quaero, utrum ea hoc loco Livius usus fuerit? Ex Voss. codd. nihil in excerptis notari video; unde verosimile est, in utroque illo scriptum fuisse *exarserant animi.* Contra vero *exarserant omnes animis* praefert Gaertn. *exarserant animis* Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. Et ita locutus est Tacit. 1. Ann. 51. *Exarsere animis, unoque inpetu perruptum hostem redigunt in apertum caeduntque.* ita *exarsit indignatione* infra Liv. 4, 6, 3. Utroque modo igitur dici potest, *exardescunt animi*, et *exardescimus animis*, similiter ac *cadunt, concidunt, exasperantur animi*, et *cadimus, concidimus, exasperamur animis*, de quo dictum supra ad 1, 11, 3. et infra ad 28, 25, 4. Priscam lectionem ob hanc caussam revocavi.

Velut dedita opera nocturno inpetu Aequorum] *velut nocturno impetu dedita opera Aequorum* Voss. pr. *velut dedita nocturno impetu opera Aequorum* Leid. sec. qui mox etiam omittit τὸ *esset.*

§. 3. *Jubentur subitarium scri-*

3 esset. Senatum consules vocant, jubentur subitarium scribere exercitum, atque in Algidum ducere. Inde, posito legis certamine, nova de delectu con-

bere exercitum] Supra c. 4. in fine. *Ad eum explendum Latini Hernicique et colonia Antium dare Quintio subitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) jussi.* l. 31, 2. *Duabus legionibus subitariis tumultus ejus caussa scriptis.* l. 40, 26. *Permissum, ut, qua irent, protinus subitarios milites scriberent, ducerentque secum.* Mentionem eorumdem facit ibidem c. 28. GEBH. *jubent* Harlej. 2. et Haverk. de quo errore infra v. ad 10, 10, 1. Deinde *Subitanum* Portug. *r* et *i* in *n* coalescentibus, quod in scriptura Longobardica facillime fieri potuit, ac saepius in Mstis factum esse observatur. Ita *Quintium*, pro *Quiritium*, in MS. supra erat 1, 32, 13. et contra *Quiritio*, pro *Quintio*, 2, 57, 1. *provocant*, pro *provocarit*, 1, 26, 6. *Egeno inditum nomen*, pro *Egerio*, c. 34, 3. *Crustumena*, pro *Crustumeria*, c. 38, 4. *respondent*, pro *responderit*, 6, 17, 3. *Frumentana*, pro *Frumentaria*, c. 20, 11. Contra *juverit*, pro *juvent*, 1, 9, 3. *Cerionem*, pro *Cenonem*, 2, 63, 6. *antesignarius*, pro *antesignanus*, 4, 47, 2. *Arteria*, pro *Artena*, c. 61, 6. *varia*, pro *vana*, 22, 7, 4. et passim similiter. (* *eranum*, pro *aerarium*, 4, 60, 6. *fugens*, pro *fugeris*, 7, 40, 13. *se novae*, pro *seriove*, 7, 41, 3. *subsidianis*, pro *subsidiariis*, 9, 32, 11. *dedentis*, pro *dederitis*, 10, 25, 2. *Engonum*, pro *Erigonum*, 39, 53, 15. *Suessariorum*, pro *Suessanorum*, 7, 38, 4. *Trifarium*, pro *Trifanum*, 8, 11, 11. *Satricariis*, pro *Satricanis*, 9, 16, 2.) Ex *subitanum* deinde alii formarunt *subitaneum*, quae lectio superest in Leid. 2. Sed minus placet, quia non modo alterum servant reliqui codd. verum etiam Livius potius *subitarius* dicere amaverit, ut docent loca a Gebhardo laudata. [*educere* Veith.]

Nova de delectu contentio exorta] In volumine Vormaciensi tantum est *orta*, non *exorta*. RHEN. *nova de delectu contentio orta* Pall. tres, qua in re bene monenti Rhenano auscultandum fuerat. vulgo *exorta*. Amplius hic et mox Palat. tertius *delictu deinde habito*. est levis metathesis literulae. rescribendum *dilectu*, ut supra quoque dixi. c. 41. *Silentio Patrum edicitur dilectus.* ut habent duo Pall. MSS. GEBH. Vocula *de* non comparet in Haverk. sed eam intercepit prima syllaba proximae vocis *delectu*, quemadmodum saepissime *τὸ in* in Mstis excidisse ob vocem sequentem, quae ab eadem syllaba incipit, infra videbimus ad 8, 33, 6. ipsum autem illud *de* elisum esse a voce praecedente eadem syllaba exeunte ad 37, 51, 8. Praeterea *dilectu* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Klockian. V. infra hoc cap. §. 8. Ulterius *dilecto* Portug. a manu pr. quod recte manu sec. emendatum est. V. ad 2, 27, 10. Denique *orta*, pro *exorta*, quod viri docti in Mstis suis invenerunt, in omnibus, quibus usus sum, codd. exstat. quorum auctoritate ita etiam edi jussi. V. infra ad 4, 45, 7. [*Inde deposito* Veith.]

§. 4. *Quum alius additur terror*] *quum aliis* Leid. 1. *tunc alius* Harlej. 2. *tum alius* Lipsi-

tentio orta. Vincebaturque consulare imperium 4
tribunicio auxilio, quum alius additur terror: Sabinum exercitum praedatum descendisse in agros Ro-

ens. Gaertn. et Haverk. [Veith. qui etiam *a tribunicio*] V. ad Epit. Liv. l. 48. *additus terror* Harlej. 1. *terror additur* priscae edd. usque ad Aldum. Is autem in ordinem congessit, qui nunc obtinet, concinentibus omnibus meis.

§. 5. *Is metus perculit, ut scribi militem tribuni sinerent*] Lego *perpulit*. Neque aliter infra c. 38. *Is pavor perpulit decemviros, ut consulerent senatum.* Sane *percelli metu*, *perculsus pavore*, nota et pueris. verum ad faciendum aliquid, metu non *percelli*, sed *perpelli*, dicimur. Nam *percelli* est everti, subverti, affligi; *perpelli* est adigi, permoveri ad aliquid. *Percellere ut facias* juxta est ineptum, ac si dicas, *affligere ut facias*, *prosternere ut facias*. Liv. 2, [61, 5.] *Illum non minae plebis, non senatus preces perpellere umquam potuere, ut vestem mutaret.* l. 32, [14, 2.] *Gomphos metu perpulit ad deditionem.* Longe aliter altero verbo utitur. l. 1, [56, 4.] *Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam magnis implevit curis.* l. 2, [14, 6.] *Primo Aricinos res inopinata perculerat.* l. 3, [70, 8.] *Nuncius deinde vincentibus Romanis animos auxit, et referentes gradum perculit Aequos.* Peccant in contrarium Gifanius [Observat. in ling. Lat. voce *Perpellere*] et alii docti viri, qui *perpellere* volunt esse nonnumquam pulsando evertere, neque locis auctorum nituntur, nisi corruptis aut alienis. Veluti Plauti Epid. 4, 1, 45. *Qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit.* Neque enim negare possunt, libros optimos *pepulit* habere. Trinummo 2, 2, 27. *Si animus hominem perpulit* etc. *Si ipse animum perpulit.* Nam omnis ratio jubet, illic, etiam invitis libris, legi *perculit*, ut voluit Lambinus. hoc enim victoris est perculisse hostem. Lex 1. π. 4. D. de servo corrupto, frustra opponitur, *perpulit ad delinquendum*, id est, induxit, commovit, vulgari vi verbi. Apud Ciceronem de Oratore 1, 10, *Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescens perculisti*, haud dubie scribendum est, non *perpulisti.* ut l. 2, [70.] *Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit.* Pro Coelio 15. *Vicinum adolescentulum aspexisti? candor te hujus et proceritas, vultus oculique perculerunt*: pariter corruptum est: sed non scribendum *perpulerunt*, ut voluit Lambinus, sed *pepulerunt.* Est enim Ciceroni nonnumquam *pellere* idem quod tangere, afficere, commovere. Ut in l. 3. de Officiis [10.] de Romulo. *Species enim utilitatis animum pepulit ejus, cui cum visum esset utilius, solum se, quam cum altero, regnare, fratrem interemit.* Vim hujus verbi cognoscas ex his ejusdem superioribus verbis [c. 8.] *Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, nos commoveri necesse est.* 4. Academ. [10.] *Quae vis esset in sensibus, quemadmodum prima visa nos pellerent, donec appetitio ab his pulsa sequeretur.* id est, admonita, sollicitata. In Oratore [53.] *Cum, ut fit, fortuito saepe aliquid concluse apteque dicerent, quod cum animos hominum aures-*

5 manos, inde ad urbem venire. Is metus perpulit, ut scribi militem tribuni sinerent; non sine pactione tamen, ut, quoniam ipsi quinquennium elusi es-

que pepulisset. pertentasset, titillasset. Superius: *Aures civitatis ad hujus generis dicendi audiendi incredibilia studia convertimus.* 2. de finibus [10.] *Neque enim movere potest appetitum animi, neque illum habet ictum, quo pellat animum status non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet sensum voluptate.* Liv. 30, [14, 3.] *Eo foediora haec videbantur Scipioni, quod ipsum in Hispania juvenem nullius forma pepulerat captivae.* Gellius 19, 1. *Quibus mens hominis prima statim specie accidentis animum rei pellitur.* Ibidem. *Qualia esse primo animi sui pulsu visa sunt saeva et aspera.* Ex his omnibus colligere est, legendum esse apud Ciceronem in Bruto c. 87. *Longi sermonis initium pepulisti, inquam, Attice, remque commovisti nova disputatione dignam*, ut Victorius edidit. non *detulisti*, ut Manutius et Lambinus; non *depulisti*, ut Gruterus. Admones nos rei non paucis expediendae, lacessis materiam quantumvis longi sermonis. Sumpsit a Platone, cujus est in Philebo: *πάλιν οὖν τὸν αὐτὸν λόγον ἀνακρουώμεθα.* J. FR. GRON. Plerique codd. editae, licet corruptae, lectioni firmiter adhaerent, etiam integerrimi, ut Florent. *pertulit* tamen est in Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et a m. 2. in Voss. 1. qui *perculit* a m. 1. habuerat. At solus Portugall. recte praefert *perpulit*, quomodo Gronov. ex conjectura scribendum monuit. Ita saepissime noster. 1, 59, 11. *His atrocioribusque aliis memoratis incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret.* 2, 31, 5. *Milites perpulere, ut forte temere in adversos montes agmen erigeret.* 4, 12, 8. *Postremo perpulere plebeji, haud adversante senatu, ut L. Minucius praefectus annonae crearetur.* 5, 51, 2. *Nec nunc me, ut redirem, mea voluntas mutata, sed vestra fortuna, perpulit.* ubi etiam unus cod. *pertulit.* 6, 42, 4. *Fama repens belli Gallici adlata perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur.* ubi pari errore quidam codd. *perculit.* 9, 31, 7. *Transfugae agrestes perpulerunt, ut praedatum eo expeditae legiones ducerentur.* 25, 18, 11. *Diu cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne inpune insultare Campanum pateretur.* et hic etiam similiter plures codd. peccant. c. 28, 5. *Oblata spe salutis perpulere eos, ut secum praefectos Epicydis adgrederentur.* 32, 32, 4. *Neque, ut discederent inde, aut Opuntiorum minis, aut auctoritate imperantis consulis Romani, perpelli potuerunt.* 45, 10, 6. *Diu negantes perpulerunt, ut moram navigationis brevem pro salute sociae urbis paterentur.* Et haec forte locutio restituenda est 42, 67, 1. *Hic dies et Romanis refecit animos, et Persea perpulit, ut, dies paucos ad Mopsium moratus, in Macedoniam reciperet copias.* ubi nunc etiam *perculit* editur. Alibi etiam *perpellere* et *percellere* in Mstis commutantur. V. supra ad 3, 11, 9. et ad 40, 11, 10. ubi codd. *procellere*, pro *propellere*, praeferunt. Hic itaque licet unius tantum codicis auctoritate, at

sent, parvumque id plebi praesidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur. Expressit hoc ne- 6
cessitas Patribus. id modo excepere, ne postea eos-

magis usu loquendi, firmatam lectionem in contextum recepi.

Quoniam ipsi quinquennium elusi essent] *per quinquennium* Portug. Reliquis tamen vocem illam non agnoscentibus, vulgatum servo. V. infra ad 10, 21, 6.

Parumque id plebi praesidium foret] Sic in ed. Asculanica legitur, quae nunc sola est ad manum. Tu repone, *parvumque id plebi praesidium foret.* RHEN. Lectio haec *parvumque id plebi praesidium foret* confirmatur consensu Pall. trium, editionisque Campanianae. At Andreas *parumque id plebi praesidium foret.* ut Plautus [Amphitr. 2, 1, 4.] *Tuatim facis, ut tuis parum sit apud te fides.* Ovidius Metamorph. [3, 149.]

Fortunamque dies habuit satis.

GEBH. *parumque id plebi praesidium*, forte praeter Campanianam unam, praeferunt omnes edd. usque ad Frobenianam anni 1535. quae Rhenani emendationem admisit. Priori illi lectioni inlustrandae inservire possunt, quae notavit Cl. Dukerus ad Liv. 1, 16, 8. Omnes tamen scripti mei, etiam Florent. quasi conjurati *parvumque id plebi praesidium* legunt; quod propterea verius esse, nullus dubito. [*parumque* Veith.] *Parum* et *Parvum*, unius literae duplicatione neglecta, saepe alibi commutantur. V. infra ad 5, 10, 3. Insuper τὸ *foret* culpa librarii exsulat a Leid. 2.

Decem deinde tribuni plebis crearentur] *deinde decem* transpositis vocibus Lipsiens. Τὸ *plebis* autem exsulat a Gaertn.

§. 6. *Id modo excepere, ne postea eosdem tribunos juberent*] Superius reposui ex auctoritate codicum MSS. *excipere.* Jam amplius habent libri omnes *viderent.* Sec. *ne postea eosdem ipsos tribunos viderent.* GEBH. *id modo excipere* est in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Gebhardus non modo eam scripturam probabat ad Liv. 1, 12, 1. sed insuper editam lectionem fatuam vocabat. Contra, quamvis Livium infinitus orationibus gaudere agnoscam, v. supra ad 1, 50, 5. hic tamen editam lectionem praefero, quam etiam integriores codd. servant. Vox *excepere* negligentia scribae aberat a Portug. Praeterea *viderent* cum Hearnii Oxon. B. et N. ac Latinii Neapolit. et Florent. [Veith.] omnes nostri manu exarati et excusi ante Moguntinos, qui primi *juberent* vulgari curarunt; quod placet, et in margine Lipsiens. a m. 2. emendatum exstat. Populus Romanus dicitur *jubere*, quidquid comitiis decernit. Ita *jubere legem* Cic. pro Balbo 17. *Responderem, legem populum Romanum jussisse de civitate tribuenda.* Liv. 3. 55, 3. *Legem centuriatis comitiis tulere, ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* 9, 34, 7. *Nemo, id jus esse, quod postremo populus jussisset, scivit? Immo vero omnes sciverunt; et ideo Aemiliae potius legi paruerunt, quam illi antiquae, qua primum censores creati sunt, quia hanc postremam jusserat populus.* Plin. 16. H. N. 10. *Q. Hortensius dictator, quum plebs secessisset in Janiculum,*

dem tribunos juberent. Tribunicia comitia (ne id quoque post bellum, ut cetera, vanum esset) extem-

legem in Esculeto tulit, ut, quod ea jussisset, omnes Quirites teneret. jubere provinciam Sallust. Jugurth. 84. *Postquam ei provinciam Numidiam populus jussisset. jubere bellum* Liv. 9, 43, 2. *Marcio novi hostes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum erat) decernuntur. jubere societatem* 32, 22, 12. *Ob haec concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem jubendam, excesserunt.* ubi videndus est Gronovius. Similiter ergo *jubere magistratus* populus dicitur, quum eos comitiis constituit. Certe quemadmodum, qui comitiis praesunt, dicuntur *rogare legem*, ita etiam *rogare magistratus.* Infra hoc lib. c. 64, 10. *Si tribunos plebei decem rogabo.* et c. 65, 4. *Rogationem tulit, ut qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebei faceret.* 38, 42, 2. *Comitia consulibus rogandis fuerunt ante diem duodecimum Kalendas Martias.* Solent autem verba *videre* et *jubere* in Mstis commutari. Vide, quae infra notantur ad 27, 5, 16. Denique *postea ipsos tribunos* Harlej. 2. et Haverk. utramque igitur lectionem junxisse censendus est librarius Palat. sec. ex quo Gebhardus laudavit *postea eosdem ipsos tribunos.* Neque longe hinc abit conjectura Cel. Jac. Perizonii, qui ad marginem Livii emendandum putabat *postea hos eosdem tribunos*, tum quia Dionys. l. 10. p. 657. Patres excepisse refert, ne quis τῶν τότε ὄντων ἐν ἀρχῇ *qui eo tempore in magistratu erant*, tribunus reficeretur; tum etiam quia hoc magis cum historia convenit: Qui enim hoc anno tribunatum gesserunt, refectos non fuisse: at illis, qui hoc anno creati sunt, anno sequenti honorem continuatum esse, ut Liv. cap. seq. narrat: Livium autem id verbo monere omissurum non fuisse, si convenisset, ne quis iterum tribunus fieret, et postea tribuni hoc pacto stare recusassent, quemadmodum id supra monuit c. 21. Paullo ante *Expressit hec necessitas Patribus*, pro *Expressit hoc*, Gaertn.

Ne id quoque post bellum, sicut (* lege *ut*) *cetera, vanum esset*] *vacuum esset* Portug. (* v. ad 6, 15, 6.) quem errorem in scriptis frequentissimum esse observavit Cel. Burmann. ad Calpurnii Ecl. 1, 70. [*ne quid quoque et varium* Veith.]

§. 7. *Trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis, decem creati sunt*] Dionysii supputatione haec Livii ratio bene habet. Nam anno XVII. ab urbe liberata creati sunt primi tribuni. At hic annus ab eadem urbe liberata est quinquagesimus tertius. Si igitur ab LIII. subtraxeris XVII. relinquentur anni triginta sex. Atqui in Livio tres desunt anni, quod supra indicavimus [ad initium l. 2.] CCXLVIII. CCLXIV. et CCLXV. GLAR. Pall. pr. ac tertius *Trigesimo sexto anno a primis decem creatis bini ex singulis classibus.* GEBHARD. De hoc loco agit Dodwellus de Cyclis differt. 10. sect. 96. DUK. *Trigesimo sexto anno a primis tribunis plebis decem creatis bini* etc. Voss. 2. *tricentesimo sexto anno* male Portug. *tercesimo VI° anno*

esset) extemplo habita. Tricesimo sexto anno a 7
primis tribunis plebis, decem creati sunt, bini ex singulis classibus. itaque cautum est, ut postea crea-

Lipsiens. τὸ *anno* etiam culpa librarii exsulat ab Harlej. 2. *Tricesimo sexto anno a primis, tribuni plebis decem creati sunt* Leid. 1, Harlej. 1. Gaertn. et Neapol. Latinii. Et haec, et edita lectio ferri possunt. V. supra hoc lib. ad c. 9, 4. Mox *e singulis classibus* Portug. Quemadmodum autem calculus Livianus procedat, infra v. ad 4, 20, 8.

Itaque cautum est, ut postea crearentur] *itaque* duae sunt dictiones. Sensum autem puto esse: Cautum est, *ut* postea crearentur, videlicet numero decem. Connexio verborum non admodum in usu. *ex singulis* autem *classibus* aït, priores quinque innuens. Neque enim ex sexta quisquam eligebatur. GLAR. Illud *ex singulis classibus* recte Glareanus accepit de quinque prioribus classibus. Similiter Asconius Ped. ad Fragm. orat. Cic. pro Cornelio. *Ceterum quidam non duos tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos, singulos ex singulis classibus.* Sexta enim classis quasi non computabatur: unde exponendum est, ut viri docti optime monuerunt, quod Tubero populum Romanum a rege Ser. Tullio in quinque classes divisum dicat apud Gellium 10, 28. *C. Tubero in historiarum primo scripsit, Ser. Tullium regem populi Romani, quum illas quinque classes juniorum census faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim.* Recte etiam Glareanus *itaque* accepit pro *et ita.* Eo modo usurpatur supra 1, 4, 8. *Ita geniti, itaque educati, quum primum adolevit aetus, nec in stabulis, nec ad pecora segnes, venando peragrare circa saltus.* ita ex consensu virorum doctorum multisque codd. adstipulantibus nunc demum edidi. c. 32, 12. *Puro pioque duello quaerendas censeo, itaque consentio, consciscoque.* 23, 35, 7. *Inter quae maxima inerat tum cura duci, itaque legatis tribunisque praeceperat, ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret.* ubi v. Gronov. Cic. Divin. in Caecil. 1. *Quum quaestor in Sicilia fuissem, judices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus jucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem.* 2. de Invent. 24. *Depactus est cum iis, ut arma et inpedimenta relinqueret, milites educeret; itaque fecit.* Terent. in Andr. 3, 3, 18. *Immo ita volo, itaque postulo.* Ubi notat Donatus. *Itaque modo duae partes orationis sunt, ut in Hecyra. Itaque nos una inter nos aetatem agere liceat.* Plautus in Epid. 2, 2, 10.

— — — *palliolum in collum conjice,*
Itaque adsimulato, quasi per urbem totam hominem quaesiveris.

Pari modo *utique*, pro *et uti*, supra obcurrit apud Liv. 1, 24, 7. *Ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet.* V. Cl. Cortium ad Sallust. Jugurth.

8 rentur. Delectu deinde habito, Minucius, contra Sabinos profectus, non invenit hostem. Horatius, quum jam Aequi, Corbione interfecto praesidio, Ortonam etiam cepissent, in Algido pugnat: multos mortales occidit: fugat hostem non ex Algido modo, sed a Corbione Ortonaque. Corbionem etiam diruit propter proditum praesidium.

17. Eadem ratione *ubique* ponitur pro *et ubi*. (* Liv. 36, 2, 5.) V. eumdem ad Sallust. Catil. 27. *neque* pro *et ne*. V. adhuc eumdem ad Sallust. Jugurth. 14, 7. *utriusque*, pro *et utrius*. Varro 8. de ling. Lat. p. 191. *Primum de copuleis naturae et sueis. Secundum de copuleis multitudinis, utrumque omnium verborum dicatur esse analogia, an usus, an majoris partis*. V. supra ad Liv. 1, 24, 1. *absque*, pro *et ab*, vel *abs*, in evocationis vetusta formula apud Macrob. 3. Saturn. 9. *Ut vos popolum civitatemque Karthaginem deseratis, loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, absque his abeatis*. (* *quoque* pro *et quo* Suet. Aug. 18. *quandoque* pro *et quando* Liv. 34, 56, 13.)

§. 8. *Delectu deinde habito*] Se *Delictu* in Palat. tertio invenisse, et pro eo levi metathesi literulae *Dilectu* scribendum esse, monuerat Gebhard. supra hoc cap. §. 3. *Dilectu* etiam est in Florent. Leid. 1. Fragm. Hav. Klockian. et Portug. a m. 1. *Dillectu* in Lipsiens. V. ad 37, 51, 7. *delectu inde habito* est in Haverk. V. infra ad 36, 24, 10. At alio ordine *Deinde delectu habito* in Voss. 1. et Leid. 2.

Interfecto praesidio] *intercepto praesidio* Lipsiens. (* v. ad Epit. Liv. l. 117.) *interempto ac interfecto* Gaertn. Prior vox, tamquam glossema alterius, olim margini adscripta est: postea vero non modo ejus loco in contextum recepta est, quemadmodum alibi factum esse videbimus ad Ep. Liv. l. 73. sed etiam eidem per voculam *ac* juncta, quod codicis hujus librario frequens fuit. V. ad 4, 55, 5.

Hortanam etiam cepissent] Supra [ad 2, 43, 2.] ostendi, quid de hoc loco sentirem. *Ortonam* enim credere legendum esse. SIG. *Hortonam* Florent. Voss. ambo, Leid. 2. et Klockian. *Ortonam* reliqui codd. Prius praeferre videtur Cluverius 3. Ital. Antiq. 4. p. 968. *Hortana* sive *Hortanum* Plinio 3, 5. memoratur inter Etruriae oppida, quo Hortam indicari existimat Fontanin. de Antiq. Hortae 1, 1, 2. Oppidum vero, cujus hic Livius meminit, Corbioni vicinum fuit: quam urbem prope Algidum, adeoque in Latio, sitam fuisse, viri docti ex superioribus et sequentibus hujus cap. colligunt. V. Fontanin. ibid. §. 6.

Non ex Algido modo, sed a Corbione] *ab Corbione* ex Palatino sec. legebat Gebhardus supra c. 29, 9. Verum in nullo meo, nisi in Haverk. solo, hanc lectionem inveni. Paulo ante *multos occidit mortales* transpositis vocibus Gaertn. Deinde

XXXI. Deinde M. Valerius, Sp. Virginius con- 1
sules facti. Domi forisque otium fuit. annona propter aquarum intemperiem laboratum eſt. De Aventino publicando lata lex eſt. Tribuni plebis ii- 2
dem refecti sequente anno, T. Romilio, C. Veturio consulibus, legem omnibus concionibus suis

fugat hostes, pro *hostem*, Harlej. 2. et Haverk. Male. V. ad 5, 50, 2. *Hortonaque* Florent. [*Cortonaque* Veith.]

§. 1. *M. Valerius, Sp. Virginius consules facti*] *Verginius* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. et Gaertn. *Vergineus* Leid. 2. V. ad 2, 17, 1. Mox *domi foris otium fuit*, sine conjunctione, Leid. 2. Tum *anno laboratum*, pro *annona*, Lipsiens. qui idem codex etiam mox poſt vocem *laboratum* omittit τὸ *est. annonam propter aquarum* Florent.

De Aventino publicando lex lata est] Perizonius in animadv. Hiſt. c. 4. in princ. reprehendit Livium, qui id hoc loco verbo tantum memoret, ac deinde c. 32. per occasionem *legem Iciliam de Aventino* nominet. nam ita conjectandum relinquere, eam, de qua hic agit, ab Icilio quodam latam eſſe. Mihi Livius hic non magnopere culpandus videtur: nam facile quilibet, qui c. 32. legat, intelligere possit, Icilium hujus legis auctorem fuiſſe. Aliis fortaſſis magis ob id notandus videri queat, quod nec cauſſam legis ferendae, nec quid speciatim ea cautum fuerit, exponit: quae ne Oedipus quidem divinare potuiſſet, nisi diligentior fuiſſet Dionysius 10, 31. et 32. DUK. Ab Icilio tribuno plebis lata fuit haec lex, teſte Dion. l. 10. p. 657. unde cap. seq. vocatur *lex Icilia de Aventino*. Ceterum *lata est lex* Harlej. 2. et Haverk.

§. 2. *Tribuni plebis iidem refecti. Hi sequente anno T. Romulio et C. Veturio consulibus*] Si uspiam alibi, certe hoc loco Livius Romanam hiſtoriam nimium decurtavit. Omittit enim L. Sicinii Dentati acerrimam illam adversus consules actionem, ut taceam tribunorum plebis adversus eosdem consules ob nimis asperum delectum contentionem habitam. Unde causam, poſtquam magiſtratu abiere, sumpsere tribuni in jus utrumque ducendi. Eſt autem hic Sicinius, cujus Gellius l. 2, 11. et Plinius l. 7, 28. et Valerius Maximus l. 3, 2. multique alii eximii meminere scriptores. Livius vix videtur noſſe eum, quippe qui adeo frigide poſtea a decemviris occisum referat [c. 43.] Et in nomine, mirum eſt, tantum diſſidii esse apud auctores. Livius enim *Siccium* vocat, quod nomen multis item locis in Dionysii irrepsit codicem. Plinius vero, Gellius, Valeriusque *Sicinium* vocant. Et *Sicinii* nomen inter primos tribunos plebis fuit: quamquam et *Sicinii* (haud dubie patricii) consulis nomen eſt anno ab urbe condita CCLXVII. Sane cum primum legerem apud Livium, T. Romulium Veturiumque damnatos nullam aliam ob cauſſam, quam praedam non conceſſam militibus, magna me cepit admiratio. At

celebrabant. *Pudere se numeri sui nequidquam aucti, si ea res aeque suo biennio jaceret, ac toto superiore lu-*
3 *ſtro jacuiſſet.* Quum maxime haec agerent, trepidi nuncii ab Tusculo veniunt, Aequos in agro Tusculano esse. Fecit pudorem recens ejus populi me-

percurrenti Dionysii scripta, dii boni, quam longe alia in his damnandis visa ratio eſt. Sed hoc eſt hiſtoriam scribere, sic Latini superant Graecos, ita aequamus Herodotum. GLAR. Dionysius [l. 10. p. 659.] et Diodorus [12. Bibl. p. 293.] auctor eſt, *Romilium* eſſe scribendum, quae eadem scriptura eſt in Capitolinis tabulis. *Veturius* autem una cum T. Romilio collega cujus poſt fit decemvir, quo in magiſtratu Diodorus [l. 12. p. 300.] et Capitolini scriptores praenomine *Spurii* cum afficiunt. In vulgatis autem Livii libris [c. 33, 3.] *L. Veturius* scribitur. Itaque ut uterque locus sibi conſtet, *Sp. Veturium* utrobique vocandum censeo. Si quidem, qui decemvir factus eſt, idem consularis erat. SIG. Pall. omittunt et *Hi* ac τὸ *et*, quorum primus, *sequente anno T. Emilio, G. Veturio.* At tertius *sequente anno T. Romilio, G. Veturio.* sec. *T. Romelio.* Nullus apponit Veturio praenomen *Spurii*, quod faciunt Glareanus Sigoniusque ex Diodoro ac Dionysio. GEBH. Pronomen *hi* cum particula copulativa deficiunt in MSS. Praenomen autem Veturio non *Cajo*, sed *Spurio*, fuiſſe docuit Sigonius. Mox iidem scripti *celebrabant.* Sic igitur omnia refinge: *Tribuni plebis iidem refecti sequente anno T. Romilio, Sp. Veturio consulibus, legem omnibus concionibus suis celebrabant. pudere se* etc. J. FR. GRON. *idem refecti*, pro *iidem*, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad cap. praec. §. 1. Hinc pronomen *hi* omittitur etiam in Leid. utroque, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. et 2. Exſtabat quidem in Voſſ. 1. et Portug. sed additis notis simul monuerant librarii, delendum eſſe. In Voſſ. 2. vero inter versus tantum a manu interpolatrice exaratum fuit. Quare ex contextu etiam ejeci. Neque particulam connectentem ullus meorum codd. agnoscit. V. supra ad 2, 17, 1. Ceterum *Remelio* Gaertn. *Romelio* Leid. 1. Fragm. Hav. et Lipsiens. (*Ρωμήλιος* Diodoro Sic. l. l. vocatur) *Domelio* Portug. *Romuleo* Leid. 2. *Romulio* Haverk. et Hearnii Oxon. C. Reliqui noſtri, ut et plerique eorum bis infra hoc cap. *Romilio* recte praeferunt, quomodo etiam scribendum eſſe monuit Pighius in Annal. ad ann. ccxcviii. p. 133. Harduinus insuper ad Plinii 7, 28. ubi pari errore *T. Romulio* edebatur, teſtatus eſt, se *T. Romilio* in omnibus Plinii codd. scriptis reperiſſe. Veturio alteri consuli *Caji* praenomen conſtanter etiam in meis codd. tribuitur. Sententia autem Sigonii, *Sp. Veturio* emendandum censentis, huic argumento innititur, quod Dionysio l. 10. p. 680. Veturius decemvir *ὑπατικὸς* dicatur, isque in Faſtis Capitol. *Spurii* praenomine adpelletur. Jam vero circa haec tempora duo tantum Veturii consules memorantur, alter supra hoc lib.

ritum morandi auxilii: ambo consules, cum exercitu missi, hostem in sua sede in Algido inveniunt. Ibi 4 pugnatum. supra septem millia hostium caesa: alii fugati: praeda parta ingens. Eam propter inopiam aerarii consules vendiderunt. Invidiae tamen res

c. 7, 2. *T. Veturius Geminus*, quem Panvin. *Sp. Veturium* postea decemvirum fuisse existimat; quam tamen opinionem minus verosimilem esse, ibidem vidimus; alter hic *C. Veturius*, qui propterea *Spurius* dicendus erit, si standum testimonio Dionysii, dicentis, Veturium decemvirum antea consulatu functum fuisse. Et haec sententia verior videtur. Ob dissensum tamen pertinacem omnium codicum praenomen illud in contextu mutandum non putavi. *refecti. Hi sequente anno T. Romilio C. Veturio* Florent.

Legem omnibus concionibus suis celebrant] Pall. tres *celebrabant*. GEBH. *celebrabant* etiam Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Quum autem Gronovius ad verba praecedentia testatus sit, suos quosque MSS. non aliter exhibuisse, iisdem dicto obsequens fui, et *celebrabant* contextui reddidi. *omnibus suis concionibus* alio ordine habet Portug. et inferius *toto lustro superiore* Haverk. *toto superiore lucro* Klockian. [*aeque eo biennio* Veith.]

§. 3. *Trepidi nuncii ab Tusculo veniunt, Aequos in agro Tusculano esse*] *a Tusculo* Voss. ambo, Leid. 2. Fragm. Hav. Lipsiens. et Gaertn. Nupera Amstelaedam. editio *ab Tusculano* male exhibuit, ut existimo, errore operarum. Voces autem *Tusculo veniunt, Aequos in agro* deerant in Voss. 2. negligentia librarii ob repetitas voces *Tusculo, Tusculano*, unde priorem cum omnibus inter utramque mediis transmisit.

Hostem in sua sede in Algido inveniunt] Tà *in sua sede* exsulant a Leid. 2. cui errori forte etiam repetitio voculae *in* occasionem dedit. *hostem in sede sua Algido* habet Haverk. *in sua ede* Lipsiens. Tum *invenerunt*, pro *inveniunt*, Leid. 2.

§. 4. *Supra septem millia hostium caesa*] Ita primus Aldus edidit, idemque superest in omnibus meis. Antea vulgabatur *supra quatuor millia*. Hearnius vero in Oxon. C. fuisse monuit *supra sex millia*. Vocem *millia* negligenter omisit librarius Lipsiens. qui etiam mox *praeda parata*, pro *parta*, haud rectius praefert. Liv. 37, 19, 8. *Major regiis militibus parta est praeda*. Saepius ita peccarunt librarii. V. infra ad 5, 6, 1.

Invidiae tamen ad exercitum fuit] Hic omissum est vocabulum *res*. Restitue locum *invidiae tamen res ad exercitum fuit*. RHEN. Idem vocabulum, a Rhenano additum, servant omnes mei, ut et Neapol. Latinii, et Florent.

Ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit] MS. Colon. *eademque tribunis*. MOD. Malim: *Invidiae tamen res ad exercitum fuit, et denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit*. ut peccatum in

ad exercitum fuit. ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit. Itaque

contrarium l. 23, 14. ubi *et sex millia*, pro *ea sex millia* legebatur. Muretus e suo notavit *eademque*. et sic Rott. J. FR. GRONOV. Mirum, ni ita distinxerit Livius, *Invidiae tamen res ad exercitum fuit ea. denique tribunis*. Certe gemina his sunt l. 6, 14. *Quum major domi exorta moles coëgit acciri Romam eum*. l. 8, 19. *Aedes in Palatio fuere ejus*. JAC. GRON. Non alia τοῦ *ea* mutandi caussa J. Fr. Gronovio fuisse videtur, quam quod paullo ante vocula *eam* praecesserit. Sed quid tum fiet loco Livii 1, 44, 2? *Idque conditum lustrum adpellatum, quia is censendo finis factus est. Millia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. adjicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum, qui ferre arma possent, eum numerum fuisse. Ad eam multitudinem*. (* 27, 10, 5.) Mei hic nihil mutant, nisi quod *eademque tribunis* sit in Leid. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. quod Hearne etiam in Oxon. B. et C. exstare monuit. Et ita infra hoc lib. c. 59, 4. *Ea primum moderatio tribuni metum Patribus demsit, eademque auxit consulum invidiam. eadem denique* praefert Gaertn. Distinctio, qua Cel. Jac. Gronovius loco mederi conabatur, non placet; neque exempla, quae laudavit, satisfaciunt. Nam in illis quidem pronomina *eum* et *ejus* in finem orationis rejiciuntur, at non simul tanto intervallo totque vocabulis mediis a substantivo suo removentur, ut hic fieret, si legendum foret *Invidiae tamen res ad exercitum fuit eu*. Insuper *tribuni materia* perperam habet Gaertn.

§. 5. *Itaque ergo ut magistratu abiere*] Non offendor particulis istis conjunctis, qui meminerim, Livium iisdem usum l. 1, 25. l. 9, 31. l. 28, 12. et alibi. Sed contextui videtur congruentius: *Utrique ergo, ut magistratu abiere, Sp. Tarpejo, A. Aterio consulibus, dies dicta est; Romilio, ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis, Veturio ab L. Allieno, aedili plebis. Uterque magna Patrum indignatione damnatus; Romilius decem millibus aeris, Veturius quindecim millibus*. Si mavis alterum, fruere. J. FR. GRON. Si ita, quemadmodum Gronovius scribendum conjicit, editum exstitisset, eam lectionem mutari non permisissem. At nunc vicissim, quum in vulgatum omnes omnium membranae conspirent, id similiter servandum judico. Non capio enim, cur id, quod Gronovius reposuit, contextui congruentius sit, vel, quod vulgo circumfertur, ei minus congruere dici possit. De voculis *Itaque ergo* junctis v. supra ad 1, 25, 2. Eorum alterum *ergo* male omisit Gaertn. At *abire*, pro *abiere*, obsert Lipsiensis, sed errore librarii. V. ad 45, 2, 7.

Sp. Tarpejo et A. Aeternio Consulibus] *Aeternium* quidam hunc consulem vocant. Plinius 7, 28. et Gellius 2, 11. *Aulum Thermum* vocant: Dionysius [l. 10. p. 673.] *Thermenium*. Tanta est in hujus consulis nomine variatio. Ceterum Romulio diem dictam a Cicerone Livius ait, quum Dionysius a Sicinio Dentato scribat. adeo noluit hunc noscere Livius. Quamquam in hoc aliquem auctorem

ergo, ut magistratu abiere, Sp. Tarpejo, A. Aterio consulibus, dies dicta est Romilio ab C. Claudio

secutum Livium puto. alioqui enim esset manifesta impudentia. GLAR. Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum consulum nominando. Plinius 7, 28. *Aeternium*. Cassiodorus *Aternium*. Diodorus [12. Biblioth. p. 293.] *Ἀτέριον*. Gellius 2, 11. *Thermum*. Dionysius [l. 10. p. 673.] *Τερμένιον*. vetusti Liviani libri *Tercinium*. Ego, si conjecturae locus dandus est, *Aterium* maxime, ut est apud Diodorum, probo. Alia enim nomina gentium numquam legi. SIG. Apud Diodorum l. 12. [p. 293.] mendose leguntur consules *Σπόριος Ταρπέτιος καὶ Αὖλος Ἀστέριος Φοντίνιος*. De *Sp. Tarpejo* nihil dubii est apud auctores. At alterius consulis nomen corruptissime variatur apud auctores jam dictos. Livius *A. Aeternium* vocat, quemadmodum etiam Plinius 7, 28. Dionysius vero [l. 10. p. 673.] *A. Ternium*, vel *Termenium*, et Solinus c. 15. [secundum alios c. 1.] *A. Thermum* nominavere. quo Minuciorum cognomine reperitur etiam in nonnullis Plinii exemplaribus loco supra scripto. Mariano et Cassiodoro *Aternius* est, ut et Gellio l. 11. principio, ubi legem ab ipso sancitam *Aterniam* appellat. aliquot tamen exemplaria *Aretinam* vel *Paterinam* exprimunt mendose. Sigonio quidem magis placuit *Aterius*, ut nomen magis notum, quam sunt reliqua. Mihi tamen magis securum videtur, Livii, Plinii, Cassiodori exemplaria sequi correctiora, in quibus *Aeternius* appellatur, donec alicubi quid certius deprehendatur. PIGHIUS in Annal. ad ann. ccxcix. p. 134. Non mirum variare MSS. quandoquidem tanta varietate discrepant auctores. Plinius enim 7, 28. nominat *Aeternium*. Diodorus l. 12. p. 293. *Ἀτέριον* Gellius 2, 11. *Thermum*. Dionysius l. 10. p. 673. *Τερμένιον*. Cassiodorus *Aternium*. Vetus liber Sigonii *Tercinium*. Pall. pr. ac tert. *Appium Actinum*. At sec. *T. Romelio C. Veturio*. GEBH. Eodem modo infra c. 65. alii *A. Aterium*, alii *A. Aeternium*. Pighius ad annum U. ccxcix. hic retinet *Aeternio*. *Aterio* praeter Sigonium Panvinius ad annum U. ccc. Brissonius 1. Antiq. ex jure Civ. 3. Salmas. ad Solin. p. 35. Jac. Gronovius ad Gellium 2, 11. et 11, 1. et Harduinus ad Plinium 7, 28. haud dubie recte. Nam *Ateria* gens Romana est. *Aterius Rufus* eques Romanus est apud Valerium Max. 1, 7, 8. *Jus Aterianum* in Cicer. 9. epist. 18. et *Aterii* alii in inscriptionibus e recentiore aetate. *Aeternii* nusquam memorantur. In Diodoro l. 12. p. 75. est *Ἀσέριος* facili lapsu scribentis; unde tamen appareat, potius *Aterius* legendum esse, quam *Aeternius*. Sed quod Brissonius, eumque sequuti Sylburgius ad Dionysium Halic. 10, 48. et Harduinus l. d. ad Fastos Capitolinos, tamquam certissimum monumentum, provocant, in eo aliquid humani passi sunt viri doctissimi: nam pars illa lapidis, in qua nomen hujus consulis scriptum fuerat, a reliquo marmore avulsa, injuria temporis periit, unaquo cum ea hoc nomen, quod Pighius *Aeternius*, Panvinius et Sigonius *Aterius*, quisque pro suo arbitrio, suppleverunt. DUK. Palatino sec. Gebhardi consentiens Haverk. pro hujus anni consulibus, perperam nominat consules anni praecedentis, et exhi-

Cicerone, tribuno plebis; Veturio ab L. Alieno,

bet *T. Romelia*, *C. Veturio consulibus*, *dies dicta est.* ita enim unius anni consules praetermittuntur. *Sp. P. Tarpeja A. Etnia consulibus* Voss. 1. Adparet scriptum fuisse *Et'nia*, id est, *Eternio*, notam autem additam librarium neglexisse. *Sp. P. Tarpejo*, *A. Aeternio* Florent. *Spurio P. Tarpejo Aeternio consulibus* Leid. 1, *Spuria P. Tarpejo A. Aeternia consulibus* Harlej. 1. *Spurio Publio Turpeja*, omissis tribus sequentibus vocibus *A. Aterio consulibus*, Gaertner. *Sp. P. Tarpeja Etina consulibus* Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. ubi tamen posterius consulis praenomen *Aulus* a m. 2. adscriptum est. *Sp. Tarpejo*, *A. Aeterina consulibus* Voss. 2. *Sp. Tarpeja*, *A. Eternio consulibus* Leid. 2. *Sp. Tarpeja*, *P. Veturia consulibus* Harlej. 2. *Spurio P. Tarpeja*, *Atuo consules* Lipsiens. Hearnius auctor est, posterioris consulis nomen in Oxon. C. *Aeternio*, in B. *Veturio* fuisse. Ex his patet, vel omnes codd. nisi qui aperte mendosi sunt, praeferre *Aeternia*, vel eorum vestigia manifeste eo ducere. Neque aliter, praeter Sigonium, qui *A. Aterio* recepit, praeferunt omnes edd. usque ad postremam Gruteri, in qua vulgatur *A. Haterio*, quam scripturam admiserunt etiam editores Gellii 2, 11. et Solini c. 1. Recentissimi tamen Jac. Gronovius apud illum, Salmas. apud hunc adspirationem initialem in nullo cod. esse monuerunt, et ita J. Fr. Gronovius in Livio anno 1665. Sigonii lectionem *A. Ateria* restituit. Harduinus etiam ad Plinii 7, 28. in codd. scriptis Plinii sex *A. Aternia* se invenisse testatus, tamen ex certissimis, ut aït, conjecturis *A. Aterio* rescripsit. V. etiam Cel. Jac. Gronovium ad Gell. 11, 1.

Dies dicta est] *dies data est* Voss. 1. et Leid. 2. errore exscriptorum. (* v. ad 7, 28, 8.) *To est* deficiebat in priscis excusis, quod primus addidit Aldus, et exstat in omnibus meis.

Romulio ab C. Claudia Cicerone tribuno plebis] Pro hoc tribuno *C. Siccium Dentatum* edit Dionysius [l. 10. p. 673.] SIG. Lege *ab L. Siccio* ex Plinii 7, 28. FR. SANCTIUS. Palat. pr. tertiusque *ab G. Calvia Cicerone.* sec. *T. Romelio ab C. Calvio Cicerane.* GEBH. *Remilio* Lipsiens. *Ramelio* Gaertn. *Romuleo* Leid. 2. *T. Romulia* Haverk. *T. Ramilio* Fragm. Hav. a m. 2. praenomen enim a m. 1. exsulabat. Reliqui omnes *Romilia.* V. supra ad §. 2. Neque praenomen addi necesse est, quum nec Veturio collegae addatur, et mox utriusque praenomina praecesserint. Praeterea *a C. Calvia Cicerane tribunis plebis* Haverk. *a C. Calvia Cicerone tribuna plebis* Gaertn. *ab C. Calvo Cicerone tribuna plebis* Klockian. *ab C. Calvia tribunis plebis* Harlej. 2. *ab C. Calino Cicerane tribuno plebis* Voss. 2. [Veith.] *ab C. Calvia Cicerone tribuna plebis* Leid. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. *ab C. Calvio Claudio Cicerone tribuno plebis* Harlej. 1. utramque lectionem *Calvio* et *Claudio* jungens. *ab C. Calvio Claudio Cicereno* Florent. *ab Lucio Siccio tribuna plebis* ex Plinio legendum esse, ante Franc. Sanctium conjecit Pintianus ad Plinii 7, 28. Potuit tamen Livius alios auctores secutus esse, quam vel Dionysius, vel Plinius; quod Glareano etiam ad verba praecedentia visum est, ut et Pighio in Ann.

aedile plebis. Uterque magna Patrum indignatione 6

ad ann. ccxcix. p. 135. Non tamen locum mendo carere existimo. Persuadere enim mihi nequeo, plerosque librarios in nomine notissimo *Claudio* errasse, eique ignutius, et quidem plurimus eorum idem, substituisse.

Veturio ab L. Halieno aedili plebis] Pall. *Vetinio ab L. Alieno aedile plebis*. GEBH. *Veturio* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. *Vetinio* Voss. 2. Deinde praenomen aedilis plebis omittunt Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. Sed *C.* vocatur in Haverk. Insuper *Halieno* priscae edd. usque ad Sigunium, qui sine adspiratione *Alieno* dedit. Gronovius demum anno 1665. *Allieno* substituit Pighius vero in Ann. ad ann. ccxcix. p. 136. ubi ejus aedilitatem plebejam memorat, ut et ad ann. ccxcvii. p. 132. ad ann. cccv. p. 158. et ad ann. cccvii. p. 159. ubi ejus tribunatum primum tertium et quartum memorat, *L. Allienium* vocat. Semel, sed, ut puto, operarum culpa, ad ann. ccxcviii. p. 133. ubi refert ipsius tribunatum secundum, *L. Allienum*. Denique Sylburg. ad Dion. l. 10. p. 673. legendum existimat *ab L. Icilio*, quia Veturium secundum Dionys. accusavit Λεύκιος τότε ἀγορανομῶν, δήμαρχος δὲ τῷ παρελθόντι ἔτει γεγονὼς, et Λεύκιον Ἰκίλλιον vel Ἰκίλιον anno praecedenti tribunum fuisse idem Dionys. refert. Codices tamen Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Sigonio concinentes *Alieno* obferunt, quorum consensum spernere ausus non sum. Denique *aedile plebis*, excepto Gaertn. omnes codd. nostri modo dicti, et cum iis Portug. (* v. ad 31, 50, 10.) In loco etiam Plinii 7, 48. *Quae producta fuerat tyrocinio a M. Pomponio Aedili plebis*, quem adtulit Voss. 4. Gramm. 11. cod. Chifl. *aedile plebis* praefert. Charisius 1. Instit. Grammat. p. 96. *Aedile, ab hoc aedile, non aedili. P. Rutilius de vita sua quinto. et Varro de originibus scenicis secundo, A Claudio Pulchro aedile.* Et hic codicibus obsequendum putavi. [*ab L. Altero aedili* Veith.]

§. 6. *Romilius decem millibus aeris, Veturius quindecim millibus*] *XII. millibus* plerique habent codd. alii emendarunt *XV. millibus*. et recte. Nam Dionysius [l. 10. p. 674.] Veturii summam aït sesquiplam fuisse ad Romulii multam. Senatores autem, ut evitarent in posterum has poenas, invenerunt modum, ut multae summa constitueretur duorum boum ac triginta ovium; longe minor Veturii ac Romulii. GLAR. Tolle a fine sermonis hujus τὸ *millibus*. Id enim intellectum Livius voluit. Neque conspicitur in membranis. J. FR. GRON. *Romuleus* Leid. 2. *Romulius* Portug. *Romuli* Haverk. *Remilius* Lipsiens. *Romelius* Gaertn. Reliqui *Romilius* recte retinent. V. supra ad §. 2. Mox vox *aeris* abest a Leid. 2. *XII.* vero, pro *quindecim*, legunt priscae edd. Aldus postea *XV.* recte reposuit. ita enim superest in omnibus, quibus utor, codd. Error editorum unde profluxerit, infra v. ad 37, 22, 4. praeterea *millibus* posteriori loco non adparet in Voss. 1. Leid. utroque, et Harlej. 1. quorum ut et Gronovii codicum auctoritate delevi. V. infra ad 31, 34, 7. Monendum insuper, quod Glareanus de multae temperatae modo docet, cum per omnia secutum

damnatus, Romilius decem millibus aeris, Veturius quindecim. Nec haec priorum calamitas consulum segniores novos fecerat consules. *et se damnari posse* ajebant: *et plebem, et tribunos legem ferre non posse.*
7 Tum, abjecta lege, quae promulgata consenuerat,

esse Dionys. ita praeeuntem l. l. At viri docti docuerunt ex Varr. 1. Epist. Quaest. apud Fest. in voce *multa*, ex Fest. in voce *Peculatus*, et ex Gell. 11, 1. verius esse, maximam multam statutam fuisse triginta boum et duarum ovium. V. Pigh. in Ann. ad ann. cccxix. p. 135. quae caussa etiam Brisson. permovit, ut 1. Select. Antiq. 3. locum Dionys. corruptum existimaret, quem transpositione vocum ita sanare conabatur δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόας, quod jam Sylburg. observavit. Ceterum, quum Plinius loco jam aliquoties laudato l. 7, 28. tradiderit, Siccium, sive Sicinium, accusasse Romilium, et *fisco* sive, ut Salmasius aliique legunt, *ex fisco aeris decem donatum* esse, hic vero Livius *decem millibus aeris* eum damnatum dicat, verosimile esse Pintianus ibid. monuit, populum illa decem millia, quibus damnatus fuit Romilius, donasse tribuno suo L. Siccio accusatori. Quae tamen conjectura ingeniosior, quam verior, videtur; praesertim si vera tradit Dionys. qui l. 10. p. 676. narrat, Romilium, cui plebs multam remittere volebat, beneficium accipere noluisse, sed respondisse, ἀποδώσειν τὴν καταδίκην, ἱερὰν γὰρ ἤδη τῶν Θεῶν εἶναι. Quin nec ipsa Plinii verba id pati possunt, ita concepta, *donatus* etc. *fisco aeris decem captivis, et viginti simul bubus.* Decem enim millia aeris, quae multae nomine a Romilio exacta sunt, *captiva* dici nequeunt. Nisi quis probare mallet conjecturam Salmasii, legentis *e fisco aeris decem, capti aeris viginti millibus*, et alios Plinium, alios Dionysium auctores secutos esse statueret.

Nec haec priorum calamitas consulum] *Nec hic ec priorum* Harlej. 1. manifestum iterum exemplum librarios saepe duplicem lectionem, quam in cod. suo inveniebant, junxisse; de quo infra plura ad c. 44, 4. *Nec haec prior calamitas* Gaertn. Male. Non enim aliam postea calamitatem consules subierunt, ut haec *prima* dici possit. Nec simpliciter *consules* dici possunt, qui anno elapso magistratu abierant. Sed *priores*, id est anni prioris, *consules*, qui tum opponuntur *novis*, id est hujus anni, consulibus.

Et se damnari posse ajebant: et plebem et tribunos legem ferre non posse] Prima vocula exsulat ab Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Mox verbum *damnari* omittitur in Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. in cujus tamen posterioris margine adscriptum adparet. quasi dicerent, *se posse legem ferre*, id est, in manu ac potestate sua esse, ut lex ferretur, modo ei adversari desinerent; plebem vero et tribunos id facere non posse. Contra *τὸ posse* deficit in Fragm. Hav. a m. 2. quod tum ex fine periodi huc retrahendum foret. Editam tamen lectionem utrivis praefero. Neque audio virum doctum, qui in margine editionis Curio-

tribuni lenius agere cum Patribus. *Finem tandem certaminum facerent. si plebejae leges displicerent, at illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus, qui utrisque utilia ferrent, quaeque aequandae libertatis essent, sinerent creari.* Rem non adsperna- 8

nis scribendum conjicit *et se damnari non posse.* Tandem *agebant*, pro *ajebant*, Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. sollemni scribarum errore, de quo infra v. ad 8, 33, 23. Et ita mox peccatur §. 8. Ceterum alio modo etiam interpunxit librarius Lipsiens. Exhibet enim *segniores novos fecerat. Consules se* etc. Sed nihil in vulgata distinctione video, quare displicere debeat.

§. 7. *Quae promulgata consenuerat, tribuni lenius agere*] *provulgata* Harlej. 2. V. ad 3, 9, 5. Tum *levius agere* Harlej. 2. et Haverk. ubique obvio errore. V. ad 36, 31, 8.

At illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus] *ac*, pro *at*, Haverk. V. infra hoc libro ad c. 61, 4. Idem codex etiam *comiter*, pro *communiter*, praefert. Interdum ita in Mstis peccari, infra videbimus ad 25, 12, 9. *communiter legumatores* Florent. m. 1. *legum autores* m. 2. Tum prius *et* abest a Voss. 2. quem errorem in membranis frequentem esse, supra notavimus, ad 2, 44, 3. *qui ex plebe* habet Klockian. Paullo ante *facere*, pro *facerent*, exhibet Harlej. 1.

§. 8. *Rem non adspernabantur Patres, daturum leges neminem, nisi ex Patribus, ajebant. Quum de legibus conveniret, etc.*] Ridiculus et ineptus locus. Meus MS. recte, *laturum leges neminem, nisi ex Patribus et plebe. Cum de legibus* etc. Si quid vero mei judicii est, glossema puto, repetitum ex supra verbis, *At illi communiter legum latores, et ex plebe, et ex Patribus, sinerent creari.* etc. Lego igitur, *Rem non aspernantur Patres. Cum de legibus* etc. KLOCK. apud Cel. Burmannum in Syllog. Epist. t. 1. p. 392. Palat. pr. ac tertius *laturum*. Simile quid supra l. 1. GEBH. *laturum* et *daturum* saepe in Mstis commutari, supra dictum est ad 1, 4, 7. Quum tamen omnes mei in editam lectionem conspirent, eam etiam mutare non sustineo. *dare leges*, ut *dare jura* apud Virgil. 1. Aen. 292.

Cana Fides, et Festa, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabant.

5. Aen. 757.

Indicitque forum, et Patribus dat jura vocatis.

Praeterea *ni*, pro *nisi*, Voss. 2. quod errantis est librarii. Saepe enim hae voculae commutantur. V. ad 23, 1, 8. Deinde *agebant* Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. V. modo ad §. praec. Ceterum audacter admodum Klockius totam hanc periodum, *daturum leges neminem, nisi ex Patribus, ajebant*, glossematis accusat. Tribuni legum latores et ex plebe et ex Patribus creari volebant. Subjungit deinde Livius, quaenam Patrum ea de re sententia fuerit. *Rem non aspernabantur Patres*, nempe leges po-

bantur Patres: *daturum leges neminem, nisi ex Patribus*, ajebant. Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet; missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus; jussique inclitas leges Solonis describere,

pulo Romano ferri, ita tamen ut negarent alios, quam ex ordine Patriciorum lectos, leges illas conscripturos. Si ejicienda sunt, etiam invitis libris, quae quis salvo sensu abesse posse existimat, brevi alium plane Livium habebimus, ac Livius in Livio quaerendus erit. Id tamen si permissum sibi credidit Klockius, miror, cur non eadem opera deleri jusserit verba praecedentia, *Rem non adspernabantur Patres*, quae, sequentibus inductis, commode servari nequeunt. Egerant tribuni cum Patribus, *legum latores, et ex plebe, et ex patribus, sinerent creari.* Nisi itaque retineantur verba, quae pro glossemate Klockius habuit, illa *Rem non aspernabantur Patres*, indicabunt, probasse Patres, quidquid tribuni proposuerant, adeoque etiam ut legum latores et ex plebe et ex Patribus crearentur. Maneant itaque, quae sine dispendio sensus abesse nequeunt.

Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparent] Scribendum, *de latore tantum discreparet.* Quemadmodum enim *convenit* usurpatur, sic et *discrepat.* Ita quoque Suetonius usus est. RHEN. *discreparent* quidem servant Harlej. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] verum iidem simul *convenirent* exhibent. *discreparet*, id est, *discreparetur*, habet Lipsiens. *disceptaret* erat in Fragm. Hav. a m. 1. *disceptarent* a m. 2. at *discreparet*, ut Rhenanus voluit, habent Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. 1. et Gaertn. Nullum itaque dubium est, quin vera haec sit lectio. Liv. infra 8, 40, 1. *Nec discrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi caussa creatus sit, an ut esset, qui ludis Romanis signum mittendis quadrigis daret.* (* 22, 61, 10.) 38, 56, 5. *Nec inter scriptores rerum discrepat solum, sed orationes quoque, si modo ipsorum sunt, quae feruntur, P. Scipionis et Ti. Gracchi, abhorrent inter se.* Locus vero Suetonii, quem innuit Rhenanus, exstat in Claudio 44. *Et veneno quidem occisum convenit; ubi vero et per quem dato, discrepat.*

Missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus] Et in his variatum est nominibus. *Album* enim non addit Dionysius [l. 10. p. 676.] et Sulpicium non *Publium*, sed *Servium*, praenominat, qui fuit consul anno ab urbe condita CCXCIII. In A. Manlio hoc loco uterque convenit. Quod si hi consulares erant, ut verosimile est, in praenominibus variatum et Manlii praenomen. GLAR. Dionysius legatos hos viros consulares fuisse tradit. Itaque Sulpicius idem est, qui consul fuit anno CCXCI. post autem decemvir erit. Quod cum ita sit, profecto, cum in consulatu *Ser. Sulpicius* nominetur [supra c. 10.] etiam in legatio-

et aliarum Graeciae civitatium instituta, mores, juraque noscere.

XXXII. Ab externis bellis quietus annus fuit; 1 quietior insequens, P. Curiatio et Sex. Quinctilio consulibus, perpetuo silentio tribunorum: quod

ne et post in decemviratu *Servius* appelletur, necesse est. SIG. Glareanus ad Dion. Halic. l. 10. p. 680. observat, dubium esse, utrum verba Dionysii ἅπαντες ὑπατικοὶ referenda sint tantum ad tres decemviros ultimo loco numeratos, C. Julium, T. Veturium, P. Horatium, an vero ad omnes decemviros, adeoque ad hos tres legatos, qui legum describendarum caussa Athenas missi sunt. Posterius tamen verius puto. Ceterum *Albinus*, pro *Albus*, est in Gaertn. et Neapolit. Latinii. Male. V. supra hoc lib. ad c. 4, 1. Deinde *A. Manilius* Leid. 2. Harlej. 2. et Gaertn. V. ad 2, 54, 1. ubi ex hoc loco aliisque *A. Manlius*, pro *C. Manlius*, legendum esse monitum est. Denique Sulpicio *Publii* praenomen in omnibus meis Mstis constanter tribuitur. Pro eo tamen *Servii* praenomen substituendum esse, Sigonio consentit Pighius in Annal. ad ann. ccciii. p. 145. V. etiam Sigonium ad Liv. 3, 50, 15. Utrum vero dissensus inter Liv. et Dion. Hal. circa Sulpicii praenomen tolli possit, statuendo eum duplex praenomen *Publii* et *Servii* habuisse, v. ad Liv. 9, 36, 2. *Suplicius* literis transpositis dicitur in Lipsiens. V. supra hoc lib. ad c. 10, 5. *Camerinus* Sulpicii cognomen omittit Portug. quod alii mei servant. Denique trajectis vocibus *P. Sulpicius Camerinus*, *A. Manlius* habent vetustiores excusi. Eo ordine, quo nunc vocabula circumferuntur, primus edidit Aldus, cum quo faciunt omnes codd. nostri.

Et aliarum Graeciae civitatum instituta] *civitatium* Florent. Leid. 1. Harlej. 2. et antiquiores excusi; pro quo Aldus demum *civitatum* edidit. sed sine caussa. V. infra ad 33, 20, 11. Paullo ante *jussi*, pro *jussique*, Harlej. 1. *jussitque* Lipsiens. [*alia Graeciae* Veith.]

§. 1. *P. Curiatio et Sex. Quinctilio consulibus*] Dionysius [l. 10.] P. Horatium cum hoc loco [p. 676.] tum postea inter decemviros [p. 680.] ponit. Verum Livium Dionysiumque diversos secutos auctores crediderim, ut l. 1. de Curiatiis ac Horatiis accidit. Ceterum ante hos consules idem Dionysius [p. 676.] aït, trecentos annos ab urbe condita expletos. Hic igitur annus est trecentesimus primus, quod nos in ratione temporum secuti sumus. GLAR. Pighius in Annal. ad ann. ccc. p. 136. Dionysium secutus, hujus anni consulem, Quinctilii collegam, potius *P. Horatium* dictum fuisse existimat, eaque ratione sententiam firmat, quod ex Curiatiorum gente raros, immo nullos, habeamus hujus temporis consules. Probare tamen nequeo audaciam Gruteri, qui in postrema ed. *P. Horatio*, pro *P. Curatio*, vulgari curavit, quod recte Gronovius iterum anno 1665. ejecit. Ceterum in editionibus varie editum exstat, modo *Curatio*, modo *Curiatio*. Ex scriptis nostris *Curiatio* tantum praeferunt

primo legatorum, qui Athenas ierant, legumque
2 peregrinarum exspectatio praebuit; dein duo simul
mala ingentia exorta, fames pestilentiaque, foeda
homini, foeda pecori. Vastati agri sunt: urbs assi-
duis exhausta funeribus; multae et clarae lugubres
3 domus. Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus;

Harlej. 2. et Haverk. Verum iidem cap. seq. §. 3. *Curatius* servant, quemadmodum contra *Curiutius* ibi legunt Voss. ambo, Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. qui omnes hoc loco exhibent *Curatio*. V. supra ad 1, 24, 1. *Curatiam* gentem et patriciam et plebejam agnoscit Sigonius infra ad 5, 11, 4. Sed ubique apud Livium *Curiatios* restitui. Vide, ad ultimum locum Livii quae notantur. Paullo ante *annus quietus fuit* est in Haverk.

§. *Deinde duo simul mala ingentia exorta*] Est in veteri *dein duo simul mala*, non *deinde*. RHEN. *dein duo simul mala* etiam Leid. 1. Harlej. 1. et Fragment. Hav. quod recepi. Vide, quae supra notantur ad 3, 3, 6. Mox in verbis sequentibus *fame pestilentiaque*, pro *fames*, Harlej. 2. *fames pestilentiaeque* Leid. 1. et Gaertn. quorum posterior deinde alio ordine *vastati sunt agri* praefert.

§. 3. *Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus*] *Ser. Sextus Cornelius* Harlej. 1. et Florent. cujus posterioris excerptis nunc demum uti incipio beneficio insigni viri Inl. Thomae Cookii, qui, olim per Italiam peregrinatus, et haec et alia auxilia, novam Livii editionem daturis ex usu futura, inde secum felicibus avibus in Angliam adtulit. Ceterum *Flaminem Quirinales* corrupte Leid. 1.

Augur C. Horatius Pulvillus: in cujus locum C. Veturium etc. *augures legerunt*] Ut dixi [ad c. 31, 2.] lege *Sp. Veturium*. SIG. *augurem C. Veturium* etc. *augures legerunt*, reliquis omissis, Voss. 2. *in cujus loco C. Veturium* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *in cujus locum tum C. Venturium* Voss. 1. et Leid. 2. *in cujus locatum C. Veturium* Leid. 1. Forte dare voluit *in cujus loco tum*, ut praeferunt Lipsiens. et Gaertn. [*in cujus loco Cor. Veturium* Veith.] Sed vulgatum probum est, et passim in Livio obcurrit. 25, 2, 2. *In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Caepio pontifices subfecti sunt.* 26, 23, 7. *Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt, novique subfecti; in locum M. Aemilii Numidue decemviri sacrorum M. Aemilius Lepidus: in locum M. Pomponii Mathonis pontificis C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris M. Servilius.* 40, 42, 13. *Augur Sp. Postumius Albinus decessit. In locum ejus P. Scipionem, filium Africani, augures coopturunt.* et saepe alibi. V. Cortium ad Sallustii Jugurth. 14, 1. Ceterum *augur Cornelius Horatius* Gaertn. a m. 1. Sed *augur Titus Horatius* emendatur m. 2. Tum *Pulvillius* Florent. *Pulvilius* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. uterque, et Fragm. Hav. *Pulviltus* Leid. 1.

§. 4. *Mortuus consul Quincti-*

augur C. Horatius Pulvillus: in cujus locum C. Veturium eo cupidius, quia damnatus a plebe erat, augures legere. Mortuus consul Quinctilius, qua- 4
tuor tribuni plebis. Multiplici clade foedatus annus. ab hoste otium fuit. inde consules C. Menenius, P. 5
Sestius Capitolinus. Neque eo anno quidquam bel-

lius, quatuor tribuni plebis] o-*tres tribuni plebis* vetustiores excusi, pro quo Aldus *quatuor* dedit. Et ita legunt omnes codd. mei; nisi quod *vir tribuni plebis* Gaertn. Tum *tribuni plebei* Klockian. *tribuni plebi* Florent. et Leid. 1. V. supra ad 2, 42, 6. Insuper *foedatus clade* transpositis vocibus Leid. 2.

§. 5. *Inde consules C. Menenius P. Sextilius Capitolinus. Neque eo anno quidquam belli externi fuit*] In manuscripto codice legitur *Publius Sextius Capitolinus.* et mox [cap. seq. §. 4.] *Sextio alteri consulum prioris anni.* RHEN. Hi consules in plerisque Livii codd. decrant. Qui nuper apposuerunt, ex Dionysio emendasse videntur. In quo tamen [l. 10. p. 678.] *L. Menenius* appellatur, non *C.* Alter autem sive *Sextius*, sive *Sestius*, non *Sextilius*, ut errant quidam libri. GLAR. C. Menenium Diodorus [l. 12. p. 300.] et Festus [v. *Peculatus*] *T. Menenium* vocant. Placet autem, ut sit T. Menenii ante consulis filius. P. Sextium Dionysius [l. 10. p. 678.] et Diodorus *Σήσιον*, auctores Capitolini, *Sestium* nominant. *Sestii* autem patricii, *Sextii* plebeji fuerunt, ex quibus is exstitit, qui primus e plebe consulatum cepit. SIG. In Livii vetustioribus quibusdam exemplaribus (ut recte animadvertit Cuspinianus) hi consules omnino desiderantur. Legitur enim, *ab hoste otium fuit, domi motus orti.* quo loco haec ita (ut correctiores docuere libri) sunt restituenda. *ab hoste otium fuit. inde consules T. Menenius P. Sestius Capitolinus. Neque eo anno quidquam belli exteri fuit. domi motus orti.* Nomina tamen consulum passim quisque ex ingenio suo corrupit. Apud Livium enim et Cassiodorum alter consulum *P. Sextius*, alicubi *Sextilius* appellatur, quem Dionysius et Diodorus recte *Πόπλιον Σήσιον* dixere. His etiam accedunt Capitolini fasti. Cognomen *Vaticani* perperam ex tabulis suis adjunxit Cuspinianus. *Capitolinum* appellari testantur Fragmenta antiqua fastorum Capitolinorum et tabulae Graecae, quae *Capitolinum et Lanatum* consules produnt. Item cum Diodoro et Livio Sex. Pompejus in vocabulo *peculatus.* Menenii consulis praenomen variarunt admodum librarii. Livio *Cajus* est, Dionysio *Lucius.* Diodoro autem et Sex. Pompejo *Titus;* quod placet, ut sit ejus filius, qui consul fuit anno CCLXXVI. PIGH. in Annal. ad ann. CCCI. p. 137. Ne quis suspicetur, hos consules non reperiri in MSS. codicibus, magis quam in aliquot editionibus, ut meminit Glareanus, testor exstare omnino in Pall. tribus. GRUT. Quae aberant ab antiquioribus edd. primus Aldus adjecit. Eadem etiam constanter supersunt in o-

6 li externi fuit. domi motus orti. Jam redierant legati cum Atticis legibus. eo intentius inftabant tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret. Placet creari decemviros sine provocatione, et ne quis

mnibus codd. meis, si unum Lipsiens. excipias, ut et in Hearnii Oxoniensibus. in quibusdam tamen variant. §. *Menenius* Klockian. *T. Menenius*, quo praenomine eum adpellandum censent viri docti, vocatur in Oxon. L. 2. et N. alter consulum *P. Sextilius*, ut Aldus ediderat, dicitur etiam in Voff. 2. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. Fragment. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et C. *P. Sexitius* in Voff. 1. *P. Sextius* in Leid. utroque, et Harlej. 1. pro quo recte viri docti ex fide marmorum Capitolinorum et scriptorum Graecorum *P. Sestius* ediderunt. Saepe *Sestius* et *Sextius*, diversarum gentium nomina, in Mftis commutantur. V. infra cap. seq. §. 3. l. 4, 50, 2. ad Epit. Liv. l. 6. l. 123. (* ubi plura vide.) et alibi. [*P. Sextilius capit* Veith.]

Neque eo anno quidquam belli externi fuit] *eterni belli fuit* Haverk. errore librarii. Solent autem interdum voces *aeternus* et *externus* commutari. V. supra hoc libro c. 16, 2. et 4, 35, 5. (* 5, 21, 5. 10, 31, 13.)

§. 6. *Ut tandem scribendarum legum initium fieret*] *ut eandem* aberrante scribae manu exaratum exftat in Leid. 1. quod ab aliis emendatum hoc modo eft ut *earundem scribendarum legum initium fieret*, quemadmodum supereft in Haverk. et Lipsiens. Sed, utraque lectione juncta, *ut tandem earumdem scribendarum legum initium fieret*, Gaertn. praefert.

Placet creari decemviros sine provocatione, et ne quis eo anno] *placeret creari* Voff. 1. Leid. uterque, Gaertner. et Portug. [Veith.] quasi penderet ex praecedentibus *instabant tribuni, ut*. Sed potius refert his verbis Livius, quid tribuni inftando a patriciis obtinuerint, unde requiritur *Placet*. Olim perperam scriptum fuiffe videtur *Plac'et*, vel librarii se ita scriptum vidiffe exiftimarunt. V. infra ad 39, 52, 6. Praeterea *τὸ et* abeft a Voff. 1. et Leid. 2. quasi librariis displiceret duplicem conftructionem *creari* et *ne quis esset* ab eodem verbo *Placet* regi, quod tamen et apud Livium et apud alios frequenter observatur. Infra 31, 44, 5. *Plebs scivit, ut Philippi imagines* etc. *tollerentur*. etc. *loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris ejus caussa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quidquam postea poni dedicarive placere*. ubi plura vide.

§. 7. *Admiscerenturne plebeji, controversia aliquamdiu fuit*] ita primus edidit Aldus in erratis, quum in contextu dediffet, *ne quis eo anno alius magistratus esset admiscerenturve plebei. Controversia aliquamdiu fuit: postremo* etc. priores autem *ne admiscerentur*, pro *admiscerenturne*, habuiffent. Aldinam lectionem partim probant scripti, partim eorum, licet corruptorum, veftigia nos eodem ducunt. Certe *Admistratorve plebi* corruptiffime obfert Haverk. *admi-*

quis eo anno alius magiſtratus esset. Admisceren- 7
turne plebeji controversia aliquamdiu fuit. poſtremo
concessum Patribus, modo ne lex Icilia de Aventino, aliaeque sacratae leges abrogarentur.

XXXIII. Anno trecentesimo altero, quam con- 1

scerentur nec plebi Leid. 1. *admiscerenturne plebi* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. et Portug. a m. 1. in quo a m. 2. emendatum *plebei.admisceretur ne plebs* Harlej. 2. [*admisceretur ne plebi* Veith.]

Modo ne lex Acilia de Aventino aliaeque sacratae leges abrogarentur] *Icilia* legendum puto: videlicet quam L. Icilius tribunus plebis pertulit quinto ante anno, ut auctor eſt Dionysius l. 10. [p. 657.] GLAR. Haec lex a L. Icilio tribuno plebis lata eſt anno CCXCVIII. ut aït Dionysius [l. 10. p. 657.] Itaque legendum procul dubio *Icilia*. SIG. Quemadmodum Glareanus et Sigonius legendum monuerunt, se etiam in Oxon. L. 1. et 2. scriptum vidiſſe, teſtatur Cl. Hearne. Et ita jam editum eſt Mediolani anno 1505. Nulli tamen codicum, quibus utor, consentiunt. Nam *Acilia*, ut editi, uno excepto, omnes ante Sigonium servant, eſt in Florent. Voſſ. utroque, Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *Acilicia* in Portug. *Attilia* in Leid. 2. *Atilia* in Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *Actilia* in ejusdem cod. N. *Atilicia* in Gaertn. Praeterea *aliaeque sacratae leges abrogarentur* desunt in Voſſ. 1. Leid. utroque, et Lipsiens. cujus poſterioris tamen margini a m. 2. adscripta sunt.

§. 1. *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat*] Ab urbe condita usque ad primos consules fuere anni CCXLIV. A primis autem consulibus usque ad decemviros anni sunt quinquaginta octo. Ergo nunc trecentesimus alter expletus eſt, et priores decemviri anno trecentesimo tertio imperarunt. Apud Livium autem de his quinquaginta octo annis omissi sunt tres anni injuria temporum, ut jam saepe, sed suis locis, admonuimus. GLAR. *trecentesimo secundo* dicit Dionysius. Dodwellus de Cyclis Diſſert. 10. sect. 76. eos non diſſentire putat. DUKER. De spatio trium annorum in Livio omiſſo et variis virorum doctorum circa illud opinionibus v. supra ad princip. libri secundi. Ex eorum diſſensu hoc profluit, quod Glareanus verba Livii *anno trecentesimo altero* accipiat de anno trecentesimo secundo inpleto, quasi Livius dixiſſet, decemviros creatos eſſe anno trecentesimo secundo finito, quum trecentesimus tertius inciperet; Sigonius vero de anno trecentesimo primo incepto, adeo ut credat, primum decemvirorum annum incidere in eundem illum annum trecentesimum primum: cujus etiam verior videtur opinio. V. ejus annotat. in librum Robortelli de convenientia subputationis. Ceterum *Trecentesimo anno altero* Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Portug. quomodo etiam Aldus edidit. Priorem tamen ordinem vocabulorum in erratis revocavit. *Anno tricentesimo et altero* Voſſ. 2.

dita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab consulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad consules venerat, translato imperio.
2 Minus insignis, quia non diuturna, mutatio fuit. laeta enim principia magiſtratus ejus nimis luxuriavere. eo citius lapsa res eſt, repetitumque, duobus
3 uti mandaretur consulum nomen imperiumque. De-

tricentesimo etiam Leid. 2. et Fragm. Hav. *Anno altero*, media voce omiſſa, Haverk.

Ab consulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus] *a consulibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Similiter *a regibus* Leid. 1. cum quatuor poſterioribus codd. Paullo ante *iterum interim mutatur*, addita media voce, Gaertn. Verum ea olim pro varia lectione margini adjecta videtur. Solent enim *interim* et *iterum* commutari. V. ad 10, 18, 1. Poſtea vero superſtitiose diligens librarius simul cum altera voce, cui pro varia lectione adscripta erat, junctam in contextum recepit.

§. 2. *Eo citius lapsa res est*] *res lapsa est* Haverk. *lapsa res*, verbo omiſſo. Harlej. 2. Paullo ante *nisi diuturna*, pro *non diuturna*, praefert Voſſ. 2. Tum paullo ante *nimis* deficit in Gaertn.

Duobus uti mandaretur consulum nomen imperiumque] Vellem, ut vellent veteres libri, *repetitumque, duobus uti mandaretur consulum nomine imperium*. J. FR. GRON. Ita Tacit. 1. Annal. 1. *Cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit*. et c. 9. *Non regno tamen neque dictatura, sed Principis nomine constitutam rempublicam*. Verum non addicunt codices, qui in vulgatum conſpirant, nisi quod *ut*, pro *uti*, habeat Portug. Deinde *mandaretur consulibus nomen imperiumque* Harlej. 2. et Haverk. Qui error inde natus eſt, quod indocti librarii ignoraverint, quemadmodum efferenda foret vox concise *conſ* scripta, quod saepe turbas dedit. V. infra ad 10, 10, 2. Insuper *consulum mandaretur nomen* habet Gaertn. *imperiique*, pro *imperiumque*, Lipsiens.

§. 3. *T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius*] *T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius*, ex tabulis Capitolinis, ut ante dixi. SIG. Andreas edidit *Sestius*. Palat. sec. *Sextilius*. mox habet *et Sextilio alteri consulum*. ut et *C. Sulpitius*. GEBH. *Genutius* plerique codd. retinent. Sed *Genucius* scribit optimus Florent. Et, ita scribendum eſſe, supra etiam Sigonius monuit ad 2, 52, 3. Praenomen *Caji* ei tribuunt Voſſ. 1. et Leid. 2. sed *T. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRIN.* vocatur in Faſtis Capit. Tum *Sextilius* Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. *Sextius* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. Sed priscae edd. recte servant *Sestius*, pro quo demum Frobenius anno 1531. *Sextius* reposuit. In Capitolinis marmoribus nomen ejus intercidit. Quum ta-

cemviri creati Ap. Claudius, T. Genucius, P. Se-
ftius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser.
Sulpicius, P. Curiatius, T. Romilius, Sp. Poftu-
mius. Claudio et Genucio, quia designati consu- 4
les in eum annum fuerant, pro honore honos red-
ditus: et Seftio alteri consulum prioris anni, quod
eam rem collega invito ad Patres retulerat. His pro- 5

men anno proximo consul fuerit, ut Livius tradit, ibi supereft, et vocatur *P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITO* : : :. V. supra ad cap. praec. §. 5. Veturio *Lucii* praenomen tribuitur in omnibus meis. Eumdem vero fuisse, qui *Cajus* supra vocatur c. 31, 2. et utrobique *Spurium* vocandum effe, censet Sigonius ad eum loc.

A. Manlius] Hic plane omittitur in Portug. *A. Naulus* dicitur in Haverk. *A. Maulius* in Lipsiens. *A. Manilius* in Leid. 1. Gaertn. et Harlej. 2. V. ad 34, 53, 2. In Faftis Capitolinis *A. MANLIVS. CN. F. P. N.* vocatur.

P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius] *Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius*, ut ante dixi. SIG. *Sulpicius*, non *Sulpitius*, scribendum effe, monuit Sigonius ad Liv. 2, 19, 1. Ei autem hic *Publii* praenomen tribuunt Voff. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. Fragm. Hav. Florent. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. [Veith.] Sed *Caji* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Nullum praenomen in Oxon. B. reperit Hearne. Sed *Servii* praenomen habuiffe, Sigonius supra docuit ad c. 31, 8. Tum *Coratius* Portug. *Curiatius* Florent. Voff. ambo, Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] V. ad c. 32, 1. Denique *T. Romolius* Leid. 1. *T. Romulus* Leid. 2. *T. Romulius* Florent. Voff. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Sed *T. Romilium* dictum fuiffe, Sigonius docuit ad Liv. 3, 31, 2.

Sp. Posthumius] Vet. lib. *Postumius Albus*. SIG. Pall. duo *Sergius Postumus*. sec. vero *Postumius Albus*. GEBH. Poftumii praenomen non adparet in Leid. 1. Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. quorum duo pofteriores eidem cognomen *Albus* tribuunt, quod a reliquis omnibus exsulat. *Sergius Postumius* habent Voff. 2. et Gaertn.

§. 4. *Quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honor redditur*] *qui designati consules* editt. primae. Aldus deinde recte *quia* reposuit. Et ita habent omnes codd. Alibi saepe ita peccatur. V. ad 36, 33, 5. Deinde *designati consules eo anno* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Sed alterum verum eft. Non enim *eo anno* designati consules erant, sed anno praecedenti, et quidem *in eum annum*, quo decemviri fuerunt. [*designati supra consules* Veith.] Denique *honos*, pro *honor*, omnes mei, quibus proinde dicto obediens fui. qua terminatione mox §. seq. eam vocem adhibet. Etiam infra 4, 6, 10. *Si cum his gerendus esset honos*.

Sestio alteri consuli (* lege *consulum*) *prioris anni*] Quum

ximi habiti legati tres, qui Athenas ierant. simul ut pro legatione tam longinqua praemio esset honos: simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant. Supplevere ceteri nu-
6 merum. Graves quoque aetate electos novissimis suffragiis ferunt, quo minus ferociter aliorum sci-
7 tis adversarentur. Regimen totius magistratus pe-

hoc modo in primis edd. exstaret, Rhenanus ad cap. praec. §. 5. *Sextio* scribendum ex Msto monuit. Et ita praeferunt ambo Voss. Leid. 2. Portug. et Fragm. Hav. *Sextilio* Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Sed recte *Sestio* servant hoc loco Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. quamvis et hoc cap. §. 3. et cap. praec. §. 5. *Sextio* scribentibus consenserint. Vide, quae ad cap. praec. notata sunt.

§. 5. *His proximi legati tres habiti*] *His proximi habiti legati tres* Florent. Gaertn. Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. *His proximis habiti legati tres* Leid. 2. et Portug. *Hiis proximis habiti legati tres* Fragm. Hav. *His proximi legati habiti tres* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. [*proximi legati additi tres* Veith.] Mox *Athenas erant* errore scribae Harlej. 1. V. infra ad 39, 21, 6. *Athenas irant* Leid. 1.

Praemio esset honos: simul peritos legum peregrinarum] *praemio honos esse* [*esset?*] Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragment. Hav. [Veith.] Praeterea *legum peritos peregrinarum* Haverk. Paullo ante in verbis praecedentibus *simul et pro legatione*, pro *simul ut*, Gaertn. Saepius hae particulae in Mstis confunduntur. V. ad 21, 28, 8. Mox vero *ad condendum nova jura* Leid. 2. [*Simulque peritos* Veith.]

§. 6. *Graves quoque aetate electos novissimis suffragiis ferunt*] *graves quos aetate* Haverk. ut indicet Livius, hos ceteros, qui numerum supplevere, aetate graves electos fuisse, idque ad illos in specie restringat. Alii tamen omnes stant ab edita lectione.

§. 7. *Regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis*] Nescio, quid sibi velint Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. qui post voces *Appium erat* addunt has duas *P. Lucius*. Praeterea *pavor plebis* Lipsiens. *pavore plebis* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. et Gaertn. quomodo saepe indocta librariorum natio peccare solita est. Ita variant scripti libri supra 2, 54, 9. (* 4, 61, 8. 8, 36, 3.) et apud Silium Ital. 3, 690. ubi plura exempla vide. Ratio esse potest, quod olim pro *favore* scripserint quidam *phavore*, quemadmodum se in eod. suo invenisse Klockius testatus est ad marginem Livii. *favore plebi* habet Florent. a m. 1. unde *plebis* factum a manu recentiore. V. supra ad 2, 42, 6.

Adeoque novum sibi ingenium induerat] *adeo quodve novum* Voss. 2. librarii culpa, qui dare voluisse videtur *adeo quoque novum*. Sed v. ad 5, 27, 1. [*ad-*

nes Appium erat favore plebis. adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque aurae popularis captator evaderet, pro truci saevoque insectatore plebis. Decimo die jus populo 8
singuli reddebant. eo die penes praefectum juris fasces duodecim erant: collegis novem singuli accensi adparebant. et in unica concordia inter ipsos

eo sibi novum Veith.] Mox *omnisque ante* perperam, pro *aurae*, Gaertn. De *aura populari* v. ad 6, 11, 7. Insuper *captor* non recte, pro *captator*, Harlej. 2. et Portug. a m. 1. *captare auram libertatis* infra habemus hoc lib. c. 37, 1. *captare tempus*, *occasionem*, de quo v. Cl. Duker. ad Flor. 3, 5, 5. Praeterea loco τοῦ *pro truci*, Haverk. habet *quod truci*. Denique *serioque*, pro *saevoque*, Klockian.

§. 8. *Decimo die jus populo singuli reddebant*] *Decumo die* Florent. et Leid. 1. V. supra ad 2, 59, 11. Tum *jus populi* Voss. ambo. Hinc *singulis* Leid. 1. Tandem *tradebant*, *reddebant* Voss. 1. sed priori voci adduntur notae, eam expungendam esse indicantes.

Penes praefectum juris fasces duodecim erant: collegis novem singuli accensi adparebant] *penes praefectum nūs fasces* Gaertn. errore ex compendio nato, quod *ju'is*, pro *juris*, scriptum fuerit. Hinc *fasces erant duodecim* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et Gaertn. *fasces XV. erant* Klockian. Facile *II.* sive nota numeri binarii, in *V.* sive notam numeri quinarii, corrumpi potuit. V. infra ad 37, 22, 4. Tum *accessi*, pro *accensi*, ex librariorum errore praeferunt Voss. 2. et Neapol. Latinii. Denique *appellabant* Gaertn. et Voss. 1. [Veith.] sed in margine posterioris *apparebant* recte adscribitur.

Et unica concordia inter ipsos (qui consensus in privatis interdum inutilis esset) summa adversus alios aequitas erat] Hunc locum sciolus quispiam pro libidine sua tractavit. Germana lectio sic habet, *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis esset, summa adversus alios aequitas erat.* RHEN. Nobilis locus criticorum contentionibus. Rhenanus rescribendum docet, ut habet quoque Andreae editio, *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis esset.* Sigonius ex libro Mureti *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum consiliis utilis esset.* hoc sensu. Erat, inquit, summa adversus hos aequitas posita in unica inter ipsos decemviros concordia, *qui consensus in privatis interdum consiliis utilis esset*, id est, si privati in consiliis capiendis secum saepe consentiant eo modo, quo decemviri, qui erant in magistratu, inter se concordarunt, utile futurum reipublicae. neque enim civiles dissensiones, quas tum habebat in manibus Livius, fuisse consecuturas. Haec et plu-

(qui consensus privatis interdum inutilis esset) summa adversus alios aequitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notasse, satis erit. Quum sine provocatione creati essent, defos-

9

ra Sigonius. At Robortellus probat lectionem contrariam. *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus in privatis interdum inutilis esset.* hac mente: si inter se consentiant privati homines, interdum id magno aliorum malo fieri. Praecipuas Criticorum altercationes proposui, videamus differentiam librorum Pall. quorum primus ac tertius, *et inimica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum utilis esset.* Sec. *et unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis consiliis interdum inutilis esset.* Nihil sani, multo minus in Campani ed. *et in unica concordia inter ipsos: qui consensus ne privatis interdum inutilis esset.* GEBHARD. *et in unica concordia inter ipsos, qui census privatis interdum utilis esset* Leid. 1. *et in unica concordia inter ipsos, quae consiliis privatis interdum inutilis esset* Gaertn. *et in unica concordia inter ipsos, quae consciliis privatis interdum utilis esset* Lipsiens. *et unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis interdum inutilis esset* Leid. 2. *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus privatis consiliis interdum utilis esset* Haverk. *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus consiliis privatis interdum inutilis esset* Harlej. 2. et Portug. in margine, quum vox *consiliis* in contextu non exstet. *et in unica concordia inter ipsos, qui consensus ne privatis interdum inutilis esset* Latinii Neapolit. Reliqui omnes libri mei, Florent. Voss. ambo, Harlej. 1. Portug. in ipso contextu, et Fragment. Hav. firmant lectionem, quae Rhenano placuit. Eadem etiam fuisse videtur in Hearnii Oxoniensibus, qui ex illis nihil ad hunc locum adtulit. Puto autem illam veriorem esse, et quidem hoc sensu. Quamvis decemviri maxima concordia inter se omnia administrarent, simul tamen summa aequitate erga alios agebant; quum ceteroquin evenire soleat, quemadmodum etiam annis sequentibus evenisse Liv. narrat c. 36. ut magistratuum consensus privatis, id est, reliquis civibus, inutilis sit, id est, plurimum noceat. *inutilis* hic est damnosus. Ita infra 5, 5, 11. *Videte, quot res, quam inutiles, sequantur illam viam consilii.* Miosis haec est Livio familiarissima, quam Casauboni verbis inlustramus ad Liv. 30, 45, 5. ubi etiam inter alia docet, apud Aenean Tactic. similiter *ἄχρηστον inutile* poni pro eo, quod inprimis periculosum est. Vocem *consiliis* a mala manu profectam esse, illud non obscure innuit, quod, ubi ponenda sit, tanta inter codices discordia sit. alius enim ante, alius post vocem *privatus*, alius denique post vocem *interdum* inseruit. Ceterum Gebhardus Sigonii et Robortelli contentiones, de vera lectione et sensu hujus loci, non observato ordine proposuit, et, quod praecedere debuerat, perperam omisit; quod incautis inponere, eosque in errores praecipitare posset. Nimirum, olim Sigonius in prima Scholiorum edit. monuerat, veterem librum unum habere *in priva-*

so cadavere, domi apud P. Seſtium, patriciae gentis virum, invento, prolatoque in concionem, in re juxta manifeſta atque atroci, C. Julius decemvir diem Seſtio dixit, et accusator ad populum exſtitit,

tis, alterum *privatis consiliis interdum utilis*, inde legendum sibi videri teſtatur, *qui consensus in privatis interdum consiliis utilis esset*. Hanc ejus conjecturam refellere conatur Robortell. de cor -enientia subputationis Livianae p. 8. Poſtea Sigonius 1. Emend. 2. non quidem priorem illam conjecturam defendit, sed novam ex Mureti libro proponit, quam Gebhardus hic adtulit, quae a priori in eo tantum diversa eſt, quod *privatis* τοῖς *in privatis* subſtituat. Quum tamen poſtea Sigonius in repetitis Scholiorum edd. et priorem et alteram conjecturam omiserit, sententiam mutaſſe, et lectionem Rhenani probaſſe videtur, praesertim quum eam etiam in contextum receperit, contra atque in priori ed. factum fuerat.

§. 9. *Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notasse, satis erit*] Τὸ *eorum* in contextu Portug. deficit, sed tamen in margine legitur. *moderationis ejus* eſt in Harlej. 2. Lipsiens. et Gaertn. quorum primus et tertius etiam *satis erat*, pro *erit*, praeferunt.

Apud P. Sextium, patriciae gentis virum] In noſtro exemplari non eſt *Publium Sextium*, sed loco praenominis dimiſſa lacunula. RHEN. *P. Sextium* omnes mei, praeter solum Florent. in quo deficit praenomen *Publius*, ut de suo etiam notavit Rhenanus. Contra *P. Sestium* habent priscae edd. usque ad Frobenium, qui anno 1531. *P. Sextium* vulgavit. At, alterum verum eſſe, conſtare poteſt ex illis, quae ad cap. praec. §. 5. notantur. Recte igitur Sigonius illud reduxit, cui tamen demum Gruteri poſterior auscultavit. Ceterum *defenso cadavere*, pro *defosso*, Gaertn.

Invento prolatoque in concionem] *inventum* Leid. 1. et Lipsiens. Tum *ploratoque*, transpositis perperam literis, iidem codd. Demum *in concione* Voſſ. 1. et Leid. 2. *in contentionem* Florent. sollemni et obvio scribarum errore. V. infra ad 4, 6, 4.

§. 10. *In re juxta manifesta atque atroci*] *in re justa manifesta atque atroci* Voſſ. ambo, Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *in re justa manifestaque atque atroci* Lipsiens. V. infra ad 6, 6, 18. *Juxta* ut 1, 54, 9. *Absentium bona juxta atque interemtorum divisui fuere.* ubi alia vide. 10, 6, 9. *Juxta eam rem aegre passi Patres, quam quum consulatum vulgari viderent.* et alibi saepe.

Accusator ad populum exstitit, cujus rei judex legitimus erat] *accusatio ad populum exstitit, cui rei judex legitimus erat* Haverk. Sed, *accusatio* ex errore librarii profluxiſſe, oppositum *judex* evincit. *cui rei judex* eo modo dictum videri poſſet, quo *adjutor consiliis*, *amicus populo Romano*, et multa similia, de quibus dicam infra ad 39, 47, 10. Tum autem *rei* foret a recto *res*, quae vox notaret crimen, quo sensu *rei capitalis diem dicere* habuimus supra ad 3, 13, 4. Verum prae-

cujus rei judex legitimus erat: decessitque jure suo, ut demtum de vi magistratus populi libertati adjiceret.

1 XXXIV. Quum promtum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his summi infimique

fero vulgatum *cujus rei*, et puto *rei* esse a recto *reus*. Idem enim est, ac si dixisset, accusator exstitit ejus rei, cujus judex legitimus erat.

Decessitque jure suo] Ita legendum. Sic infra c. 46. *A M. Claudio petiturum, ut decederet jure suo.* H. VALES. Palat. pr. ac tertius *decessitque ex jure suo*, ut et Campanus. Sec. *decessitque de jure suo.* GEBH. Et purus sermo poscebat *decessitque*, et servaverunt tum calamo exarati, tum veteres impressi. Cicero 2. de Offic. [18.] *Est enim non modo liberale, paullulum non numquam de jure suo decedere, sed interdum fructuosum.* Brutus et Cassius ad Antonium 11. Famil. Ciceronis [Epist. 3.] *Per edictum de jure suo decedere.* J. FR. GRON. Recte *decessitque* legendum monuerunt viri docti. neque aliter est in omnibus, quas habui, membranis. Editorum primi Basileenses anno 1539. *discessitque* dederant, quod reliqui servarunt usque ad Gronovium, qui *decessitque* revocavit. Deinde *ex jure suo* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Klockian. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] *et jure suo* Portug. *de jure suo* Harlej. 2. *de suo jure* Haverk. Quamvis autem Cicero plerumque *decedere de jure* dicere consuerit, eaque locutione interdum etiam Livius usus sit, v. Gronov. infra ad 27, 10, 1. idemque Livius verbis cum praepositione compositis eamdem praepositionem in regimine saepe addere soleat, v. ad Praefat. §. 11. hic tamen cum Florent. et priscis excusis malo sine praepositione *decessitque jure suo.* Ita 27, 10, 1. *Alias colonias in fide atque officio pristino fore, eas quoque ipsas, quae officio decessissent.* 31, 5. 8. *Quod diu sollicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent.* 34, 11, 7. *Potuisse se extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum ceteris voluissent.* 37, 54, 9. *Ne aut regem amicum inhonoratum dimitteretis, aut decederetis instituto vestro.* 45, 19, 8. *Speculator rerum, quae a fratre agerentur, monitorque fidus, si decedi fide vidisset.* et ita *decedere praesidio* 4, 29, 5. *Quod, occasione bene pugnandi captus, injussu decesserit praesidio.* Ubi alia vide. Solent autem librarii passim *discedere* et *decedere* inter se commutare. V. supra ad 2, 31, 11.

Ut demtum de vi magistratus populi libertati adjiceret] Iterum conspirant Pall. primus tertiusque *ut demptum de vi magistratus populus libertati adiceret.* Fors legendum *ut demptum de vi magistratus populi libertati addiceret*, ut edidit Campanus. Secundus habet *adiceretur.* Vulgata certe lectio legitima non est. Eo magis, quod infra l. 4, 8. repererim in cod. MS. *Ut mox opes eorum, qui praeessent, ipsi honori jus majestatemque addicerent.* vulgo *adjicerent.* l. 6, 42. *Dies unus ad triduum adjiceretur.* Pall. duo *adiceretur.* Quod etiam mihi conspectum in Camp. editione nonadmodum probatur. GEB-

ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum exspectatione propositis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt: et, 2 *quod bonum, faustum, felixque reipublicae, ipsis, libe-*

HARD. Primo *demtum magistratus*, omissis duabus vocibus mediis, Gaertn. *demtum deinde magistratus* Lipsiens. ubi librarius pro *de vi* legisse videtur *dein*, et mutasse in *deiñ.* sive *deinde.* Ita contra *iñ*, id est *inde*, abiit in *vi*, sive *vim* infra 5, 20, 2. (* abiit etiam in *vi* 8, 14, 15.) Verum auctius *demptum de summa vi magistratus* in margine Fragm. Hav. adscriptum erat a prima manu. [Veith.] Sed sufficere puto *de vi magistratus.* Deinde *populus libertati adjiceret* Voss. 1. *populus libertati adiceret* Leid. ambo. *populi libertati adiceret* Voss. 2. et Portug. *populus libertati addiceret* Lipsiens. *populi libertati addiceret*, ut Gebhardus malebat, Gaertn. et Fragment. Hav. *populi libertati adduceret* Haverk. Sed vulgatum verius puto. *Adjicere* hic est addere. Liv. 10, 7, 9. *Eos viros, quos vos sellis curulibus, toga praetexta, tunica palmata et toga picta et corona triumphali laureaque honoraritis, pontificalia atque auguralia insignia adjicere.* ubi v. Gronovium. Supra 1, 30, 3. *Ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur.* ubi etiam quidam codd. perperam *addiceretur.* 2, 17, 2. *Nomen auctores non adjiciunt.* ubi vejus ed. *adducunt.* c. 41, 2. *Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur.* Mox cap. seq. §. 7. *Duas deesse tabulas, quibus adjectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani juris.* Pro *adjicere* vulgo in Mstis legitur *adicere*, quemadmodum et hoc loco et alibi multi codd. et inter eos optimi Florent. et Leid. 1. praeferunt. Id autem in *addicere* et *adducere* a librariis saepe corruptum est. V. supra ad 2, 10, 9. et infra ad 4, 8, 5.

§. 1. *Quum promtum hoc jus velut ex oraculo incorruptum puriter ab his summi infimique ferrent, tum legibus*] Sensus est, eodem tempore, quo jus redderent, etiam legibus scribendis occupatos fuisse. Gronov. priori ed. notarum legendum conjecerat *Quum promtum hoc jus* etc. *ferebant*, quasi *quum* et *tum* eo modo hic ponerentur, quo infinitis locis apud Livium obcurrunt. V. infra ad 6, 23, 3. Recte tamen conjecturam in addendis iterum deleri jussit. [*Cum propositum hoc jus* Veith.] Ceterum *ab his pariter summi infimique* alio ordine Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav.

Propositis decem tabulis populum ad concionem advocaverunt] Voss. 1. et Leid. 2. *vocaverunt.* [*provocaverunt* Veith.] Male. Liv. 26, 48, 13. *Scipio, conlaudato Laelio, ad concionem advocavit, pronunciavitque.* ubi plura notat Gronov. Tum *ad contentionem* Florent. frequenti scribarum lapsu. V. infra ad 4, 6, 4. [ante *omnium*, pro *hominum* Veith.]

§. 2. *Quod bonum, faustum, felixque reipublicae, ipsis, liberisque eorum esset*] *bonum, faustum, et felix.* Voss. 1. *bonum, faustumque, et felix* Leid. 2. Illud posterius Livio frequens

risque eorum esset, ire, et legere leges propositas jusse-
3 re. *Se, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus summis infimisque jura aequasse. plus*
4 *pollere multorum ingenia consiliaque. Versarent in animis secum unamquamque rem, agitarent deinde sermo-*

esse, dictum est supra ad 2, 31, 1. Verum a vulgata lectione hic stant codd. omnes reliqui, quibus invitis nihil muto, praesertim quum alibi saepe Livius hanc sollemnem formulam ita efferre soleat. Ob quas caussas aliasque displicet etiam, quod mox praeferunt iidem duo codd. *reipublicae ipsius, liberisque*. Infra hoc lib. c. 54, 8. *Legati pro concione: quod bonum, faustum, felixque sit vobis, reique publicae.* 24, 16, 9. *Quod bonum, faustum, felixque reipublicae ipsisque esset, omnes eos liberos esse jubere.* quae et plura alia exempla observavit etiam Brisson. de Formul. l. 1. p. 67. *liberis*, pro *liberisque*, est in Fragm. Hav. a m. 1.

§. 3. *Se, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit*] *Seque quantum* Gaertn. Tum vocem *ingeniis* omiserat librarius Lipsiens. in contextu; in cujus demum margine exstat a m. 2. Deinde *potuit* Leid. 2. et Gaertn. sed error provenit ex neglecta nota, qua addita olim scriptum fuerat *potu'it*. V. infra ad 40, 14, 11. Mox *consciliaque* Lipsiens. V. ad 1, 8, 6.

§. 4. *Versarent in animis secum unamquamque rem*] *Versarentur in animis secum unamquamcumque rem* Lipsiens. scribae peccato. *Versarentur*, pro *Versarent*, de quo errore v. infra ad 39, 22, 8. *unamquamcumque*, pro *unamquamque*, quemadmodum *quandocumque*, pro *quandoque* et similia alia scribae per errorem dare soliti sunt. V. supra ad 1, 31, 4.

Quid in quaque re plus minusve esset] *quid in qua re* Leid. 2. Et ita erat in Voss. 1. a m. 2. quum a m. 1. datum antea fuisset *quicquid in qua re*. Similitudo compendii, quo voces *qua* et *que* scribuntur, effecit, ut posterior interciderit. (* v. ad 23, 48, 12.) Quin et, ubi similitudo illa non est, *cujus populi*, pro *cujusque*, supra editum erat 1, 24, 3. ubi v. Gronovium.

§. 5. *Quas consensus omnium non jussisse latas magis, quam tulisse videri possit*] Delerunt hic quidam verbum, quod inprimis ad sensum facit. Nam in Vormaciensi volumine legitur, *invasisse non jussisse latas*. Proinde sic restitue sententiam: *eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium invasisse, nec jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset*. RHEN. Nusquam alias legi hoc genus dicendi, *Invadere*, pro *Inferre* et *Invehere*. Itaque pro certo habeo, legendum esse *invexisse*. SIG. Alii habebant *quas consensus omnium invasisse*. De quo Sigonius, Nusquam, inquit, alias legi etc. Haec ille, satis confidenter, ut indicant optimae membranae, in quibus disertim est, *quas consensus omnium non jussisse latas magis, quam tulisse videri possel*. Egregie. MOD. *quas consensus omnium, non jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset* restitui, fide juben-

nibus: atque in medium, quid in quaque re plus minus-
ve esset, conferrent. Eas leges habiturum populum Ro- 5
manum, quas consensus omnium non jussisse latas ma-
gis, quam tulisse, videri posset. Quum ad rumores 6
hominum de unoquoque legum capite edito satis cor-

tibus Pall. tribus et edd. primis. Rhenanus et Sigonius alia addiderant praeter consensum librorum; imo praeter libros. GRUTER. Egregiam pronunciat hanc lectionem Modius, neque apicem ab hac demutant omnes nostri MSS. atque editi libri. Rhenanus sincerum profecto vas nequiquam incrustare nititur, legens: *Eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium invasisse, nec jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset.* Quem corrigens Sigonius, ne nugando cessisse aliquid videretur, reposuit *invexisse*, quia numquam legerat *invadere*, pro *inferre*, et *invehere.* Palatinus sec. margini suo adlitum gerit *non recepisse lectas magis, quam tulisse.* GEBH. *quas consensus omnium non invasisse latas magis, quam tulisse, videri posset* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertn. Neque aliter habent Lipsiens. in contextu a m. 1. et Klockian. nisi quod insuper *lectas*, pro *latas*, praeferant. Ex his colligo, illam, quam Rhenanus in Wormatiensi invenit libro, lectionem inde profluxisse, quod librarius duplicem in exemplari suo notatam invenerat, quam utramque exhibere voluit: quod illis frequens admodum fuisse infra videbimus hoc lib. c. 44, 4. Ceterum Rhenani codici consentit Neapolit. Latinii. neque inde multum in diversa abit Leid. 2. *quas consensus omnium invasisse, non jusse latas magis, quam tulisse, videri posset,* praeferens. Rhenani emendationem in contextum primus receperat Vascos. suam ipse Sigonius. verum recte Gruterus priorum edd. scripturam revocavit. Pro *consensus* Portug. a m. 2. habet *consensu. quas consensu omnium non jussisse latas magis, quam tulisse, videri posset*, scilicet, populus Romanus. Si plurium codd. consensus huic lectioni pondus adjiceret, non displiceret. *tulisset*, pro *tulisse*, perperam praefert Florent.

§. 6. *Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito*] *edito* videri potest supervacuum. quod si absit, eadem erit sententia: nam non de aliis, quam quae edita ac proposita erant, rumor vulgari potuit. Forte *editos*, nempe rumores. Postrema litera perire potuit, quia eadem est prima vocis sequentis. DUK. Vir doctus ad marginem editionis Curionis scribendum putabat *ad rumores hominum de unoquoque capite editos.* Et ita etiam Gronovius priori notarum editione legendum conjecit. Posterioribus tamen curis sententiam mutavit, vel certe conjecturam neglexit. Omnes etiam codices firmant receptam lectionem, eique constanter adhaerent, nisi quod *capite edicto* praeferant Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. errore in libris scriptis frequentissime obvio. V. infra ad 21, 62, 7. *editum caput* est, propositum, promulgatum, in publicum

rectae viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatae sunt: qui nunc quoque, in hoc inmenso aliarum super alias acervatarum legum cu-
7 mulo, fons omnis publici privatique eſt juris. Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas; quibus adjectis, absolvi poſſe velut corpus omnis Romani

emiſſum. quo sensu *edere librum* Ciceroni aliisque usitatum eſt. Ita *edere carmen* infra 25, 12, 4. *Ex hujus Marcii duobus carminibus, alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, adferebat fidem. edere conditiones pacis* 34, 40, 4. *Eo deducta res est, ut his conditionibus, quae ex scripto paucis ante diebus editae erant, induciae fierent.* Praeterea *ad rumores omnium* Harlej. 2. Sed ea vox modo praeceſſerat. Solent autem voces *omnes* et *homines* paſſim in membranis confundi. V. infra hoc lib. ad c. 54, 6.

Qui nunc quoque etc. *fons publici privatique est juris*] *q̄ nunc quoque*, id eſt, *quam nunc quoque* Gaertn. Praeter eum autem et cod. Florentin. qui vulgatum servat, *quae nunc quoque fons publici privatique est juris* praeferunt omnes, quibus utor, codd. ut et priscae edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. *qui*, pro *quae*, emendavit. Sane, si *quae* placet, legendum etiam *sunt: quae leges sunt fons omnis juris*, quomodo etiam vir doctus ad marginem editionis Curionis scribendum exiſtimavit. Verum quum omnes codd. qui habent *quae*, servent tamen *est*, minor videtur mutatio, minusque audax, ut cum optimo Florent. codice ac Frobenio illi *qui*, quam huic *sunt*, subponamus, praesertim quum Livius solitus sit saepissime pronomina relativa potius ad sequentia, quam ad praecedentia, referre. Infra 32, 30, 6. *Mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat.* ubi plura notantur. Praeterea *frons*, una litera per errorem librarii abundante, Florent. Tum *publici privatique juris est* Portug. Praeterea *aliarum super alia*, pro *super alias*, Harlej. 1. [*quae* etc. *juris est* Veith.]

§. 7. *Vulgatur deinde rumor*] *Vulgatur adhuc deinde rumor* Voſſ. 1. et Leid. 2. [Veith.] *Vulgatur hic deinde rumor* Portug. Deinde *Vulgatur deiñ rumor n. decem tabulaꝶ. quibus adjectis* Gaertn.

§. 8. *Jam plebs, praeterquam quod*] *Nam*, pro *Jam*, Harlej. 2. et Haverk. solito librariorum errore, qui passim has voculas confuderunt. V. infra ad 9, 17, 5. Illud autem *jam* hic non simpliciter inservit transitioni, vel connectendae orationi, sed idem fere notat, quod insuper, praeterea. Ea ergo praevia, proponitur secunda et tertia cauſſa, cur plebs decemviros iterum creare voluerit. Prima erat, quod plebs volebat, ut decem prioribus tabulis ab iisdem duae, quae deeſſe dicebantur, adjicerentur; secunda odium nominis consularis; tertia quod, propter conceſſam a sententia decemvirorum adpellationem, non

juris. Ea exspectatio, quum dies comitiorum adpropinquaret, desiderium decemviros iterum creandi fecit. Jam plebs, praeterquam quod consulum 8
nomen, haud secus quam regum, perosa erat, ne tribunicium quidem auxilium, cedentibus in vicem adpellatione decemviris, quaerebat.

requireret plebs tribunicium auxilium. Eo sensu obcurrit apud Justin. 38, 4, 11. *Jam ipsam Italiam audire se numquam, ut Roma condita sit, satis illi pacatam.* l. 41, 4. *Jam fontium ac silvarum ea copia est, ut et aquarum abundantia irrigetur, et venationum voluptatibus exornetur.* Praeterea *plebes* Portug. quomodo Livium saepissime id nomen efferre voluisse, supra non semel notatum est. V. ad 1, 20, 6. Utrum tamen unius cod. fide recipi debeat, vehementer dubito. [*quod omittit* Veith.]

Consulum nomen, haud secus quam regum, perosa erat] *haud secus quam regum, per hos erat* Harlej. 1. *haud secus, quam regum, perosum erat* Portug. [Veith.] quod librarii esse puto. Id colligo ex optimo Florent. in quo scriptum ab initio erat *peros: erat.* Id autem manus recentior mutavit in *perosum erat.* Passim autem *perosus* et *exosus* optimi aevi scriptoribus activa significatione frequentata sunt. Infra hoc lib. c. 39, 5. *Superbiam violentiamque tum perosos regis.* c. 58, 1. *Perosus decemvirorum scelera.* Ovid. 1. Trist. El. 6, 21.

Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus.

l. 4. Trist. El. 4, 81.

Laeta Deae signum, crudelia facta perosae,
Transtulit ex illis in meliora loca.

l. 8. Metam. 183.

Daedalus interea, Creten longumque perosus
Exsilium, tractusque soli natalis amore,
Clausus erat pelago.

et apud eum saepe. Valer. Max. 3, 3, 1. *Perosus, credo, dexteram suam, quod ejus ministerio in caede regis uti nequisset.* ubi vide, quae notavit Vorst. Augustus in fragm. Epistolae apud Sueton. in Tiber. 21. *Deos obsecro, ut te nobis conservent, et valere nunc et semper patiantur, si non populum Romanum perosi sunt.* Ipse Sueton. in vita Vesp. 4. *Agrippinam timens, potentem adhuc apud filium, et defuncti quoque Narcissi amicos perosam.* Justin. 17, 1. *Agathoclem filium suum, non solum patrium, verum etiam humanum ultra morem perosus.* Festus v. *Osi sunt. Osi sunt ab odio declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea, quae est de lege Minucia, cum aït. Mirum est, si quid iis injuriae fit, semper eos osi sunt. Quod nunc quoque cum praepositione elotum frequens est, cum dicimus perosi.* V. etiam Servium ad Maron. 5. Aen. 687. et Voss. 5. Gramm. 39.

Cedentibus in vicem adpellatione decemviris] Voces *in vi-*

1 XXXV. Poſtquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt; tanta

cem deficiunt in Voff. 2. Tum *cedentibus in vicem adpellationem decemviris* Gaertn. et Haverk. An legendum *adpellationi?* ut infra 8, 33, 8. *Videro, cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit.* 4, 57, 3. *Quia maluerit, collegas sua sponte cedere auctoritati senatus.* ubi quidam codd. simili errore *cedere auctoritate* praeferunt. 3, 17, 9. *Tribuni cessere nocti, timentes consulum arma.* c. 21, 4. *Ne temeritati multitudinis cedatis.* ubi Gebhardus *temeritate cedatis* legendum conjicit. Sed male. c. 60, 7. *Quum per totum diem stetissent intenti ad certamen, nocti cessere.* Ita iterum ex optimis codd. edidi. Vulgo legebatur *nocte cessere.* Ita *concedere majestate* multi codd. praeferunt, ubi nunc recte *majestati* editur, 6, 6, 7.

§. 1. *Comitia decemviris creandis in trinundinum indicta sunt*] Antiqua lectio *in trinum nundinum indicta sunt. Trinum nundinum* etiam adpellat Quintilianus, quum inquit: *sive non trino forte nundino promulgata.* RHEN. Recte *trinum nundinum*, quamquam plerique libri habent *trinundinum.* Id enim significat *in tertias nundinas.* Quod Graeci dicunt *ἐις τρίτην ἀγοράν.* Ut Dionys. l. 9. [p. 598.] *Προϑέντων δὲ πάλιν τῶν δημάρχων εἰς τρίτην ἀγορὰν τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν.* Plutarch. in Coriolano [p. 222.] *Σοὶ δὲ, Μάρκιε, προαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι.* Et poſt, *Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς, ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι Ῥωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐννάτης, νουνδίνας καλοῦντες.* De nundinis copiosius Macrobius 1. Saturn. [16.] Quod autem Cicero dixit pro Cornelio *ex prorogatione trinundinum*, Priscianus interpretatur dictum eſſe pro *trinundinarum* l. 7. [p. 733.] SIG. *in ternum, nundinum* Portug. *in trinum nundinium* Florent. et Leid. 1. *in divum nundinum* Harlej. 2. *in trinundinum* Lipsiens. in margine pro varia lectione, et Fragm. Hav. [Veith.] *trinundinum* sine praepositione Haverk. Ceteri *in trinum nundinum.* Et ita divisis vocibus dicendum eſſe plerorumque modo memoratorum codd. licet corruptorum, veſtigia docent. Similiter Cic. pro domo 16. *Quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet.* 16. ad fam. Epiſt. 12. *Se praesentem trinum nundinum petiturum.* idem tamen Cicero voce *trinundinum* etiam usus eſt orat. 5. Philipp. 3. *Ubi lex Caecilia et Didia? ubi promulgatio trinundinum?* et alibi. Verum hic facile ultima syllaba vocis *trinum* elidi atque intercipi potuit a prima vocis sequentis, praesertim quo tempore unica adhuc serie scriberetur *trinumnundinum.* Ceterum Doujatius *in trinundinum* exponit poſt viginti septem dies, addens, nundinas nono quoque die habitas fuiſſe, ut ruſtici octo diebus in agris eſſent, nono feriantes in urbem commeare poſſent. In quo quidem praeeuntem sequitur Macrob. 1. Saturn. 16. Sed cum eo tamen erravit. Nam nonnulli quidem scriptores, qui eo tempore vixerunt, quo nundinae adhuc a Romanis observabantur, simpliciter dicunt, nundinas nono die celebratas esse, incertum relinquentes, utrum uterque dies nundinalis in hoc

exarsit ambitio, ut primores quoque civitatis (me- 2
tu credo, ne tanti possessio imperii, vacuo ab se

novem dierum numero computandus esset, an tantum alteruter. Ovid. 1. Fast. 54.

Est quoque, qui nono semper
ab orbe redit.

Et, quem Neapol. ibidem laudavit, Dio Cass. l. 40. p. 142. et l. 48. p. 377. Adde l. 60. p. 681. ubi, quemadmodum etiam duobus aliis locis, nundinas circumscribit *ἀγορὰν τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην*. Et Plut. in Coriol. p. 222. *Ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι Ῥωμαῖοι δι ἡμέρας ἐννάτης, νουνδίνας καλοῦντες.* Alii tamen adcurate addiderunt, inter primum et nonum diem, qui ambo nundinales erant, septem tantum dies medios intercessisse. Varro 2. de re rust. in Praefat. *Annum ita diviserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent.* Dionys. l. 7. p. 463. *Αι δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι ἡμέρας ἐννάτης. ἐν δὲ τάυταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ ἐις τὴν πόλιν, τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων, καὶ τας δίκας παρ ἀλλήλων ἐλάμβανον* etc. *τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέρας, ἀυτουργοῖτε ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ πένητες, ἐν τοῖς ἀγροῖς διέτριβον.* Ubi miror, Casaubonum etiam, ut se viri maximi exemplo in errorem prolapsum Doujatius jactare possit, scribere sustinuisse, Dionysium, si quidem ita scripsit, putasse, nundinas ita dictas a Romanis fuisse, ut apud Graecos Olympias adpellatur *πενταετηρὶς*, et febris quaedam *tertiana*; potiorem tamen fidem Latinis scriptoribus, qui octo dies medios memorant, habendam, ac necesse esse, vel ipsum Dionysium peccasse, vel potius ejus librarios, qui ζ' pro η', hoc est, *ἑπτὰ* pro *ὀκτὼ*, posuerint. Vera potius Dionys. tradidisse, docet memoratus Varronis locus. Verum ne quis hunc etiam a librariis corruptum, et *VII*, pro *VIII*, perperam scriptum esse, contendere possit, stant etiam ab hac sententia Kalendaria antiqua marmoribus insculpta, et edita a Grutero in corpore Inscr. p. 133. et seqq. ubi literae octo priores alphabeti diebus ordine praefixae, et subinde in sequentibus repetitae, nundinas notant, ita ut singuli orbes harum octo literarum singulas nundinas indicent, quemadmodum Kalendaria hodierna septem prioribus literis alphabeti, quae simili modo per ordinem omnibus diebus adduntur, hebdomadas dierum indicant. Si vero inter duos dies nundinales octo dies interfuissent, et ita orbis nundinarum fuisset novem dierum, Kalendariis non octo, sed novem, literae adscribi debuissent.

§. 2. *Ut primores quoque civitatis*] *Ut primores quoque quique civitatis* Haverk. Videtur librarius duplicem invenisse lectionem *primores quoque*, et *primores quique*, et, ne deteriorem eligendo erraret, utramque junxisse. Inde ergo ineptam illam lectionem natam existimo, cujus rei plura exempla infra v. hoc lib. ad c. 44, 4. Facile autem *quoque* et *quique* ob similitudinem compendii, quo utraque vox scribi solet, inter se commutari in scriptis potuerunt. Quum autem alii omnes libri vulgatum servent, eam etiam lectionem praeferendam esse puto.

Possessio imperii, vacuo ab

relicto loco, haud satis dignis pateret) prensarent homines; honorem, summa ope a se inpugnatum, ab ea plebe, cum qua contenderant, suppliciter pe-
3 tentes. Demissa jam in discrimen dignitas, ea aetate, iisque honoribus actis, stimulabat Ap. Claudium.

nescires,

se relicto loco, haud satis dignis pateret] *a se relicto* Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *vacua ab se relicta haud satis dignis* Harlej. 1. Nihil muto. Infra 5, 10, 10. *Comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequivit. Pugnatum inde in vacua loca ut patricii cooptarentur.* 4, 16, 6. *Perviceruntigitur, ut tribunorum militum potius, quam consulum, comitia haberentur: haud dubii, quin sex locis (tot enim jam creari licebat) et plebeji aliqui, profitendo se ultores fore Maelianae caedis, crearentur.* ubi v. Gronov. (* et Casaub. ad Suet. Aug. 54.)

Prehensarent homines] Vet. lib. *prensarent.* SIG. *prehensarent* Haverk. *pensarent* Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. Reliqui omnes *prensarent.* V.* infra ad 4, 48, 11. [*et prensarent* Veith.]

Summa ope ab se inpugnatum] *a se inpugnatum* omnes mei. Mox *contenderent* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. At sensus alterum praestare indicat. [*petere* Veith.]

§. 3. *Dimissa jam in discrimen dignitas*] Scribe *demissa jam in discrimen dignitas*, ut *descendere in certamen* dicimus. Cicero* 7. ad Attic. Epist. 12. *Demittamne me penitus in caussam?* J. FR. GRON. *demissa*, ut Gronov. volebat, praeferunt Voss. 2. et Harlej. 2. Alii omnes *dimissa* servant. Sed solent librarii passim has voces inter se confundere. Exempla infra videbimus ad 7, 23, 6. et ad 34, 50, 2. Interim videndus est Cel. Graevius ad locum Cic. a Gronovio laud. 7. ad Attic. Epist. 12. Et forte haec vox restituenda Sueton. in Claris Rhetor. 6. *Suscepit eas partes atque ita inplevit, ut Planco silentium inponeret, non audenti in comparationem se demittere.* ubi vulgo circumfertur *dimittere*; nisi quod nunc videam, Cel. Jac. Gronovium etiam recte *demittere* edidisse. Insuper vox *jam* amittitur in Portug. Deinde *in discrimine* habent Fragm. Hav. Gaertn. et Neapol. Latinii.

Ea aetate, hisque honoribus actis] Vet. lib. *iisque.* SIG. *hisque* retinent Florent. Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *hiisque* Voss. uterque, Leid. 2. et Lipsiens. [*his* Veith.] Gruterus edidit *eisque.* Infra 10, 3, 4. *Id magis credo, quam Q. Fabium ea aetate atque eis honoribus Valerio subjectum.* ubi Haverk. iterum *his honoribus.* Similia sunt illa 9, 17, 13. *Cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi?* et 45, 19, 15. *Privatumne ergo majorem fratrem, an exsulem illa aetate, illa corporis infirmitate ad ultimum mori jussurum?* neque multum differunt illa 31, 24, 5. *Idem ibi somnus, eadem ne-*

nescires, utrum inter decemviros, an inter candida-
tos, numerares. Propior interdum petendo, quam 4
gerendo, magiſtratui erat. criminari optimates, ex-
tollere candidatorum levissimum quemque humilli-
mumque. ipse medius inter tribunicios Duilios Ici- 5
liosque in foro volitare, per illos se plebi vendi-

gligentia erat. 39, 13, 6. *Itaque hoc se Sulpiciam, hoc consulem orare, ut se extra Italiam aliquo amandarent.*

Nescires, utrum inter decemviros, an inter candidatos numerares] *aut inter candidatos* Voſſ. 1. in contextu, pro quo in margine emendatum recte *an inter candidatos.* Praeterea Gebhardus supra ad 3, 5, 13. teſtatur, Palat. pr. et tert. habere *inter candidatos mirares.* se tamen *numerares* praeferre. Recte. Similiter lapsi sunt scribae supra 2, 1, 2. Noſtri omnes vulgatae lectioni adhaerent, uno Harlej. 1. excepto, qui oſtentat *numeres.* [ita Veith.] Verba *inter candidatos numerares, propior* culpa librarii desunt in Florent. cui ansam praebuit τοῦ *inter* in principio vocis *interdum* repetitio.

§. 4. *Propior interdum petendo, quam gerendo magistratui erat*] Livius 2, 64. *Paucitas damno sentiendo propior erat.* Sed in eo alia significatio eſt. quum *propior* idem eſt, quod similior, fere participio jungitur. 27, 17. *Propiorque excusanti transitionem, ut necessariam, quam glorianti ea.* Tacitus 3. Hiſt. 65. *Sabinus non insultans et miseranti propior.* Valerius Flacc. 1, 58.

Talibus hortatur juvenem, propiorque jubenti
Conticuit.

Si libri veteres juvarent, hic quoque mallem *propior interdum petenti, quam gerenti magistratum erat.* DUK. Libri scripti nihil mutant, nisi quod mendose in Leid. 2. et Gaertn. sit *proprior interdum petendo.* V. de hoc errore infra ad 4, 17, 5. et quod τὸ *quam* omittatur in Leid. 2. [*magistratu* Veith.] Mox *levissimum quemque humilissimumque* Haverk. *lenissimum et humilimum* Gaertner. Sed passim *lenis* et *levis* in Mſtis confundi infra videbimus ad 36, 31, 8. Duplicem autem liquidam in similibus superlativis requiri, docet Dausquej. in Orthogr. parte 2. in voce *Facillimus.* Ceterum *humilissimumque* etiam Lipsiens.

§. 5. *Medius inter tribunicios Duellios Iciliciosque*] *Duilios*, ut ante. SIG. Pall. pr. ac tert. *Soliciosque.* Sec. *Sollitiosque.* Campanus edidit *Siciniosque.* GEBH. *Duellios* Florent. Voſſ. 1. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *Duelios* Leid. ambo. *Delios* Voſſ. 2. Verum, Sigonium aliosque gentem hanc *Duiliam* semper vocandam eſſe contendiſſe, supra vidimus ad 2, 58, 2. Deinde *Silviosque* Portug. *Solliciosque* Harlej. 2. *Sillitiosque* Lipsiens. *Sciliciosque* Leid. 2. *Siliciosque* Florent. Voſſ. ambo, Leid. 1. Gaertn. et Haverk. *Siciliosque* Harlej. 1. et Fragm. Hav. Quum tamen omnium, aut

tare: donec collegae quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum oculos,
6 mirantes quid sibi vellet. Adparere, nihil sinceri esse; *Profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatem fore. nimium in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis, non tam properantis abire magistratu, quam viam ad continuandum magistratum quaeren-*

certe plerorumque, codd. licet mendosorum, lectio magis *Iciliosque*, quam *Siciniosque*, ut Campanus substituit, praeferat, praesertim sublata litera *S* initiali, quae ex fine praecedentis vocis, ut saepe fieri solet, adhaesit, (v. ad 28, 25, 2.) a vulgato non recedendum existimo. Ceteram *Ipse medios inter tribunicios* male Gaertn.

Per illos se plebi vendicare] Pudendum erratum est. Scribe, *per illos se plebi venditare.* RHENAN. *vendicare* tantum inveni in Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et a m. 1. Fragment. Hav. alii mei recte *venditare* servarunt. Infra 39, 42. 9. *Eum puerum, per lascivia cum cavillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori venditaret.* ubi simili errore multi codd. et antiquae edd. *vendicaret.* Vide, quae ibi notantur.

Conjecere in eum oculos] *conicere* Voss. 2. quasi per infinitivum *conjicere* scribendum foret. *conjectere* Leid. 2. quod foret *conjectare*, sive itidem infinitive, sive pro *conjectavere.* Ceteri tamen receptum firmant. Liv. 40, 12, 1. *Conjecti eorum, qui aderant, oculi in Demetrium sunt, velut confestim responsurus esset.* (* Cic. de Amic. 2. ubi vide.)

§. 6. *Nimium in ordinem se ipsum cogere, et vulgari cum privatis*] Vox *ipsum*, quae in meis omnibus aliis constanter superest, exsulat ab uno Haverk. Tum *volgari* Florent. quae orthographia in eo cod. saepe obcurrit. De ea infra v. ad 39, 53, 2. Paullo ante voces *Profecto haud* deficiebant in Lipsiens. [*properantem* Veith.]

Quam viam ad continuandum magistratum] *ad continendum magistratum* Haverk. *ad contionandum* Leid. 1. Voss. 2. et a m. 1. Voss. 1. *ad concionandum* Harlej. 1. et Lipsiens. a m. 1. in contextu. Infra 27, 6, 4. *Neque magistratum continuari satis civile esse ajebant.* 3, 21, 2. *Magistratus continuari, judicare senatum contra rempublicam esse.* et ibidem §. 4. *Plebs senatusconsultum in continuandis magistratibus solvit.* 9, 41, 1. *Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus.* 24, 9, 1. *Quum T. Otacilius ferociter, eum continuare consulatum velle, vociferaretur.* Et alibi saepe. Ceterum omnia haec verba deerant in Gaertn. Cujus erroris ratio erat vocum *magistratu* et *magistratum* repetitio. [*quaerentem* Veith.]

§. 7. *Obsecundando mollire inpetum adgrediuntur*] In manuscripto volumine legitur, tametsi mendose, *obsequendo*,

tis, esse. Propalam obviam ire cupiditati parum au- 7
si, obsecundando mollire inpetum adgrediuntur. comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu injungunt. Ars haec erat, ne 8
semet ipse creare posset; quod praeter tribunos plebis (et id ipsum pessimo exemplo,) nemo umquam fecisset. ille enimvero, quod bene vertat, habiturum se co-

se cum dando.. Quorum prius libenter dicerem posterioris fuisse glossulam expositricem, nisi scirem, *obsecundare* plus esse, quam *obsequi.* Ut intelligamus, collegas non solum obsecutos in iis, quae cuplebat Appius Claudius, verum etiam obsecundasse, et ultro ambitionem hominis adjuvisse. RHEN. Utramque vocem *obsequendo, obsecundando mollire* praeferunt Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Verius puto, priorem margini olim adscriptam fuisse, ut alteram minus *usu* frequentatam explicaret; librarios vero pro varia lectione habuisse, et utramque in contextum recepisse. V. ad c. 44, 4. Verbo autem *obsecundare usus* est etiam, praeter Ciceronem, Terent. in Adelph. 5, 9, 37.

> *Haec reprehendere, et corrigere me, et obsecundare in loco.*

et Quinctil. 11. Instit. Orat. 3. p. 1018. *Simul capite atque humeris sensim ad id, quo manus feratur, obsecundantibus.* [*cupiditati patrum, aut si obsequendo obsecundandove* Veith.]

Quando minimus natu sit, munus consensu injungunt] *minimus fit natu* Leid. 2. *minimus natu fuit* Voss. a m. 1. et Lipsiens. *minimus natu fuerit* Gaertn. Tum *munus* deest in eodem Gaertn. pro quo a m. 1. in contextu *nimis* praefert Lipsiens. quod ex *mũus* facile ob literarum similitudinem mutari potuit. [*in unius* Veith.] Deinde *consensu jungunt* Harlej. 2. Leid. 2. et Lipsiens. a m. 1. *consensū jungunt*, quasi legendum foret *consensum jungunt* Leid. 1. Sed patet, *τὸ in*, quae syllaba initialis vocis *injungunt* erat, in *m* conversum, cui ductibus simile est, perperam praecedenti voci adhaesisse. Rectum est *injungunt.* V. infra ad 32, 3, 4.

§. 8. *Ars ea haec erat*] Pronomen *ea* nescio quis assult aliunde. non est in archetypo Borbetomagensi, nec hic necessarium. Melius leges, *Ars haec erat.* RHEN. Illud pronomen *ea* exstat tamen constanter in Voss. 2. Leid. utroque, Harlej. utroque, Portug. Lipsiens. Gaertn. Fragm. Hav. et a m. 2. in Haverk. [Veith.] praeterea inter versus adscriptum est in Voss. 1. Primi tamen editores in codicibus, quos secuti sunt, non reperisse videntur; certe in edd. suis omiserunt. neque etiam exstat in excerpt. optimi Florent. ut nec in Voss. 1. in contextu, neque in Klockian. vel Haverk. a m. 1. Primus addidit Aldus. Mox *ut semet ipse* Portug. a m. 2. erasa scriptura, quae antea exstiterat, tanta cura, ut, quid olim datum fuerit, amplius intelligi nequeat.

Quod praeter tribunos plebis] *tribunos plebi* Florent. Leid. 1.

mitia professus, inpedimentum pro occasione arri-
9 puit. dejectisque honore per coïtionem duobus Quinctiis, Capitolino et Cincinnato, et patruo suo C. Claudio, constantissimo viro in optimatium caussa, et aliis ejusdem fastigii civibus, nequaquam splen-

Harlej. 1. et a m. 2. Voss. 1. V. ad 2, 42, 6. Mox *τὸ et* non comparet in Haverk. [Veith.]

Ille enimvero, quod bene vertat] *Ille enim nos quod* Lipsiens. a m. 1. in contextu. *Ille enim, quod* Harlej. 2. et Haverk. Pessime. Particulae enim caussali hic locus non est. at recte intensivo *enimvero*. V. supra ad 2, 22, 6.

Impedimentum pro hac occasione arripuit] Et hic ablativum *hac* quispiam infulsit, quum non sit in libro veteri. Tu dispunge, et lege *impedimentum pro occasione arripuit*. RHEN. Adsentio Rhenano. Fateor tamen *τὸ hac* superesse in Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertner. et Haverk. [Veith.] exstare etiam inter versus in Voss. 1. *pro ab occasione* esse in Leid. 1. A nullo itaque meo abest, nisi a Florent. Harlej. 1. et Fragm. Hav. abest insuper ab antiquioribus excusis usque ad Aldum, qui illud *hac* etiam hoc loco primus contextui interposuit. Sensus est, illud, quod collegae inpedimento fore censuerant, Ap. Claudio commodam occasionem exstitisse continuandi magistratum.

§. 9. *Dejectisque honore per concionem duobus Quinctiis*] Lego vel repugnantibus lib. omnibus *per coïtionem*. Nam l. 9, [26, 9.] ait, *Coïtiones honorum adipiscendorum caussa factas adversus rempublicam esse*. et l. 39, [1]1. *Coïerantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum*. Paedian. in orat. de toga. *Coïerant ambo, ut Ciceronem consulatu dejicerent*. SIG. *per contionem* Voss. ambo, Leid. 1. Portug. et Lipsiens. *per concionem* Leid. 2. Harlej. uterque, et Gaertn. *pro concionem* Haverk. *per contentionem* Florent. et Fragm. Hav. Licet autem, ut hinc adparet, omnes nostri libri adversentur, puto tamen recte Sigonium restituisse *per coïtionem*, praesertim quum nunc videam, Klockium etiam ad marginem Livii monere, se ita in cod. suo reperisse. Alibi saepe *coïtio* in *concionem* abiit in libris scriptis. Vide, quae infra notantur ad 4, 13, 9. Propria autem et sollemnia in hac re verba sunt *coïre* et *coïtiones*. Cic. 3. ad Q. Fratr. Ep. 1, 5. *Quod scribis te audisse, in candidatorum consularium coïtione me interfuisse, id falsum est. ejusmodi enim pactiones in ea coïtione factae sunt, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit: et simul mihi committendum non fuit, ut his coïtionibus interessem, quibus Messalla excluderetur*. V. Sigonium ad Liv. 39, 41, 1.

Et patruo suo C. Claudio] *et suo patruo* Leid. 2. Tum *Cesurio C. Claudio* Fragm. Hav. [*suo cum Claudio* Veith.] Paullo ante *Cincinato* Leid. 2. V. ad 3, 12, 8. *Concinnato* Gaertn.

Constantissimo viro in optimatium caussa] *optimatum caussa* Leid. 2. Harlej. 2. Por-

dore vitae pares decemviros creat: se in primis, 10
quod haud secus factum inprobabant boni, quam nemo facere ausurum crediderat. Creati cum eo M. 11
Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Poetelius, T. Antonius

tug. et Haverk. De qua formatione infra v. ad Epit. Liv. l. 79. Quum tamen optimi et integriores codd. vulgatum servent, id etiam retinendum puto.

§. 10. *Quod haud secus factum inprobabant boni, quam nemo facere ausurum crediderat*] *inprobant boni* Voss. 2. Portug. Hav. et primitus excusi. [Veith.] Neque aliter se etiam in suo cod. reperisse Rhenanus infra testatur ad c. 38, 11. Videtur tamen negligentia librariorum omissa esse duplicatio literarum *ba*. Aldus postea *inprobabant* restituit, concinentibus reliquis meis. Praeterea *quam nemo ausurum facere crediderat* Harlej. 2. et Lipsiens. *quam quod nemo facere ausurum crediderat* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. *quam neminem ausurum facere crediderant* Haverk. [*neminem* Veith.] Paullo ante *splendore vitae patres*, pro *pares*, Lipsiens. a m. 1. in contextu.

§. 11. *Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis* etc.] Alio longe ordine nomina Decemvirorum digeruntur in Haverk. *Creati cum eo M. Cornelius Maluginensis, Q. Poetilius, T. Antonius Merenda, Duelius, Sp. Opius Cornicen, M. Rabulejus, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Jubilianus*. quod librarii culpa factum esse censeo, qui trium nomina, in medio omissa, ultimis locis deinde adscripsit.

Q. Fabius Vibulanus] *Quinctius*, vel *Quintius Fabius* Voss. 1. et Leid. ambo. V. supra hoc lib. ad c. 1, 1. *Quintius Fabulus* Fragm. Hav. Plurimum vero in ejus cognomine variant codices. *Jubulanus* habet Lipsiens. *Jubuanus* Voss. 1. *Vibuanus* Leid. 2. *Fibulanus* Harlej. 1. *Jubilanus* Harlej. 2. *Vibulatius* Voss. 2. *Vibularius* Portug. *Jubilianus* Haverk. V. etiam infra ad 4, 17, 10. c. 19, 8. c. 25, 2. c. 37, 1. c. 43, 1. c. 49, 1. et 7. c. 51, 1. Reliqui servant *Vibulanus*. Et recte. *Vibulanus* enim Fabiorum cognomen ex marmoribus Capitolinis et aliunde notum est. Paullo ante *Munitius*, pro *Minucius*, Portug. Vide, ad c. 41. 10. Praeterea Sergii praenomen *M.* deerat in Lipsiens.

Q. Petilius] Veteres quidam libri habent *Q. Poetilius*. Dionys. [l. 10. p. 682.] Ποιτέλιος. Capitolinae tabulae *Poetelius*. Ergo ita scribendum. SIG. Hujus gentis nomen secunda syllaba per vocalem secundam *Poetelius* scribendum esse, Sigonius etiam infra monuit ad 4, 12. 3. 7, 11, 2. (* c. 15, 12. 8, 23, 17.) et 9, 24, 1. Quum autem alibi plerumque recentiores editores scripturam, quam Sigonius probavit, exprimi curaverint, hic tamen et c. 41, 9. *Poetilius* ediderunt. Quare etiam utroque loco ex mente ejus *Poetelius* restitui. Ceterum *Quintius Petilius* praefert Gaertn. V. modo ad verba praecedentia. [*Q. Petilius* Veith.] Quanta autem diligentia Livio operam inpende-

Merenda, K. Duilius, Sp. Oppius Cornicen, M.' Rabulejus.

1 XXXVI. Ille finis Appio alienae personae ferendae fuit. suo jam inde vivere ingenio coepit, novosque collegas jam prius, quam inirent magistra-

rit Doujatius, hic etiam locus indicio est, ubi non modo ipse quoque *Q. Poetilius* edidit, id quod et alii fecerunt, sed etiam notare sustinuit, sic scribendum ex veteribus quibusdam libris Sigonium monuisse; quum non tantum, ut scholium ejus docet, *Q. Poetelius* ex fastis Capitolinis scribi voluerit, sed ita revera etiam in contextum receperit.

T. Antonius Merenda, K. Duilius; Sp. Oppius Cornicen] *T. Antonius Menda* Leid. 2. [*C. Antonius M. Merenda* Veith.] Deinde Duilio praenomen *Caji* tribuunt Voss. 1. Leid. 2. et Florent. *C. Edulius* habet Harlej. 2. Omisso vero praenomine *Edulius* Leid. 1. et Gaertn. *Aedulius* Portug. *Edulius* Lipsiens. et Fragm. Hav. *K. Duilius* in Oxon. L. 1. 2. N. et C. exstare, auctor est Cl. Hearnius. [*M. Duellius* Veith.] Denique *Oppimius*, pro *Oppius*, Portug. *Oppinus* Fragm. Hav. In cognomine vero mire dissentiunt Msti. *Cornicius* est in Voss. 1. *Cornicem* in Voss. 2. et Harlej. 2. *Corniceus* in Leid. 2. *Cornicensis* in Portug. [Veith.]

M. Rabulejus] Hic a Dionysio [l. 10. p. 682.] *Μάνιος* vocatur. Quare M.' *Rabulejus* castigo. SIG. *M. Rabulejus* Voss. 1. Leid. 1. Fragm. Hav. et Gaertner. *M. Rabuellius* Lipsiens. *M. Rabuelius* Portug. *Marcus Rabulejus* Voss. 2. Praenomen non agnoscit Leid. 2. *Rabullerus*, pro *Rabulejus*, Harlej. 2. *M.* vel *Marcus Robulejus* priscae editt. usque ad Aldum, qui *M. Rabulejus* edidit. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CCCIV. p. 154. [*M. Tabulejus* Veith.]

§. 1. *Suo jam inde vivere ingenio coepit*] *sevo jam non vivere ingenio cepit* Lipsiens. Τὸ *jam* abest ab Haverk. supra 1, 2, 3. *Jam inde ab initio minime laetus novae origine urbis.* (* 21, 31, 5.) Paullo ante, *Ille finis alienae personae ferendae Appio fuit* priscae edd. In ordinem, qui nunc obtinet, vocabula digessit Aldus, cum quo stant omnes Msti.

Jam prius, quam inirent magistratus, in suos mores formare] *iniret* primitus excusi. Mendose. non enim Appio ineundus erat magistratus, sed, quem anni principio inierat, continuandus. Recte igitur Aldus ejus loco reposuit *inirent*, quod firmant omnes mei, nisi quod exscriptoris errore *injurent* dederit Portug. Deinde *inter suos mores* idem Portugall. Justinus 3, 2. *Populum in obsequia principum, principes ad justitiam imperiorum formavit.* Saepe τὰ *in* et *int'* sive *inter* commutantur. V. infra ad 38, 57, 6.

§. 2. *Quotidie coïbant remotis arbitris*] *cottidie* hic et alibi semper Florent. *quottidie* Gaertner. V. Dausquej. in Orthogr. parte sec. in voce *Quotidie*. *coïbat* Voss. 2. *coïebat* Leid. 2. *coïre* Haverk. quod se etiam in Palat. sec. invenisse Gebhardus notavit supra ad 1, 12, 1. *conve-*

tum, in suos mores formare. Quotidie coïbant re- 2
motis arbitris: inde inpotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant, jam haud dissimulando superbiam, rari aditus, conloquentibus difficiles, ad Idus Majas rem perduxere. Idus tum 3

niebant Portug. [Veith.] quae scriptura omnino ex glossemate nata est. *venerant*, pro *coïerant*, quidam codices simili errore infra habent 39, 41, 1. *coïre* enim est convenire. V. Inl. Nic. Heinsium ad Nason. Epist. 7. Heroïd. 123. *in unum coïre* Liv. dixit 25, 35, 6. *Quo minus in unum coïrent et duces et exercitus hostium.* et alibi saepe. Tum *renovatis arbitris* Lipsiens. a m. 1. in contextu.

Inde inpotentibus instructi consiliis] *instrui consiliis* Gaertner. qui mox etiam *dissimulabant*, pro *dissimulando*, praefert. Utrumque ferri posset, aliter interpuncto loco. Sed praestat, ut aliorum codd. nihil mutantium consensui cedamus. Tum *consciliis* Lipsiens. V. ad 1, 8, 6. Deinde *coloquebantur*, pro *coquebant*, idem Lipsiens. a m. 1. in contextu; alterum pro varia lectione margini adscriptum est a m. 2. De verbo *coquere* hoc sensu v. infra ad 40, 11, 2.

Rari aditus, conloquentibus difficiles, ad Idus Majas rem perduxere] Doujatius, ut cohaereat cum eo, quod sequitur *colloquentibus difficiles*, legendum putabat *rari aditu*; quod inlustrari potest loco Taciti, qui *rarus egressu* dixit 15. Ann. 53. *Caesar rarus egressu, domoque aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat.* Vel etiam absolute scribere malebat *raro aditu*, aut *raris aditibus*. Verum in vulgatum conspirant omnes libri et scripti et editi, nisi quod Lipsiens. manifesto scribae errore habeat *additus*. V. ad 4, 57, 11. Hinc intempestiva emendandi prurigine locum tentandum non puto, praesertim quum commodum aeque sit vulgatum, atque illud, quod ei substituitur. Non enim *rari aditus* numero plurali casu primo accipio, quemadmodum Doujatium accepisse inde suspicio est, quod *raris aditibus*, ne numerus mutetur, legendum censuerit, sed numero singulari casu patrio. Jam vero *Decemviri sunt rari aditus* aeque dici potest, ac *sunt raro aditu* vel *raris aditibus*. Ita *exactae aetatis Camillus erat* infra est 6, 22, 7. *Q. Fabius Maximus moritur exactae aetatis* 30, 26, 7. pro quo *exacta aetate* dixit 2, 40, 11. Similiter *vir fervidi animi, vehementis ingenii.* V. ad 2, 52, 7. et ad 5, 47, 2. Adde Vossium 7. Gramm. 24. Non exprimitur quidem hic verbum substantivum, sed ejus participium subintelligi debet; quod Livium per ellipsin omittere solitum fuisse, non uno loco Gronovius notavit. Deinde *cum loquentibus dificiles* Lipsiens. De similibus erroribus v. ad 4, 24, 7. *colloquentibus difficile* Harlej. 1. Praeterea *ad Itus Majas* Harlej. 1. Novi, quid tradat Varr. 5. de Ling. Lat. p. 49. *Idus ab eo, quod Tusci Itus, vel potius ab eo, quod Sabini Eidus dicunt.* Attamen scriptura cod. Harlej. 1. ex librarii errore potius nata videtur, quam ut Livium voce pere-

Majae sollemnes ineundis magiſtratibus erant. Initio igitur magiſtratus primum honoris diem denunciatione ingentis terroris insignem fecere. nam quum ita priores decemviri servaſſent, ut unus fasces haberet, et hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret, subito omnes cum

grina usum fuiſſe exiſtimem. *jam ad Idus Majas* offerunt primae edd. sed voculam *jam*, quam omnes ignorant codd. scripti, recte omisit Aldus. Vocem *rem* omisit Lipsiens. cui *jam* subſtituit Gaertn.

§. 3. *Idus tum Majae sollemnes ineundis magistratibus erant*] *Idus tñ Majae* Haverk. Saepe librarii τα *tñ*, id eſt *tamen*, et *tū*, id eſt *tum*, in Mſtis commutare soliti fuerunt ob ductuum similitudinem. Vide, quae notantur infra ad 22, 17, 5. *inundis* habet Florent. a m. 1.

Initio igitur magistratus] Non moveo: sed si qui MSS. haberent *Inito igitur magistratu*, id praeferrem. DUKER.

Denunciatione ingentis terroris insignem fecere] *denunciationem* Florent. Sed litera *m* adcrevit fini hujus vocis ex primis duabus sequentis. V. infra hoc lib. c. 48, 5. Tum *insignem facere* Voſſ. 1. et Leid. 2. qui iidem paullo ante legunt *cum honoris diem*, pro *primum honoris diem*. *primus* eſt in Leid. 1. Paullo poſt vero *quum decemviri ita priores servassent* in Leid. 2.

Hoc insigne regium in orbem, suam cujusque vicem, per omnes iret] Pronomen *hoc* deficit in Lipsiens. *hoc insigne regnum* habet Leid. 2. et Harlej. 1. Sed supra eſt 2, 1, 7. *Libertatis autem originem inde magis, quia annuum imperium consulare factum est, quam quod deminutum quidquam sit ex regia potestate, numeres. Omnia jura, omnia insignia primi consules tenuere.* V. etiam Dion. Hal. lib. 4. p. 268. Alibi etiam hae voces confunduntur culpa scribarum. V. infra ad c. 38, 1. Deinde *in urbem* Gaertn. et editio Mediol. anni 1505. V. ad 5, 19, 11. Idem codex omittit vocem *suam*. Insuper *irent* eſt in Harlej. 1. Tandem in verbis sequentibus *prodire*, pro *prodiere*, Lipsiens.

§. 4. *Et fascibus secures inligatas praeferebant*] *et cum fascibus secures* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertner. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] ac primae edd. omnes usque ad Parisinam anni 1573. quae prima τὸ *cum* omisit. Deinde *inlicatas praeferebant* Voſſ. 1. Leid. 2. et Klockian. *inlicatas proferebant* Leid. 1. et Portug. a m. 1. *alligatas* a m. 2. *alligatas praeferebant* Voſſ. 2. *inligates perferebantur* Harlej. 1. *illigatae praeferebantur* priscae edd. Pro eo Aldus *illigatas proferebant* subſtituit, quod etiam eſt in Fragm. Hav. Frobenius vero dedit anno 1535. *illigatas praeferebant.* Vulgatum praeferendum puto. nisi quis cum plerisque scriptis mallet, *et cum fascibus secures inligatas*, nempe iis fascibus, *praeferebant.* V. Gronov. ad Liv. 10, 7, 9. Paullo ante *implerant* antiquitus excusi. Aldus vero mutavit

duodenis fascibus prodiere. Centum viginti licto- 4
res forum inpleverant, et fascibus secures inligatas
praeferebant. nec adtinuisse demi securim, quum
sine provocatione creati essent, interpretabantur.
Decem regum species erat, multiplicatusque terror 5
non infimis solum, sed primoribus Patrum, ratis

in *impleverant*, quod servant omnes scripti: licet alibi contractionibus similibus potius Livius usus sit.

Nec adtinuisse demi securim] Doujatius edidit *nec attinuisse domi securim*, sive editionem, quae ita operarum errore exhibuit, qualis tamen numquam mihi obvia fuit, praeeuntem inprudenter secutus sit, sive ipse ita legendum censuerit. Eam lectionem inter sphalmata typographorum referendam censuissem, nisi hanc ei interpretationem in notis additam vidissem. „Videri volebant novi decemviri, d o m i secures lictorum non retinuisse, dictatorum imitatione, ut ejusmodi insignibus ostenderent, se creatos sine provocatione: revera ut terrori civibus essent." Verum constanter omnes et editi et scripti servant *demi*, praeter unum Voss. 1. qui simili errore *domi* habet; et Lipsiens. qui in contextu a m. 1. *dena* praefert, altera scriptura a m. 2. pro varia lectione in marginem conjecta. *Non adtinet demi*, id est, non opus est demi, locutio Liviana est, saepissime obvia. Supra 2, 41, 6. *Quid adtinuisse, Hernicis, paullo ante hostibus, capti agri tertiam partem reddi, nisi ut hae gentes pro Coriolano duce Cassium habeant?* 6, 38, 11. *Quem quid creari adtinebat ad id certamen, quo M. Furius victus esset?* 10. 13, 10. *Quid ergo adtineret leges ferri, rogitans, quibus per eosdem, qui tulissent, fraus fieret?* 23, 3, 13. *Quia nec eosdem nominari adtinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant.* c. 13, 5. *Nec victoribus mitti adtinere puto; et frustrantibus nos falsa atque inani spe multo minus censeo mittenda esse.* 36, 11, 11. *Fuere, qui dicerent, nihil adtinere omnes tumultuose concitari.* 37, 15, 2. *Sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid adtinere claudi portum?* 42, 63, 5. *Quod, qua parte palus urbem cingit, nec adtinebat obpugnari, nec poterat.* V. infra ad 45, 19, 12. Ceterum *securem* Leid. 1. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *secures* Leid. 2. Mox mendose *intemptabantur*, pro *interpretabantur*, Voss. 2.

§. 5. *Decem regum species erat, multiplicatusque terror*] Conjunctionem *que*, quam priores excusi non agnoscebant, primus addidit Aldus, mutata etiam distinctione, quae maxima post τὸ *erat* ponebatur. Aldo consentiunt codd. nostri, nisi quod Harlej. 2. et Haverk. trajecta particula copulante, praeferant, *interpretabantur decem regum species: eratque multiplicatus terror.* Gaertn. vero *multiplicatus quoque terror erat.* V. ad 5, 27, 1. Sed vulgatum praestare judico. [*species esse* Veith.]

caedis cauſſam ac principium quaeri. ut, si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset, ſtatim virgae securesque etiam ad
6 ceterorum metum expedirentur. Nam, praeterquam quod in populo nihil erat praesidii, sublata provo-

Sed primoribus Patrum] *prioribus Patrum* Harlej. 1. qui error in codd. scriptis frequenter commiſſus eſt. V. infra ad 37, 43, 10. Supra 2, 44, 4. *Darent modo consules et primores Patrum operum, ut, si minus omnes, aliquos tamen ex tribunis reipublicae ac senatui concilia-rent.* mox cap. seq. §. 2. *Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem.* 4, 48, 9. *Per quam universo ordini cum primoribus se Patrum concilient.* Et passim.

Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset] MS. *aut in populum.* Lego *aut in senatum, aut in populum.* KLOCK. Pall. pr. ac tertius, *ut si quis amore libertatis.* Probo vulgatum. Infra c. 69. *T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum, concordiaeque ordinum, et temporum inprimis habuisse.* GEBHARD. *si quis amore libertatis* habet etiam Voſſ. 2. Ita tamen, ut pro varia lectione in marginem conjectum sit, quod vulgo circumfertur, et recte Gebhardus praetulit. Hoc sensu apud Liv. scribendum putabat Gronov. infra 33, 12, 5. *Ad haec Quinctius negare, Aetolos aut moris Romanorum memorem, aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse.* Ubi plura videnda. *memorem libertati* habet Lipsiens. Praeterea *in senato* ex optimo et vetuſtissimo fragmento Coloniensi legebat Gulielmius apud Gruterum ad Cicer. de Amic. 3. Salluſtium aliosque antiquiores, forte etiam Ciceronem *senati* et *senato*, pro *senatus* et *senatu*, dixiſſe, non diſſiteor; v. Cel. Cortium ad Salluſtii Catil. 30, 3. an tamen Livio convenîat, qui, toties *senatus* ac *senatusconsultorum* mentionem faciens, tamen nusquam alibi *senati vel senato* dixit, vehementer dubito. V. supra ad 1, 15, 7. Accedit, quod, quamvis tredecim usus sim codicibus, in nullo tamen eorum illam lectionem invenerim, quemadmodum nec alii, qui codd. Livianos versarunt, similem ex suis produxerint. In his itaque, in quibus librarii facillime labi potuerunt, uni codici, quamvis non pessimae notae, haud tantum tribuendum exiſtimo, ut ejus solius fide recepta scriptura innovetur. Ceterum *aut in senatum aut in populum* eſt in optimo Florent. et Haverk. quomodo etiam Gebhardus ad 2, 14, 4. se in Palat. sec. Hearne autem in Oxon. C. inveniſſe teſtati sunt. *aut in senatu et in populo* habet Harlej. 2. *aut in senatu aut in populum* uterque Leid. Harlej. 1. et Lipsiens. Si quid mutandum, malim *aut in senatu aut ad populum.* Livium enim praepositionibus, si iterandae erant, aliis aliisque subinde usum fuiſſe infra videbimus ad 6, 28, 3. Ego tamen vulgatum praefero. Livium enim etiam eamdem ipsam praepositionem iterare solitum fuiſſe, ibidem dicendum erit ad §. 6.

§. 6. *Intercessionem quoque*

catione, intercessionem quoque consensu sustulerant: quum priores decemviri adpellatione collegae corrigi reddita ab se jura tulissent; et quaedam, quae sui judicii videri possent, ad populum rejecissent. Aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit: 7

consensus sustulerant] Ingens erratum hic est. corrige, *consensu sustuleront.* RHEN. *consensu sustuleront* restituit Rhenanus. neque aliter Palat. sec. At primus cum tertio, et Andreae Campanique edd. *intercessionem quoque consensus sustulerat.* GEBH. *consensus sustulerat*, quod Gebhardus in duobus codd. totidemque edd. invenit, quodque reliquae edd. Aldina antiquiores praeferunt, in nullo Msto mihi obvium fuit. Non multum tamen ab ea lectione differt, quod in Harlej. 1. inveni *consensu stulerat.* At *consensus sustuleront*, ut Aldus edere incepit, habent Lipsiens. Gaertn. Voss. 1. et Leid. 2. Sed ibi prima litera posterioris vocis perperam adcrevit fini praecedentis. quod inprimis in litera sibilante frequens esse, viri docti observarunt. V. infra ad 28, 25, 2. *consensus tulerant* Leid. 1. Olim, quum omnia unica serie scriberentur, duarum literarum neglecta repetitione datum fuerat *consensustuleront*, pro *consensus sustuleront.* Hinc postea, divisis vocibus, nata est lectio in Leid. 1. obvia. Idem dicendum de ea, quam in Harlej. 1. superesse dixi *consensu stulerot*, nisi quod ibi etiam insuper pro verbo plurali datum sit singulare. Quum vero *consensus tulerant* merito postea secutis librariis aliisve ejus temporis librorum emendatoribus displiceret, id corrigere conati perperam substituerunt *consensus abstulerat*, quod superest in Voss. 2. Hinc patet, quibus gradibus mendae, quae hoc loco in Mstis obcurrunt, paullatim invectae sint, et non male Rhenanum restituisse *intercessionem quoque consensu sustuleront.* quod apud me obserunt Florent. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav.

Corrigi reddita ab se jura tulissent] *a se* Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et Portug. a m. 2. *od se* Leid. ambo, Voss. ambo, Gaertn. et, ut Gebhardus infra ad c. seq. §. 2. docet, Pall. primus ac tertius; quod ipsum convinceret, etsi nulli codd. monerent, *ob se* scribendum esse. Mox *quaedam, quoe sui judicii quoe videri possent*, ultimo *quae* male inserto, Florent.

§. 7. *Aliquamdiu aequotus inter omnes terror fuit*] *error* Voss. 1. Solent saepe hae voces a librariis inter se commutari. V. infra ad 24, 30, 6. Quum tamen *error* hic locum habere non posset, quidam, qui sensum loci perviderat, ejus loco in margine ejusdem codicis correxerat *metus.* quum una tantum litera addita *terror* legendum esse, aliorum codd. consensus probet.

Paullotim totus vertere in plebem coepit] *polotim tocius vertere* Lipsiens. a m. 1. in contextu, pro quo m. 2. in margine *totus* substituit. *verti in plebem* Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] quod ex alterius lectionis interpretatione natum est. *Vertere* enim. pro quo stant alii omnes, et ipse is codex a m. 1. pro *verti*

paullatim totus vertere in plebem coepit. Abstinebatur a Patribus: in humiliores libidinose crudeliterque consulebatur: hominum, non caussarum, toti erant; ut apud quos gratia vim aequi haberet.
8 Judicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Si quis collegam adpellasset, ab eo, ad quem vene-

ponitur, ut saepe apud Livium fieri solet. V. supra ad 2, 62, 2.

In humiliores libidinose crudeliterque consulebatur] *lubidinose* Florent. et Harlej. 1. diversa tantum ejusdem vocis orthographia. Quum vero alibi Livius semper *libido* scripserit, hic etiam *libidinose* servandum putavi: quemadmodum contra Cl. Corte Sallust. *lubido* maluisse, eamque ob caussam se ubique id in eo praetulisse, testatus est ad Catilin. 7, 4.

Hominum, non caussarum, toti erant, ut apud quos gratia vim aequi haberet] Vocula *non*, quae tamen necessario requiritur, exsulat a Voss. 2. (* v. Corte ad Plin. 5. Ep. 16, 8. *pietatis est totus.*) Insuper *gratia iñ aequi haberet* Lipsiens. *iñ*, sive *inde*, et *vt*, sive *vim*, etiam alibi ob literarum adfinitatem commutari solent. V. infra ad 5, 20, 2. *haberent* mendose praefert Haverk. [*hominum causis et toti* Veith.]

§. 8. *Judicia domi conflabant, pronunciabantur in foro*] Placet antiqua lectio *judicia domi conflabant, pronunciabant in foro.* RHEN. *pronunciabantur*, quod Rhenanus damnavit, et, ut videtur, recte, tamen superest in Leid. 1. Harlej. 1. et Haverk. [Veith.] Sed saepe nota, qua terminatio tertiae personae verbi passivi exprimitur, perperam a librariis addi solet. V. infra ad 39, 22, 8. in qua tamen editione illud *pronunciabantur* Rhenanus invenerit, ut deinde id emendari necesse duceret, me ignorare profiteor. Certe omnes, quas vidi, *pronunciabant* praeferunt.

Ita decedebat, ut poeniteret, non prioris stetisse decreto] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius contra fidem omnium codd. et edd. priorum, qui *discedebat* praeferunt; nisi quod *discribeba:* sit in Lipsiens. Illud *decedebat* autem videtur inrepsisse ex aberratione typothetarum, quamvis inter errata, quorum syllabus ad finem cujusque tomi adjicitur, non enumeretur. Inprudenter itaque eamdem lectionem expresserunt nuperi Amstelaedamenses, qui tamen se ante omnia operam daturos promiserunt, ut Livius ad J. Fr. Gronovii mentem quam accuratissime ederetur, idque se non infeliciter praestitisse jactarunt. *ab eo discedebat* unice verum est. V. J. Fr. Gronov. infra ad 27, 10, 1. Praeterea *ut poeniteret eum, non prioris*, inserta voce, quam alii omnes ignorant, Fragm. Haverk. [Veith.]

§. 9. *Opinio etiam sine auctore exierat*] *Opinio etiam quam sine auctore exierat* Gaertner. Mox *eo*, pro *eos*, Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *si foedus clandestinum*, pro *sed*, Gaertn. *sed foedus et clandestinum*, inserta voce *et* Lipsiens. Denique *nec comitia haberent*, pro *ne*, Leid.

rat, ita discedebat, ut poeniteret, non prioris de-
creto ſtetiſſe. Opinio etiam sine auctore exierat, 9
non in praesentis modo temporis eos injuriam con-
spiraſſe, sed foedus clandeſtinum inter ipsos jure-
jurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque
decemviratu poſſeſſum semel obtinerent imperium.

1. Sed prima litera vocis *comitia* per errorem scribae repetita eſt in fine voculae praecedentis. V. infra ad 4, 57, 11.

Perpetuoque decemviratu possessum semel retinerent imperium] Palat. sec. Andreae Campanique recensio *obtinerent*. Sed primus tertiusque *perpetuoque decemviratum possessum semel obtineret imperium*. GEBH. Ocius refinge ex o. scriptis editisque priscis ante Curionem et Gryphium, *obtinerent*. Eſt enim hic *obtinere*, non consequi, sed perseverare in tenendo, obſtinate tenere. ut in illo *antiquum obtines*. Livius l. 4, [16, 4.] *Nec deinde id plebem concessum semel obtinuisse*. l. 7, [18, 5.] *Si, quod duorum hominum virtute partum sit, id obtinere universi non possint*. l. 26, [20, 1.] *Laudavitque milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuissent*. l. 27, [14, 2.] *Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus*. id eſt, conservandum, ne eriperetur. Plautus Milite [2, 2, 30.] *Paret artem et disciplinam: obtineat colorem*. Hanc vim verbi nec adsecutus Pighius Noct. Att. 13, 15. in verbis Meſſallae auguris, *At censores inter se, rursus praetores consulesque inter se, et vitiant et obtinent*: scribere mavult *retinent*, 4. Annalium p. 262. Valerius Maximus 1, 1. *Constantia obtinendae religionis*. J. FR. GRON. Adde, quae de significatione verbi *obtinere* ad Taciti Agricolam 23. adnotat Gronovius. DUK. *obtinerent* habent etiam omnes mei codd. idemque de Oxonn. suis Hearne teſtatur. pro eo autem non Curio vel Gryphius, sed ante eos Frobenius anno 1535. *retinere* subſtituit, quod recte Gronovius rejecit, docens, Livio aliisque *obtinere* saepe pro retinere usurpari. Exemplis ab eo laudatis adde illud ex 9, 38, 13. *tacitus ab incertis, quidnum esset acturus, legatis recessit. Nocte deinde silentio, ut mos est, L. Papirium dictatorem dixit. cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum silentium obtinuit, ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit*. Eo sensu *obtinere* et *conservare* junxit Cic. 1. ad Q. Fratr. Ep. 1, 12. *Hoc petas, ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis cum publicanis, obtinere et conservare patiantur*. Ceterum pro *decemviratu* habent *decemviratum* Florent. Gaertn. Voſſ. 2. Leid. 1. et Portug. a m. 1. *decemviratus* Harlej. 2. *decemviri tum* Voſſ. 1. et Leid. 2. *decemviri cum* Fragm. Hav. Etiam copula *que* aberat ab eodem illo poſterius memorato codice a m. 1.

§. 1. *Circumspectare tum patriciorum vultus plebeji, et inde libertatis captare auram*]

1 XXXVII. Circumspectare tum patriciorum vultus plebeji, et inde libertatis captare auram, unde servitutem timendo in eum ſtatum rempublicam ad-
2 duxerant. Primores Patrum odiſſe decemviros, odiſſe plebem: nec probare, quae fierent; et credere, haud indignis accidere. avide ruendo ad liber-

Circumspectare tñ, pro *tum*, Gaertn. V. ad Livii 22, 17, 5. *patriciorum vultus, plebi inde libertatis* Lipsiens. Deinde *spectare auram* Leid. 2. Male. Eleganti enim hic usus eſt metaphora, quam non intellexit, qui eam in Leid. 2. mutavit. *Captare auram* proprie de eo dicitur, qui vento obversus, ejus adspirationem ore patulo colligere eonatur. Ovid. 7. Metam. 557.

Ora patent, auraeque graves captantur hiatu.

Hic transfertur ad plebejos, qui, ad patricios obversi, ex habitu oris eorum conjicere eonantur, quae libertatis recuperandae ſpes superſit. *Captare auram libertatis*, ut *captare auram popularem* supra hoc lib. c. 33. 7. *Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque aurae popularis captator evaderet. aura libertatis*, ut *aura spei* infra 42, 39, 1. *Et tum quidem ab Dio Perseus in interiora regni recipit se, levi aura spei objecta, quod Marcius ipsius caussa suscepisse se legationem dixisset.* Ex his patet, male etiam librarium Florent *libertatis captare auream* dediſſe. Mox, *unde pro virtute timendo*, pro *unde servitutem timendo*, Portug. *inde servitutem* Gaertn. V. ad 39, 33, 5.

§. 2. *Primores Patrum odisse decemviros, odisse plebem*] *Priores Patrum* Lipsiens. et Fragment. Hav. a m. 1. V. ad cap. praec. §. 5. *Primorum Patres* male praefert Leid. 1.

Et credere haud indignis accidere] Primam voculam nescit Portug. quum tamen praecedens vox per compendium *fierēt* scribatur, ab ejus ultima syllaba facile intercipi potuit. V. infra ad 37, 59, 1. Eodem modo, quo *τὸ ut* intercipitur ab ultima syllaba proximae vocis *jusserūt.* V. infra 37, 24, 13.

Avide ruendo ad libertatem in servitutem elapsos juvare nolle] Malim *relapsos*. in qua scilicet ante quoque fuerant sub regum dominatu. GULIELMIUS Quaeſt. Plaut. in Bacchid. c. 2. Probo nihilominus Palat. sec. *avide ruendo a libertate.* ut supra c. 36. primus ac tertius contrarie *corrigi reddita ad se jura tulissent*. Gulielmius Plaut. Quaeſt. legit *relapsos*. GEBH. Non male Gulielmius, *relapsos*. Ascensius *delapsos*. Ipsum quoque *lapsos* alioqui sufficiebat. Infra [c. 50, 6.] *Misericordia se in speciem crudelitatis lapsum*. l. 27, [33, 10.] de Marcello et Crispino, *In necopinatam fraudem lapsos esse*. J. FR. GRONOV. *elapsos* servant omnes, quibus utor, Mſti; nisi quod in Portug. a m. 2. emendatum sit *lapsos*: similiter *elapsos* eſt in excuſis omnibus, nisi quod Ascensius anno 1513. et 1516. *delapsos*, et nuperi Amſtelaedamenses *lapsos* dederint. *delapsos* vel *lapsos* legendum eſſe,

tatem in servitutem elapsos juvare nolle: cumulare 3
quoque injurias, ut taedio praesentium consules
duo tandem et ſtatus priſtinus rerum in desiderium
veniant. Jam et proceſſerat pars major anni, et 4
duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas
erant adjectae: nec quidquam jam supererat, si hae

Doujatius exiſtimabat. *relapsos* contra magis probaſſe videtur J. Fr. Gronovius infra ad 43, 6, 9. quum hoc loco *lapsos* ſufficere judicet. *labi in servitutem*, quemadmodum *in errorem labi* legendum conjicit Gronov. infra 44, 10, 3. *In errorem emendabilem visus lapsus esse, quod per urinatores omne ferme extractum est.* ubi editur *in rem emendabilem.* Praeterea *avide in eundo* Harlej. 2. et Lipsiens. *avide irruendo* Haverk. Tum *a libertate* Leid. 2. Lipsiens. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. Denique *voluit*, pro *nolle*, eſt in contextu Lipsiens. a m. 1. [*volunt* Veith.]

§. 3. *Cumulare quoque injurias*] Pall. primus ac tertius *cumulare quoque ruinas.* GEBH. *ruinas* etiam Voſſ. 2. Deinde *accumulare* Portug. a m. 2. penitus erasa scriptura priori, ut, quid antea scriptum fuerit, conjectura adſequi nequeam. Sed sufficit vulgatum *cumulare.* Supra c. 12, 8. *Non iterando laudes, ne cumularet invidiam, sed veniam errori atque adolescentiae petendo, sibi ut condonarent filium, orabat.* 42, 20, 5. *Accesserunt, quae cumularent religiones animis.* Ceterum *dissimulare* Harlej. 2. in margine praeſert, quod a mala manu profectum puto, ut et *simulare* in Lipſiens. obvium.

Consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium veniant] *veniat* Harlej. 1. Et ita Portug. a m. 2. eraſa priori lectione, ut amplius legi nequeat. Utrumque genus loquendi Livio in usu eſt. V. supra hoc lib. c. 30, 1. Quare unius codicis, et alterius interpolati, auctoritas tanta mihi *non* eſt, ut ejus fide lectionem, quam aliorum omnium turba conſtanter firmat, mutandam censeam. Praeterea *tamquam*, pro *tandem*, Lipsiens.

§. 4. *Jam et processerat pars major anni*] Vocula *et* exſulat a Voſſ. 2. Leid. ambobus, Gaertner. et Portug. [Veith.] Sed errorem hunc ſrequenter a librariis commiſſum eſſe supra vidimus ad 2, 44, 3. Deinde *major anni pars* trajectis vocabulis Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. et Lipsiens. [*major pars anni* Veith.]

Ad prioris anni decem tabulas erant adjectae] *abjectae* Voſſ. 1. sollemni librariorum lapsu. V. infra ad 5, 48, 9. (* 9, 35, 3.) Paſſim verba cum praepositionibus *ob* et *ad* composita inter se commutantur. V. infra ad 40, 15, 5. Mox *ne quicquam*, pro *nec quidquam* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. et Lipsiens.

Si hae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent] Debet eſſe *si eae quoque leges.* RHEN. *set hae quoque leges* Voſſ. 1. *sed hae quoque leges* Leid. 2. *sed hec quoque leges* Lipsiens. *sed hee quoque leges* Gaertn. *si ea quoque leges* Leid.

quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent,
5 cur eo magistratu reipublicae opus esset. Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur. Id modo plebes agitabat, quonam modo tribu-

1. Perinde puto, utrum *hae*, an *eae*, legatur. Deinde *centuriatis comitiisque* Haverk. Tandem *perlatae erant* Portug.

§. 5. *Consulibus creandis comitia edicerentur*] *comitia dicerentur* Voss. 2. Gaertn. et Fragment. Hav. [Veith.] Et, ita se quoque in duobus Palat. invenisse, Gebhardus infra testatur cap. proximo §. 13. Error ortus ex eo videtur, quod voces, quae olim continua serie scribebantur, ab inperito scriba male ita divisae fuerint *comitiae dicerentur*, quemadmodum superest in Florent. et Leid. 1. Inperitior deinde ultimam literam vocis *comitiae*, quae sequenti jungenda erat, delevit. Sed *edicere* in hac re proprium verbum est. V. viros doctos ad Gellium 13. N. A. 15. *comitie edicerentur* in Lipsiens. esse, ejus excerpta testantur.

Id modo plebs agitabat] Tres Palatini *plebem agitabat*. Forte fuit, *Id modo plebes agitabat*. V. supra 1, 20. 2, 55. GEBHARD. *plebem agrabat* Voss. 1. pro quo *plebem aggravabat* in margine emendatur. *plebem agravabat* Lipsiens. *plebem agitabat*, *aggravabat*, servata utraque lectione, Leid. 2. *plebem agitabat* Voss. 2. Harlej. 2. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] *plebe agitabat* Leid. 1. *plebes agitabat*, quod reponendum Gebhardus conjecit, et Gronovius contextui reddidit, est in Harlej. 1. et Portug. V. ad 1, 20, 6. Et hoc verum puto. *agitare* hic est cogitare. V. infra ad 25, 36, 5.

Tribuniciam potestatem, munimentum libertatis, rem intermissam, repararent] Scribe *munimentum libertati*. id est, tribuniciam potestatem, quae est munimentum ipsi libertati, seu futuram munimentum libertati. RHEN. Palatini omnes *munimentum libertati*, ut ante Rhenanum dudum ediderat Campanus. Infra c. 45. *Tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae, duas arces libertatis tuendae, ademistis* GEBHARD. *munimentum libertati* etiam omnes mei codd. nisi quod *munimentum libertatis* ab initio scriptum fuerat in Gaertn. in quo tamen mox litera finalis sibilans expuncta est. De similibus aliis plenius infra videndum ad c. 46, 2.

§. 6. *Comitiorum nulla fieri, et decemviri*] *nulla fieret*. *decemviri* Leid. 2. et Harlej. 2. *nulla fieret, et decemviri* Gaertner. et Portug. a m. 2. *nulla fieri*. *decemviri* Florent. et Haverk. *nullam fieri, et decemviri* Lipsiens.

Qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur] Palat. pr. ac tertius, *qui primo tribunicios homines, quia populares id populare habebatur*. Et tale quid puto inventum Campano, quoniam edidit, *quia primo tribunicios homines populares, quia id populare habebatur*. GEBH. Quemadmodum Campanus edidit, inveni in Por-

tribuniciam poteſtatem, munimentum libertati, rem intermiſſam, repararent. Quum interim mentio co- 6
mitiorum nulla fieri, et decemviri, qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur, circum se oſtentaverant plebei, patriciis juvenibus

tug. Contra Pall. primo et tertio adsentiunt Voſſ. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Poſtea enim adjectis notis τὸ *populares* delendum quidam indicavit. *quia populares. quia id populare habebatur* Florent. *quia et id populare* eſt in Haverk. et Harlej. 2. *quia id populare habebat* Lipſiens. V. ad 10, 10, 1. [*hominesque populares id populare* Veith.] Vocem primam *qui* male neglexit scriba Leid. 2. Deinde *qui mō primo* praefert Gaertn. Tum *circum saepe ostentaverant*, pro *circum se*, Gaertn. *circum se ostentarant* primae edd. Aldus demum *ostentaverant* vulgavit. Et ita omnes scripti mei. Denique *ostentaverant plebei* Voſſ. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Klockian. quod eorum auctoritate motus in contextum recepi. V. ad 2, 42, 2.

Patriciis juvenibus sepserant latera] Palat. duo *senserant*. Forte *densarant*. l. 6, 15. *Offendit te, A. Corneli, vosque, Patres conscripti, circumfusa turba lateri meo?* GEBH. Noſtri omnes ſtant pro vulgata lectione, nisi quod *scepserant latera* fuerit in Gaertn. *senserant latas* in Fragm. Hav. a m. 1. Non opus itaque conjectura Gebhardi, quum lectio duorum Pall. manifeſto errori scribarum tribuenda sit, qui recte in Fragm. Hav. emendatus eſt. Supra 1, 49, 2. *Conscius deinde, male quaerendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit.* Tacit. 15. Ann. 57. *Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quinctianus passim conscios edere, magis magisque pavido Nerone, quamquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.* Eodem verbo usus eſt Sueton. de militibus, qui aliquem cuſtodiunt, ne effugiat, in Aug. 65. *Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem, in insulam transportavit, sepsitque insuper custodia militum.* Ceterum per diphthongum *saepserat* optimae notae Florent. quam orthographiam plures viri docti probarunt. V. Pierium ad Virgil. Ecl. 1, 54. et Dausquej. in Orthogr. part. 2. in voce *Saepes.* Diſſentit Voſſius in Etymol. ling. Lat. v. *Saeptum.* Praeterea *patriciis viventibus* scribae aberratione Lipsiens. (* v. ad 21, 4, 2.)

Eorum catervae tribunalia obsidebant] Pall. tres *obsederant.* GEBH. *obsederant* non modo supereſt in omnibus fere manu exaratis, sed etiam in excusis veteribus. Frobenius poſtea *obsidebant* anno 1535. vulgavit. Quod secuti editores probarunt usque ad Gronovium, qui anno 1665. *obsederant* in priſtinum locum reduxit. Unus Florent. *obsedebant* exhibet. V. ad 9. 2, 3. Praeterea *eorum caterva tribunalium obsederant* nullo sensu Gaertn. *et eorum catervae tribunalia obsederant* Haverk. *eorum catervae et tribunalia obsederant* Harlej. 2. *eorum caterva tribunalia obsederant* Fra-

sepserant latera. eorum catervae tribunalia obsede-

gment. Hav. a m. 1. Ceterum in processu orationis, toto hoc paragrapho, vitii nonnihil ac scabri latere videtur. Forte ex consensu partim Gaertn. et Portug. partim Haverk. legendum, *Quum interim mentio comitiorum nulla fieret, et decemviri* etc. *patriciis juvenibus latera sepserant, et eorum catervae tribunalia obsederant.* Posses et aliter interpungendo locum juvare, si major distinctio post *fieri* interponatur, eam autem, quae est post *repararent*, in minorem mutes.

§. 7. *Hi fere agere plebem plebisque res*] Insigne erratum hujus loci quum sit tam manifestum, mirum est, quomodo doctos tam diu potuerit fallere. Vide, quam egregie se ulciscantur veteres libri non inspecti. Corrige, *Hi agere, ferre plebem plebisque res*, id est, expilabant plebem, diripiebantque. Quo loquendi genere saepe Livius utitur. Sic alibi [38, 15, 10.] *Tum demum fracta pertinacia est, ut ferri agique res suas viderunt.* Item: *Quum ante oculos prope suos sociorum res ferri agique videret.* Hoc Graeci dicunt φέρεσθαι καὶ ἄγεσθαι, et φέρειν καὶ ἄγειν. A quibus nostri usurparunt. RHENAN. Non aliter Palatini tres et Campani editio: nisi quod illi amplius *Hi ferre, agere etiam plebem.* GEBH. Soli Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. retinent scripturam, quae ante Rhenanum vulgo circumferebatur. Reliqui mei ejus emendationem firmant, nisi quod Harlej. 2. et Haverk. consentientes Gebhardi Palatinis, praeferant *Hi ferre, agere etiam plebem plebisque res.* Gaertn. *Hii fere agere in plebem.* De locutione *ferre agere* v. ad 33, 13, 10.

Plebisque res, cum fortuna, qua, quidquid cupitum foret, potentioris esset[Insignis ambiguitas in *cum* et *fortuna*. Praeterea quidam codd. *esse*, quidam *esset* habent. Sed legendum est: *Hi ferre, agere plebem, plebisque res, cum fortuna, qua quicquid cupitum foret potentioris esset; et jam ne tergo quidem abstinebatur.* GLAR. Vet. lib. *quicquam.* SIG. MS. cujus supra mentionem factum est, paullo impressis antiquior, sed qui cum iis fere in omnia vitia quasi de compacto conspiravit, *Hi ferre agere plebem plebisque res fortune qum quicquid cupitum foret potentioris esse.* Lego, *Hi ferre agere plebem, plebisque res potentioris esse. Et jam ne tergo quidem* etc. Caetera a glossa huc irrepsisse arbitror. KLOCK. in Syllog. Epist. quas edidit Cel. Burmann. t. 1. p. 392. MS. pro *quicquid*, supra lineam habet uu/qq. quod est *quamquam*, vel *quemquem*. Lego, *Hi ferre, agere plebem plebisque res; quum fortuna, quocumque cupido ferret, potentioris esset.* vel quo *quemquem cupido ferret.* vel *plebisque res, quum in formam quaptae* (id est, captae) *urbis, quicquid cupitum foret, potentioris esset.* vel, *quum fortunas, in quas quemquem cupido inferret, potentioris esset.* Sic Virg. [1. Aen. 573.]

Urbem quam statuo, vestra est, subducite naves.

Imo: *cum fortuna, qua quemquem cupido inferret, potentioris esset.* Fortuna, id est, eventus fortunae. vel *cum Fortuna, quod quisquam cupitum iret* (vel *cupituiret*) *potentioris esset.* Sallust. in Jug. [41.] *Interea parentes aut parvi liberi militum, ut quis-*

rant. Hi ferre, agere plebem plebisque res; quum 7

que potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere, polluere, et vastare omnia. KLOCK. Locus depravatus. Sigonius ex suo propinat *quicquam.* Nec subscribunt nostri, neque id prodest quicquam. Fortasse: *plebem plebisque res et fortunas, quum, quicquid cupitum foret, potentioris esset.* J. FR. GRON. An potius? *cum fortuna, quicquid cupitum foret, potentioris fecisset.* l. 22, 22. *Circumspectis igitur omnibus, quae fortuna potestatis ejus facere poterat.* JAC. GRON. Omnes nostri vulgato consentiunt, nisi quod Haverk. cum vet. lib. Sigonii faciens, legat *quicqnam*, pro *quidquid*, et *potentiori esset*, pro *potentioris esset. cubitum* autem obferat Harlej. 1. et *cupide* Gaertn. Neque a recepta lectione in diversa abeunt excusi vetusti. Solus tantum Ascensius anno 1513. et 1516. edidit *potentioris esse.* quod in nullo cod. superest. Et ad has edd. respexisse puto Glareanum, quum notat, quosdam codd. habere *esse.* Passim enim codicum nomine priores edd. indicat. Minus caute igitur Doujatius, Glareano fidem habens, in quibusdam codd. scriptum haberi *esse*, sic forte emendari posse conjicit: *ferre, agere plebem, plebisque res, fortunasque; quicquid cupitum foret, potentioris esse.* J. Fr. Gronovius in priori ed. notarum, pro conjunctione *quum* reposita praepositione *cum*, et emendata interpunctione, scribi jussit, quemadmodum etiam Glareanus voluisse videtur, *Hi ferre, agere plebem plebisque res, cum fortuna, qua, quidquid cupitum foret, potentioris esset.* hoc sensu, ea fortuna, eoque eventu, ut non jus valeret, sed vis, et, quidquid ab utro peteretur, obtineret potentior, nempe patricius. Quod merito secundis curis displicuit. Is enim si Livii sensus esset, non dixisset *cum fortuna, qua*, sed *cum fortuna, ut.* quo sensu *cum eo, ut* ipsi frequens est. Infra 8, 14, 2. *Lanuvinis civitas data cum eo, ut aedes lucusque Sospitae Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano esset.* Eodem cap. §. 8. *Et Antium nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent.* 36, 5, 3. *Apud regem gratiam initam volebant cum eo, ut caverent, ne quid offenderent Romanos.* Et ita apud Colum. 5. de re rust. 1. *Obsequar voluntati tuae cum eo, ne dubites, id opus geometrarum magis esse, quam rusticorum.* Quam conjecturam deinde Gronovius in altera editione priori subposuit, quaeque hic praemissa legitur, inlustravit Cl. Jac. Perizonius adscriptis ad oram codicis locis Livii ex 3, 68, 4. *Ex illis concionibus numquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit.* et ex eodem cap. *Pleni fortunarum gloriaeque, simul publicae, simul privatae, triumphantes domum ad penates redibatis.* Praeterea tres novas conjecturas eodem adjecerat; vel primo legendum esse, *Hi ferre, agere plebem plebisque res; cum fortuna, quidquid cupitum foret, potentioris esset;* vel deinde, *Hi ferre, agere plebem plebisque res cum fortuna, de qua quidquid cupitum foret, potentioris esset;* vel denique, *Hi ferre, agere plebem plebisque res cum fortuna, quia, quidquid cupitum foret, potentioris esset.* Videmus, satis conjecturarum viros doctos

fortuna, qua quidquid cupitum foret, potentioris es-

ad hunc locum congessisse: ex quibus si eligendum foret, reliquis omnibus praeferrem, vel quae J. Fr. Gronovio in iterata editione, vel quae Jac. Gronovio in mentem venit: omnium autem minime probarem inlaudabilem atque audacissimam temeritatem Klockii, qua, praesertim in epistola ad Lipsium, quidquid minus intelligebat, secare, et invitis Mstis ejicere conatus est. Si tamen et mihi, quod verius videtur, in medium conferre permittatur, minima mutatione *foret* in *fieret* mutato, legerem hoc modo: *Hi ferre, agere plebem plebisque res; quum fortuna, qua, quidquid cupitum, fieret, potentioris esset.* Ideo juvenes patricii ferebant, agebant plebem plebisque res, quum fortuna potentioris esset, et per hanc fortunam fieret, quidquid cupitum esset. *Fortuna potentioris esset* eadem ratione dictum, qua *suarum rerum erant* cap. seq. §. 11. ubi plura vide. *foret* autem et *fieret* in Mstis commutari, infra videbimus ad 10, 41, 7.

§. 8. *Potentioris esset etiam, ne tergo quidem abstinebatur, virgis caedi alii, alii securi subjici*] Malim sic distinguere, *Et jam ne tergo quidem abstinebatur. virgis caedi, alii securi subjici.* Nam in scripto cod. tantum semel est *alii*. RHEN. Tantum semel conspicitur in Pall. tribus τὸ *alii*, ut et in Rhenani libro. Campanus edidit, *alii virgis caedi, alii securi subjici.* Sed Andreae recensio adest vulgatae lectioni. GEBH. Jam monuerat Rhenanus, prius *alii* non reperiri in Borbetomagensi. Nec in nostris est. Restitue igitur, *Et jam ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi, alii securi subjici.* Quasi diceret: caedebantur virgis, nonnulli etiam securi feriebantur. Ita solent nonnumquam brevius veteres. Liv. 5, 8. *Pauci reipublicae; huic atque illi, ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt, adsunt.* Ubi Cl. Puteanus notaverat, esse in Cujaciano: *multi huic atque illi.* Quod a male sollicitis, ne quid deesset, insertum non dubitamus. Eodem libro c. 20. *Duae senatum distinebant sententiae: senis P. Licinii, quem primum dixisse a filio interrogatum ferunt*, etc. *altera Ap. Claudii.* Quis est, exclamat Sigonius, qui non sentiat, huic sententiae explicandae vocem *una* maxime necessariam deesse? Ego, ut, si adfuisse constet e bonis libris, eam non moverim, ita, cum meliores eam non agnoscant, Sigonianis tantum deferre nequeo, ut necessariam existimem. Rursus l. 5, [21, 5.] de Vejentibus, *Jam in partem praedae suae vocatos Deos, alios votis ex urbe sua evocatos hostium templa novasque sedes spectare.* Denique eodem [c. 52, 7.] *Haec omnia in profano deseri placet sacra, aequalia urbi, quaedam antiquiora origine urbis.* l. 10, [2, 11.] *Ita in medio circumventi hostes caesique, pars capti.* l. 22, 33. *Legati et ad Philippum regem missi, et alii in Ligures.* l. 36, 17. *Et quum Hypatum tuendam Heracleamque depoposcissent, neutram tutati refugerunt in juga montium, pars Heracleae incluserunt sese.* Sic MSS. Caesar Gall. 1, 8. *Helvetii ea spe dejecti, navibus junctis ratibusque compluribus factis, alii vadis Rhodani, qua minima altitudo fluminis erat, nonnumquam interdiu, saepius noctu, si perrumpere possent, conati.* Sic MSS. et veteres edd.

set. Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis 8

Fr. Hotmannus judicavit primum deeſſe *τὸ alii*, scripsitque, *ratibusque compluribus factis alii, alii vadis.* Quod secuti sunt magni viri, qui poſtremum Caesari manum admovere. Perperam. l. 5, [11.] *Itaque ex legionibus fabros deligit, et ex continenti alios arcessit.* Salluſtius de republ. ordin. [c. 4.] *Et ea caussa exercitus stipendiis confectis, optimos et veterrimos omnium, adversum fratres parentesque, alii liberos contendere.* Idem Jugurtha [31.] *Incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes.* Ibidem c. 83. *Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncios mittit. Ille probare, partim abnuere.* Ita prima editio, teſte Grutero, et fideliores scripti. Vulgo additum *alia.* Suetonius Octavio 75. *Festos et solennes dies profusissime, nonnumquam jocülariter tantum celebrabat.* Ubi sententiam imperfectam, ut retur, explet Casaubonus scribendo, *profusissime nonnumquam, nonnumquam joculariter.* Tale Silii 1, 241.

— — *armis consulta senatus*
Vertere, nunc donis.

Fruſtra Dausquejus, *nunc scita senatus.* Curtius l. 7, [4.] *Obstat metus, aliis cupiditas.* Sic MSS. et recte ex illis Freinshemius. J. FR. GRON. Recte primo Rhenanus *Et jam*, pro *etiam*; quomodo et noſtri, nisi quod *etiam* supersit in Lipsiens. et *τὸ jam* non conſpiciatur in Voſſ. 2. Portug. et Fragm. Hav. Alibi saepe voculae *et jam* atque *etiam* commutantur. V. supra ad 1, 47, 9. Deinde optime idem Rhenanus *alii* priori loco suſtulit, suffragantibus, ut Hearne teſtatur, codd. Oxonienſibus; neque adversantur ulli meorum. Attamen in Voſſ. 1. eſt *a virgis caedi*, quasi librarius dare voluiſſet *alii virgis caedi*, ut Gebhardus in Campani ed. eſſe monet. Verum sive illo, sive alio loco, vox ea reponatur, a mala manu eſſe tot codd. diſſentientium turba satis probat. Locutionem saepe alibi inluſtravit J. Fr. Gronovius, quem v. ad Liv. 10, 29, 7. 28, 16, 13. 36, 17, 9. 43, 18, 7. et 44, 6, 2. Jac. Gronov. ad Liv. 22, 29, 3. 25, 24, 5. et 38, 56, 6. et Cortium ad Salluſt. Catil. 50. in princ. c. 61, 8. et ad Jugurth. 83, 3. Exemplis, quae observarunt, pauca haec ex Livio addi poſſunt. (* 3, 61, 9. ubi vide.) 4, 21, 9. *Dictatorem dici Q. Servilium placet: cui Prisco, alii Structo fuisse cognomen tradunt.* Ita forte ex veſtigiis codicum legendum conjeci. vulgo editur, *cui Prisco alii, alii Structo.* c. 33, 11. *Infert pavidos fuga in mediam aciem: obtruncantur in ripis; alios in aquam compulsos gurgites ferunt.* (* 9, 10, 3.) 34, 2, 12. *Quid enim nunc aliud per vias et compita faciunt, quam rogationes tribunorum plebis suadent, aliae legem abrogandam censent.* ita ex pluribus codd. meis legendum monui. Vulgo edebatur, *quam quod aliae rogationes.* 36, 12, 6. *Aliis sua voluntate adfluentibus, metu coacti etiam, qui dissentiebant, ad regem convenerunt.* 39, 34, 4. *Seditione inter ipsos dimicatum, quum ad se, alii ad Eumenem civitatem traherent.* Ita in uno eſt cod. quum in alio sit *ad se alii, alii ad Eumenem;* vulgo autem edatur *alii ad se, alii ad Eumenem.* 42, 30, 4. *Pars altera regiae adulationis erat, quos aes alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu; praecipites ad novanda omnia agebat; quosdam*

caedi, alii securi subjici; et, ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium. Hac mercede juventus nobilis corrupta non modo non ire obviam injuriae, sed propalam licentiam suam malle, quam omnium libertatem.

1 XXXVIII. Idus Majae venere. Nullis subrogatis

ventosum ingenium, ubi *quos aes alienum* accipi debet, quasi foret *quorum quosdam aes alienum*. Et ita capiendus videtur locus Livii eodem l. 42, 53, 1. *Tum vero ea vociferatio simul indignantium minitantiumque, partim jubentium bonum animum habere regem, exorta est, ut finem dicendi faceret*. Idem enim est, ac si dixisset, partim simul indignantium simul minitantium, partim jubentium. Praeterea *aliis securi subici*, vel *subjici* Voss. 1. Leid. 1. Portug. a m. 1. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. *alii securis subjici* Harlej. 1. *aliis securis subici* Leid. 2. Sed partim voci *alii*, partim voci *securi*, partim utrique prima proximae vocis litera adhaesit. Id autem frequenter in litera sibilante, ut hic factum, usu venire, infra videbimus ad 28, 25, 2.

Ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium] Vocula *ne* omittitur in Leid. 1. [Voith.] *ut gratuita* habet Leid. 2. [*esse* Veith.] Praeterea *bonorum damnatio*, pro *donatio*, vir doctus ad marginem edit. Curionis scribendum conjiciebat. Sed *damnare bona* mihi inauditum est. Deinde *domini* non est in contextu Portug. sed in ejus margine tantum.

Hac mercede juventus nobilis corrupta, non modo non ire obviam injuriae] *Ac mercede*, perperam omissa adspiratione, Voss. 1. et Leid. ambo. [Veith.] V. infra ad 35, 26, 7. Tum *correpta* Leid. 1. V. ad 5, 20, 6. (* Epit. Liv. l. 125.) Insuper *non modo ire*, altero *non* excluso, Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. *non modo* pro *non modo non* saepissime poni patebit ex illis, quae dicentur ad Liv. 25, 26, 10. Verum in illis plerumque sequitur *ne quidem*, vel similis negatio: quum contra altera pars periodi hic per adfirmationem conceipiatur. Vulgatum, pro quo stant alii, et inter eos optimae fidei libri, servandum est. Denique *ire obviam in jure* Haverk.

§. 1. *Idus Majae venere*] Hic novus est annus, et tertius decemvirorum; quod ostenditur ex oratione P. Sempronii tribuni plebis l. 9, [34, 1.] adversus Appium censorem concionantis, ubi obiter de hoc decemviro mentionem facit. *Est hic*, inquit, *Quirites, illius Appii progenies, qui, decemvir in annum creatus, altero anno se ipse creavit; tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces et imperium obtinuit, nec antea continuando abstinuit magistratu, quam obruerent eum male parta, male gesta, male retenta imperia*. Atque hic primus est locus ad probandum, alium esse annum tertium, quo decemviri fuere in imperio, et alium, quo Valerius ac Horatius consules fuere. GLAR. Ad

magiſtratibus, privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum inminutis, neque ad speciem honoris insignibus, prodeunt. id vero regnum haud dubie videri. Deploratur in perpetuum li- 2 bertas; nec vindex quisquam exsiſtit, aut futurus videtur. nec ipsi solum desponderant animos, sed

id probandum quinque locis uſus eſt Glareanus. Primus nempe hic eſt. secundus obcurrit infra c. 51, 12. tertius c. 56, 4. quartus c. 61, 13. quintus denique 9, 34, 1. quibus omnibus ipse videndus eſt. Et hanc Chronologiam Livium ac Dionysium secutos eſſe, docet etiam Dodwell. de veter. Cyclis Diſſert. 10, 86. Videnda etiam, quae notavit in Chronol. Graeco-Romana, subjuncta Dionysii Halic. ed. Oxoniensi t. 2. p. 91. et seqq. Ceterum *Idus Maji* eſt in Leid. 2. Sed alterum firmant alii omnes codd. V. infra ad 4, 37, 3. Tum *venire* Florent. Mox *prorogatis magistratibus* Gaertn. contra sensum Livii. Nam *prorogare magistratum* est continuare, *subrogare* eſt alium in locum ejus, qui vel mortuus erat, vel anno exacto honore abibat, subſtituere. Supra 2, 7, 6. *Nec collegam subrogaverat in locum Bruti.* c. 8, 3. *Comitia collegae subrogando habuit.* 3, 19, 1. *Antequam collegam sibi subrogasset, negare passurum agi de legibus. Hae tenuere contentiones usque ad comitia consulis subrogandi.* 9, 34, 17. *An collegam subrogabis, quem ne in demortui quidem locum subrogari fas est?* Valer. Max. 6, 3, 2. *Omnes collegas suos, qui duce Sp. Cassio id egerant, ut magistratibus non subrogatis communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit.* Mox *privatim*, pro *privati*, Leid. 1. Sed, in hoc cod. literam finalem *m* pro libitu librarii vel additam, vel ejectam fuiſſe, non semel supra notavi.

Neque animis ad imperium inhibendum inminutis, neque ad speciem honoris insignibus, prodeunt] Alii *neque animis ad imperium inhibendum, neque ad speciem honoris imminutis. Insignibus prodeunt.* Lego *neque animis ad imperium inhibendum, neque ad speciem honoris insignibus imminutis, prodeunt.* KLOCKIUS. Neutram transpositionum Klockii probant codices, qui tamen in aliis quibusdam variant. Nam *neque animis neque ad imperium* habet Haverk. Tum *ad imperium adhibendum* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. quomodo librarii dediſſe videntur, quod non intelligerent locutionem Livianam *inhibere imperium*, quam exponit Gronov. infra hoc lib. c. 59, 1. Similiter *adhibere* in hac locutione τῷ *inhibere* infra subſtituerunt 36, 28, 5. Praeterea *ad spem honoris* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. sollemni errore. V. supra hoc lib. c. 9, 13. Denique *redeunt* Lipſiens. errore librarii. Livius supra 1, 41, 6. *Servius cum trabea et lictoribus prodit.*

Id vero regnum haud dubie videri] *regium* Leid. 2. Et hic error frequens in Mſſis observatur, qui profluxit inde praesertim, quod tres ultimae literae vocum *regnum* et *regium*

contemni coepti erant a finitimis populis: imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignaban-

ductibus parum differant. Exempla hujus erroris v. supra hoc lib. c. 9, 3. et c. 36, 3. *regnom* habet Florent.

§. 2. *Nec vindex quisquam exsistit*] Palat. sec. *exstat*. GEBH. *exstat* etiam Harlej. 2. Haverk. quod glossatoris esse videtur. Alibi ita variant codd. V. ad 2, 32, 6. *exstitit* Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith. qui et *ne* pro *nec*] Praeterea in praecedentibus verbis *Imploratur in perpetuum*, pro *Deploratur*, perperam praefert Lipsiens. Infra 5, 40, 6. *Sua consilia, communibus deploratis, exsequentes*. 9, 7, 1. *Deploratum pene Romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset*. 26, 12, 4. *Spem Capuae retinendae deploratam esse*. et ita saepe alibi.

Nec ipsi solum desponderant animos] *disponderant* Fragm. Hav. a m. 2. *deposuerant* Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 2. Eamdem scripturam etiam in Palat. sec. superesse, Gebhardus monuit antea ad 1, 15 1. unde ibidem conjecit *despoponderant* legendum esse. Equidem, pleraque composita verbi *curro* geminationem simplicis in praeterito retinere apud Livium, supra monui ad 1, 12, 8. quum tamen id alibi apud Livium in compositis verbi *spondeo* observari non meminerim, nullique codd. eam emendationem firment, a vulgato non discedo.

Contemni coepti erant a finitimis populis: imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur] Vicinis potius populis adscriberem hanc indignationem, quam plebi Romanae, jam humili et animos despondenti, legeremque, *contemni coepti erant a finitimis populis, imperium ibi esse, ubi non esset libertas, indignantibus*. J. FR. GRON. Emendatio viri eruditissimi haud dubie sensum auctoris meliorem efficit; sed a vestigiis scripturae veteris paullo remotior est. Deletur enim vocula *que*, et, pro *indignabantur*, ponitur *indignantibus*. Quare ego minore mutatione, ut idem maneat sensus, legerim, *contemni coepti erant a finitimis populis, imperium qui ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur*. Vides hic tantummodo *que* mutari in *qui*. Exemplo etiam non caret relativum secundo positum loco. Terent. Adelph. 1, 1.

Et errat longe, mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.

Frequentissime ita apud comicos aliosque poëtas. Sed neque prosae scriptoribus insolens. Ipse Livius l. 1. in praef. *Et, si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me consoler*. LAMB. BOS. Perizonius ad Liv. 28, 12. legit *imperium qui ibi esse*; et ibidem etiam aliis locis Livii *que* pro relativo perperam scribi contendit. Eamdem medicinam J. Fr. Gronovius adhibet Livio l. 36, 22. Nondum adfirmare velim, *que* hoc loco corruptum esse, quia ipse Livius alibi, et alii quoque eadem ratione eo utuntur. Liv. 2, 56. *Voleronem amplexa favore plebs proximis comitiis*

tur. Sabini magna manu incursionem in agrum 3
Romanum fecere: lateque populati, quum homi-

tribunum plebi creat. — contraque omnium opinionem etc. *post publicam caussam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis consulibus rogationem tulit.* Corn. Nepos Epamin. 10. *In quo quum reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriae consulere diceret.* Virgil. 6. Aen. 283.

— — *Quam sedem somnia vulgo*
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.

In Suetonii tamen Tiber. 63. si quis pro eo, quod vulgatur: *quum interim manente officii titulo etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos et adjutores suos exsequenda curaret;* mallet legere, *delegaret plurima assidue, quae illi*, non repugnarem. Idem est usus τοῦ *et* in Liv. 33, 28. *Tollere Brachyllam principem fautorum regis statuerunt, et tempore ad eam rem capto* etc. *ab sex armatis* etc. *circumventus occiditur.* Et copulam etiam diversissimae constructionis orationes conjungere, multis ostendit ipse Perizonius ad Sanctii Minerv. 3, 4, 1. DUK. (* quem etiam vide ad 36, 31, 7.) Eadem, quae Lamb. Bossio, conjectura etiam Cel. Jac. Perizonio in mentem venit, qui, ita hoc loco legendum esse, etiam infra vidit ad 28, 12, 13. ubi non huic modo, sed et aliis Livii locis, eadem medicina mederi conatus est, et compositionem hanc verborum ipsi familiarem esse multis exemplis probavit. respicienda sunt, quae ibi notantur. Ita supra forte scribendum conjeci 2, 2, 4. *Hic primo sensim tentantium animos sermo per totam civitatem est datus; sollicitam qua suspicione plebem Brutus ad concionem vocat.* ubi nunc vulgo circumfertur *sollicitamque suspicione.* c. 23, 13. *Tum vero eludi atque extrahi se multitudo putare, et Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed inpediendae rei caussa abesse.* ubi a multis librariis, quibus ordo verborum displicebat, perperam datum est *Patres, qui abessent.* Ceterum *imperiumque inesse*, pro *ibi esse*, male Gaertn.

§. 3. *Sabini magna manu incursionem in agrum Romanum fecere*] Tà *magna manu* non comparent in Voss. 1. et Leid. 2. quae in aliis constanter supersunt.

Quum hominum atque pecudum inulti praedas egissent] *hominum atque peditum* joculari errore Voss. 2. Deinde *pecudum multas praedas egissent* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *pecudum multi praedas egissent* Lipsiens. Gaertn. et priscae, quas consului, edd. Aldo antiquiores; is enim *inulti* emendavit. [*praedas multi* Veith.] *pecudum multa praedas egissent* Portug. a m. 1. in quo a m. 2. *pecudum multas praedas inulti egissent*; ita tamen, ut *inulti* tantum inter versus extet. Hinc verisimile fit, scribam duplicem lectionem *multas* et *inulti* in codice reperisse, et utramque, ut saepe factum, junxisse. V. infra hoc lib. ad c. 44, 4. Solent autem vocabula *multus* et *inultus*, duabus literis *in* in unam *m* concrescentibus, vel *m* in duas *in* dissoluta, passim in Mstis confundi. Vide,

num atque pecudum inulti praedas egissent, recepto ad Eretum, quod passim vagatum erat, agmine, castra locant, spem in discordia Romana po-
4 nentes, eam inpedimentum delectui fore. Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit. Decemviri consultant, quid opus fa-

quae notavi olim ad Silii 4, 16. Quibus adde viros doctos ad Ovid. 4. Met. 226. Nic. Heinsium ad ejusdem Fragm. Halicut. 25. et ad Curtii 3, 11, 15. Brockhus. ad Tibull. 1. Eleg. 8, 42. Cl. Corte ad Sallustii Jug. 31. et ad Plinii 1. ep. 23. etiam supra ad Liv. 1, 41, 2. et quae infra notantur ad 3, 43, 4. c. 66, 6. 4, 28, 4. c. 39, 4. c. 58, 5. 5, 16, 3. (* 9, 22, 9.) et alibi. Ita vulgo editur apud Pseudo - Egesipp. 1. de Excid. urb. Hieros. 1. *Plerique eorum, dum sabbato bellum suscipere detrectant, multi occubuere.* ubi legendum *inulti occubuere.* quomodo se etiam in cod. Msto invenisse Corn. Gualterus eo loco docuit.

Recepto ad Eretum, quod passim vagatum erat, agmine] Dionysius [l. 11. p. 687.] pro *Ereto* habet mendose, ut puto, ἐν Ῥηγῳ. SIG. *ad Arretum* Harlej. 2. *ad Feretum* Fragm. Hav. et Voss. 2. a m. 1. *ad fretum* a m. 2. ut et Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Florent. Lipsiens. Gaertn. et Portug. *ad Eretrum* priscae edd. Sed pro eo jam *ad Eretum* a Venetis anno 1495. datum video; quod in solo apud me superest Haverk. Saepissime in nomine hujus urbis librarios peccasse, supra dictum est hoc lib. ad c. 26, 2.

Spem in discordia Romana ponentes, eam inpedimentum delectui fore] *in discordia ponentes Romana* Portug. *in Romana discordia ponentes* vetustae edd. Ab Aldo postea voces in eum ordinem redactae sunt, qui nunc tenet. Et eumdem servant etiam reliqui Msti. Tum *dilectui* Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. et a m. 1. Portug. V. ad 37, 51, 7. et mox hoc cap. ad §. 10.

§. 4. *Non nuncii solum, sed per urbem agrestium fuga trepidationem injecit*] Vocem *solum*, quae in aliis constanter superest, omittit solus Harlej. 2. Tum *super urbem*, pro *sed per urbem*, praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. qui iidem etiam legunt *agrestum*, pro *agrestium*. at supra v. ad 2, 63, 2.

Decemviri consultant, quid facto opus sit] In scripto cod. est, *quid opus facto sit.* RHEN. *Decemviri consultabant* Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. *Decemviri consulentant* Flor. a m. 1. sed literae *en* postea expunctae sunt. Tum *quid opus sit facto* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Alii omnes stant a lectione, quam Rhenanus reduxit.

Destitutis inter Patrum et plebis odia addit terrorem insuper alium fortuna] Ita ex meis solus Florent. *destituti* reliqui omnes. [Veith.] Sed tum mutanda foret interpunctio hoc modo: *decemviri consultant, quid opus facto sit, destituti inter Patrum et plebis odia. addit* etc. Praefero tamen vulgatum. Insuper *addidit* Voss. ambo,

cto sit. destitutis inter Patrum et plebis odia addidit terrorem insuper alium fortuna. Aequi alia ex 5
parte castra in Algido locant: depopulatumque inde excursionibus Tusculanum agrum legati ab Tusculo, praesidium orantes, nunciant. Is pavor perpulit 6
decemviros, ut senatum, simul duobus circumstan-

Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Praecessit quidem *consultant*, et sequitur *locant*, et mox *nunciant*: verum ea caussa fuisse videtur, cur librarii, vel certe primi editores, *addit* maluerint. Mihi scriptorum auctoritate standum videtur. V. infra hoc lib. c. 46, 9. Vel qui primi Livium typis descripserunt, in codicem inciderunt, cujus librarius syllabam *di* duplicare neglexerat. V. supra ad 2, 24, 6.

§. 5. *Aequi alia ex parte castra in Algido locant*] Eutropius [1, 18.] *montem Algidum* vocat. Dionysius [l. 11.] modo [p. 687.] aït ἐν Ἀλγιδόνι πόλει, modo [p. 705.] ἐν Ἀλγιδῳ. SIGON. *Aequi ex alia parte* Lipsiens. Male. Ita *aliqua ex parte*, *magna ex parte*. V. supra ad 2, 48, 1. Et amasse Livium, praepositionem mediam conlocare inter substantivum et adjectivum, supra vidimus ad 2, 19, 8. Tum *castra locant in Algido* Fragm. Hav. [Veith.]

Depopulatumque inde excursionibus Tusculanum agrum legati ab Tusculo] *depopulabanturque inde* Gaertn. *depopulanturque inde* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Neque aliter vetustiores editionum, quas vidi, nisi quod etiam praeferant *legatique ab Tusculo*. Primus copulam abjecit Aldus. Frobenius deinde anno 1531. *depopulatumque*, pro *depopulanturque*, restituit. Et ita ex meis soli optimi Florent. et Leid. 1. [*in agrum Tusculanum* Veith.] *legati a Tusculo* habent Voss. 1. Leid. 2. Gaertn. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. In verbis sequentibus *praesidium morantes* Harlej. 1. Sed prima litera *m* perperam adhaesit ex fine vocis praecedentis. V. infra ad 37, 29, 8. Contrario errore *oratorem*, pro *moratorem*, prima litera intercepta, codd. supra exhibebant 2, 44, 6.

§. 6. *Is pavor perculit decemviros*] Palat. sec. *fertur perculisse*. GEBH. Hic non minus conveniret *perpulit*, quam aliis locis, ubi hoc restituit J. Fr. Gronovius supra ad c. 30. Et ita hic Doujatius et margo libri scripti apud Hearnium. DUK. *fertur perculisse* praefert etiam Harlej. 2. Nec multum inde discedens Haverk. *fertur pertulisse* obfert. *Is pavor pertulisse* Lipsiens. *pertulit* est in Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Optime, *perpulit* se in margine Oxon. N. reperisse, Hearne testatur; quod et in margine editionum Ascensii ann. 1513. et 1516. exstat. Et ita se ad c. 30. hujus lib. §. 5. legendum monuisse, Doujatius ad hunc locum notat: sed conjecturam illam sublegit viro summo J. Fr. Gronovio, qui eamdem diu antea ad eum locum proposuerat. Ceterum trajectis vocibus *Is perculit pavor* pri-

tibus urbem bellis, consulerent. citari jubent in
curiam Patres, haud ignari, quanta invidiae inmi-
7 neret tempestas: omnes vastati agri periculorumque
inminentium caussas in se congesturos, tentationem-
que eam fore abolendi sibi magistratus, ni consen-
su resisterent, imperioque inhibendo acriter in pau-
cos praeferocis animi conatus aliorum comprime-

mae edd. usque ad Aldum, qui ordinem inmutavit. Aldo vero consentiunt, quosquos habui, scripti codd. Mox *ut et senatum*, inserta media voce, Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens.

Haud ignari, quanta invidiae inmineret tempestas] *quanta invidia inmineret tempestate* Voss. 1. a m. 1. (a m. 2. enim repositum *tempestas*) et Leid. 2. *quanta invidiae immineret tempestate ea* Lipsiens. et Gaertner. *quanta invidia inmineret tempestate ea* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. Male. Infra 4, 44, 9. *Nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quaeri. se quoque subiturum eam tempestatem forti animo.* Vox *ignari* deficiebat in contextu Lipsiens. sed manu altera margini postea addita est.

§. 7. *Omnes vastati agri periculorumque inminentium caussas in se congesturos*] Vulgat. sec. *omnes vasti agri periculorumque imminentium caussas in se conjecturos*. Ita supra hoc libro Livius dixerat, *in unum omnia crimina conjicere*. Et Cicero pro S. Roscio *in purissimam vitam crimen conjectum*. Probo tamen magis vulgatam lectionem; quia liber hic recentissimae notae obnoxius fuit correctorum rasorumque libidini. Sic infra scriptum in eo reperi, *jam caput fieri libertatis repetendae*, quod mihi revera ad vulgatam lectionem nauseam excivit; sed Sigonio miram orexim. Tantum Transalpini palato distamus Italis. Id mihi placeret, si suffragatores alios codd. haberet, quod legit, verbo *accidit* excusso, *Laetius id decemviris, quam si praesentes detrectare imperium referrent.* GEBH. *vasti agri*, pro *vastati*, etiam Harlej. 2. et Haverk. Sed saepe alibi has voces librarii commutarunt. V. ad 23, 30, 7. Praeterea deleta conjunctione *periculorum inminentium* Leid. 2. Denique *conjesturos* Voss. 1. *conjecturos* Portug. a m. 1. Lipsiens. et Gaertn. ut infra 5, 47, 10. *Consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium culpam, deterritus a ceteris abstinuit.* Sed recte Gebhardus vulgatum praetulit, quod alii omnes apud me codices firmant. Cic. pro Milon. 24. *Quid, quae postea sunt in eum congesta? quae quemvis etiam mediocrium delictorum conscientia perculissent, ut sustinuit?* Saepe autem voces *congerere* et *conjicere* permutari solent in membranis vetustis. V. Cel. Burmann. ad Nason. 1. Amor. El. 9, 12. (* Liv. 7, 6, 5. 8, 30, 8. 10, 1, 5. Burm. ad Suet. Claud. 20.) Similes turbas dederunt librarii in vocibus *ingessit* et *injecit*. V. infra ad 5, 28, 11.

Tentationemque eam fore abolendi sibi magistratus] *tenta-*

rent. Postquam audita vox in foro est praeconis, 8
Patres in curiam ad decemviros vocantis; velut nova res, quia intermiserant jamdiu morem consulendi senatus, mirabundam plebem convertit, *quidnam incidisset, cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent. Hostibus belloque gratiam habendam, quod solitum* 9
quidquam liberae civitatis fieret. Circumspectare

tionem eam fore, sine copula, Voss. 2. Leid. uterque, et Portug. *tempestatem eam fore* Gaertner. *tempestatem eam forte* Lipsiens. Insuper ordine mutato *tentationem fore eam* Harlej. 2. et Haverk. Quod vero Donjatius quaerat, num *abolendi sui magistratus* potius, quam *abolendi sibi magistratus?* nescio, qua caussa inpulsus id fecerit. ut enim *abrogare*, *prorogare magistratum alicui* et *alicujus* recte dicuntur, v. ad 27, 20, 11. ita etiam *abolere magistratum alicui*, et *alicujus*. Quum autem in vulgatum omnes codd. conspirent, aliam ei lectionem substituere, mutandi prurigine laborantis esse puto.

In paucos praeferocis animi] *ferocis* Leid. 2. Sed eadem voce utitur Livius infra 5, 36, 1. *Mitis legatio, ni praeferoces legatos, Gallisque magis, quam Romanis, similes habuisset.* (* v. Burm. ad Suet. Caes. 35.)

§. 8. *Postquam audita in foro vox est praeconis*] In scripto cod. est, *Postquam audita vox in foro est praeconis.* RHENAN. *Postquam audita in foro vox praeconis*, sine verbo, Portug. *Postquam audita vox est in foro praeconis* Lipsiens. Harlej. 2. et Haverk. Ceteri omnes codd. Rhenani lectionem confirmant. Mox *Patribus in curiam ad decemviros vocatis* iterum Harlej. 2. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. *Patres in curiam ad decemviros convocantis* Florent. Sed verbo simplici in hac re saepius Livius usus est. Supra 1, 48, 1. *Qua tu audacia me vivo vocare ausus es Patres?* l. 2, 1, 11. *Traditumque inde fertur, ut in senatum vocarentur, qui Patres, quique conscripti essent.* Mox hoc ipso cap. §. 10. *Quia privatis jus non esset vocandi senatum.* Et, *Quemodmodum Patres vocati non coëant in senatum.* 23. 32, 3. *Consules edixerunt, quoties in senatum vocassent, uti senatores ad portam Capenam convenirent.* 36, 21, 7. *Is prima luce senatum vocavit.* Et ita alibi saepe.

Intermiserant jam diu morem consulendi senatus] *consulendi senatum* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] *consulendis senatus* ab initio in Florent. scriptum exstiterat, ubi litera finalis vocis *consulendis* adsumta est ex prima vocis sequentis. V. infra ad 28, 25, 2. Pro eo postea in cod. illo similiter emendatum est *consulendi senatum.* V. ad 40, 49, 1. Mox *plebem connectit*, pro *convertit*, et *quid nō*, pro *quidnā*, Gaertn. V. ad 5, 29, 9. Denique *ex intervullo*, omissa media voce *tanto*, Portug.

§. 9. *Solitum quidquam liberae civitatis*] *sollicitum quidquam* Lipsiens. Non raro aliis

omnibus fori partibus senatorem, raroque usquam noscitare: curiam inde ac solitudinem circa decem-
10 viros intueri; quum et ipsi invisum consensu imperium, et plebs, quia privatis jus non esset vocandi senatum, non convenire Patres interpretarentur;

locis ita librarii lapsi sunt. V. infra ad 5, 22, 5. Ceterum suspicio incidere posset, legendum esse *solitum quidquam liberae civitati fieret*, ultimamque literam vocis *civitatis* perperam adhaesisse ex similitudine primae in voce sequenti. Nam, ita librarios peccare solitos fuisse, infra videbimus ad 4, 33, 10. Sed nihil muto. Nam *solitum quidquam liberae civitatis* eadem forma dictum est, qua *propinquis itineris locis* infra 6, 25, 7. ubi vide.

Circumspectare omnibus fori partibus senatorem] Vocem *partibus* non agnoscit Harlej. 1. Pro ea literis transpositis *patribus* est in Leid. 2. V. infra ad 4, 60, 3. Mox *sciscitare*, pro *noscitare*, Voss. 2. De verbo *noscitare* vide supra ad 2, 23, 4.

Curiam inde ac solitudinem circa decemviros intueri] *citra decemviros* Leid. 2. qui etiam vocem *intueri* non agnoscit. *citra* et *circa* saepe in Mstis commutantur. Exempla infra v. ad 21, 48, 6. *curiam inde ac solitudinem esse, decemviros intueri* praefert Portug.

§. 10. *Quum et ipsi consensu invisum imperium*] Vide, ut mutata relatio: nam *ipsi* Decemviros refert; dixerat enim antea *ni consensu resisterent*; et *ipsi interpretarentur* conjungendum. GLAR. Vet. lib. *invisum consensu imperium*. SIG. *invisum consensu imperium* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *visum in consensu imperium* Voss. 1. et Leid. 2. Prius in contextum recepi, ut et Sigonius fecerat, quem nemo posteriorum editorum audire dignatus est.

Quia privatis jus non esset vocandi senatum, non convenire Patres interpretarentur] *vocandi senatu* Lipsiens. *vocandi senatus* Haverk. qui contra §. 8. *consulendi senatum* habuerat, ubi plerique reliqui *consulendi senatus*. [*senatum si convenire* Veith.] Deinde *interpretaretur* idem Haverk. Verum *interpretarentur* recte ceteri omnes, sive quod *ipsi* et *plebs* praecesserint, et verbum utraque illa respiciat; sive quod τῷ *plebs*, tamquam collectivo, verbum plurale jungatur, quod Livio est admodum familiare. V. mox ad §. seq.

Jam caput fieri libertatem repetentium] Vet. lib. *libertatis repetendae*. SIG. Ita etiam Harlej. 2. Haverk. Palat. sec. (ut Gebhard. supra ad §. 7. testatur) et Hearnii Oxon. B. *jam caput fieri libertatem repetendam* Lipsiens. *Jam caput fieri libertatis*, proxima voce omissa, Voss. 1. et Leid. 2. Suorum codicum lectionem Sigonius in contextum recepit, eamque Doujatius probasse videtur, modo *caput* pro initio sive principio accipiamus. Contra Gebhardus l. l. vulgatum praefert. Cujus sententiam ob praestantissimorum codd. idem volentium au-

jam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem senatui det, et, quemadmodum Patres vocati non coëant in senatum, sic plebs abnuat delectum. Haec fremunt plebes. Patrum haud fere 11 quisquam in foro, in urbe rari erant. indignitate

etoritatem veriorem puto. *cupit*, pro *caput*, erat in Klockian.

Sic plebs abnuat delectum] *annuat* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. sollemni errore. V. infra ad 36, 34, 6. *adjuvat* Voff. 2. Tum *dilectum* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Klockian. V. ad 37, 51, 7. et supra hoc cap. ad §. 3. Paullo ante *Patres notati*, pro *vocati*, Lipsiens. Tum *coëant in senatu*, pro *in senatum*, Gaertn.

§. 11. *Haec fremebat plebes*] Antiqua lectio *Haec fremunt plebes*. Sic ante habuimus [c. 35, 10.] *Quod haud secus factum improbant boni, quam nemo facere ausurum crediderat.* ubi vulgo legitur *improbabant*. RHEN. Lectio, quae praescripta Rhenani adnotationi exstat, profluxit ex Frobenii ed. anni 1531. Antiquissimae, quas vidi, edd. praeferunt *Haec fremit plebs*. Postea quidem Aldus vulgavit *Haec fremunt plebs*, sed paucos nactus est, qui sequerentur. *Hoc fremebat plebs* est in Harlej. 2. et Haverk. *Hoc fremebat plebes* in Gaertn. *Haec fremebat plebs* in Leid. 2. et Lipsiens. *Haec fremebat plebes* Portug. et Voff. 1. in marg. qui *Haec frementi plebes* in contextu exhibet. *Haec fremunt plebes* Florent. Voff. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Klockian. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. quod recepi tot codicum fide; motus insuper perpetua Livii consuetudine, qui passim τὸ *plebes* similesque dictiones pro collectivis habet, et cum verbo plurali construit. Supra 2, 35, 8. *Haud facile credebant, plebem suam inpelli posse, ut armu caperent.* V. supra ad 2, 5, 2.

Indignitate rerum cesserant in agros; suarumque rerum] Prius illud *rerum* si abesset, non desiderares. Hoc libro [c. 62, 1.] *Ad id, quod sua sponte satis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur.* l. 7, [7, 2.] *Plenis irae atque indignitatis militum animis.* J. FR. GRON. Non offendor repetitione τοῦ *rerum*. V. ad l. 1, 53. *indignitas rei* non uno loco dixit Cicero. Adde Gronovium ad l. 4, 61. DUK. Sane saepissime *indignitas* simpliciter, nullo alio addito, obcurrit. Supra 2, 7, 7. *Haec dicta vulgo creditaque quum indignitate angerent consulis animum.* c. 34, 10. *Egone has indignitates diutius patiar, quam necesse est?* 3, 12, 1. *Tum demum coactus cum multa indignitate prensabat singulos.* 9, 4, 16. *Subeatur ergo ista, quantacumque est, indignitas.* 42, 52, 7. *Illum, omnibus indignitatibus compulsum ad rebellandum, inter adparatum bellifato obpressum.* et alibi. Quare, si τὸ *rerum* a scriptis abesset, Gronovio (quem etiam v. ad 2, 18, 2.) id delenti faverem. Jam vero id constanter superest in omnibus meis, nisi quod octo vocabula *indignitate rerum cesserant in agros, suarumque rerum erant* exsulent a Leid. 2.

rerum cesserant in agros; suarumque rerum erant, amis-

cujus negligentiae librario caussa fuit, quod modo praecesserat vox *erant*, quae ultima omissarum repetebatur. V. ad 9, 11, 11. Quin adeo verum est, olim vocem *rerum* hac periodo bis obcurrisse, ut etiam ejus repetitio caussa exstiterit, cur scriba Portug. simili negligentia omitteret voces *cesserunt in agros; suarumque rerum*. Eamdem itaque servandam censeo, praesertim quum *rerum* vel *rei indignitas* non apud Ciceronem modo aliosque, sed apud Livium quoque frequenter obcurrat. Infra hoc lib. c. 44, 7. *Notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat.* et c. 50, 2. *Praeterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederunt, conspectus est.* (* 9, 6, 2.) Livium vero ab ejusdem vocis eadem periodo repetitione non abstinuisse, multis exemplis supra probavi ad 1, 3, 9. Voces *in agros* omiserunt Mediolanenses anno 1505. quae tamen in omnibus scriptis supersunt.

Suarumque solliciti erant rerum, umissa publica] Sic in plerisque vidi codicibus scriptum, et est clarus sensus. At alii *soliciti* sustulerunt, quod ego non tollerem: quamquam absque eo etiam sit sensus non contemnendus. GLAR. Vetus lectio *suarumque rerum erant, amissa publica*. id est, suis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnoverunt, mutarunt, addendo de suo, *soliciti*. Sic l. 6, [14, 9.] *Plebs cum jam unius hominis esset.* Sic hoc libro paulo ante [c. 36, 7.] *Hominum, non causarum, toti erant.* SIG. *suarumque rerum erant, amissa publica* omnes ad unum MSS. tam nostri, quam aliorum, qui modo melioris notae sint: atque ita optimus quisque Latinae linquae auctor loquitur. Ne mihi temere aliquis adsuat vocem, interpolando *suarumque rerum erant soliciti, amissa publica*. Quod esset vere Glauci et Diomedis mutatio. MOD. In plerisque vidisse se testatur codicibus Glareanus *suarumque soliciti erant rerum*, claro, ut putat, sensu. Sed pessimos esse oportuit codices, aut Glareanum non apprime interioris elegantiae gnarum. Nam τοῦ *soliciti*, intrusi ab inepto et rudi paedagogo, neque volam neque vestigium deprendere licet in omnibus MSS. et antiquis cusis. Sic Cicero in Epistolis ad Familiares [9. ad Attic. Ep. 15.] *Vide, quam sim antiquorum hominum.* quod asserui in nôtis. Et ipse Livius supra c. 36. de decemviris: *Hominum, non causarum, toti erant.* l. 6, 16. *Invidiaeque magis triumphus, quam gloriae, fuit.* l. 21, 11. *Adeo prope omnis senatus Annibalis erat.* l. 22, 50. *Alterius morientis prope totus exercitus fuit.* l. 23, 14. *Plebs novarum, ut solet, rerum atque Annibalis tota esse.* l. 35, 31. *Pars principum alienati a Romanis, totique Antiochi et Aetolorum erant.* Ibid. c. 33. *Multitudo avida novandi res Antiochi tota erat.* GEBH. Lectionem, quam Glareanus se in plerisque codd. scriptam vidisse testatur, in nullo eorum codd. quos adhibui, obviam habui; sed in iis omnibus, nisi quod in duobus quaedam vocabula librariorum culpa deficiant, constanter inveni *suarumque rerum*

amiſſa publica: tantum ab injuria se abeſſe rati, quantum a coetu congreſſuque inpotentium domi-

erant, amissa publicu. quod idem de suis teſtautur Sigonius, Modius, Gebhardus, ut et Lipsius infra ad 23, 14, 7. Miror itaque, ubi latitent, vel quo migraverint plerique illi codd. quos Glareanus vidit. Vel unus eorum, quos laudavi, illis consensiſſet. Neque per plerosque Glareani codd. intelligi poſſunt, ut plerumque debent, priores edd. Nam et hac, quotquot vidi, servant Mſtorum lectionem *suarumque rerum erant*, nisi quod in Mediolanensibus annorum 1495. et 1505. atque in Veneta anni 1498. sit *suarum rerum amissa publica*, quod in margine quarumdam edd. ita exponitur, „ indignitate, inquam, suarum rerum, amiſſa publica." in Ascensianis annorum 1513. et 1516. et, quae eas ubique sequitur, Parisina anni 1529. eſt *suarumque solliciti erant rerum, amissa publica*, ut Glareanus adnotationi praescripsit. in Vascosani denique, Curionis, Lugdun. anni 1553. Basileensi anni 1555. Parisina anni 1573. et Francofurtana anni 1578. *suarumque rerum erant solliciti, amissa publica.* Sed hae demum poſt Glareani in lucem publicam emissas adnotationes prodiere. Non itaque una vel altera editio plerorumque codicum nomine adpellari poſſunt. Locutio autem illa *erant suarum rerum* vere Liviana eſt, ut probant exempla a Sigonio et Gebhardo huc conlata, quibus plura addi poſſunt. Infra hoc lib. c. 59, 4. *Quod adeo toti plebis fuissent, ut Putrum salutis libertatisque prior plebejo magistratui, quam patricio, cura fuisset.* 6, 14. 9. *His vocibus instincta plebes quum jam unius hominis esset.* 7, 30, 9. *Eo ventum est, Patres conscripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus.* 23, 39, 7. *Nolae, sicut priore anno, senatus Romanorum, plebs Hannibalis erat.* 31, 45, 4. *Postquam praesidio regio arcem teneri, nec se potestatis suae esse respondebant.* 35, 37, 4. *Thoas per Euthymidam principem, pulsum opibus eorum, qui Romanae societatis erant, post T. Quinctii legutorumque adventum, et Herodorum Cianum mercatorem, praeparatis ad proditionem iis qui Euthymidae factionis erant, nequaquam eamdem fortunam habuit.* c. 51, 7. *Qui Romanae partis erant, sub adventum regis urbe excesserunt.* 37, 49. 5. *Conclamatum deinde prope ab universo senatu est, totos adhuc Antiochi Aetolos esse.* 42, 29, 7. *Ptolemaeus propter aetatem alieni etiam tum arbitrii erat.* Eodem cap. §. 12. *Cotys Thrax, Odrysarum rex, evidenter Macedonum partis erat.* c. 30, 4. *Pars altera regiae adulationis erat, quos aes alienum et desperatio rerum suarum, eodem manente statu, praecipites ad novanda omnia agebat: quosdam ventosum ingenium, quia Perseus magis aurae popularis erat.* Plin. 5. Epiſt. 16. *Saepe, quae dixit, aspernatur, expulsisque virtutibus aliis pietatis est totus.* Et ita Graeci quoque loquuntur. Alciphron. 1. epiſt. 13. Ὀ ποτὲ γελῶν τοὺς ἐκ τρυφῆς πάθει δουλεύοντας, ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους. ubi v. Berglerum, qui plura ex scriptoribus Graecis exempla adtulit. Inſuper *omissa publica* fuerat in Fragm. Hav. Sed recte manus altera id emendavit in *amissa*. Non enim tam Patres *omiserant*, sed tyrannide de-

12 norum se amovissent. Postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos adparitores, simul ad pignora capienda, sciscitandumque, num consulto

cemvirorum *amiserant rempublicam*, eademque illorum inpotentia iis erepta erat. Solent haec verba alibi in Mstis confundi. V. supra ad 2, 48, 6. infra ad 6, 14, 11. (*21, 8, 12.) et multis aliis locis *amissa republica* Gaertn. Sed *τὸ re*, quod in nullo praeterea codice vidi, ex praecedenti repetendum est, licet numero plurali *rerum* praecesserit. V. supra ad 2, 30, 4.

Quantum e coetu congressuque inpotentium dominorum se amovissent] Ita primus Gronovius edidit. Non quidem displicet locutio *amovere e coetu*, quum etiam *abstrahere e portu* codd. praeferant infra ad 37, 27, 6. ubi vide. et *e medio amovere* dixerit Sueton. in Tiber. 10. *Statuit repente secedere, seque e medio quum longissime amovere*. An tamen ita legendum sit, ut vehementer dubitem, Mstorum dissensus efficit. Nam *quantum coetu*, omissa praepositione, Leid. 1. *quantum a coetu*, ut ante Gronov. editum erat, Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. *quantum actu* errore librarii Haverk. Quin etiam, si diligenter adtendimus, *amovet se e coetu*, qui a coetu digreditur, cujus quondam pars exstiterat; ita *amovet se e medio*, qui quondam in medio versatus fuerat. navis *abstrahitur e portu*, quae in portu substiterat. At *amovet se a coetu*, qui a coetu longe discedit, licet unus istius coetus non fuerit. Quum itaque Patres, qui secesserant, non fuerint e numero decemvirorum, potius *a coetu*, quam *e coetu*, *inpotentium dominorum se amovisse* dicuntur. Reduxi itaque priscam lectionem. Ceterum *concessu*, pro *congressu*, male Haverk. nec melius *aggressu* Lipsiens. Deinde *admovissent*, pro *amovissent*, Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *ammovissent* Leid. 2. Solent autem verba haec alibi non raro commutari. V. ad 40, 55, 5. Paullo ante, serie dictionum mutata, *tantum se abesse ab injuria rati* priscae edd. In eum ordinem, quo vulgo exstant, voces primus digessit Aldus. Et cum eo faciunt omnes codd. *abisse* autem, pro *abésse*, legit Lipsiens. V. infra ad 27, 44, 3. et mox hoc cap. ad §. 13.

§. 12. *Simul ad pignora capienda, sciscitandumque, num consulto detrectarent*] Gellius 14, 7. *De pignore quoque capiendo disserit, deque multa dicenda senatori, qui, quum in senatum venire deberet, non adesset*. V. Cic. 3. de Orat. 1. Hotomann. Comment. Verb. jur. in *Pignora*. et de Senatu Rom. c. 7. KLOCK. *ad pignera capienda* Florent. Voss. 2. et Leid. 1. (*v. ad 29, 36, 12. vir. doct. ad Suet. Aug. 21.) Utrumque *pignera* et *pignora* olim dictum fuisse, testis est Priscian. 6. Gramm. p. 721. *Excipitur Foenus, Foenoris, quod tamen antiqui Foeneris dixerunt, unde et Foeneror verbum, et Foenerator. Et Pignus, Pignoris et Pigneris, unde Pignero Pigneras.* Inter ea ambo distinguunt tamen Grammatici. Agroet. de Orthogr. p. 2269. *Pignera rerum sunt: Pignora filiorum et adfectionum.* et Beda de Orthogr. p. 2341. *Pignera rerum: Pignora filiorum*

detrectarent? referunt, senatum in agris esse. Laetius id decemviris accidit, quam si praesentes detrectare imperium referrent. Jubent acciri omnes, 13

et adfectionum. Hanc tamen distinctionem docti spernunt. Certe *pignera* eo sensu, quo *pignora* dicendum grammatici contendunt, ex MSS. recepit Cel. Corte apud Plin. 1. Ep. 12. *Filium, uxorem, nepotem, sorores, interque tot pignera veros amicos.* ubi nos remisit ad Lucani 2, 370. Praeterea *siscitandumque* Fragment. Hav. a m. 1. *scitandumque* Leid. 1. et Portug. a m. 1. Sed v. ad 1, 54, 5. Praeterea *non consulto detrectarent* Harlej. 2. et Lipsiens. V. supra ad 2, 40, 7. et infra ad 5, 51, 7. [*a jure* pro *num* Veith.] Denique *detractarent* Voss. 2. Leid. ambo, Gaertn. Portug. et Haverk. Et ita mox *detractare* iidem codd. nisi quod loco Leid. 1. ita habeat Fragm. Hav. a m. 1. Vide infra ad 34, 15, 9. Paullo ante *adparatores* erat in Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Verum error hic postea in primo illorum codd. emendatus, et *adparitores* recte substitutum erat.

Laetius id decemviris accidit, quam si praesentes imperium detrectare referrent] *accidit* exsulat a Palat. sec. ut Gebhardus supra monuit ad hujus cap. §. 7. addens, id sibi placiturum, si suffragatores alios codd. haberet. Omnes tamen mei id verbum constanter retinent. Praeterea *Lectius*, pro *Laetius*, Lipsiens. qui error in scriptis frequens est. Vide, quae olim notavi ad Silii 8, 548. (*ad Liv. 8, 30, 10.)

§. 13. *Senatumque in diem posterum edicunt*] In volumine Archetypo legitur tantum, *senatumque in diem posterum dicunt.* scribo *indicunt.* RHEN. *senatumque in diem posterum edicunt* antiqua lectio est omnium MSS. codicum atque impressorum. Interim Rhenanus, quia in quodam suo invenerat *in posterum diem dicunt,* e conjectura facto *indicunt* permovit auctoritate, ut hoc in omnibus recentioribus exemplaribus sequerentur typographi. Supra c. 37. *Exspectabant, quam mox consulibus creandis comitia edicerentur.* Ibi tamen Pall. duo referunt *comitia dicerentur.* neque inde faciendum *indicerentur.* GEBH. Tres Pall. Rott. et Voss. ut et Sig. *edicunt.* Suetonius Julio [80.] *Postquam senatus Idibus Martiis in Pompeji curiam edictus est.* Alterum est a conjectura Rhenani. J. FR. GRON. Si omnes codd. ad exemplum Wormatiensis Rhenani *senatumque in diem posterum dicunt* praeferrent, cum eodem Rhenano etiam *indicunt* legendum censerem, quoniam verosimilius existimarem, primam syllabam τοῦ *indicunt*, quam *edicunt*, ab ultima litera prioris vocis *posterum* elisam esse. Ita enim saepe alibi peccatur. V. infra ad 5, 27, 6. Nunc vero cum Gebhardo et Gronovio vulgatum *edicunt* praeferendum arbitror. Nam praeter Leid 2. qui *indicunt* obfert, alii omnes mei *edicunt* retinent. Et ita se in vet. lib. reperisse, Sigonius in prima Scholiorum ed. professus est, eamdemque scripturam contextui restituit, et in iteratis edd. servavit; licet in illis ipsum ejus scholium omittatur. Nemini tamen sequentium editorum eam lectionem veriorem esse, persuadere potuit: sed omnes ex Rhe-

senatumque in diem posterum edicunt; qui aliquanto spe ipsorum frequentior convenit. quo facto proditam a Patribus plebs libertatem rata, quod iis, qui jam magistratu abissent, privatisque, si vis abesset, tamquam jure cogentibus, senatus paruisset.

nani conjectura *indicunt* ediderunt usque ad Gronovium, qui anno 1665. priorem scripturam revocavit. Certe senatus edictis consulum aliorumque magistratuum, quibus senatum habendi jus erat, convocari solebat. Cic. Orat. 3. Philipp. 8. *Quum tot edicta proposuisset, edixit, ut adesset Senatus frequens a. d.* VIII. *Kal. Dec. eo die ipse non adfuit. At quomodo edixit? haec sunt, ut opinor verba in extremo. Siquis non adfuerit, hunc omnes existimare poterunt, et interitus mei et perditissimorum consiliorum auctorem fuisse.* Et adhuc eodem cap. *Quum tam atroci edicto nos concitavisset, cur ipse non adfuit?* Cic. 11. ad famil. epist. 6. *Quum tribuni plebis edixissent, senatus adesset a. d.* XIII. *Kal. Jan. haberentque in animo de praesidio consulum designatorum referre.* Tacit. 1. Ann. 7. *Ne edictum quidem, quo Patres in curiam vocabat, nisi tribuniciae potestatis praescriptione posuit sub Augusto acceptae. Verba edicti fuere pauca et sensu permodesto: de honoribus parentis consulturum.* Hinc *edicere senatum* est, proposito edicto jubere, ut senatus conveniat in curiam: quemadmodum *edicere delectum* est, proposito edicto jubere, ut populus militum scribendorum caussa in forum conveniat. Supra hoc lib. c. 10, 9. *Ut haec dicta in senatu sunt, delectus edicitur.* ita enim eo loco ex Mstis et priscis excusis legendum monui, non *indicitur. edicere comitia* est proposito edicto jubere, ut populus habendorum comitiorum caussa conveniat. Liv. 22, 33, 9. *Ab eodem praetore literae ex senatusconsulto ad consules missae, ut, si iis videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret. se in eam diem, quam jussissent, comitia edicturum.* Sueton. in Caes. 18. *Quum edictis comitiis ratio ejus haberi non posset edicere concionem* Liv. 24, 37, 11. *consensu in posterum diem concio edicitur.*

Proditam a patribus plebs libertatem rata] Praepositio exsulat a Portug. quam tamen necessariam puto, ut ambiguum, quod ea omissa in oratione foret, tollatur. Mox, trajectis vocabulis, *abissent jam magistratu* Gaertn. [*quod his, qui* Veitb.]

Privatisque jus abesset] Memini, quod praecessit: *quia privatis jus non esset vocandi senatum.* Nihilominus non quisquiliae, ut ille aït, esse judico illud *jus abesse.* Hic utique. Cl. Puteanus notat in Fulv. Ursini codice lectum *suis* (sic et Chifl.) ἀντὶ τοῦ *jus.* Unde felici conjectura eruit: *Quod iis, qui jam magistratu abissent, privatisque, si vis abesset, tamquam jure cogentibus, senatus paruisset.* Ita tuto per me licet emendes. Nam sic prorsus Buslid. Rott. Gud. et Mureti. In Helm. Vossianoque [priori] *si jus abesset.* J. FR. GRON. Verba notae Gronovii praescripta in o-

XXXIX. Sed magis obedienter ventum in cu- 1
riam est, quam obnoxie dictas sententias accepimus.
L. Valerium Potitum, proditum memoriae est, post 2
relationem Ap. Claudii, priusquam ordine senten-
tiae rogarentur, postulando ut de republica liceret

mnibus, quotquot vidi, edd. Aldina antiquioribus deficiunt. Aldus primus interpolavit *privatisque jus abesset*, quod Hearne in Oxon. B. et C. exstitisse monuit, mihi vero in nullis meis obviam fuit. *privatisque is abisset* habet Lipsiens. Sed *abisse* ex verbis praecedentibus repetitum est. Solent autem *abisse* et *abesse* commutari. V. supra hoc cap. ad §. 11. *privatisque vis abesset* Voss. 2. *privatisque vis abessent* Portug. *privatisque jus abessent* Haverk. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo *abesset* emendatur a m. 2. *privatisque suis abesset* Florent. Leid. 1. et apud Hearnium Oxon. L. 2. et N. [Veith.] Neque aliter Gaertn. a m. 1. qui a m. 2. *privatisque suis abisset* dedit. *privatisque si jus abesset* Leid. 2. *privatisque si vis abesset* Harlej. 1. et Klockian. quod recte Gronovius probavit, et in contextum recepit. Solent autem vocabula *uis* et *ius* in Mstis ob ductuum similitudinem in scriptura Longobardica, quae non raro tanta est, ut distingui inter se voces nequeant, confundi. Vide Viros doctos ad Terent. Adelph. 3, 4, 44. ad Justin. 39, 1, 9. Gronov. ad Senecae Octav. 581. et Cortium ad Sallustii Jug. 3, 1. Adde, quae supra notantur ad Liv. 1, 3, 11. ad 2, 27, 1. infra ad 4, 7, 3. c. 9, 7. c. 26, 3. 6, 8, 5. c. 18, 7. aliisque pluribus locis. (*7, 30, 10. 8, 6, 7. 9, 26, 9.)

Tamquam jure cogentibus] *tamquam in re cogentibus* Voss. 1. qui in margine obfert emendatum *tamquam ire cogentibus*. Deinde *apparuisset*, pro *paruisset*, Lipsiens.

§. 1. *Sed magis obedienter ventum in curiam*] Ita primus edidit Gronovius. Omnes autem non modo excusi priores, quos vidi, sed etiam scripti *obedienter ventum in curiam est*, nisi quod Harlej. 2. alio ordine exhibeat *obedienter in curiam ventum est*. Gaertn. autem *ventum in curiam esse*. Neque caussam video, cur τὸ *est* abjectum voluerit, nisi quod etiam hanc partem orationis melius ex verbo in fine addito *accepimus* pendere existimaverit, quod obtineri posset, si Gaertn. cod. scriptura reciperetur. Quum tamen et alterum ferri possit, tantum mihi vindicare non audeo, ut invitis codd. omnibus vocem expellam, vel unius auctoritate eam inmutem.

Quam obnoxie dictas sententias] *obnoxias dictas sententias* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed praeferenda est lectio vulgata, quam alii codd. stabiliunt. *obnoxie*, quam *obnoxias*, Livium maluisse puto, ne tres similiter desinentes voces *obnoxias dictas sententias* cumularet.

§. 2. *L. Valerium Potitum proditum memoriae est*] *L. Valerium Petitum* Voss. 1. sed inter versus emendatum *Peritum*. At *Potitus* notum Valeriorum est

dicere, prohibentibus minaciter decemviris, prod-
iturum se ad plebem denunciantem, tumultum ex-
3 civiſſe. Nec minus ferociter M. Horatium Barba-
tum iſſe in certamen, *Decem Tarquinios* adpellan-

cognomen. Praeterea *L. Valerium tum proditum memoriae est* Gaertn. *L. Valerium Peritum tum proditum memoriae est* Lipsiens. *L. Valerium Potitum tum proditum memoriae est* Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. Illud *tum* etiam in margine Portug. a m. 2. adscriptum cernitur. Sed, praeterquam quod a reliquis notae melioris codicibus absit, etiam hic ter repetitum in tribus vocibus τὸ *tum* ſinale merito cuicumque displicebit, inprimis quum in vocula *tum* nulla sit emphasis. [*memoriae esse* Veith.] Mox *post religionem Ap. Claudii*, pro *post relationem*, Gaertn. Sed vocem *Claudii* omittit Leid. 2. Tum *postulando ne de republica*, pro *ut de republica*, Voſſ. 1. et Leid. 2.

Ut de republica liceret dicere] V. Briſſon. de Formul. lib. 2. p. 184. et 185. [pag. m. 167.] KLOCKIUS.

Tumultum excivisse] *extitisse* Voſſ. 1. *descivisse* Voſſ. 2. *exisse* Fragm. Hav. a m. 1. An forte voluit *excisse*? quales contractiones Livium amaſſe, infra videbimus ad 6, 18, 10,

§. 3. *Ferociter M. Horatium Barbatum isse in certamen*] cognomen *Barbatum* deficit in Lips. et Gaertn. quod in aliis omnibus conſtanter supereſt. Deinde *iisse in certamen* Gaertn. Sed v. infra ad 28, 38, 3. [*ipse in certamen* Veith.]

Decem Tarquinios adpellantem, admonentemque] *decemviros Tarquinios* Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. C. et L. 1. Verum et hic aliis codd. vulgatum mutari vetantibus, adhaereo. Tum *admoventem Valeriis ducibus*, reliquis omissis, Haverk. Horatium tamen non solorum Valeriorum, sed et gentilium suorum, in hac oratione meminiſſe, indicat etiam Dionys. l. 11. p. 689. Πότερον ὑμῶν ἐξελήλυθεν ἐκ τῆς διανοίας, ὅτι σώζονται μὲν οἱ Οὐαλερίων ἀπόγονοι τῶν ἐξελασάντων την τυραννίδα, λείπεται δὲ διαδοχὴ τῆς Ὁρατίων οἰκίας, οἷς πάτριόν ἐστιν ὁμόσε χωρεῖν τοῖς καταδουλουμένοις τὴν πατρίδα, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ μόνοις. *Monere* autem et *Movere* saepe in Mſtis confunduntur. V. infra ad 9, 38, 12.

§. 4. *Nec nominis homines tum pertaesum esse*] Livius indubie scripsit, quemadmodum atteſtatur liber manuscriptus: *nec nomen homines tum pertaesum esse*. Sic autem et Suetonius in Caesare [7.] *Et quasi pertaesus ignaviam suam*. Item [in Auguſt. 62.] *Pertaesus, ut scribit, morum perversitatem ejus*. Quid igitur opus fuit hic scribere *nominis*? licet non negem, et id Latine dici. Non solum enim accusativum id verbum poſt se recipit, sed et genitivum. RHEN. Pall. primus et tertius, ut etiam docuit Rhenanus, oſtentant: *Nec nomen homines tum pertaesum esse*. GEBH. Ut Rhenanus ex Borbet. sic duo Pall. *nomen* Voſſ. [prior] ambiguus *nomen is homines*. Lege *nec nomen homines tum pertaesos esse*. J. FR. GRON. Hearne invenit

tem, admonentemque, *Valeriis et Horatiis ducibus*
pulsos reges. Nec nominis homines tum pertaesum esse; 4
quippe quo Jovem adpellari fas sit, quo Romulum con-
ditorem urbis, deincepsque reges a.lpellatos, quod sa-

in Oxon. L. 1. *nec nomen hominibus tum pertaesum esse.* in C. *nec nomen hominibus tum pertaesum et odiosum esse.* Sed ex meis Florent. Voss. 2. Leid. 1. Fragment. Hav. et Portug. a m. 1. consentientes Rhenani codici, praeferunt *nec nomen homines tum pertaesum esse. nec nomen hiis homines tum pertaesum esse* Lipsiens. *nec nom̃ his homines tum pertoesum esse* Klockian. *nec nominis hujus homines tum pertaesum esse* Gaertner. [*nec nomen hominibus tum pertaediosum et odiosum esse* Veith.] Doujatius neutra emendatione vel Rhenani vel Gronovii opus esse putat; verbum enim *pertaedet* et genitivum recipere, et aliquando accusativum; dicique etiam inpersonaliter, praesertim quum praeteritum per participium quasi passivum effertur. Verum non quaeritur, quae ordinaria hujus verbi constructio sit? ea enim et Rhenano et Gronovio, si non notior, certe aeque nota fuit, ac Doujatio: sed potius, utrum verosimile sit, si Livius ordinaria illa constructione usus fuerit, ejus librarios inde abire, et locum corrumpere voluisse? Probabilius esse puto, Livium librariis incognitam constructionem adhibuisse, eosque, quod illam in magis notam mutare conarentur, tam varie errasse. Jam vero, si quid mutandum, ipsa loca Suetonii, quae Rhenanus laudavit, Gronovii emendationem veriorem esse probant. Similiter loquutus etiam est Justin. 38, 9. *Demetrius privatam, etsi opulentam, vitam pertaesus tacitus in regnum fugam meditatur.* Et ita olim edebatur apud Valer. Max. 3, 3, 1. *Pertaesus enim, credo, dexteram suom, quod ejus ministerio in caede regis uti nequisset, injectam foculo exuri passus est.* ubi tamen hodie ex consensu Mstorum *Perosus enim* vulgatur. Ordinaria constructione id verbum infra obcurrit hoc lib. c. 67, 7. *Decemvirorum vos pertaesum est: coëgimus abire magistratu.* ubi tamen Voss. 2. sed solus, *decemviros vos pertaesum est.* Mox *quippe Jovem,* exsulante media voce *quo,* Harlej. 1. Malc. V. supra ad 2, 37, 5.

Deincepsque reges odpellatos] Lego *deincipesque.* KLOCK. Nimirum, teste Fest. v. *Deincipem. Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum. ut principem primum captum.* Obsoletas has delicias non modo Klockius in Livio quaesivit, et, invitis licet omnibus libris, invenisse se existimavit, sed et alii ipsi Ciceroni quoque obtrudere conati sunt, ex quo Laurenbergius in Antiquario laudat hunc locum, qui exstat 2. ad Famil. Ep. 18. *Sed tamen tres fratres, summo loco notos, promtos, non indisertos, te nolo habere iratos, jure praesertim, quos video deincipes tribunos plebis per triennium futuros.* Quem enim etiam huc advocet locum ex 1. de Divin. 30. ex eo nihil patet. Verum neque Livium neque Ciceronem haec et similia decere, facile vident, qui norunt, aliter Romanos Naevii Enniique, aliter Ciceronis Liviique aetate locutos esse. [*deinceps reges* Veith.]

5 *cris etiam, ut sollemne, retentum sit. Superbiam vio-*
lentiamque tum perosos regis. quae si in rege tum eo-
dem, aut in filio regis, ferenda non fuerint, quem la-
6 *turum in tot privatis? Viderent, ne, vetando in cu-*

Quod sacris etiam, ut sollemne, retentum sit] *quo sacris* Gaertn. [Veith.] quomodo librarius dedisse videtur, quod praecesserit *quo Jovem, quo Romulum*, non animadvertens, additum verbum hic aliam constructionem requirere. *quod in sacris* Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. Portug. Verum id non necesse. Nam ita *retinere memoria* est apud Cic. pro Sext. Rosc. 12. *De cujus laude neque hic locus est, ut multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quam populus Romanus memoria retinet.* Nepos in vita Attic. 11. *Inmortali memoria percepta retinebat beneficia.* Valer. Max. 1, 8. ext. 2. *Cetera omnia tenacissima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus praecipue inservierat, oblitus est. retinere dextra* 3, 2. ex. 20. *Centurio convulsum signum dextra retinens. Retinere senatu* cod. Voss. infra praefert 39, 42, 7. *Retinere Quinctium senatu ne frater quidem T. Quinctius, si tum censor esset, potuisset.* Editur nunc *in senatu*, quod forte etiam praeferendum. *Tenere castris* supra inlustravi ad 3, 2, 1. Deinde *quod etiam sacris*, trajectis vocabulis, Voss. 2. Insuper τὸ *ut* non comparet in Harlej. 1. pro eo *illud* est in Portug. Denique *redemptum*, pro *retentum*, Voss. 1. Lipsiens. et Gaertn.

§. 5. *Superbiam violentiamque tum perosos regis*] *tum per ipsos regis* sine sensu Voss. 1. et Leid. 2. *tum peropsos regis* Klockian. *tum perosos reges* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. *superbia violentiaque tum perosos reges* Gaertn. quod passiva forma dictum foret; quum passim optimi scriptores *perosus* et *exosus* active utantur. V. supra hoc lib. ad c. 34, 8.

Quae si in rege tum eodem, aut in filio regis ferenda non fuerint] *quasi in rege* Voss. 2. Leid. 1. et Lipsiens. [*quae in rege* Veith.] Deinde *cum eodem* Lipsiens. V. ad Epit. Liv. l. 48. circa fin. Tum *et in filio regis* iterum Lipsiens. (* v. ad 10, 17, 5.) Denique *fuerunt* Gaertn. et Haverk.

Quem laturum in tot privatis? Viderent, ne vetando] Bona lectio, quam et agnoscunt antiquitus cusi. At Palat. pr. *quam litini in tot privatis funderent vetando.* sec. *quomodo laturi sint in tot privatis? cum maxime vetent.* Tertius, *quam Latini in tot privatis funderent ne vetando.* Latet aliquid. Campanus proxime accedit vulgatae. Tantum τὸ *viderent* immutavit in *fiderent*. GEBH. Et nostri etiam quidam hic turbant. *quem Latinis in tot privatis* Voss. 1. Sed *laturis*, pro *Latinis*, habet in margine. *quem Latini in tot privatis* Voss. 2. *quam laturiam in tot privatis* Leid. 1. *quem laturi sint in tot privatis* Leid. 2. *qño laturi in tot privatis essent* Portug. *quomodo laturi sint in tot privatis* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *quom laturi sint in tot privatis* Lipsiens. et Gaertner. *quando laturi in tot*

ria libere homines loqui, extra curiam etiam moverent vocem. neque se videre, qui sibi minus privato ad concionem populum vocare, quam illis senatum cogere, liceat. Ubi vellent, experirentur, quanto ferocior dolor 7

privatis Fragm. Haverk. a m. 1. quod a m. 2. una cum Harlej. 1. vulgatum servat. Deinde *Funderent ne vetando* Voss. 2. et Lipsiens. *Fuderent ne vetando* Leidens. 1. *Fiderent ne vetando* Fragment. Hav. *Cum maxime vetent* Harlej. 2. Haverk. et in margine Portug. in quo verba *Viderent, ne vetando* in contextu erant omissa. [*dicerentne vetando in curiam libere loqui* Veith.] Quum locus, ut vulgo concipitur, sanus videatur, satis mirari nequeo, unde tot monstra errorum in plerisque codd. conspiciantur. *To loqui* etiam in proximis verbis exsulat a Portug. At *loqui, qui* praefert Florent. Sed pronomen male repetitum est ex ultima syllaba vocis praecedentis.

§. 6. *Extra curiam etiam moverent vocem*] *etiam extra curiam* Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. *extra curiam nō moverent* Gaertn. Deinde *movere vocem* Harlej. 2. et Haverk. [*et extra curiam movere vocem* Veith.]

Neque se videre, qui sibi minus privato ad concionem populum vocare, quam illis senatum cogere liceat] *nec se videre* Lipsiens. Tum *cur sibi minus* Gaertn. *quin sibi minus* Florent. Lipsiens. Voss. ambo. Leid. ambo. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Sed et hic vulgatum sanum est. De locutione *qui minus* infra v. ad 28, 43, 18. ubi etiam multi codd. pari modo peccant. Praeterea *populum revocare* Gaertn. Deinde *quam nullius senatum* Voss. 1. et Leid. 2. *quam senatum* Voss. 2.

§. 7. *Experirentur, quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in injusta dominatione esset*] In exemplari veteri pro *ferocior* scriptum est *fortior*. Nec est *in libertate sua*, aut *in injusta dominatione*, sed tantum *libertate sua*, et *injusta dominatione*. Nam elegantius *in* subauditur utrobique. Quare crediderim, sic scripsisse Livium: *experirentur, quanto fortior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominatione esset.* RHEN. Rhenanus, qui putat, particulas duas *in* tollendas esse, idem non sensit, vocem huic sententiae deesse, quae est in vet. libris, *in injusta dominatione retinenda esset.* SIG. *quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in injusta dominatione esset* est lectio Palat. primi, neque abit multum tertius, *donatione* perperam scriptum ferens. Ego cum Sigonio praepono lectionem Palatini sec. *quanto ferocior dolor in libertate sua vindicanda, quam cupiditas in injusta dominatione retinenda esset*, ut rotundior currat antithesis. Eo autem libentius amplector hanc lectionem, quod et illam dederit publico ante secula fere bina Campanus, in eo diversus tantum, quod ex compendiosa scriptura legerit *fortior*, quod et Andreae contigit. Quare jam merito ejicitur Rhenani commentum. Sic infra c. 47. *Nec alium virum esse, cujus strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent.* ubi tamen perperam Palat. sec. legit *fortiter*.

libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta domi-
8 *natione, esset. De bello Sabino eos referre; tamquam majus ullum populo Romano bellum sit, quam cum iis,*

GEBH. Rhenanus ex Borb. *fortior*. Neque aliter Voss. [pr.] Helm. Pall. Chifl. Rott. Sed et Andreas omnesque antiquae praeter Juntam, quem primum video secutum Frobenium. Et satis id placet, nec pro eo alterum desiderem. Hoc transmittit Sigonius. At quod idem Rhenanus praepositiones negat in eodem codice fuisse, id notat: additque, Rhenanum non sensisse, vocem sententiae deesse, nempe *retinenda*, quam ipse de suo libro interposuit. Hoc vero apud me nusquam, nisi in uno Palatinorum, qui fere omnia Sigoniani cod. stigmata exhibet. Vossianus [prior] *Quanto fortior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas in injusta dominatione esset*. Helm. quoque *quam cupiditas injusta dominatione esset*. quos vides τὸ *IN*, quod utrobique Borbet. fastidierat, alterum priore, alterum posteriore loco praeterire. Et potest sine eo *libertate sua vindicanda* accipi pro libertatem suam vindicando: potest in sequentibus commode subaudiri τὸ *vindicanda*. Si malis tamen, *dolor libertatis suae vindicandae, quam injustae dominationis esset*, per me licet. J. FR. GRON. *fortior* ex meis codd. tres tantum exhibent Florent. Voss. 1. et Leid. 2. Unus Gaertner. utramque lectionem servat hoc modo, *quanto forcior, ferociorque dolor*. At codicis hujus librario frequentissimum fuisse, ut veram lectionem ejusque expositionem marginalem simul reciperet in contextum, infra videbimus ad 4, 55, 5. Reliqui, quos consului, *ferocior* servant: at *fortior* est etiam in Neapolit. Latinii et priscis excusis, quod mutavit non Juntas, sed triennio antiquior Aldus. Praeterea ex praemissa Gebhardi nota patet, Suffr. Sixtinum, qui excerptas ex Gebhardo trium Palatinorum codicum lectiones Gronovio subministravit, hic aliquid humani passum esse, quum Gebhardus aperte testetur, illos *ferocior* praeferre, eorumque consensu Rhenanum *fortior* substituentem refellat. Et sane *ferocior* verius videtur, licet aliud placuerit Giphan. Observ. in ling. Lat. in v. *Fortis*. Dictio illa *Ferox* ambiguae est significationis, et non modo inmanem, saevum, barbarum, superbum, sed quoque fortem, bellicosum notat, etiam apud Livium, ut 1, 12, 9. *In eum haec gloriantem cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit*. 28, 42, 4. *Circa Iberum exercitus patris patruique tui, post amissos imperatores ferociores et calamitate ipsa*. 36, 17, 5. *Illic Macedones Thracesque et Jllyrii erant, ferocissimae omnes gentes; hic Syri et Asiatici Graeci sunt, levissima genera hominum et servituti nata*. quo sensu *virtutem* ac *ferociam* junxit 9, 6, 13. *Cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque*. V. Cortium ad Sallustii Catil. 11. et ad Jug. 106. Eo ergo sensu vocem h. l. sumi, margini expositionis caussa adscripto vocabulo *fortior*, primo monitum fuerat. Indoctus postea scriba, eam pro varia lectione habens, et *ferox* bono sensu poni nesciens, ac propterea *fortior* melius sensui convenire existimans, illud in

qui, legum ferendarum caussa creati, nihil juris in civitate reliquerint; qui comitia, qui annuos magistratus, qui vicissitudinem imperitandi (quod unum exae-

contextum recepit. qui error et alibi saepe commissus est. V. infra ad 28, 42, 4. Id ergo primum; censeo vocem *ferocior* servandam. Praeterea *qñ*, id est, *quam ferocior*, habet Portug. quod dormitantis est librarii. Tum *in* priori loco non agnoscunt ex meis, praeter Voss. 1. etiam Leid. 1. Sed neutro loco Leid. 2. et Portug. nisi quod in posteriori a m. 2. priori loco adscribatur, et ab eodem etiam exsulet vox *cupiditas*, adeoque, fere ut Gronovius in fine adnotationis volebat, praeferat, *ferocior dolor libertate sua vindicanda, quam injusta dominatione esset.* Praepositionem *in* utroque loco etiam omittit Florent. verum is insuper legit *cupiditas injusta dominatem esse*, pro quo postea emendatur *dominationis*, ut velit *quanto fortior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominationis esset.* Denique recte Gronovius *τὸ retinenda*, a Sigonio additum, iterum expungendum, et ad ultima verba *cupiditas injusta dominatione esset* ex praecedentibus *vindicanda* subintelligendum monuit. Miror Gebhardum, cui Palatini sec. cum Sigoniano codice adversus aliorum lectionem consensus ubique suspectus fuit, hic ab instituto descivisse, et tam incertae fidei Mstis adhaerere potuisse. Tanto magis mihi persuadetur, *τὸ retinenda* scribarum mangonium esse, quod ex meis etiam non alii eam vocem servent, quam Harlej. 2. et Haverk. per omnia Sigoniano et Palatino sec. similes. Puto igitur legendum *experirentur, quanto ferocior dolor libertate sua vindicanda, quam cupiditas injusta dominatione esset.* Eamdem, quam hoc loco, sententiam ita extulit Liv. infra 6, 18, 6. *Acrius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione certaturos.* Et Justin. 30, 4. *Tanto fortius hoc bellum, quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio carior.* (* Flor. 3, 10, 4. *Sequens longeque cruentior pugna Belgarum, quippe pro libertate pugnantium.*)

§. 8. *De bello Sabino eo referre*] Lege, ut habent omnes, *eos.* GEBH. *eo* operarum errore editum erat in Gruteriana anni 1608. quod Parisienses anno 1625. servarunt. Sed ab omnibus recentioribus, etiam ab ipso Grutero triennio postea, recte emendatum est.

Tamquam majus ullum populo Romano bellum sit] *populi Romani bellum sit* Leid. 2. et Gaertn. Forte ambigue scriptum fuerat *po. Ro.* idque librariis errandi caussa exstitit, nescientibus quemadmodum plene efferri deberet, ut saepe alibi factum est. V. infra ad 39, 47, 10. [*post Romanum bellum sit* Veith.]

Quam cum iis, qui legum ferendarum caussa creati] Aberat primo a Palatino sec. *τὸ caussa.* GEBH. *quam in iis* priscae edd. usque ad Aldum. Dedissent saltem *quam in eos.* de qua locutione v. ad Epit. Liv. l. 21. Aldus vero primus *quam cum iis* vulgavit. Et ita omnes praeferunt codd. nisi quod plerique *quam cum his*, vel *quam cum hiis* obserant, Florent. autem *quam cum is* eodem modo, quo saepe *Di*, pro *Dii*, in Mstis

quandae sit libertatis) *sustulerint*; *qui privati fasces*
9 *et regium imperium habeant. Fuiſſe, regibus exactis,*
patricios magiſtratus creatos; poſtea, poſt seceſſionem
plebis, plebejos. Cujus illi partis eſſent, rogitare? *Po-*
pulares? quid enim eos per populum egiſſe? Optimates?
qui anno jam prope ſenatum non habuerint; tunc ita
10 *habeant, ut de republica loqui prohibeant? Ne nimium*

obcurrit. V. ad 5, 14, 4. (* 7, 40, 8.) *idem*, pro *iidem*. V. ad 40, 22, 14. Similia alia videri poſſunt ad 38, 27, 8. [*quam cum his* Veith.] Deinde *legum venerandarum caussa creati* Leid. 2. *legum ferendarum creati* Fragment. Hav. a m. 1. quod non spernendum putarem, si plures codd. addicerent. Alibi enim Livius ita loqui amavit. V. infra ad 31, 12, 4. Nunc vero, quum non modo alii codd. *τὸ caussa* servent, sed et in ipso Fragm. Hav. a m. 2. adscriptum sit, nihil innovandum puto. Mox *relinquerint*, pro *reliquerint*, Leid. 2. Haverk. a m. 1. et Fragment. Hav. a m. 1. *reliquerant* Harlej. 2. *relinquerent* Gaertn. [*reliquerunt* Veith]

Quod unum exequendae sit libertatis] Lege *exaequandae* ex vet. lib. SIG. *exsequendae* a Sigonio rejectum inveni in Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Haverk. [Veith.] Reliqui cum omnibus, quas vidi, edd. recte habent *exaequandae*; quo verbo alibi ſaepe Livius usus eſt. (* 34, 3, 2.) 37, 29. 9. *Vidit, non posse exaequare ordinem Romanos.* 45, 38, 8. *Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paullus injuria vestra exaequetur.* Ita et *exaequatio* infra obcurrit 34, 4, 14. *Hanc, inquit, ipsam exaequationem non fero, illa locuples.* Saepe vero *exaequare* et *exsequi* in Mſtis commutantur. Exemplum supra habuimus 3, 5, 13. V. etiam viros doctos ad Salluſtii Catil. 3. Deinde *exaequandae libertatis sit*, in alium ordinem redactis vocabulis, Voſſ. 1. Leid. 2. et Lipsiens. Tum *sustulerunt*, pro *sustulerint*, Harlej. 2. [Veith.] *substulerunt* Lipsiens. Mox etiam *regum imperium*, pro *regium*, Voſſ. 1. et Leid. 2. V. infra ad 32, 6, 6.

§. 9. *Fuisse, regibus exactis, patricios magistratus*] *regibus exhaustis* Klockian. Saepius haec verba in Mſtis fuerunt commutata. Ita apud Lucanum Inl. Nic. Heinsius in octo codd. scriptis invenit 5, 44.

— — nostrum exacto jus clauditur anno.

ubi vulgo nunc editur *exhausto anno. exacto* etiam in quibusdam suorum codd. invenerunt Cortius et Oudendorp. Id autem ille pro alterius interpretatione habebat; huic codicum lectio non displicebat, quod dubitaret, an ita simpliciter *exhaustus annus* pro finito, peracto, ad finem perducto, poni poſſet. Similiter 7, 490.

Sed quota pars cladis jaculis ferroque volanti
Exacta est.

ubi iterum Heinsius in uno cod. reperit *Exhausta est.* V. etiam Cel. Burmann. ad Nason. 1. Art.

in metu alieno ſpei ponerent. graviora, quae patiantur, videri jam hominibus, quam quae metuant.

XL. Haec vociferante Horatio, quum decemviri nec irae nec ignoscendi modum reperirent, 1
nec, quo evasura res eſſet, cernerent; C. Claudii, 2
qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit precibus, quam jurgio, similis, orantis per sui fra-

Am. 771. 12. Met. 161. et 5. Faſt. 387. Hic vero vulgatum servandum eſſe, nullus non videt, tum quod *exhaustis regibus*, pro ejectis, Latine dici nequeat, tum quod sollemnis sit locutio *regibus exactis*, *post reges exactos*. V. supra ad 2, 2, 11.

Post secessionem plebis] *post excessionem plebis* Gaertn. Sed scribae errore. *Secedere* enim et *secessio* in hac re propria sunt vocabula. Supra 2, 32, 2. *Injussu consulum in Sacrum montem secessisse.* et mox, *In Aventinum montem secessionem factam esse.* c. 33, 3. *Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inierunt.* c. 34, 10. *Secedat nunc, avocet plebem.* et mox, *Potius cultores agrorum fore, quam ut armati per secessionem coli prohibeant.* Hoc lib. c. 51, 6. *Secessio ab decemviris facta est.* 34, 2, 7. *Si, ut plebis quondam, sic nunc mulierum secessione leges accipiendae sunt.* Et ita millies apud Livium aliosque.

Cujus illi partis essent, rogitare? Populares? quid enim eos per populum egisse? Optimatum?] *Cujus illi partes essent* Voſſ. 1. a m. 1. Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. [Veith.] *Cujus ille* vel *illae partis essent* Harlej. 2. et Gaertn. [*cogitare* Veith.] Deinde *Popularis* et *Optimatum* Harlej. 2. et Haverk. ut sit *partis popularis*, *partis optimatum*. *Optimatum* habet etiam Portug. a m. 2. Tum *quid est eos per populum egisse* Voſſ. 2. *quid enim per populum eos egisse* Portug.

Qui anno prope jam senatum non habuerint] Eſt in veteri *qui anno jam prope*. RHEN. *qui animo jam prope senatum habuerint* Voſſ. 1. at in margine *quo animo*. Voces *aĩus* et *añus*, sive *animus* et *annus*, paſſim a librariis confunduntur. V. infra ad 32, 5, 2. Tò *non* deficit etiam in Gaertn. Ordo vero verborum, quem Rhenanus in suo invenit, etiam in omnibus noſtris servatur. Deinde *habuerunt* Haverk. Mox autem *tum ita habeant*, pro *tunc*. Lipsiens. V. ad 2, 12, 15. [*habebant* Veith.]

Ut de republica loqui prohibeant] *de re publice loqui* Leid. 1. aberrante librario.

§. 10. *Graviora, quae patiantur, videri jam hominibus, quam quae metuant*] *graviora, quae patiantur, jam hominibus*, voce deficiente, Leid. 2. ut intelligatur verbum *esse*, quod saepe omittitur. Sed alterum praefero. Praeterea *quam quae metuebant* male Voſſ. 1. neque rectius *quēq; metuant* Klockian.

§. 1. *Nec, quo evasura res es-*

3 tris parentisque ejus manes; *Ut civilis potius societatis, in qua natus esset, quam foederis, nefarie icti cum collegis, meminisset. multo id magis se illius caussa orare, quam rei-*
4 *publicae. Quippe rempublicam, si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram. Sed ex magno certamine magnas*
5 *excitari ferme iras; earum eventum se horrere.* Quum

set, cernerent] *ne quo evasura res esset* Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. ubi *ne* capi potest pro ne quidem. V. Sigonium ad 33, 49, 3. Potius tamen vulgatum servo. Praeterea *quo res evasura esset* Harlej. 2.

§. 2. *C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit*] *C. Claudi* etc. *oratio fuit* Voss. 1. Leid. 1. Florent. Harlej. 1. et Lipsiens. V. ad 38, 27, 8. *C. Cornelio Claudio* etc. *oratio fuit* Voss. 2. *C. Claudio oratio fuit* Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *qui Appius patruus decemviri erat* Voss. 2. qui in hac periodo culpa librarii admodum mendosus est.

Oratio fuit precibus, quam jurgio, similior] Antiqua lectio: *oratio fuit precibus, quum jurgio, similis.* Subauditur adverbium *magis*, vel *potius.* RHENAN. Pall. tres et edd. duae antiquissimae *quam jurgio similis.* GEBH. *precibus, quam jurgio, similis* etiam omnes mei, ut et editi ante Ascensium, qui anno 1513. *similior*, invitis Mss, substituit. Est autem locutio et Livio et aliis scriptoribus admodum frequens. V. infra ad 34, 49, 10. Ceterum quanta festinatione ac negligentia Doujatius priores commentatores consuluerit, hic locus testis est, ad quem notare sustinuit, in veteri cod. Rhenani esse *precibus, quam jurgio, similior.* Contrarium ipse Rhenanus docet.

Orantis per sui fratris parentisque ejus manes] *perorantis* Palat. tres et edd. duae antiquissimae. GEBH. *perorantes* Lipsiens. *perorantis* autem etiam Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. omnesque edd. usque ad Frobenium; pro quo Gronovius priori ed. notarum ad Liv. 29, 18, 9. scribendum censebat, *quam jurgio similis. per, orantis, sui fratris parentisque ejus manes*, multis exemplis docens, veteres in deprecationibus obtestationibusque inter praepositionem ejusque casum alia vocabula interponere amasse; harum autem elegantiarum imperitos librarios, quibus ordo verborum nimis turbatus videbatur, passim similia loca corrupisse. Et ita etiam Klockius in margine scribendum conjecit. Verum recte Gronovius postea conjecturam hanc omisit. Nam, ut ipse bene observat, soliti fuerunt optimi scriptores inter praepositionem ejusque casus tantum vel unum vel duo pronomina interponere. Certe in magna plurimorum exemplorum, quae ibi laudantur, sylloge nullum occurrit, ubi verbum, ut hic fieret, interponitur. Verior itaque est vulgata scriptura *orantis* exhibens, quam Frobenius primus anno 1535. recepit, et tuentur Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. Ceterum τὸ *ejus* non adparet in Leid. 2. Sed transponit Harlej. 2. hoc modo *parentisque manes ejus.*

aliud, praeterquam de quo retulissent, decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere senatusconsultum fieri. Omnesque ita accipiebant, priva- 6
tos eos a Claudio judicatos: multique ex consularibus verbo adsensi sunt. Alia sententia, asperior 7

§. 3. *Foederis, nefarie icti cum collegis, meminisset*] *nefarie uti* male Lipsiens. Praeterea praepositio *cum* exsulat a Voss. 2. quae, praesertim si *conlegis* scriptum fuerit, ab ejusdem istius vocis syllaba initiali elidi potuit. V. infra hoc lib. ad c. 69, 5.

§. 4. *Si a volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram*] *a nolentibus* male Voss. 2. [Veith.] V. infra ad 39, 15, 11. Deinde τὸ *nequeat* deest in Leid. 2. pro quo *nequeant* habet Haverk. Praeterea Cl. Ant. Perizonius malebat in margine cod. sui *repetituram*. Sed ita jam olim edidit Ascensius anno 1510. Triennio tamen ac sexennio postea, quasi facti poeniteret, aut certe de lectione, quam receperat, dubitaret, eamdem quidem lectionem in contextum servavit, priscam tamen in margine conspici voluit. Reliqui et editi et scripti vulgatum servant, nisi quod Voss. 2. male habeat *expetiturum*. Paullo ante voces *Quippe rempublicam* negligentia scribae exsulant a Gaertn. Praeterea in verbis sequentibus *earum adventum se horrere*, pro *eventum*, Gaertn.

§. 5. *Quum aliud, praeterquam de quo retulissent*] *propter quam* Harlej. 1. V. ad 4, 61, 10. Deinde *de eo retulissent* Lipsiens. et Portug. *decor et tulissent* Leid. 1. inperite in voces distributis literis, quae olim unica serie scriptae fuerant.

Claudii interpellandi verecundia fuit] Quidam genitivum *Claudii* in accusativum mutarunt *Claudium*: quod cum praecedentibus verbis nescio ut quadret: si quidem Decemviri, praeterquam de quo retulissent, dicere prohibebant. nisi quis dicat, alios quidem prohibebant, Claudium autem propter auctoritatem verecundia fuit interpellandi: idque verisimile, nam et Dionysius longissimam ejus orationem refert. GLAR. In priscis excusis modo *Claudii*, modo *Claudium* prostat. Posterius vero constanter in scriptis obtinet. In quo quid Glareano displicere potuerit, non video, neque etiam quomodo *Claudii* convenire posset, si *Claudium* cum verbis praecedentibus non quadraret. [mox *Omnes qui ita accipiebant* Veith.]

§. 7. *Alia sententia, asperior in speciem*] *in spē* Haverk. *in spem* Voss. 1. qui in margine ut et Florent. in contextu a m. 2. praefert *in specie*. quod etiam habet Harlej. 2. sed iterum in margine Leid. 2. qui ceteroquin in contextu *in speciem*. Supra 3, 9, 13. *Dilataque in speciem actione, re ipsa sublata, consules extemplo arcessiti.* infra 6, 14, 2. *Non enim jam orationes modo Manlii, sed facta popularia in speciem, tumultuosa eadem, qua mente fierent, erant intuenda.* 4, 42, 4. *Nec precibus tribunorum, quae in*

in speciem, vim minorem aliquanto habuit, quae patricios coïre ad prodendum interregem jubebat. censendo enim, quoscumque magistratus esse, qui sena-

speciem modo jactentur, sed auxilio considere reum. Spes autem et *Species* infinitis locis in Mstis commutantur. V. supra ad 3, 9, 13.

Quae patricios coïre ad prodendum interregem jubebat] Pall. pr. ac tertius *quae patricios connivere.* sec. *convenire.* GEBH. *certe*, pro *coïre*, est in Voss. 1. *comivere* in Leid. 1. *conivere* in Fragm. Hav. *conivere* in Florent. et Harlej. 1. *convenire* in Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Lipsiens. et Gaertn. quod natum est ex glossa, similiter ac *conventus* ex interpretatione τοῦ *coetus* infra 39, 15, 12. Proprium autem in hac re verbum *coïre.* Infra 4, 7, 7. *Patricii, quum sine curuli magistratu respublica esset, coïere, et interregem creavere.* c. 43, 8. *Modo prohibentibus tribunis patricios coïre ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus.* [*patricios consentire convenire ad* Veith.] Praeterea *interregnum* habet Leid. 1. in marg. *jubeat* autem Lipsiens. [*jubebant* Veith.]

Censendo enim, quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat.] Et hic perquam obscurus est sermo: sed probat, C. Claudii sententiam re asperiorem fuisse, quam aliorum, quod decemviros prorsus privatos censebat. Aliam autem, aliquo adhuc in magistratu esse, utcumque admittere. *quoscumque* igitur ita accepit, ut nunc vulgo *qualescumque* dicimus. GLAR. Habet exemplar Buslidianum *concedendo*, sed male. Ceterum, quia istius loci magna obscuritas, non gravabor explicare. Prima sententia fuit, ne aliquod senatusconsultum fieret; quod indicabat oblique, eos, qui senatum coëgissent, privatos esse, nec habuisse jus convocandi senatum; jam, senatu illegitime coacto, non potuit rite fieri senatusconsultum. Secunda sententia fuit, ut patricii coïrent ad prodendum interregem; quod ideo asperum in speciem, quia declarabat, decemviros, qui summam potestatem usurpaverant, non esse consularis imperii. Interregnum enim celebrabatur, ubi novi consules creandi sunt, quod veteres vel magistratu abierint, vel praemortui sint. Sed quia auctor istius sententiae senatusconsultum vellet fieri de prodendo interrege, indicat, eos aliquo modo esse magistratus, qui senatum rite coëgissent, licet eos esse consularis potestatis pernegaret. Alios enim magistratus praeter consules senatum in curiam citare posse, passim liquet. Prima ergo sententia verbis lenior, re asperior, quae decemviros nullos magistratus censebat; secunda verbis atrocior, re mitior, quae et in aliquo numero magistratuum reponebat. NANN. In antiquo exemplari scriptum vidi *concedendo;* sed non placet. Quia tamen loci hujus, vel me tacente, magna obscuritas est, ita explicandum censeo. Duae hic sententiae. Prima fuit, ne aliquod senatusconsultum fieret. Quod indicabat oblique, eos, qui senatum coëgis-

senatum haberent, judicabat; quos privatos fecerat auctor nullius senatusconsulti faciendi. Ita laban- 8
te jam caussa decemvirorum, L. Cornelius Maluginensis, M. Cornelii decemviri frater, quum ex con-

sent, privatos esse, nec habuisse jus convocandi senatum. Jam senatu illegitime coacto non potuit rite fieri senatusconsultum. Secunda sententia fuit, ut patricii coïrent ad prodendum interregem. Quod ideo asperum in speciem, quia declarabat, decemviros, qui summam potestatem usurpaverant, non esse consularis imperii. Interregnum enim celebratur, ubi novi consules creandi sunt, quod veteres vel magistratu abierint, vel praemortui sint. Sed quia auctor istius sententiae senatusconsultum vult fieri de prodendo rege, indicat eos aliquo modo esse magistratus, qui senatum rite coëgissent, licet eos consularis esse potestatis pernegaret. Alios enim magistratus, praeter consules, senatum in curiam citare posse, passim liquet. Prima igitur sententia verbis lenior, re asperior; quae decemviros nullos magistratus censebat. Secunda verbis atrocior, re mitior; quae eos in aliquo numero magistratuum reponebat. A. SCHOTT. Observ. Human. 3, 38. Lego *censendos enim quoscunque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabant*. Et certe, quem postea inspexi. Francofurtensis liber anni 1568. *censendos* clare praefert. Vel lego, *censendum enim, quoscumque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabant. censere* autem *aliquem magistratum* hic est pro magistratu habere. KLOCKIUS. quem etiam v. in Sylloge Epist. quas Cel. Burmann. edidit t. 1. p. 392. Vitium, puto, est in Palat. tertio *consendo*. Andreas Schottus in antiquo exemplari vidit *concedendo*: quod tamen ipsi non placet. Quomodo hunc locum interpretetur, v. 3. Observ. 38. GEBH. In Schotti interpretatione, qua meliorem non invenio, una difficultas est, quod, si haec eo sensu accipiuntur, oratio non bene procedit, quae videtur postulare, *ita enim censendo*, vel *hoc enim censendo*. Credo locum non satis sanum esse. DUK. *concedendo* etiam inveni in Leid. 2. quod et Voss. 1. in margine praefert. *concensendo* habet Lipsiens. *censebat enim non eos magistratus esse, qui haberent senatum*, ultima voce *judicabat* omissa, Harlej. 2. et Haverk. contra mentem Livii. Et tamen Sigonius, qui hanc lectionem etiam in veteribus exemplaribus invenerat, eamdem in priori ed. Scholiorum probavit, et in contextum recepit. Sed recte iteratis curis conjecturam induxit, ac veterem scripturam pristino loco restituit. Sensum autem Livii recte quidem Schottus adsecutus est, sed non modo hujus loci expositionem, verum etiam pene ipsa, quibus proponitur, verba pudendo plagio Nannio sublegit, quod crimen postea hoc libro non semel animadverti potest. Ceterum *non eos*, pro *quoscumque*, etiam Portug. a m. 2. cum ipsis vestigiis erasa, quae prius extiterat, scriptura. Tum *magistratus est* Harlej. 1. *judicabat* etiam manus interpolatrix in Portug. induxerat, quum olim *judicabant* scriptum fuisset. *judicabant* etiam superest in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 1.

sularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset, simulando curam belli, fratrem colle-
9 gasque ejus tuebatur: *quonam fato incidisset, mirari se* dictitans, *ut decemviros, qui decemviratum petissent,*

Gaertn. Klockian. et Fragm. Hav. [Veith.] Id autem si quis vulgato praeferat, per me licebit. Ego tamen cum Leid. 1. et Florent. *judicabat* malo, idque ob verba sequentia *quos privatos fecerat auctor nullius senatus-consulti faciendi.* inde enim vocem *auctor* retraho etiam ad verbum *judicabat*, ut ita auctores utriusque sententiae, quodque ex ea sententia profluebat, inter se obponantur; non vero omnes, qui alteram secuti sunt, uni alterius sententiae auctori. Denique *haberent senatum* inverso ordine Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. In verbis sequentibus vocem *privatos* male omittit Lipsiens. [*fecerat auctores Tullius et Sex. Cornelius Claudius. Ita* Veith.]

§. 8. *Ita labante jam caussa decemvirorum*] Tres MSS. *labente*. GEBH. *Ita labente jam caussa* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. uterque, Haverk. Fragment. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. [Veith.] et priscae edd. Similiter se quoque in vet. lib. invenisse, Sigonius priore ed. Scholiorum testatus est. *Ita se habente jam caussa* Gaertn. *Ita habente jam caussa* Leid. 1. Lipsiens. et Portug. qui tamen in margine praefert *labante*, ut habet Florent. Ea autem vera est scriptura, quam Frobenius primus anno 1535. recepit, et post eum omnes recentiores, praeter Sigonium. Solent autem inter se confundi *labans* et *labens*. V. supra ad praefat. §. 9. ubi Gronov. recte discrimen inter utraque vocabula docuit; unde patet, *labente*, quod Sigonius recepit, et, licet codicis lectionem priori ed. memoratam postea expunxisset, tamen in iteratis edd. servavit, hic admitti non posse. Nam eo tantum adducti erant decemviri, ut eorum potestas nutaret, nondum tamen laberetur.

Ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset] Non quidem inprobo *consulto*. Saepe enim inprimis ità Caesar locutus est. et ita *inconsulto* praeferunt antiquae edd. supra 2, 37, 6. *Horret animus, ne quid inconsulto ac temere fiat.* ubi tamen nunc *inconsulte* circumfertur. Id tamen dubitationem injicit, quod Portug. in cujus contextu illa vox omissa est, ejus loco in margine praeferat *consultu*. quod, si plures codd. accederent, non frustra librario in mentem venisse existimarem. Id enim alibi Livio vindicavit vir summus J. Fr. Gronovius. V. infra hoc libro ad c. 62, 2. Deinde *senatus esset* Gaertn. errore librarii. Voces etiam *servatus esset, simulando* omittuntur in Florent. Insuper *simulando curam viri*, pro *simulando curam belli*, male est in Klockian.

§. 9. *Quonam fato incidisset, mirari se dictitans*] *quonam facto* Voss. 2. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. [Veith.] Simile fere, quod supra habuimus hoc lib. c. 19, 12. *Nescio quo fato, magis bellantes, quam pacati, propitios habemus Deos.* 26, 41, 9. *Ea fato quodam data nobis sors est,*

aut socii, aut hi maxime obpugnarent? aut quid ita, 10
quum per tot menses vacua civitate nemo, justine magistratus summae rerum praeessent, controversiam fecerit; nunc demum, quum hostes prope ad portas sint, civiles

ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Solent autem *fata* et *facta* passim in Mstis confundi. Vide, quae notavi ad Silii Italici 1, 277. Adde supra ad 2, 8, 8. c. 44, 12. hoc lib. ad c. 19, 12. Infra ad 5, 15, 4. c. 19, 1. c. 22, 8. c. 32, 7. et alibi. (* 8, 6, 11. c. 7, 8. 9, 18, 19. 10, 8, 2. c. 28, 13. c. 29, 3.) etiam Muret. ad Cic. Philipp. 2, 1. Ceterum *vidisset*, pro *incidisset*, est a m. 1. in contextu Lipsiens.

Mirari se dictitans, ut decemviros, qui decemviratum petissent, aut socii, aut hi maxime, obpugnarent] Nisi ita ordinemus, *mirari se dictitans, ut aut socii, aut hi, qui decemviratum petissent, maxime oppugnarent decemviros*, non video, quis sensus hic elici queat. Est autem dura compositio. GLAREAN. Lego, *cur decemviros, qui decemviratum petissent socii, et hi maxime oppugnarent.* Vel, *cur decemviros, qui decemviratum et socii petissent, et hi maxime oppugnarent.* KLOCK. quem etiam v. in Syllog. Epist. Cel. Burmanni t. 1. p. 392. Nulla hic difficultas Glareanum morari potuit, nisi quam ipse sibi fecit. Nempe id ei negotium facessit, quod non observarit, Livium hic more suo omisisse pronomen demonstrativum. id si addas, *ut decemviros illi, qui decemvirutum petissent*, jam locus erit facillimus; cujus sensum tamen neque Doujatius adsecutus est. Existimat enim L. Cornelium Maluginensem dicere, mirari se, qua ratione acciderit, ut ii, qui aut primo anno socii decemvirorum fuissent, quique secundo anno magna contentione petiissent decemviratum, ii nunc, vel soli vel prae ceteris, obpugnent decemviros. per *socios* itaque intelligit decemvirorum primo anno collegas, quod mihi secus videtur. Potius enim, ut puto, se mirari simulat, unde evenerit, ut decemviros obpugnent illi, vel qui ipsi honorem decemviratus ambiissent, vel eorum, qui ambiissent, socii et amici, vel ex sociorum et amicorum numero hi maxime, nempe L. Valerius Potitus et M. Horatius Barbatus. Klockius *cur decemviros* legens, credidit, id pendere ex proximo *mirari.* Sed male. Nam ordo est *dictitans se mirari, quonam fato incidisset, ut decemviros.* ubi τῷ *cur* locus esse nequit. Ceterum *petiissent* habet Portug. a m. 2. Et id voluit librarius Gaertn. qui tamen corrupte dedit *perciisset.* Idem etiam *solii*, pro *socii*, praefert. Denique *oppugnarunt*, pro *oppugnarent*, Florent.

§. 10. *Aut quid ita, quum per tot menses vacua civitate nemo etc. controversiam fecerit, nunc demum*] Voces *quum* et *nunc*, quam constanter servant omnes codd. male omittebantur in vetustioribus edd. Sine quibus quum sensus non cohaereat, recte eas Aldus contextui addidit. Praeterea *fecerint* etiam principes excusi, quod in uno tantum Klockian. obviam fuit, quum reliqui recte praeferant *fecerit.* Et ita jam ediderunt Mediolanenses anno 1505. eosque secuti

discordias serant: nisi quod in turbido minus perspicuum

Ascensius, Moguntini, Cervicornus, et recentiores alii omnes.

Nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent, quid agatur] Legerim *nisi in turbis*, vel *nisi quoi in turbis*, vel *in turbido cominus perspicuum* etc. *quoi*, valet *cui*. *cominus* est statim, sine intermissione, illico, extemplo. Virgil. 1. Georg. [104.]

— — *jacto qui semine cominus arva*

Insequitur.

Eodem sensu *cominus* positum invenies in l. 137. in princ. D. de verb. Oblig. l. 3. de Pignor. l. 3. de Pignor. act. V. Cujac. 11. Observ. 39. *quid agatur* expono, quid agi debeat. Liv. 44, [33, 6.] *Ubi omnibus simul pronunciaretur, quod fieret.* id est, quod fieri deberet. Eodem lib. [c. 41, 4.] *Quum agi, non quemadmodum agantur, edisseri oportet.* Cic. pro Murena [38.] *Est tuum, M. Cato, videre, quid agatur.* Vellej. Pat. 2, [113.] *Optimus eorum, quae agebantur, judex.* Tum *in turbido esse* dixit Seneca Ep. 3. a fine. KLOCK. quem etiam v. in sylloge Epist. quas edidit Cel. Burmann. t. 1. p. 392. Klockius nodum in scirpo quaerit. Sensus enim vulgatae lectionis planus et apertus est. Maluginensis Valerio et Horatio exprobrat, eos hoc tempore potius, quam antea, decemviris controversiam fecisse, justine magistratus summae rerum praeessent, quod putarent, circumstrepente bellorum tumultu homines ad consilium suum animum non adversuros. Si conjecturae ejus recipiantur, vix commodus sensus ex verbis Livii elici poterit. *ut quid*, pro *nisi quod*, habet Gaertner. *ubi quod* Lipsiens. *nisi quid* Leid. 1. *nisi quidem* Haverk. Deinde *in turbido*, ut apud Tacit. 1. Hist. 21. *Othonem, cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium, multa simul exstimulabant.* Ei, quod hic *in turbido* dicit, infra hoc cap. §. 11. *in tranquillum redigere* obponitur. *Sibi placere, de eo, quod Valerius Horatiusque ante Idus Majas decemviros abisse magistratu insimulent, bellis, quae inminebant, perfectis, republica in tranquillum reducta, senatu disceptante, agi. id agatur*, pro *quid agatur*, Harlej. 2. et Portug. a m. 2. erasa, quae prius exstiterat, scriptura. *ad quid agatur* Haverk. *id quod agatur* Hearnii Oxon. B. Eamdem lectionem Sigonius quoque prima Scholiorum ed. non modo se in Vet. lib. invenisse testatus est, sed etiam ei locum in contextu dedit. Postea vero iteratis curis id Scholion quidem induxit, lectionem tamen codicis servavit.

§. 11. *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum ex se praejudicium rei tantae adferre*] Ausim jurare, hunc Livii locum vitiatum esse, tametsi utcumque stat sensus, ut errorem nemo sentiat. Habet exemplar Vormaciense: *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse praejudicium tantae rei auferri.* Lego, *Ceterum nemini non majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium tantae rei auferri.* Sensus est: Verum esse, nec posse negari, nemini non auferri praejudicium rei tantae, ideo quod animi majore cura sint occupati. Porro *praejudicium rei tantae* eleganter vocat opinionem et sententiam, quam senator prius in animo suo conceptam habet, plane dignam tanta re. RHEN. Pro *esse*

fore putent, quid agatur. Ceterum neminem, majore cu- 11

invenio quibusdam in libris *posse*, quod magis placet. Codex Moguntinus habebat *ex se*, pro *esse*. quod deinde plures secuti sunt. GLAR. Verba Livii ita se habent in veteribus libris: *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium tantae rei afferre:* quorum haec eft sententia. *Non esse verum*, id eft, non effe aequum, afferre praejudicium tantae rei. Ita proferunt loquendi hanc formulam omnes veteres, Horatius, Caefar, Cicero, et alii, uti notum eft. Id non intelligens Sigonius meras affert nugas, ut quilibet videre poteft. Nam ita emendat, *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse; praejudicium tantae rei differri posse.* id eft, neminem, quid vere sentiat, dicere. quid afferet in medium Sigonius contra haec, aut quomodo jam inficiari poterit, se indoctum effe? ROBORT. de convenientia supputat. Livianae p. 7. Bona verba, Robortelle, et audi demum, quid Sigonius, si non in medium, at ad extremum proferat. Cum in libro, quem omnium optimum ac pulcerrimum Lutetiae Vascosanus excudit, (cum enim mihi corrigendum juftis multis de cauffis sumseram) hunc locum ita legi viderem, *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse praejudicium rei tantae auferri.* Rhenanum autem ita reponere, *Ceterum nemini non, majore cura occupatis animis, verum praejudicium rei tantae auferri.* Glareanum vero, pro *verum esse*, *verum posse* reftituere, cumque neuter eorum satis mihi, quod vellet, probaret, ex auctoritate manuscriptorum librorum ita legendum ftatui. *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse: praejudicium tantae rei differri posse;* hoc sensu. Retulerant decemviri de bello Sabino. Senatores, interrogati sententiam, nihil de bello dixerant; de decemvirûm injufto imperio dixerant. ad ultimum L. Cornelius, M. Cornelii decemviri frater, dixit, *neminem, majore cura occupatis animis, verum esse: praejudicium rei tantae differri posse*, id eft, neminem senatorum vere ftatuere de magiftratu decemvirûm, majore belli inftantis cura implicitum, poffe, judicium rei tantae in aliud tempus differri poffe: nunc de bello consultandum effe. ita ut *posse* bis acciperetur. quae sententia satis, ut etiam nunc video, bona eft. Sed cum, poftquam illud scripferam, aliam aeque fortaffe bonam excogitaffem, curavi secundam imprimendam, *Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae afferre*, id eft, aequum effe, cum belli majore cura implicati animi sint, neminem afferre praejudicium tantae rei, decemviralis imperii abrogandi. Cum autem tu, dum verba Livii et mea scholia ftudiose comparas, hanc lectionem alienam effe ab ea, quam in scholiis tradidi, compereris, adhibito judicio unam approbafti, alteram rejecifti, et, quod meum fuit, callide fecifti tuum. Nam quod aïs, me ignorare, *verum* pro aequo saepe poni, parum vere, aut aeque facis. Ego enim hoc ipfum in Scholiis l. 40, [16, 6.] scripsi, ubi *verius esse*, pro aequius effe, duobus Livianis exemplis confirmavi. SIGON. 1. Emend. 2. p. 145. Lego *Caeterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse praejudicium rei tantae afferre.* Vox

ra occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae adferre. Sibi placere, de eo, quod Valerius Horatiusque ante Idus Majas decemviros abisse magistratu

illa *Caeterum* hic capitur pro alioquin, alias. V. Antun. Govean. 1. Var. lect. 1. et Brisson. in Lexic. illa vuce. *verum esse*, hic aequum, honestum, decorum, rectum, probum esse, significat. Caesar 4. bell. Gall. [8.] *Neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare.* Et ita millies Sallust. Horat. [1. Epist. 7, 98.]

Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.

Priscian. l. 18. (p. 1180.) *Nostri quoque Verum pro justo, et Justum pro vero, frequenter ponunt. Virgil.* [12. Aen. 694.]

— — me verius unum
Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.

verius dixit pro justius. Cicero pro Mureu. [35.] *Negat verum esse, allici benevolentiam cibo.* V. supra ad 2, [43, 2.] Ne quis vero de emendatiune mea dubitet, magno me gaudio postea ita hunc locum emendatum et explicatum apud Robortellum legi. HLOCK. Quia in Pall. primo ac tertio, *neminem, majore cura occuputis animis, verum esse, praejudicium rei tantae auferri*, ut et edidit Andreas: dein in sec. *neminem*, (ad marginem *nemini*) *majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae differri posse;* putavi legi commode posse, *Ceterum non nemini, majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae auferri.* Quod occupatum ab Rhenano eidem rescribo. Vulgata lectio mustea est, ignorata vetustioribus libris. GEBH. Vide hic Rhenanum et Sigonium. Ut misere moliuntur doctissimi viri! ille quidem refingit: *Ceterum nemini non, majore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium tantae rei auferri:* alter autem, *verum esse: praejudicium tantae rei differri posse.* Glareanus quoque magis placere sibi, *verum posse praejudicium* testatur. Quae tamen omnia praeter ipsos nemo facile intelligit, cum expeditissimi sit sensus vulgata: justum et aequum non esse, dum praesentior alia sit magna cura, (nempe de bello Sabinorum Aequorumque propulsando) quemquam controversiam status movere decemviris: vel aequum esse, a nemine, jurene sint magistratus, an non, praejudicari. Neque enim aliter concepta sunt verba, quam 4, [57, 2.] *Non esse aequum, mandatum sibi a populo eripi honorem.* 7, [38, 7.] *An aequum esse, tlediticiossuos illa fertilitate atque amoenitate perfrui?* Id ipsum est, *verum esse.* V. ad 2, 48. J. FR. GRON. Lectio, quam Gronovius post Robortellum et Sigonium in Emendat. 1, 2. (quam enim Grunovius ejus nomine refellit, exstitit in prima ed. scholiorum, et in recentioribus deinde omissa est) quam igitur post eos probavit, et veriorem esse etiam credidit Gipban. Observ. in ling. Lat. in v. *Verum est*, in antiquioribus edd. quas vidi, usque ad Moguntinos, qui *ex se*, pru *esse*, dederunt, idemque ut reciperent, multis editoribus persuaserunt, superest: iis tamen nullus meorum codd. consentit. Primo enim *neminem* non compareat in Voss. 2. in quo praeterea *Ceterum, ma-*

insimulent, bellis, quae immineant, perfectis, republica in tranquillum redacta, senatu disceptante, agi: et jam nunc ita se parare Ap. Claudium, ut comitio- 12

jore cura occupatis animis, verum esse, praejudicium rei tantae afferri exhibetur. *verum esse praejudicium rei tantae afferri* etiam habet Voff. 1. *verum esse, praejudicium rei tantae aufferri* Leid. ambo, Harlej. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. [Veith.] quorum Leid. 2. insuper in margine *virum esse*, pro *verum esse*, legit. *verum ita praejudicium rei tantae auferri* Florent. *verum esse, praejudicium rei tantae auferi* Lipsiens. et Fragm. Hav. in quorum posteriore id m. 2. in *adferi*, et hoc iterum in *auferi* mutatum. *verum esse, praejudicium rei tantae differri* Harlej. 2. Portug. et Hearnii Oxon. B. *verum esse, praejudicium tantae rei differri* Neapol. Latinii. *verum etiam judicem tantae rei differri posse* Haverk. Sed Gronovium, et quos dixi, recte vulgatam primarum edd. lectionem vindicasse, nullus dubito. Locutionem *verum est*, pro aequum est, praeter Gronovium, etiam alii supra inlustrarunt 2, 48, 2.

De eo, quod Valerius Horatiusque ante Idus Majas decemviros abisse magistratu insimulent] Est in veteri cod. *de eo, quo Valerius Horatiusque*, non *de eo, quod*. RHEN. *de eo, quo* etiam Voff. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. V. ad 36, 33, 3. [*Oratius ante* Veith.] Tum *abiisse* Leid. 1. Gaertn. Portug. et Haverk. Denique *magistratum* Florent. Leid. ambo, Harlej. 1. et Voff. 1. in cujus tamen posterioris margine repositum *magistratu*. Litera *m* voci *magistratum* in fine adcrevit ex sequentis syllaba initiali. V. infra hoc lib. c. 48, 5. [*insimulet* Veith.]

Bellis, quae inmineant, perfectis, republica in tranquillum redacta, senatu discrepante agi] O foedum erratum, quod prorsus sensum perdit. Scribendum, *senatu disceptante agi*. Sensus est, bellis perfectis, et republica in tranquillum redacta, tum vacabit, ut senatus disceptet, id est, ambigat, contendatque, ut in judicio fieri solet. Nam haec significat *disceptare*. RHEN. *disceptante* etiam in omnibus meis codd. inveni. Verbum autem *disceptare* vel usurpatur de litigantibus, cum caussam apud judicem agunt; vel de ipso judice, quum partes caussam agentes audit, et de veritate ejus cognoscit, dijudicat. V. infra ad 38, 35, 1. Rhenanus id verbum hoc loco priori sensu accepisse videtur. Ego vero potius posteriori intelligerem. Ut sensus sit, senatum post bella perfecta dijudicaturum, utrum vera sint, quorum Valerius Horatiusque decemviros insimulent. Insuper male duo priora vocabula *bellis, quae* non comparent in Haverk. Praeterea *et republica in tranquillum redacta* Portug. Sed copula, quam nullus praeterea agnoscit, recte abesse potest. Denique mendose *reipublicae in tranquillum redacta* Leid. 1. et Haverk. *rempublicam in tranquillum redacta* Harlej. 1.

§. 12. *Et jam nunc ita se parare Ap. Claudium*] *etiam nunc ita se parare* Lipsiens. et vett. edd. sollemni errore scribarum. V. infra ad 39, 10, 6. *et jam nun-*

rum, quae decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse, utrum in unum annum creati sint, an donec leges, quae deessent, per-
13 *ferrentur. In praesentia omnia praeter bellum omitti placere: cujus si falso famam vulgatam, vanaque non nuncios solum, sed Tusculanorum etiam legatos, ad-*

ciata se parare Harlej. 1. *et nunc ita se pararet Ap. Claudius* Harlej. 2. *et ita se pararet Ap. Claudius* Portug. a m. 2. priore lectione ita penitus expuncta, ut, quid olim scriptum fuerit, non amplius adpareat. *Tà jam nunc*, quarum vocum male vel una, vel utraeque omittebantur, in aliis omnibus constanter supersunt, et saepe a Livio junguntur. Infra 31, 32, 3. *Deliberationis autem ejus, cujus ipse maturitatem exspectundum putaret, tempus ita jam nunc statui posse.* ubi vide, quae notantur. Neque placet *pararet Ap. Claudius.* Nam *parare Ap. Claudium* pendent ex praecedenti *placere. parare ea Sp. Claudium* Leid. 2. *parare a S. p̄ Claudium* Voss. 1. *parare a. p. Claudium* Harlej. 1. quae peccata librariorum habenda sunt. [*ita separare a Sulpitio Claudio ut* Veith.]

Quae decemviris creandis decemvir ipse habuerit, sciat rationem sibi reddendam esse] *decemvirum ipse* Leid. ambo, et Voss. ambo, sed Voss. 2. a m. 2. Deinde *habuit* Harlej. uterque, Haverk. et excusi antiquiores usque ad Aldum. *habu'it*, id est, *habuerit*, scriptum fuerat, sed additam notam praetermiserunt scribae. V. infra ad 40, 14, 11. *decemvirum huic*, pro *decemvir ipse habuerit*, Lipsiens. Praeterea *sciant* Leid. 1. Fragm. Hav. et Lipsiens. [Veith.]

In unum annum creati sint, an donec leges, quae deessent, perferantur] In scripto volumine est, *an donec leges, quae deessent, perferrentur.* RHEN. *in unum annum creatis jurando nec leges,* inperite in voces divisis literis, et quibusdam male mutatis, Florent. *in unum annum ereati sunt* Leid. 1. *in unum creati sunt annum* Harlej. 2. *in unum creati sint annum* Voss. 1. Leid. 2, Lipsiens. et Haverk. Deinde *quae essent* Lipsiens. Tum *praeferrentur* Voss. 1. *proferrentur* Voss. 2. [Veith.] *proferentur* Leid. 1. et Fragm. Hav. V. mox ad §. 14. *preferentur* Gaertn. *perferentur* Harlej. 1. *perferrentur* Leid. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 13. *In praesentia omnia praeter bellum omitti placere*] *In praesenti* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Male. V. supra ad 2, 44, 2. Etiam male *τὸ omitti* deficit in Voss. 2. Sed *mitti* legunt vetusti excusi. cujus loco *omitti* primus Aldus dedit. Et id reliqui servant codd. Mox *famam volgatam*, pro *vulgatam*, Florent. V. infra ad 39, 53, 2.

Vanaque non nuncios solum, sed Tusculanorum etiam legatos adtulisse] *vanamque* Leid. 2. Fragm. Hav. Neapol. Latinii, [Veith.] et primae editt. ut respiciat praecedens *famam vulgatam.* Corruptius *unamque* Lipsiens. *unaque* Klockian. errore librariorum, qui *unus* et *vanus*

tulisse putent, speculatores mittendos censere, qui certius explorata referant, 14 *Sin fides et nunciis et legatis habeatur, delectum primo quoque tempore haberi; decemviros, quo cuique eorum videatur, exercitus ducere; nec rem aliam praeverti.*

1 XLI. In hanc sententiam ut discederetur, ju-

saepe permutarunt. V. infra ad 8, 27, 2. Sed reliquorum in receptam lectionem conspiratio persuadet eam veriorem habendam, quam etiam Aldus in contextum admisit. Deinde *non nuncium solum, sed Tusculanorum etiam legatos* Portug. *non nuncio solum, sed Tusculanorum etiam legatis* Voss. 1. *non nuncio solum, sed Tusculanorum legatis* Leid. 2. omissa voce *etiam*, qua carere possem, si plures codd. consentirent. *non nuncio solum, sed Tusculanorum etiam legatos* Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *non nuncio solum* exhibet etiam Flor. Sed litera *s* adscripta erat inter versus, ut esset *nuncios*, adjectum etiam pro varia lectione erat *nuncium*. Ex horum codd. lectione patet, primo ultimam literam vocis *nuncios* interceptam fuisse a prima sequentis. V. ad 87, 29, 5. Id autem quum non conveniret sequenti voci *legatos*, postea ejus loco substitutum ab inperitis librariis esse *legatis*. Mox *certius explorata referrent*, pro *referant*, Leid. 1. a m. 1. et Portug. Loco suo motis literis *cretius*, pro *certius*, in Florent. ab initio scriptum fuerat. Sed eas transponendas esse postea ab alia manu addito signo indicatum est.

§. 14. *Delectum quoque primo tempore haberi*] Repone *delectum primo quoque tempore haberi*. RHEN. *dilectum* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 37, 51, 7. Tum *primo quoque tempore* etiam omnes mei. V. infra ad 42, 8, 8. Paullo ante *hñt*, id est, *habentur*, pro *habeatur*, Portug. *habeantur* Harlej. 1.

Et decemviros, quo cuique eorum videatur, exercitum ducere] Repone *decemviros, quo cuique eorum* absque particula connectrice *et*. RHEN. Attamen particulam connectricem habent omnes mei, [Veith.] praeter Florent. Lipsiens. et Voss. 1. a quibus exsulat. Insuper *videantur*, pro *videatur*, perperam Harl. 1. *Tò ducere* librarii culpa deficit in Leid. 1.

Ne rem aliam praeverti] *perverti* Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. (*v. ad 8, 16, 8.) Cujus erroris origo est, quod librarius non adsecutus sit notam, qua prima syllaba ejus vocis perscripta erat. Eamdem ob caussam etiam supra hoc cap. §. 12. in Mstis erat *proferrentur* et *praeferrentur*, pro *perferantur*. V. infra ad 9, 10, 7. De verbo *praevertere* v. infra ad 9, 17, 9.

§. 1. *In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant*] *disecederent* Fragm. Hav. [Veith.] qui error jam aliquoties supra notatus est. V. ad 2, 26, 4. Tum *juvenes Patrum* editt. principes, pro quo Aldus *juniores Patrum* substituit. neque aliter codd. nostri, nisi quod *juniores Patres* sit in Leid. 2.

niores Patrum evincebant. Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari, *ut de republica liceret dicere. dicturos ad populum, si in senatu per factionem non liceat. Neque enim sibi privatos, aut in curia, aut in concione, posse obstare; neque se imaginariis*

Male. V. supra hoc lib. ad c. 15, 2. Denique manu viri docti ad marginem editionis Curionis notatum erat, forte legendum esse *evincebat*, nempe L. Cornelius Maluginensis, cujus sententia in proximi capitis fine proposita erat. Sed nihil a vulgato discedunt ulli codices. Neque etiam id mutari necesse est. Supra 2, 4, 3. *Evincuntque instando, ut literae sibi ad Tarquinios darentur.* Infra 5, 26, 1. *Patres summa ope evicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur.* et alibi saepe.

Ferociores iterum coorti Valerius Horatiusque vociferari] Pall. duo et edd. priscae *Ferocioresque*. Sec. *Ferociusque*. GEBHARD. Sic primus Curio. Ante illum omnes et scripti *Ferocioresque*. Muretus, ut videtur, de conjectura *Cum ferociores*. Eleganter certe. J. FR. GRON. Ante Curionem conjunctionem *que* jam omiserant Basileenses anno 1539. eademque etiam, si excerptis fidendum, abest a Florent. Voss. utroque, Harlej. 1. et Portug. Contra *Ferocioresque*, quod post Curionem Sigonius, nullo recentiorum sequente, revocarat, Leid. uterque, Gaertn. Fragment. Hav. et, quos Hearne Oxonii excussit, L. 2. et N. [Veith.] *Ferociusque* Harl. 2. et Haverk. quod posterius certe displicet. Nam *Ferociores coorti*, pro quo stant et plures et integriores libri, dictum est ut supra 2, 35, 3. *Adeo infensa erat coorta plebs, ut unius poena defungendum esset Patribus.* ubi plura vide. 4, 9, 8. *Adversus quos infestior coorta optimatium acies sequitur accensum injuria juvenem.* Si vel unus codex Mureti lectionem probaret, eam recipiendam non dubitarem, quod omnibus invitis facere non audeo. Insuper *Ferocioresque iterum interim coorti* Gaertn. Sed verius puto, *interim* tamquam variam lectionem vocis proxime praecedentis olim margini adjectum fuisse, (solent enim hae voces inter se commutari. V. infra ad 10, 18, 1.) indoctum vero librarium eam vocem deinde simul cum altera in contextum recepisse. quod hujus praesertim codicis descriptori familiarissimum fuisse, saepius dictum est. Praeterea vocabula tria priora cum praecedentibus jungunt, et distinctionem, quae post vocem *evincebant* vulgo legitur, post vocem *coorti* transferentes Voss. 2. Leid. 2. Klock. et Lips. insuper legunt *evincebant, ferociores iterum coorti. Valerius enim Horatiusque vociferari.* Sed *Valerius Horatius vociferari*, hoc loco etiam copula expuncta, Leidens. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox etiam *ut republica liceret dicere*, omissa praepositione *de*, Lipsiens. Tum *dictaturos ad populum*, pro *dicturos*, Gaertner. et denique *si senatui per factionem non liceat*, pro *si in senatu*, Fragm. Hav. a m. 1.

Neque enim sibi privatos, aut in curia, aut in concione, posse obstare] Tò *sibi* abest a Li-

fascibus eorum cessuros esse. Tum Appius, jam prope es- 2
se ratus, ut, ni violentiae eorum pari resisteretur audacia, victum imperium esset: *Non erit melius*, in- 3
quit, *nisi de quo consulimus*, *vocem misisse.* et ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem ac-

psiens. Abest etiam in Portug. a m. 1. quod postea in margine adscriptum extat. At in Haverk. luxatur ordo verborum hoc modo: *Neque enim privatos, aut in curia, aut in concione, obstare posse sibi.* [*obstari* Veith.]

Neque se imaginariis fascibus eorum cessuros] *imaginarii his fascibus eorum censuros* Klockian. *imaginariis his fascibus eorum cessuros* Gaertn. *imaginariis hiis fascibus eorum cessuros* Voss. 1. *imaginariis suis fascibus cessuros* Haverk. *imaginatum hiis fascibus eos cessuros* Lipsiens.

§. 3. *Non erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, vocem misisse*] Lectorem etiam atque etiam admonitum volumus, ut hunc locum diligenter perpendat; nam per aliquot versus corruptum puto: si quidem aliquod exemplar vetustum nactus fuerit, fortassis medelam inveniet. Expositione levare utcumque potuissemus, sed noluimus fumos offundere. Est autem modus loquendi magistratus irati atque indignantis, ut dicerent, *Non erit melius*, aut *Proinde quies erit melius*, aut (ut alii legunt) *quiesse erit melius*, quemadmodum postea dicturus est Appius [c. 48, 3.] cum Virginiam adjudicaret suo tam bello clienti M. Claudio. GLAR. Sic hoc lib. [c. 48, 3.] *Proinde quiesse erit melius.* 4, [40, 11.] *Malum quidem militibus meis, nisi quieverint.* KLOCK. Palat. pr. ac tertius *ni de quo consulimus.* GEBHARD. Dictum monentis, sed hic per iram, eoque turbato sermone, pro hoc, *Melius erit, non misisse vocem, nisi de quo consulimus.* Frustra igitur Sigonius contra scriptos *nae erit melius.* et hinc insultat Glareano. Infra hoc libro Appius in tyrannico judicio [c. 48, 3.] *Proinde quiesse erit melius.* Terentius Adelphis [2, 1, 26.] *Ante aedeis non fecisse erit melius hic convicium.* Plautus Menaech. 5, 2, 51. *Melius sanam est, mulier, mentem sumere.* Apud Tacitum Piso ad Senecam 15. [Ann. 60.] *Cur Pisonem aditu arceret? melius fore, si amicitiam familiari congressu exercuissent.* Aelian. 6. Anim. 40. Ἵνα μὴ προσάψωνται, ὧν θιγεῖν οὐκ ἄμεινον. Sic οὐ χεῖρόν ἐστι. eod. lib. c. 42. J. FR. GRON. Ipse jam Sigonius conjecturam, quam priori scholiorum ed. proposuerat, sprevisse, et eam ob caussam in recentioribus omisisse videtur. Optime vulgatum, quod et in omnibus meis manu exaratis superest. Gronovius tuetur. Solus tantum Voss. 2. *ni de quo consulimus.* Non audio igitur virum doctissimum, qui literis suis monuit, trajecta particula *non* scribendum esse: *Erit melius, nisi de quo consulimus, vocem non misisse.*

Et ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit] Monstri simile omnes mecum judicabunt, quod ad haec verba notavit Doujatius.

4 cedere juſſit. Jam Quiritium fidem inplorante Valerio a curiae limine, L. Cornelius complexus Appium, non cui simulabat consulendo, diremit certamen. factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia, quae vellet, quum libertas non ultra vocem
5 exceſſiſſet, decemviri propositum tenuere. Consulares quoque ac seniores ab residuo tribuniciae po-

Ita enim inquit. „*Se* ad Appium refer, qui lictorem ad Valerium comprehendendum mittebat, non ad Valerium: quasi dicat Valerius, ipſo Appio privato, non debere silentium ejus nutu servari.“ Haec ille. Sed nemo non videt, *se* referendum omnino ad Valerium, qui negabat, se Valerium reticere privato se. Appio, jubenti ne senatores vocem mitterent, nisi de quo decemviri conſulerent. *se privato* igitur non, ut Doujatius putavit, duo caſus sexti sunt, sed prior quarto, poſterior vox tertio caſu accipiendae. In dativo autem emphasis illa eſt, quam in eo notavit Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. 2, 4. et ita infra 23, 12, 9. *Interroganti senatori, poeniteatne me adhuc suscepti adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar.* ubi v. J. Fr. Gronov. Ceterum *privato rem dicere*, pro *privato reticere*, perperam Voſſ. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. et ita se alibi reperiſſe Latinius notavit. *privato rem reticere* Gaertn.

§. 4. *A curiae limine*] *a curia e limine* Voſſ. 1. et Leid. 2. τὸ *e* perperam a proximae vocis fine divulso.

Non (quod simulabat) consulendo diremit certamen] Legendum *non cui simulabat consulendo, diremit certamen.* RHEN. Vet. lib. *simulabat.* SIG. Palat. sec. *non quod simulabat.* at primus tertiusque *non quid simulabat.* non diſcedo a vulgata. GEBH. Ego etiam Rhenanum veram lectionem reſtituiſſe puto, licet ea in nullo codicum mihi obvia fuerit. Nam *non inquit simulabat* habet Voſſ. 1. *non quid simulabat* Florent. Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Klockian. et Fragm. Hav. *non quod simulabat* Leid. 2. Portug. Haverk. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. L. 1. C. et N. *non qui simulabat* proxime verum Lipſiens. *qui* autem et *cui* saepissime confunduntur in vetuſtis membranis. V. infra ad 9, 34, 14. Ceterum *simulabant*, quod Sigonius scholio praeſcripſerat, cujusque loco *simulabat* in Vet. lib. eſſe monuerat, in nullo impreſſo mihi obcurrit, ut mirer, in qua tandem editione id a Sigonio inventum fuerit. Praeterea *dimittit certamen* Florent.

Libertas non ultra vocem excessisset] *libertas in ultro vocem* a principio scriptum fuerat in Florent. in quo *ultra* deinde, pro *ultro*, emendatur ab altera manu. Tum *accessisset* Voſſ. 2. errore librarii. Similiter loquitur Valer. Max. 3, 2. 24. *Cujus opera honoresque operum ultra fidem veri excedere judicari possent.* Ad quem locum Vorſtius exiſtimat, in locutione *excedere ultra fidem veri* aliquid

teſtatis odio, cujus deſiderium plebi multo acrius, quam conſularis imperii, rebantur eſſe, prope malebant, poſtmodo ipsos decemviros voluntate abire magiſtratu, quam invidia eorum exsurgere rursus plebem. si leniter ducta res sine populari ſtrepitu 6
ad conſules rediſſet, aut bellis interpositis, aut moderatione consulum in imperiis exercendis, poſſe

supervacuum, et vel *ultra* expungendum, (* ita Plinius aliquoties *excedere fidem* dixit) vel *se extendere*, pro *excedere*, legendum eſſe; quem erroris arguere hic Livii locus poteſt. et quidem tanto minus ibi aliquid mutandum, quia Valerius pari locutione *excedere supra rationem* dixit 1, 8, 10. *Quae quia supra usitatam rationem excedentia attigimus, serpentis quoque a T. Livio curiose pariter ac facunde relata fiat mentio.* Potius *se extendere*, quod in uno vel altero cod. eſt, verae lectionis gloſſema puto. Recte etiam Doct. Torren. nihil apud Valer. mutandum vidit.

§. 5. *Consulares quoque ac seniores ab residuo tribuniciae potestatis odio*] Vocem *quoque* neſciunt Voſſ. 1. et Leid. 2. Deinde *a residuo* Fragm. Hav. *ac residuo tribunicio potestatis odio* Harlej. 1.

Postmodum ipsos decemviros voluntate abire magistratu] *postmodo* Voſſ. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipſiens. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. quod, toties a Gronovio infra Livio reſtitutum, hic etiam tot codicum conſensu recepi. V. infra ad 25, 38, 13.

Quam invidia eorum exsurgere rursus plebem] Vox *eorum* deficit in Leid. 2. Tum *exsurgere rursum* Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipſiens. et Haverk. *exsurgeret rursus plebem* Gaertner. [*exurgeret. rursus plebs si* Veith.]

§. 6. *Si leniter ducta res sine populari strepitu ad consules redisset*] *leviter* Haverk. errante librario; a quo hominum genere alibi ita saepe peccatum eſt. V. infra ad 36, 31, 8. Mox *ducta* exſulat a Portug. quod in omnibus aliis supereſt, et hic ponitur pro protracta, ut saepe alibi. Ita infra 4, 53, 5. *Quum res diu ducta per altercationem esset* Tacit. 2. Annal. 34. *Sermonibus variis tempus atque iter ducens, donec, propinquis Pisonem frustra coërcentibus, deferri Augusta pecuniam, quae petebatur, juberet.* Eodem senſu *ducere bellum* Silius 5, 97.

Si certare dolis, et bellum ducere cordi est.

pariter etiam alii plures. Praeterea *si leniter ducta re sine populari strepitu ad consules redisset* Voſſ. 1. et ambo Leid. *si leniter ducta res sine populari strepitu consules redisset* Harlej. 1. et Gaertn. unde in mentem venire poſſet, legendum *si, leniter ducta re, sine populari strepitu consules redissent.* Mihi tamen nihil innovandum videtur. Paſſim enim ob-

7 in oblivionem tribunorum plebem adduci. Silentio Patrum edicitur delectus. juniores, quum sine provocatione imperium esset, ad nomina respondent. legionibus scriptis, inter se decemviri comparabant, quos ire ad bellum, quos praeesse exerciti-

currit *res rediit ad Patres, ad interregnum*. V. infra ad 4, 43, 7. Ultima litera *τοῦ res* intercepta est a prima sequentis voculae *sine*. V. ad 37, 29, 5. Denique *rediisset* Portug. a m. 2. reliquis invitis. V. ad 8, 2, 4. *redissent* Florent. Sed ita legendum etiam foret *leniter ductae res*. Hic illud non necesse esse, patet ex iis, quae modo dicta sunt.

Moderatione consulum in imperiis exercendis] Praepositio *in* abest a Gaertn. Neapol. Latinii, et Portug. a m. 1. in quo manus altera demum addidit. Exciderat autem vel ob ultimam literam vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. Vel ob primam syllabam vocis sequentis, quae *inperiis* scripta fuerat. V. ad 8, 33, 6. Vel denique ob primam ejus literam, si *τὸ in* breviter *i* exaratum fuit. V. infra ad Epit. Liv. l. 85. Similiter supra peccabatur in quibusdam codd. ita 2, 2, 6. 4, 7, 11. c. 42, 8. et alibi.

Posse in oblivionem tribunorum adduci] Vet. lib. addunt vocem ita: *posse in oblivionem tribunorum plebem adduci*. SIGON. *posse in oblivionem tribunorum plebei adduci* Gaertn. Reliqui omnes Sigonii vet. lib. adstipulantur.

§. 7. *Silentio Patrum edicitur delectus*] *Silentio plebis et Patrum* Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. [*silentio plebis patrum* Veith.] Male. Nam in edicendo delectu nullae plebis partes erant, sed unius senatus: cujus rei infinita ex Livio exempla dari possent. Tum *editur*, pro *edicitur*, Fragm. Hav. a m. 1. quod aberrantis librarii peccatum censendum. V. ad 3, 10, 9. *educitur* Gaertn. De quo errore v. ad 39, 15, 11. Totam vocem *edicitur* omisit scriba Portug. Denique *dilectus* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. V. ad 37, 51, 7.

Ad nomina respondent] *responderent* Leid. 1. Forte voluit *responderunt*. Potius tamen librarium errasse, et credidisse puto, scriptum fuisse *respond'ent*, ac propterea *responderent* dedisse. Plura ejusdem erroris exempla infra v. ad 39, 52, 6.

§. 8. *Bellum domi majus, quam foris, adparebat*] Ita primus edidit Aldus. Neque aliter codd. mei. Priores excusi alio ordine praeferebant *Bellum majus domi*. Mox etiam trajectis vocabulis *violentiam rati aptiorem* habet Haverk. Deinde *ad comprimendum urbanos motus*, pro *ad comprimendos*, Lipsiens. V. ad 40, 19, 1. [*Principes inter se decemviros creant* Veith.]

In Fabio minus in bono constans, quum gnavum in malitia, ingenium esse] Melius in veteri cod. legitur, *quam navum in malitia ingenium esse*. *Navo* enim opponitur *ignavus*. Strenuum significat. Vellejus [2, 120.] *Nava virilique opera*. RHENAN. Bona hujus loci sententia;

bus oporteret. Principes inter decemviros erant Q. 8
Fabius et Ap. Claudius. bellum domi majus, quam foris, adparebat. Appii violentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus; in Fabio minus in bono conſtans, quam navum in malitia, inge-

scilicet Fabium non ita induſtrium in sceleribus exercendis, quam conſtantem in tuendo juſto fuiſſe. Habet tamen Buslidianus cod. aliam sententiam, nescio an tolerabilem, *in Fabio minus in bono constans, quam ignavum in militia, ingenium esse;* ut intelligas, eo magis partes bellicas illi fuiſſe commiſſas, quod militia minus ignavus eſſet, quam pertinax in tuendis rectis moribus et juſto defendendo. NANN. Rectus hujus loci senſus eſt, Fabium non ita induſtrium in sceleribus exercendis, quam non conſtantem in tuendo juſto fuiſſe. Habet tamen codex perantiquus gymnasii trium linguarum Lovanii longe aliam sententiam, et haud scio an ferri queat: *in Fabio minus in bono constans, quam ignavum in militia, ingenium esse:* ut intelligas, eo magis partes bellicas illi fuiſſe commiſſas, quod militia minus ignavus eſſet, quam pertinax in tuendis rectis moribus et juſto defendendo. A. SCHOTT. 3. Observ. Human. 38. Palat. pr. *quam manum in malitia ingenium.* Sec. vero *navum* superscriptum habet, quod in ipso textu tertius. Andreas Schottus rectum putat hujus loci senſum ſtare; Fabium non ita induſtrium in sceleribus exercendis, quam non conſtantem in tuendo juſto fuiſſe. Sed quoniam codex perantiquus Lovaniensis aliam sententiam ingerit, *in Fabio minus in bono constans, quam ignavum in militia, ingenium esse*, dubitat, an ferri queat. Mihi, a sciolo aliquo invectam eſſe, liquido apparet, non capiente legitimae lectionis sensum. Ideo enim non tam, quam Appium, aptum ad comprimendos motus urbanos rebantur, quod erat ei *ingenium minus navum in malitia*, hoc eſt, minus malitiosus et ingenioſus in gerendis sceleribus erat. Andreas pejus olim ediderat: *in Fabio minus in bono constans, quam vanum ingenium in militia esse.* GEBH. Doujatius etiam a Schotto, sive potius a Nannio (ei enim omnia illa Schottum turpiter sublegiſſe patet) productam codicis Lovaniensis lectionem arguit, ita tamen ut *ignavum* tantum refellat, *militia* vero, pro *malitia*, probet; sic enim evidentius adparituram exiſtimat rationem, cur huic Fabio commiſſae sint belli gerendi partes. In contextum itaque recepit *In Fabio minus in bono constans, quam gnavum in militia, ingenium esse*, sed contra omnium reliquorum codd. fidem. Certe mei conſtanter *in malitia* praeferunt, neque aliter typis descripti, licet eorum quidam *vanum ingenium in malitia*. alii *ignavum ingenium in malitia* obſervant. *gnavum ingenium in malitia* primus Ascenſius dedit anno 1513. Aldus deinde, ordine alio, ut nunc editur, *gnavum in malitia ingenium*. Poſteriorem hunc ordinem servant omnes codd quibus utor; eorum quidam etiam habent *gnavum*, ut Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *navum* Florent.

9 nium esse. Hunc enim virum, egregium olim domi militiaeque, decemviratus collegaeque ita mutaverant, ut Appii, quam sui, similis mallet esse. huic bellum in Sabinis, M'. Rabulejo et Q. Poetelio ad-
10 ditis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum missus cum L. Minucio et T. Antonio et K. Duilio et M. Sergio: Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem ad urbem tuendam, aequo omnium decemvirorum imperio, decernunt.

XLII. Ni-

Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Klockian. quod firmat proxime accedens lectio Voss. 2. et Leid. 2. *novum;* quae etiam superest in margine Portug. (* ita confunduntur *novare* et *navare* Liv. 10, 41, 4.) De voce *navus* v. Inl. Nic. Heinsium ad Silii 1, 549. Quum itaque infra passim *naviter* potius, quam *gnaviter*, editum sit, licet utroque modo ab antiquis scriptum censeam; (v. ad 10, 39, 6.) hic etiam *navum* edi curavi.

§. 9. *M. Rabulejo, Q. Poetilio*] *M'. Rabulejo, Q. Poetelio*, ut dixi [ad c. 35, 11.] SIG. Tantum non omnes mei in pronomine prioris errarunt, vel *M.* vel *Marcus*, praeferentes. Deinde *Rabullejo* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *Tabuletio* Portug. Praeterea *Q. Poetelio*, ut Sigonius voluit, recepi. V. supra l. l. [*M. Tubulejo et Q. Petilio* Veith.]

§. 10. *Cum L. Minucio et T. Antonio*] *L. Munitio* Leid. 1. et Portug. transpositis literis, sollemni errore. V. ad 2, 34, 1. et hoc lib. ad c. 35, 11. Praeterea *Tullio Antonio* Voss. 2. *A. Antonio* Portug. Lipsiens. et Haverk. *Aulo Antonio* Harlej. 2. Praenomen ejus aberat a Fragm. Hav. sed m. 2. inter versus adscribitur *C. Antonio.* At *T. Antonius* in omnibus libris supra vocatur c. 35, 11. et ita hoc loco reliqui codd.

Caesone Duellio] *K. Duilio,* ut supra [2, 58, 2.] SIG. *Caji* praenomen male tribuunt Leid. 2. et Haverk. Praeterea *Duellio* Voss. 2. Leid. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. *Duelio* Fragm. Hav. *Duillio* Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. V. Sigonium l. l. Ceterum hunc ordinem restituit Aldus consentientibus codd. scriptis. Priores, quas vidi, edd. *Duilium* ante *Antonium* recensent.

Et M. Sergio] Habet scriptum exemplar *et L. Sergio.* RHEN. Scripto Rhenani exemplari consentiunt, praeter Florent. omnes mei. et ita Aldus primo ediderat; pro quo tamen priorem scripturam inter errata reduxit. Et certe *M. Sergius* constanter supra dicitur cap. 35. nisi quod aperto errore *Martius Sergius* sit in Voss 2. *Μάρκος* etiam dicitur Dion. Halic. l. 10. p. 682. (licet tamen ibi corrupte *Σερουΐλιος* ante Sylburg. legeretur) et l. 11. p. 704. *Γάϊον Σέργιον* vocat Diodor. Sic. l. 12. p. 300. [*Antonio et Caesone et M. Duellio et L. Sergio* Veith.]

XLII. Nihilo militiae, quam domi, melius res- 1
publica adminiftrata eft. Illa modo in ducibus eul- 2
pa, quod, ut odio effent eivibus, feeerant. alia
omnis penes milites noxa erat: qui, ne quid ductu
atque auspicio deeemvirorum prospere usquam ge-
reretur, vinei se per suum atque illorum dedecus
patiebantur. Fusi et ab Sabinis ad Erctum, et in 3
Algido ab Aequis, exercitus erant. ab Ereto per
silentium noetis profugi, propius urbem, inter Fi-
denas Cruftumeriamque, loeo edito caftra commu-

Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem] *A. P. Claudio* Harlej. 1. et Lipfiens. *P. Cluudio* Portug. *Ap. Claudio adjutore* Voff. 1.

§. 1. *Quam domi melius respublica administrata est*] Tò *melius* non adparet in Gaertn. et Haverk.

§. 2. *Quod, ut odio essent civibus, fecerant*] *ut odio esset* Gaertn. Tum *fecerat* Voff. 2. *facerent* Leid. 2. Paullo ante *Illa domi in ducibus culpa*, pro *Illa modo*, Lipfiens.

Alia omnis penes milites noxa erat] Habet scriptum exemplar, *alia omnis penes milites noxia erat*. Porro non minus Latine dicitur *noxia* fubftantive, quam *noxa*. RHEN. Col. MS. cod. *penes milites noxa erat*. MOD. Palatini duo et ed. antiquissima agnoscunt *noxa*, sec. vero solus *noxia*. GEBH. *penes milites noxia erat* soli apud me habent Florent. et Haverk. Alii omnes *noxa*. Utro modo legatur, fenfus idem erit. V. ad 2, 54, 10. Quare ex plurium codd. auctoritate vulgatum servo.

Ne quid ductu atque auspicio decemvirorum prospere usquam gereretur] *neq;* seu *neque*. *ductu* Gaertn. Tum *ductu auspicio* Lipfiens. *ductu aut auspicio* Leid. 2. [Veith.] *ductu aut hospicio* Voff. 1. *ductu atque hospicio* Leid. 1. Sed nihil mutandum. *aut* enim locum habere non poteft, quum decemviri summi fuerint duces, et propterea suo ductu, alterius aufpicio nihil gerere potuerint. Praeterea *auspicium* et *hospitium* alibi etiam perperam librarii commutarunt. V. infra ad 21, 2, 5. Deinde vocem *usquam* neglexit librarius Haverk.

Vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur] Voces *vinci se* exfulant male a Leid. 2. Deinde *suum atque aliorum* habet Harlej. 2. Alibi saepe *illi* et *alii* confunduntur. V. infra ad 23, 7, 3. Perperam etiam *decus*, duarum priorum literarum repetitione neglecta, Leid. 2.

§. 3. *Et ab Sabinis ad Eretum, et in Algido ab Aequis*] *a Sabinis* Voff. ambo, Leid. 2. Portug. Lipfiens. Gaertn. et Haverk. Deinde *ad Fretum*, et mox *ab Freto* Voff. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipfiens. Haverk. et a m. 1. Fragment. Hav. quod hic *ad Fere-*

4 nierant. persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes, natura loci ac vallo, non vir-
5 tute aut armis, tutabantur. Majus flagitium in Algido, major etiam clades accepta: castra quoque

tum, mox *a Fereto* m. 2. praefert. hoc loco in Florent. est *Fretum*, in Gaertn. *Feretrum*, qui tamen mox ambo praeferunt *ab Ereto*. [*et ad fretum* et mox *ab freto* Veith.] V. supra ad 3, 26, 2. Tum posterius *et* non adparet in Voss. 2.

Inter Fidenus Crustameniamque] *Crustomeriamque*, ut dixi in primum lib. [c. 10, 2.] SIG. *inter Fidenates* Voss. 2. Insuper *Crustumiamque* Harlej. 2. *Crustumerinamque* Portug. Sed Hearne se Oxonii *Crustumeniamque* in B. L. 1. aliisque invenisse testatus est. [*propius inter Fidenas urbem Crust.* Veith.]

Loco edito castra communierant] *castra se communieront* Lipsiens. *castra posuerant* Harlej. 2. et apud Hearnium Oxon. B. *castra non convenierant* Voss. 1. et Leid. 2. *castra comminuerant* Voss. 2. *costra erant* Portug. in contextu, *communierant* tamen in margine adscriptum ostentans; quod verum est, et in reliquis omnibus meis Mstis exstat. Infra 6, 29, 4. *Ibi ex fugo dissipati locum, quem tumultuario opere cummunirent, capiunt.* (* 30, 7, 3. ubi vide.) 42, 58, 1. *Castra propius hostem movit rex, et a quinque millibus passuum communiit.* et c. 60, 4. *Transductis copiis, castra in ulteriore ripa communit.* Frontin. 1, 8, 3. *Trans Apenninum in Sentinate castra communiebat.* Et ita saepissime noster et alii. [*castra coierant* Veith.]

§. 4. *Persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes*] *nunquam* Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. Sed vocem illam et sequentem Portug. omittit; prior autem vox deinceps a manu altera inter versus adscribitur alio loco *aequo certamine nunquam committentes.* Vulgatum probum est. Infra 4, 39, 5. *Consul quoque nusquam remisso certamine, dum quidquam superfuit lucis, hostem tenuit.* 10, 16, 2. *Samnitium exercitum, nusquam se proelio committentem, postremo expulit finibus.* 36, 17, 10. *Confessus, nusquam aequo campo non modo congredi ad pugnam audere, sed ne castra quidem in aperto ponere.* ubi voces *nunquam* et *nusquam* saepius inter se confundi dicam. *numquam* dixit Liv. 23, 11, 10. *Dictatorem, quia se in aciem numquam commiserit, unicum hoberi imperatorem.* Sed ibi alia ratio est. Deinde *aequo certamini* Haverk. quod Gronov. priori ed. notarum se quoque in excuso Mediol. invenisse notat, ac probat. In addendis vero adjicit, ita τὰ *persecutis hostibus* auferendi casu accipienda; elegantius tamen esse, ut dandi casu accipiantur sine distinctione, et maneat vetus lectio: quod verius esse reliquorum codd. consensus probat. Infra 5, 18, 8. *Nec se tamen aequo loco hosti commisit.* (* 25, 33, 9.) Mox *natura loci aut vallo* Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. V. ad 21, 53, 5. Id autem forte a librariis ideo substitutum videri potest, quia mox sequitur *virtute aut armis.* Sed reliqui codd. mei alterum tuentur. [*loci non vallo* Veith.]

amissa erant; exutusque omnibus utensilibus miles, Tusculum se, fide misericordiaque victurus hospitum, (quae tamen non fefellerunt) contulerat.
Romam tanti erant terrores adlati, ut, posito jam 6

§. 5. *Castra quoque amissa erant, exutusque omnibus utensilibus miles*] *ex utroque* Gaertner. *exutus quoque* Harlej. 2. et Haverk. frequenti errore. V. ad 5, 27, 1. [*exutique* Veith.] Vocem *utensilia* pluribus erudite inlustrat Gronov. 2. de Pecun. vet. 7. et ad Taciti 1. Ann. 70. docens, ea indicari omnia, quae sunt victui necessaria.

Miles Tusculum se, fide misericordiaque victurus hospitum (quae tamen non fefellerunt) contulerat] Vet. lib. *hospitum, qui tum non fefellerunt, contulerat*. SIG. Solo in Palatino sec. convisitur haec lectio, *qui tum non fefellerunt*. Ed. antiquissima et Pall. reliqui *quae tamen non fefellerunt*. GEBH. *fidenaque victurus* Lipsiens. *fide namque victurus* Gaertn. *fide misericordia victurus* sine particula connectente Leid. 2. *fide et misericordia victurus* Portug. Tum *hospitium* Voss. 2. et Leid. 2. Sed v. ad 2, 14, 9. pro eo *sociorum* est in Harlej. 2. et Haverk. quod ex glossemate natum puto. Deinde *quae tamen*, a Sigonio mutatum, retinent Florent. Voss. uterque, Leid. uterque, Harlej. 1. et Gaertner. *qui tamen* Portug. *quae tamen*, nempe fides et misericordia: quod non video cur cedere debuerit Vet. lib. Sigonii, cui, ut plerumque adsolet, Palat. sec. consentit, et ex nostris Harlej. 2. Haverk. et insuper Fragm. Hav. sed pro eo *qui cum* est in Lipsiens. quorum scribae *quae* mutasse videntur in *qui*, quod proxime *hospitum* praecederet. Solent autem vocabula *tum* et *tamen* passim in membranis commutari. V. ad 22, 17, 5. pro *tum* autem *cum* datum est in uno. V. ad Epit. Liv. l. 48. circa finem. *quae tamen* igitur restitui. Denique *contulerant* Leid. ambo. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] et nonnullae veterum edd. Quod nec ipsum ob tot codicum consensum spernendum puto. *Miles* enim hic accipiendum collective pro omnibus militibus ejus exercitus, (* ut 2, 32, 1. Sil. Ital. 340. ubi vide.) eodem modo atque *eques, hostis* et similia multa, de quibus infra v. ad 35, 26, 9. Silius 17, 339.

— — non patiens remorantia verba
Ausonius miles, quoties dux coeperat ora
Solvere ad adfatus, signum pugnamque petebant.

Ita ex scriptis edidi, quum vulgo esset *petebat*.

§. 6. *Romam tanti erant terrores allati*] Palat. sec. *Romam tanti erant terrores ablati*. GEBH. *ablati*, pro *allati*, librario adscribendum est. Ita autem etiam alibi erratur. Exempla habes supra ad Liv. 3, 13, 3. infra ad 4, 46, 4. 5, 48, 9. (* 8, 11, 4. c. 32, 1. 24, 2, 6.) et apud Ipl. Nic. Heinsium ad Silii 6, 257. Praeterea *Roma* Leid. 1. *Romae* Fragment. Hav. Denique vocem *erant*, quam Gruterus in postrema ed. ejusque exemplo reliqui omnes recentiores, omiserunt, sed quam tamen non tantum, quotquot vidi, antiquiores excusi, verum etiam Msti, qui-

decemvirali odio, Patres vigilias in urbe habendas censerent: omnes, qui per aetatem arma ferre possent, custodire moenia, ac pro portis stationes
7 agere juberent: arma Tusculum ad supplementum decernerent, decemvirosque, ab arce Tusculi degressos, in castris militem habere: castra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri: belloque ultro

bus usus sum, ut et Hearnii Oxon. L. 2. et C. servarunt, loco, unde per vim dejecta erat, restitui. Mox τὸ *agere* deest in Lipsiens. [Ante *in urbe agendas conserent* Veith.]

§. 7. *Arma Tusculum ad supplementum decernerent*] Quid est *arma* decernere *ad supplementum?* Immo *orma ac supplementum. Arma* illis, qui inter fug ın illa jactassent, aut dereliquissent; *supplementum* in occisorum locum. J. FR. GRONOV. Alibi saepe librarii voculas *ad* et *ac* inter se commutare consueverunt. V. infra ad 21, 32, 2. Et sane, non tantum *ὅπλά τε καὶ χρήματα, καὶ σῖτον, καὶ τἄλλα, ὧν ἐδέοντο,* sed *ἐξ ἁπάσης φυλῆς τους ὅπλα φέρειν δυναμένους*, adeoque *arma ac supplementum*, a Claudio et Oppio decemviris missa esse Tusculum ad collegas, auctor est Dion. Halic. 11. Antiq. p. 705. Nihilominus, quum codices calamo et typis exarati *ὁπρὶξ* editam lectionem tueantur, eam etiam non interpolandam arbitror, praesertim quum commodo sensu accipi possit hoc modo. *od supplementa*, id est, praeter supplementa militum in proelio interfectorum, *decernerent arma Tusculum*, illis nempe qui arma in fuga projecerant. Eo sensu *ad* praepositio et apud nostrum et apud alios obcurre re solet. Infra 26, 5, 9. *Ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum inbellis multitudo tantum cum aeris crepitu edidit clamorem.* ubi plura notantur.

Ab arce Tusculi degressos] Ita Gronovius primus anno 1665. edidit, et postea reliqui recentiores eam lectionem servarunt. Omnes non modo antiquiores excusi habuerunt *digressos*, sed etiam in codicibus eadem scriptura superest, nisi quod solus Voss. 1. legat *disgressos*. Ut vulgatum mutaret, verosimiliter id Gronovium permovit, quod arx Tusculana fuerit in monte sita, ut constat ex Liv. 6, 33. et Dionys. Halic. l. 10. p. 647. quodque, qui ex loco edito descendunt, inde non dicantur *digredi*, sed *degredi*. V. infra ad 4, 17, 11. ubi, librarios utrumque verbum passim alibi confudisse, dictum est. [*digressos* Veith.] *Tusculum*, pro *Tusculi*, male est in Gaertn.

Belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis obpugnandae] Co. membranae *detineri hostes.* quid si *distineri?* MOD. Modius invenit in membránis Coloniensibus *detineri hostes.* conjicit inde *distineri.* Nihil variant Pall. MSS. aut editi. Si quid excidit, verbum potius insolentius credam

inferendo deterreri hostes a consilio urbis obpugnandae.

XLIII. Ad clades ab hostibus acceptos duo nefanda facinora decemviri belli domique adjiciunt. 1
L. Siccium in Sabinis, per invidiam decemviralem 2
tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem, pro-

desiderari *distendi.* Supra lib. eodem c. 23. *Reliquo exercitu haud procul moenibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copias.* aut simile. GEBHARD. *distenderent a consilio* probari posset, si codicum consensus accederet. Ita enim Liv. etiam infra loquitur 34, 29, 7. *Ut distenderent ab apertiore loco hostes.* V. Gebhardum supra ad c. 23, 1. Hic tamen nulli addicunt; sed omnes, certe mei, constanter in vulgatum conspirant. Unius itaque Coloniensis, quo Modius usus est, auctoritas mihi tanta non est, ut ejus fide receptam lectionem mutem. Ceterum *belloque ullo ultro inferendo* Haverk. sed illud *ullo* natum est ex voce sequenti *ultro* scribae culpa.

§. 1. *Ad clades* etc. *facinora decemviri belli domique adjiciunt*] *At clades* Harlej. 1. V. supra hoc lib. ad c. 17, 3. Adde Noris. ad Cenot. Pis. diss. 4, 2, 2. p. 453. *Ob clades* Voss. 2. V. ad 37, 27, 5. Deinde *bello domique* Harlej. 1. [Veith.] quo modo supra est 1, 34, 12. *Publicis pariter privatisque consiliis bello domique interesset.* Sed vide, quae ad eum locum notantur. Deinde *adiciunt* Florent. Leid. 1. Portug. Gaertn. et Fragment. Hav. a m. 2. V. supra ad 2, 10, 9. Pro eo dedere *addiciunt* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *addicunt* Lipsiens. V. ad 1, 30, 3.

§. 2. *L. Siccium in Sabinis*] *L. Succium* Leid. 2. *L. Sicium* Voss. 2. Reliqui scripti et editi vulgatum tuentur hic et toto hoc cap. Glareanus supra ad c. 31, 2. putat, hunc eumdem esse, cujus etiam meminerunt sub *L. Sicinii* nomine Plin. 7. H. N. 28. Gell. 2, 11. et Valer. Max. 3, 2, 24. Nomina *Siccius* et *Sicinius* saepius commutari, supra dictum est ad 2, 40, 14. et c. 58, 2. ut, utro modo dictus fuerit, difficile dijudicari possit. At *Λεύκιος Σίκκιος* vocatur apud Dion. Halic. l. 10. p. 662. et seqq. ubi ejus et ante tribunatum plebis et in eo honore gesta refert; et l. 11. p. 706. ubi ejus mortem narrat. Apud Plinium quoque in omnibus Mstis se *L. Siccius* reperisse, Harduinus auctor est: quomodo etiam in recentioribus exstat Gellii codd. At in Valer. Max. libris exaratis nomen id multiplici modo scriptum obcurrit, ubi tamen Doct. Torrennius *L. Sicinius* unice veram lectionem putat. Id certe falsum, quod tradit Glareanus ad Val. Max. 3, 2, 23. omnes, quotquot vidit, exemplaria Gellii, Plinii, *LIVII*, Valerii, et aliorum, qui hanc percensent historiam, *L. Sicinium* vocare. De Livio enim ad c. 31. ipse contrarium fatetur.

speculatum ad locum castris capiendum mittunt.
3 datur negotium militibus, quos miserant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco in-
4 tersicerent. Haud inultum interfecere. nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, quum ipse se praevalidus, pari viribus animo, circumven-
5 tus tutaretur. Nunciant in castra ceteri, praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem,

Secessionisque mentiones ad vulgus] Videndum est, an alii probati scriptores *mentiones* numero plurali dicant. DUK. *mentionem* Portug. sed solus. Reliqui in numerum plurium *mentiones* conspirant. Alibi quidem hanc vocem numero plurali non notavi; unius tamen illius codicis fide vulgatum mutare non audeo.

Prospeculatum ad locum castris capiendum] Ita recte primus Aldus edidit. Concinunt etiam omnes mei. Priores habuerant *speculatum*. Sed *prospeculari*, licet paullo diverso sensu, utitur etiam Liv. infra 33, 1, 3. *Cetera multitudo e muris adventum imperatoris Romani regisque prospeculabatur.*

§. 3. *Datur negotium militibus*] *datum negotium militibus* Voss. 1. et Harlej. 2.

§. 4. *Haud inultum interfecere*] *Haud multum* Lipsiens. V. supra hoc lib. ad c. 38, 3. Tum *interficere* Voss. 1. Leid. 1. et Haverk. quomodo etiam in duobus Palatin. melioribus legi, auctor est Gebhard. supra ad 1, 12, 1. Alibi saepe non modo Livius, sed et passim historici, orationem per infinitivum concipere soliti fuerunt. V. supra ad 1, 50, 5. Hic tamen vulgatum non displicet.

Quum ipse se praevalidus pari viribus animo circumventus tutaretur] Voculam *se* omittunt Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. sed negligentiae librariorum adscribendum, quos in errorem induxit ultima praecedentis vocis syllaba. V. infra ad 34, 11, 7. Quum tamen pronomen sensui necessarium sit, idem ante vocem *tutaretur* inseruerunt Harlej. 2. et Haverk. cui potius proprium in initio periodi locum fuisse, aliorum ibidem praeferentium consensus ostendit. Et ita simul intelligitur caussa, cur illud in quibusdam Mstis interciderit, quae ceteroquin nulla dari potest. Praeterea *praevalidus viribus pari animo* Harlej. 2. et Haverk. Alter tamen verborum ordo magis placet. *praelidii pari viribus animo* Lipsiens. *praesidiis impar viribus et animo circumventus putaretur* Gaertn. in quo tamen eadem manus *tutaretur* mox emendavit.

§. 5. *Praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem, militesque quosdam cum eo amissos*] Duplicem inveni lectionem distinctionemque in nostris codicibus MSS. prior est ex primo ac tertio *praecipitatum insidias esse Siccium: egregie pugnantes milites quosdam cum eo amissos.* Altera est

militesque quosdam cum eo amissos. Primo fides nunciantibus fuit. Profecta deinde cohors ad sepe- 6
liendos, qui ceciderant, decemvirorum permissu, postquam nullum spoliatum ibi corpus, Sicciumque in medio jacentem armatumque, omnibus in eum versis corporibus, videre; hostium neque corpus ullum, nec vestigia abeuntium; profecto ab suis interfectum memorantes, retulere corpus. Invidiae- 7

secundi et ed. Andreanae, *praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amissos.* Quae distinctio non sordere potest attendenti genium Latinae linguae. GEBH. Si retinetur *esse*, distinctio ponenda est post *Siccium*. DUK. *praecipitatum insidias*, duobus Gebhardi Palatinis concinentes, Voss. 1. et Haverk. sed mediam praepositionem intervertit partim prima syllaba vocis sequentis. V. ad 8, 33, 6. partim ultima litera vocis prioris. V. ad 10, 13, 3. Praeterea *Siccium: egregie pugnatum: militesque quosdam cum eo amissos* Voss. 1. et Leid. 2. nisi quod posterior *sic cum*, pro *Siccium*, praeferat. *Siccium: egregie pugnantes milites quosdam cum eo amissos* Voss. 2. *Nuncient in castra ceteri insidias esse; Siccium* (sive, aberrante librario, *sic cum*) *egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amissos* Lipsiens. Sed mihi quoque vulgatum praestare videtur. *Nunciant caeteri in castra* alio vocabulorum ordine praefert Leid. 2.

§. 6. *Ad sepeliendos, qui ceciderant*] *ad sepeliendum, qui ceciderant* Voss. 2. et Gaertn. V. ad 40, 49, 1. Insuper paullo ante *Perfecta cohors*, pro *Profecta*, Lipsiens. V. infra ad 37, 6, 7. In verbis sequentibus *decemvirorum promissu*, pro *permissu*, idem Lipsiens. V. supra hoc lib. ad c. 8, 4.

Postquam nullum spoliatum ibi corpus] *postquam ibi nullum corpus spoliatum* Portug. et Lipsiens. *postquam nullum ibi spoliatum corpus* Haverk. *postquam nullum spoliatum corpus ibi* Fragm. Hav. [*nullum ibi corpus* Veith.]

Hostium neque corpus ullum, nec vestigia abeuntium] *neque vestigia* Voss. ambo, et Haverk. quasi nefas foret post *neque* inferri vocem *nec*, quum frequens id Livio sit, quamvis saepe invitis, qui mutare conati sunt, quibusdam librariis. V. infra ad 9, 9, 14. Mox *a suis interfectum* Leid. 2. Gaertn. et primae editt. Aldus primus *ab suis* dedit. Et sic reliqui scripti.

§. 7. *Invidiaeque plena castra erant*] *Invidiae plena castra erant* Voss. 1. et Leid. 2. *Invidia plena castra erant* Harlej. 2. *Invidiaque plena castra erant* Haverk. Copula *que* omissa erat, quod et hic τῷ *que* subjungi voculam *et* librariis displiceret. Id tamen saepissime fieri, infra dicam ad 10, 30, 2. Nec probo *Invidiaque plena*, quod Livius τὸ *plenus* plerumque cum casu secundo construere solitus fuerit. V. supra hoc lib. c. 25, 6.

que plena caſtra erant, et Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei publica inpensa facere maturaſſent. Sepultus ingenti militum moeſtitia, peſſima decemvirorum in vulgus fama, eſt.

1 XLIV. Sequitur aliud in urbe nefas, ab libidine ortum, haud minus foedo eventu, quam quod per

Minime vero omnium placet *Invidia plena castra*, ne tres voces eadem litera terminatae jungantur. Accedit ad haec, quod primarium puto, plerosque optimae notae codices vulgatum tueri. Mox *Romam protinus ferri*, in alium ordinem vocibus conjectis, Fragm. Hav. *Romam ferri Siccium protinus*, adhuc alio modo digeſtis vocibus, priscae edd. Aldus reposuit, ut nunc editur; cum quo ſtant reliqui codd.

Funus militare ei publica inpensa facere maturassent] *funus militare et publica impensa* Haverk. Sed alibi ita etiam peccarunt scribae. V. infra ad 41, 15, 6. Ceterum *nisi decemviri* excusi, quibus usus sum, ante Aldum. Is vero *ni decemviri* ſubſtituit. Neque aliter libri scripti, nisi quod Leid. 1. *ne decemviri* habeat. Alibi saepe voculae *ni* et *nisi* commutatae sunt. V. infra ad 23, 1, 8.

Pessima decemvirorum in vulgus fama est] Ex cod. manuscripto legendum apparet, *Sepultus ingenti militum moestitia, in pessima decemvirorum in vulgus fama est.* RHEN. Abeſt a Palat. sec. verbum *est*. Sed male: nam ejus absentia rotunditas sententiae deſtruitur, magis tamen correctione Rhenani, augurantis legendum, *in pessima decemvirorum in vulgus fama est.* Quomodo Livium loqui non ullus mihi monſtraverit, vel alium melioris notae auctorem. GEBH. Emendatio Rhenani forte non nihil inluſtrari poſſet alia Gronovii, qui 5, 4, 13. legendum censebat *in pace numquam fida fuerunt.* ubi videnda, quae notantur. Sed quum alii codd. nulli, quam Rhenani Wormatiensis, *τὸ in* ab eo interpolatum agnoſcant, vulgatum verius esse puto. Verbum *est* exſulat etiam ab Harlej. 2. et Haverk. Verum, quantum eorum et Palat. secundi consensui tribuendum sit, alibi non semel dictum eſt.

§. 1. *Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum*] *aliud urbe nefas* Lipſiens. Tum *a libidine ortum* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Portug. Haverk. Fragment. Hav. Lipsiens. et Gaertn.

Ut non finis solum idem decemviris, qui regibus] *unde non finis solum* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lipsiens. *ut non solum finis idem* Portug. Deinde *decemvirum, qui regibus* Lipsiens. [*ut non regno finis solum idem in decemviris* Veith.]

§. 2. *L. Virginius honestum ordinem in Algido ducebat*] Cogitandum, num legi poſſit, *pedes tum ordinem in Algido ducebat.* nam plebejus fuit. Certe peditem Romam veniſſe, et mox in caſtra rediiſſe, sequentia teſtantur. RHEN. Beatus, nescio qua pruriginis urtica tactus, rescribillaverat, *pedes tum or-*

ſtuprum caedemque Lucretiae urbe regnoque Tarquinios expulerat: ut non finis solum idem decemviris qui regibus, sed cauſſa etiam eadem imperii amittendi eſſet. Ap. Claudium virginis plebejae ſtuprandae libido cepit. Pater virginis L. Virginius 2
honeſtum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiaeque. Perinde uxor inſtituta fue-

dinem in Algido ducebat. Vocat *honestum ordinem* centurionis neque maximum, neque minimum, sed mediocrem, et tamen non contemtibilem. GEBH. Ut conjecturae Rhenani locus eſſe poſſet, ante probandum erat, locutionem *ordines ducere* etiam usurpari de decurionibus aliisve ducibus, qui equitibus praeerant: nam ita demum dubium foret, utrum inter equites, an inter pedites, ordinem duxiſſet, eique tollendo recte adderetur *pedes ordinem ducebat.* At contra, de solis peditum centurionibus locutionem adhiberi, non obſcure inde colligi poteſt, quod semper simpliciter *ordinem duxit*, numquam autem vel *pedes*, vel *eques ordinem duxit*, reperiatur. Supra 2, 23, 4. *Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse ajebant, aliaque militiae decora vulgo, miserantes eum, jactabant.* c. 55, 4. *Ad Voleronem Publilium de plebe hominem, quia, quod ordines duxisset, negaret, se militem fieri debere, lictor missus est a consulibus.* 7, 41, 4. *Additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset.* Ut autem hic *honestum ordinem*, ita *inferiorem ordinem* Liv. 42, 33, 3. *Id tantum deprecari, ne inferiores iis ordines, quam quos, quum militassent, habuissent, adtribuerentur. honesta loca* vocat ibid. c. 34, 15. *Vos quoque aequum est, commilitones omnia honesta loca ducere, quibus rempublicam defensuri sitis.* Accedit ad haec, nullam varietatem in scriptis obcurrere, nisi quod *Verginius* sit in Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. et Gaertn. V. ad 2, 17, 1. et *educebat* habeat Leid. 2.

Vir exempli recti domi militiaeque] Ita primus vulgari curavit Aldus, neque aliter eſt in omnibus meis MSS. Priores excusi exhibent *militiae domique.*

Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur] Tempora declinationum ideo confusa sunt, quod interierat jampridiem Numitoria mater, auctore Dionysio [l. 11. p. 710.] et ipso paullo poſt Livio [c. 50, 8.] et *liberi* de unica filia dixiſſe videtur. GLAR. Vet. lib. *liberi quoque instituebantur.* SIG. Licet ita repositum derivaverit in omnes edd. Sigonius, aſſentiaturque illi suo more Palat. sec. praefero tamen, quod reliqui omnes codd. *liberique instituebantur.* GEBH. Magis ad guſtum meum, quod suſtulit Sigonius, servatum in scriptis editisque antiquis, *Perinde uxor instituta fuerat, liberique instituebantur.* Nescio quomodo alter sermo hiat. J. FR. GRON. Ex omnibus codd.

3 rat, liberique instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri, et pro caussa plebis

meis non alii *liberi quoque instituebantur* praeferunt, quam Harlej. 2. et Haverk. qui similiter ac Gebhardi Palat. sec. ubique Vet. lib. Sigonii adsentire solent: unde ea lectio tanto mihi suspectior visa est. Passim autem librarii voculas *que* et *quoque* inter se confundere in membranis soliti fuerunt. Plura exempla infra v. ad 5, 27, 1. Ceterum *Proinde*, pro *Perinde*, male est in Harlej. 2. quomodo et in Plinii Mstis peccari, testatus est Cl. Cortius ad 2. Epist. 1, 1. V. etiam supra ad Liv. 2, 58, 1. Id autem ex non intellecto compendio scribendi natum est. V. infra ad 9, 10, 7.

§. 3. *Desponderant filiam L. Icilio tribunicio, viro acri*] Gener Virginii, et cui filiam desponderat Virginius, L. Icilius *C. Sicinii*, qui primus tribunus plebis fuit, filius a Dionysio perhibetur [11. p. 709.] In cujus tamen codicibus, quos nobis videre contigit, *Siccius*, pro *Sicinius*, saepe legitur. GLAR. Lege ex vet. lectione *Desponderat*, ut ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam esse tradit Dionysius. SIG. *Desponderat*, ut Sigonius restituit, praeferunt non modo omnes apud me libri exarati, sed etiam excusi vetustiores. Primus Frobenius anno 1531. *Desponderant* edidit, incertum utrum operarum lapsu, an quia ita legendum censebat. Prius tamen verius puto, quia, ut inquit Dionys. l. 11. Antiq. p. 710. *ἦν γάρ ὀρφανὴ μητρὸς ἡ παῖς*. id autem Frobenio, vel qui huic ed. praefuit, haud incognitum fuisse, verisimile est. Quod vero Sigonius, Dionysio auctore, matrem Virginiae multis ante annis mortuam esse, dicat, fallitur. Nam plane contrarium ex Dionysio probatur, apud quem Numitorius Virginiae avunculus sororem suam, quae Virginio nupta fuerat, dicit l. 11. p. 711. *οὐ πολλοῖς πρότερον ἐνιαυτοῖς ἀποθανεῖν.* Ceterum versio Latina Dionysii hic iterum fucum fecit Glareano, qui codicem Graecum frustra se quaesivisse alibi monuit. In ea autem *Sicinius* vocatur, qui in contextu Graeco dicitur *Λεύκιος εἷς ἐκ τῶν δεδημαρχηκότων, υἱὸς Ἰκιλίου, τοῦ πρώτου καταστησαμένου τὴν δημαρχικὴν ἐξουσίαν, καὶ πρώτου λαβόντος.* Mox alio ordine *acri viro* habent Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Haverk. *Incilio*, pro *Icilio*, est in Lipsiens. *Itilio* in Gaertn. hic et alibi semper. *Icinio* in Leid. 2.

§. 4. *Virginem adultam, forma excellentem*] *formam excellentem* Leid. 1. quod more Graecorum dictum esse accipi posset. Malim tamen eam lectionem in errorem librarii conferre, praesertim quum in eodem illo codice litera finalis *m* perperam vel adjecta vel detracta passim obcurrat, et *excellens formam* ac similes Graecismos Livius numquam, aut quam parcissime captaverit. Locutionem *excellentem forma* supra inlustratam v. ad 1, 9, 12.

Appius, amore ardens, pretio ac spe] Vetus lectio, sed corrupta, *Appius amore ardens mens pretio.* Fortasse scribendum, *Appius amore ardente amens pretio ac spe perlicere adortus.* Nam sequitur infra [c. 47, 4.] *Tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat.* aut, *Appius amore*

expertae virtutis. Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius, amore ardens, pretio ac spe 4

ardens immenso pretio ac spe perlicere adortus. aut, *Appius amore ardens sensim pretio ac spe perlicere adortus.* RHEN. Beatus aït esse in veteri libro *amore ardens mens pretio.* unde faciebat, *amore ardente amens, pretio* etc. vel, *Appius amore ardens immenso pretio ac spe.* Sunt etiam, quibus placet, *Appius amore ardens, sensim pretio ac spe.* Prae quibus omnibus amplector lectionem nostram scriptam, elegantissimam meo judicio, *Appius, amore amens, pretio ac spe.* In quo lusit etiam Terentius, dum dixit [in Andr. 1, 3, 13.]

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

Ipse quoque mox Livius [c. 47, 4.] *Adversus quae omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat) in tribunal ascendit.* MOD. Nugator Rhenanus in codd. suo inveniens *Appius amore ardens mens pretio*, ex praecedente vocabulo ab imperito scriba repetita syllaba, illico a suo censorio hellebori que indigo capite correctiones inculcandi tres vanissimas occasionem cepit: vel, *Appius amore ardente amens pretio:* vel, *Appius amore ardens sensim pretio.* Nullatenus bene. Lectio producta Modio reperitur in ed. Andreae *Appius amore amens.* ut Terentius.

Nam inceptio est amentium, haud amantium.

et Livius infra c. 47. *Tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat.* Pall. tres et Camp. nihil recedunt a vulgata. GEBH. *Appius amore ardens* primo video expressisse Juntam; ex Aldo, credo: non hic mihi nunc ad manum. Andreas, Becharius, Moguntini, Ascensius, *Appius amore amens.* Utique melius, praesertim cum et hoc habuerit Borbetomagensis. Nam quod ibi est. *ardens mens*, ex eo est, quod librarius vel diversorum librorum lectionem utramque reddere, vel erratum in praecedenti voce corrigere voluit, ita ut deleretur *rdens*, *a* vero conjunctum cum τῷ *mens* remaneret. Itaque frustra est Rhenanus cum suis conjecturis. Helm. quoque, Rott. Gud. *amens.* J. FR. GRON. *amore ardens*, ut supra 1, 58, 2. *Amore ardens, postquam satis omnia tuta circa, sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit.* et ita saepe alii. In hanc etiam lectionem conspirant omnes mei, nisi quod *ardens* deficiat in Leid. 2. et *amore Appius ardens*, alio ordine, sit in Fragm. Hav. Quum tamen *amore amens* Gronov. in tribus, Modius in uno cod. invenerint, neque aliter praeferant vetustissimae edd. usque ad Aldum, (qui, ut recte Gronov. suspicatus est, primus *ardens* substituit) eodemque non obscure codicis Borbetomagensis Rhenani vestigia ducant, denique locutio haec *amore amens* minus, quam altera *amore ardens*, obvia, ideoque minus verosimile sit, eam a librariis profectam esse, illa mihi quoque prae altera magis placuit. in contextum tamen recipere nondum sustinui. *amore amens*, ut *metu amens* apud Liv. 23, 9, 1. *Velut si jam agendis, quae audiebat, inter-*

perlicere adortus, postquam omnia pudore septa animadverterat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in servitutem adsereret, neque ce-

esset amens metu. (* *vino et Venere amens* 39, 43,5.) Miror admodum, Rhenanum adsecutum non fuisse, quid lectione codicis sui indicaretur; quum, qui libros scriptos versare soliti sint, noverint, librarios hac vel simili ratione duplices lectiones, quas invenerant in membranis vetustis, quibus utebantur, passim notare consuevisse. Ex solis Livii Mstis millena exempla dari possent. Ita quum supra scribitur 1, 37, 1. *pontem subincendunt*, indicatur, quosdam libros *succendunt* vel *subcendunt*, quosdam *incendunt* praeferre. 2, 23, 10. vulgo editur *At in eos multitudo versa.* Ubi viri docti *τὸ at*, quod incommodum est, ejiciendum censent. Quum tamen plerique codd. retineant, nisi quod in uno invenerim *ad in eos*, verosimile est, primitus ita scriptum fuisse ex duplici lectione juncta *ad eos* et *in eos*. Librarium vero nasutiorem *τὸ ad* postea in *at* mutasse, ut qualemcumque sensum inde eliceret. Ibid. c. 52, 5. quidam scribae dederunt *multam edixerunt.* invenerant nempe vel *multam dixerunt*, vel *multae dixerunt.* Ne multus sim, videantur, quae notavi ad 1, 15, 4. c. 46, 7. c. 48, 6. c. 59, 1. 2, 7, 6. c. 13, 6. c. 50, 6. c. 52, 8. c. 61, 1. c. 65, 4. 3, 4, 8. c. 10, 6. c. 16, 6. c. 19, 4. et 7. c. 24, 1. c. 31, 6. c. 34, 5. c. 35, 2. c. 48, 1. et 5. c. 64, 8. c. 65, 2. 4, 2, 4. c. 10, 1. c. 22, 4. c. 25, 12. c. 35, 7. et 8. c. 44, 10. 5, 12, 7. c. 20, 5. 6, 4, 2. c. 22, 1. 8, 8, 10. c. 13, 16. (* c. 24, 11. c. 27, 6. 9, 6, 2.) 9, 11, 4. c. 13, 6. c. 19, 15. c. 27, 14. 10, 25, 6. c. 30, 1. 22, 4, 2. et 5. c. 17, 2. 23, 27, 4. 24, 39, 2. 26, 7, 5. 27, 30, 12. 31, 24, 13. 34, 49, 2. 36, 18, 8. c. 32, 5. 37, 28, 8. c. 29, 5. 38, 47, 11. c. 60, 7. 39, 29, 2. c. 37, 4. 40, 15, 16. c. 8, 5. c. 7, 13. c. 35, 2. et Epit. Liv. l. 105. V. etiam Gronov. ad Liv. 8, 25, 12. Ab indulgente lectore veniam peto, ne aegre ferat, me rem, illis, qui Msta versare soliti sunt, haud incognitam, tot tamen exemplis inlustrasse. Id eo consilio feci, quod, qui his studiis capiuntur, haud injucundum fore confidam, si ex multis illis investigare potuerint, quantopere in hac re scribae variare consuerint. In aliorum scriptorum membranis idem etiam saepe obcurrere viri docti observarunt. V. Muret. 15. Var. Lect. 16. Salmas. et Cel. Dukerum ad Flori 1, 13, 3. hunc etiam ad Flor. 4, 2, 90. Cl. Cortium ad Sallustii Jugurth. 13, 7. et c. 23, 2. et quae notavi ad Silii 11, 7.

Pretio ac spe pellicere adortus] Non tantum librarii lectionem, quam, vel inter versus, vel in margine, adscriptam invenerant, cum ea, quae in contextu erat, conjungere soliti fuerunt, ut exempla ad verba proxime praecedentia adposita evincunt; sed glossemata etiam, quibus voces vel locutiones minus notae a scholiastis exponebantur; ut iterum codd. scripti hoc loco probant. Nam *pretio ac spe in fraudem inducere pellicere adortus* est in Fragm. Hav. Ubi *in fraudem inducere* interpretatio est verbi *pellicere.* Non longe hinc abit lectio, quam Hearne

deret secundum libertatem postulantibus vindicias:
quod pater puellae abesset, locum injuriae esse ratus.
tus. Virgini, venienti in forum, (ibi namque in 6
tabernis literarum ludi erant) minister decemviri

Oxonii in cod. L. 2. reperit *pretio ac spe in fraudem inducere pellicem adortus.* [ita etiam Veith.] Alia hujus erroris exempla supra v. 1. 8, 4. c. 16, 3. 2, 33, 4. 3, 46, 7. c. 62, 2. c. 69, 2. 4, 6, 3. 5, 8, 2. 9, 2, 1. 23, 21, 2. c. 30, 3. 25, 6, 17. et passim. Ceterum *pollicere* est in Gaertn.

Omnia pudore septa animadverterat] *pudore secta* Fragm. Hav. a m. 1. solito librariorum errore. V. (* 9, 2, 9.) Broekhus. ad Propert. 4. El. 4, 26. *pudore spreta* Voss. 1. et Leid. 2. quasi vellet, pretium ac spem sperni, contemni pudore. Sed nihil mutandum. Tacit. de morib. German. 19. *Ergo septa pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae.* ubi Gronov. Tacitum hunc Livii locum imitatum esse, contra Acidalium docuit, et *septa pudicitia* exponit tuta et inexpugnabilis. *animadverterit* est in Harlei. 2. Mox *superbiamque*, pro *superbamque*, Lipsiens. et Gaertn.

§. 5. *Neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias*] V. in hunc locum Asconium, Festum, Raevardum ad leges 12. tabul. c. 5. Caelium 17, 29. Alex. ab Alex. 6, 10. Turneb. 13. Advers. 23. Pompon. l. 2. §. 24. v. *initium*. D. de Orig. jur. De vindiciis v. Cujac. Parat. in Cod. 3. tit. 32. Hotoman. in §. 15. *Appellamus* Inst. de Action. p. 814. 815 816. 817. et §. 13. *Praejudiciales* ibid. p. 806. et 3. Rom. Antiq. p. 481. 482. 483. KLOCK. *neque crederet* Lipsiens. et Haverk. lapsu scribae. Alibi ita saepe peccatur. V. supra hoc lib. ad c. 21, 3. *neque cedere* Harlej. 1. de qua constructione supra v. hoc libro ad c. 4, 9. Neque obstat regiminis diversitas *negotium dedit, ut adsereret, neque cedere.* Eam enim inlustrabimus ad 31, 44, 5. Quum tamen omnes alii codd. vulgatum tueantur, id etiam praeferendum arbitror. Denique *vindicias* non comparet in Voss. 2. *inducias* habet Leid. 2. V. infra ad §. 12. *vindictis* Florent. et Leid. 1. *postulantibus al' vindiciis vindictis* Fragm. Hav. duplici iterum lectione juncta, de quo errore modo dictum est ad §. praec. At manus sec. *τὰ al'* et *vindictis* postea induxit. *servae* vel *serve libertatem postulantibus vindiciis* Lipsiens. et ita Gaertn. nisi quod *vindictis*, pro *vindiciis*, habeat. *vindiciis* etiam dederunt Mediolan. anno 1505. Sed male. Quid sit *vindicias postulare secundum libertatem* v. apud Sigonium 1. de Judic. 21. et Budaeum Annot. ad l. 2. §. 24. D. de Orig. Jur. Mox *τὸ esse* deest in Harlej. 2. At voce addita *locum aptiorem injuriae esse ratus* habet Gaertn. *locum injuriae est ratus* Florent. Quae lectio ut ferri posset, aliter interpungenda forent verba, ac major distinctio post *τὸ vindicias* ponenda esset. Mihi tamen vulgatum verius videtur. [Initio *Inde Claudio clienti negotium dat* Veith.]

§. 6. *Virgini venienti in forum*] Gebhardus supra hoc lib. c. 6, 7. ex Palat. tertio legebat

libidinis manum injecit; serva sua natam (servamque adpellans) esse. sequique se jubebat, cunctan-

venienti forum, sine praepositione. At librarius τὸ *in*, quod forte scriptum erat *ī*, omisit ob ultimam literam vocis praecedentis. V. infra ad 37, 41, 8. Certe omnes nostri codd. constanter voculam illam tuentur.

Ibi namque in tabernis literarum ludi erant] Volumen manuscriptum habet *ibi namque in tabernaculis literarum ludi erant*. Opinor Livium scripsisse *ibi namque vernaculi literarum ludi erant*. Neque enim crediderim, pueros et puellas in humilibus tabernis, quae muris affigi solent, quales fuerunt laniorum, quarum mox meminit, et sutorum ac aliorum opificum, sessitasse in propatulo. Necdum vero temporibus illis opera grammaticae dabatur, quae nulla adhuc erat. Nam sub secundum et tertium Punicum bellum, ut auctor est Suetonius in libello de claris Grammaticis et Rhetoribus, hujus demum studium Romae vigere coepit. Ante id tempus erant ludi literarum Romae, sed vernaculi tantum, nondum videlicet loquendi scribendique regulis natis. Qualem et illum apud Falerios in Faliscis ludum fuisse dubium non est, cujus magister discipulos Camillo prodidit; de quo Livius libro quinto [c. 27.] faciet mentionem. Mores ille docebat, ut verosimile est, magis quam literas, et exercitiis corpora firmabat. Vernaculi ludi duo seorsum Selestadii fuerunt multis annis, Ludovico, Cratone, Hieronymo, et Sapido hic Latine profitentibus. in altero pueri instituebantur, in altero puellae. Neque enim majoribus nostris promiscui ludi placuerunt, quales vidimus Basileae et aliis in locis. Institutionis summa erat, peritia legendi scribendique et numerandi. At postquam fatalibus istis tumultibus corrigendae religionis caussa Germania turbari coepta est, huc res devenit, ut vix ludi Latini quarta pars hodie sustineri possit: (Priores illos namque professores fere quadringentis scholasticis frequente schola docuisse constat) etiam vernaculo ludo puerorum duntaxat in illum contracto. Adeo contemni passim coeperunt literae magno Germaniae incommodo, quod posteri nostri sunt sensuri. Praecipue vero dolendum, hoc eo tempore accidisse, quo meliores literae paulo familiarius nostratibus innotuerant. Porro pro *vernaculi* scriba supposuit *bernaculi* recepto illo more. Id *bernaculi* quum nihil significaret, vertit alius in *tabernaculis*. At quia *tabernacula* militum sunt tentoria, doctus aliquis pro *tabernaculis* substituit *tabernis*. RHEN. Selestadii fuerunt duo vernaculi ludi: ergo et Romae tempore decemviratus, quorum Livium hic meminisse oportuerat. Dignum acumen homine paedagogicae ineptiae.non tantum didicerat.grammaticos in pergulis docuisse. Quare ejus emendatio pereat ex memoria. GEBH. *in tabernaclis* Portug. a m. 1. *in tabernaculis* Florent. Lipsiens. et apud Hearnium Oxon. L. 2. et C. ex quo *vernaculi* formantem Rhenanum probare nequeo. Licet eam veram credat Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Inlustr. 23. Quum eo tempore in ludis nullas, nisi vernaculas, literas discerent, necesse non erat, ut distinguendi caussa *vernaculus literarum ludus* cognominaretur. Neque statuendum, si ludi fuerint

tem vi abſtracturum. Pavida puella ſtupente, ad 7
clamorem nutricis, ſidem Quiritium inplorantis, ſit

in tabernis, pueros ac puellas in propatulo ſeſſitaſſe, quo argumento vulgatam lectionem refellere conabatur. *Tabernae* enim erant quaelibet vilia ac plebeja aedificia, in quibus discentes non magis in propatulo sunt, quam qui in illis habitant. Ceterum summa iterum negligentia Doujatius Rhenanum consuluit, docens, ipsum scribi voluiſſe *in tabernaculis*, et, ut vulgatum defendat, addens, tabernas non minus apertas eſſe in foro, quam tabernacula, ut, qui in iis sunt, a praetergredientibus cerni ac notari poſſint, nisi utraque clausa sint. Ceterum *lictorum*, pro *literarum*, perperam Lipsiens.

Minister decemviri libidinis manum injecit] V. Briſſon. 5. de Formul. p. 419. [pag. m. 374.] KLOCK. Vox *minister* perperam deerat in Gaertn. Nam ordo verborum eſt, miniſter libidinis decemviri injecit manum. De locutione *injicere manum* v. Torrent. ad Horat. 1. od. 17, 26. et Nic. Heinsium ad Nason. 1. Amor. El. 2, 20.

Serva sua natam (servamque adpellans) esse, sequique se jubebat] Multo rotundius illae, quas dixi, vetuſtiores: *serva sua natam, servamque appellans sequi se jubebat.* intelligitur enim *dicens*, aut includitur sensui verbi *appellans.* J. FR. GRON. Per vetuſtiores, quas dixit, Gronovius intelligit priores edd. proxime memoratas §. 4. At illae usque ad Aldum, receptae lectionis auctorem, apud me etiam ignorant vocem *se*; ac praeferunt *serva sua natam, servamque appellans sequi jubebat; cunctantem vi abstracturum.* An tamen audiendae sint, vehementer dubito, quia codd. scripti voces ab Aldo additas pertinaciter servant. Praeterea *servam suam natam* habet Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. [Veith.] Vulgatum tamen malo, ne tot quarti casus concurrant. *serva sua, natamque suam appellans esse. sequi se jubebat* praefert Gaertner. *est* autem, pro *esse*, Lipsiens. *serva natam* Liviana locutio eſt, de qua supra v. ad Epit. Liv. l. 1. Tum *se sequique jubebat* Haverk. [*esse alias se videbat sequique sceviebat* Veith.] In verbis proximis Gaertn. tres voces interponit hoc modo *cunctantem quoque minabatur se vi abstracturum.* Sed voces illae conſtanter in nullo alio meorum conspiciuntur.

§. 7. *Ad clamorem nutricis, fidem Quiritium inplorantis, fit concursus*] Voculam *fit* male omittunt Voſſ. 1. et Leid. 2. Liv. 44, 44, 4. *Amphipolim quum jam fama pugnae pervenisset, concursusque matronarum in templum Dianae, quam Tauropolon vocant, ad opem exposcendam fieret.* Quae vero Modius ex Briſſonio 8. de Formul. p. 718. huc contulit de verbis sollemnibus, quibus populi auxilium inplorabatur, non magis ad hunc locum pertinent, quam ubicumque ejusdem rei mentio fit. Quare deleri jussi, exiſtimans sufficere, quod apud Briſſonium videri poſſint. [mox *virgini patres sponsique* Veith.]

Sponsique Icilii populare nomen celebre erat] Ita Pall. pr. ac tertius. Secundus vero et Campani *celebrabatur.* Vulgo *celebratur* approbe, ut et Andreas. GEBH. *celebrabant* Lipsiens. *celebrant* Voſſ. 1. et Leid. 2. simili varietate, ac supra no-

concursus. Virginii patris sponsique Icilii populare nomen celebratur. notos gratia eorum, turbam
8 indignitas rei virgini conciliat. Jam a vi tuta erat; quum adsertor nihil opus esse multitudine concitata, aït, se jure grassari, non vi. Vocat puellam in jus;

tavimus 2, 26, 4. Contra *celebre erat* Voss. 2. Verum et Voss. 2. et Leid. 2. pro varia lectione in margine praeferunt *celebrabatur*, quae iterum scriptura exstat in contextu Florent. Gaertn. et Neapolit. Latinii. [Veith.]

Turbam indignitas rei virgini conciliat] *indignitas virgini rei* Voss. 1. *indignitas rei Virginii conciliat* Leid. 2. *indignitas rei Virginee conciliat* Gaertn. An forte voluit *Virginiae conciliat*? V. mox ad c. 45, 1. Sed optimi in vulgatum *virgini* conspirant.

§. 8. *Jam a vi tuta erat, quum adsertor*] *Jamjam tuta erat* Leid. 2. *Jam vi tuta erat* Florent. Sed quum per compendium prima vox scripta fuisset *Jā*, ultima ejus litera praepositionem intercepit. V. infra ad 5, 52, 10. *tutus a vi*, ut *tutus a perfidia* 28, 44, 7. *Quorum ego fidei ita innitar, ut bene tutus a perfidia sim.* Ita enim ibi legendum esse, recte Gronov. monuit. 37, 16, 6. *Portum Phoenicunta petiere, navibus a maritima vi tutum.* Deinde *tum assertor* Harlej. 2. et Gaertn. [Veith.] Sed saepe *tum* et *cum* negligentia librariorum in Mstis commutantur. V. infra ad Epit. Liv. l. 48. circa finem. Mox *se jure crassari*, pro *grassari*, Voss. 2. V. supra ad 2. 12, 15. ubi eadem obvia est diversitas scripturae. [*ait, ac se jure* Veith.]

Vocat puellam in jus; auctoribus, qui aderant, ut sequeretur. Ad tribunal Appii perventum est] Vide, quid sit, quod quidam libri veteres habent, *adjutoribus, qui aderant, assequentibus.* SIG. Pall. pr. ac tert. Andreas quoque cum Camp. *ut sequerentur.* Sec. *auctoribus, qui aderant, assequentibus.* At Sigonius *adjutoribus, qui aderant, assequentibus.* GEBH. Aut particula excidit, scribendumque: *Ut ad tribunal Appii perventum est, notam judici fabulam* etc. aut certe aliter distinguendum: *Vocat puellam in jus. Auctoribus, qui aderant, ut sequeretur, ad tribunal Appii perventum est. Notam judici fabulam petitor.* Quod videndum censet Sigonius, quod quidam libri veteres habent: *adjutoribus, qui aderant, assequentibus:* ego id ipsum non prius videndum, quam conspuendum, censeo, tamquam audaciae et ignorantiae subolem. *Qui aderant*, id est, advocati, periphrasi eleganti, ut veteres malunt interdum, *Qui consuluntur*, quam jurisperiti, *Qui res judicant*, quam judices, *Quod natum est*, quam infans. Tacit. 2. Ann. [27.] *Adhibitis, qui obsignarent.* pro obsignatoribus. Cicero 2. in Verrem [29.] *Minucius, qui Sopatrum defendebat.* pro Sopatri advocato. *Auctoribus, qui aderant, ut sequeretur*, est, suadentibus advocatis, ne judicium defugeret: de sententia advocatorum vel proximorum puella secuta. 2,

jus; auctoribus, qui aderant, ut ſequeretur. Ad 9
tribunal Appii perventum eſt. notam judici fabulam petitor, quippe apud ipſum auctorem argumenti, peragit; puellam, domi ſuae natam, furtoque inde in domum Virginii translatam, ſubpoſitam ei eſſe.
Id ſe indicio compertum adferre, probaturumque 10

[36, 6.] *Conſenſu inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad conſules lectica defertur.* Dixerat ante, *Conſilio propinquorum adhibito.* Sic 1, [48, 6.] *Reſtitit pavidus atque inhibuit frenos is, qui jumenta agebat.* Hoc ſi *adjutorum aſſequentium* conditores intellexiſſent, brachium intra togam continuiſſent. J. FR. GRON. *Vocat puellam invitiis auctoribus* Florent. a m. 1. in quo poſtea a m. 2. oraſum eſt alterum *i*, ut eſſet *invitis.* Sed, vulgatum probum eſſe, nullus non ſatis videt. *auctoribus, qui aderant, aſſequentibus* Harlej. 2. et apud Hearnium Oxon. B. *adjutoribus, qui aderant, aſſequentibus* Haverk. quod recte Gronovio diſplicuit, qui vulgatam ſcripturam vindicavit, docens, *tois qui aderant* circumſcribi advocatos, quemadmodum *qui res judicant* periphraſis eſt judicum. V. Manut. ad Cicer. 8. ad famil. epiſt. 14. *auctoribus, qui aderant, adſequerentur* Lipſiens. Qui ſcripturam mutarunt, ſenſum loci non adſecuti ſunt, quod cum inperitis illis paullo difficiliorem redderet pronominis demonſtrativi ellipſis. Eo addito foret, *illis, qui aderant, auctoribus, ut ſequeretur.* At ſaepius id apud Livium aliosque ſupprimi ſolet. V. ad 23, 15, 4. Dubito, utrum, Gronovii expoſitione accepta, vel particulam *ut* addi, vel diſtinctionem mutari, neceſſe ſit. Livium enim ſaepe conciſo hoc orationis genere delectatum fuiſſe, infra videbimus ad 21, 36, 4. Si tamen alterutrum eligendum, mitius longe erit, ut interpunctionem ex mente Gronovii conſtituamus. Et ita vir doctus etiam interpunxit ad marginem edit. Curionis. Praeterea *ut ſequerentur* Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. a m. 1. Fragm. Hav. et Neapol. Latinii. quae et ipſa lectio ex non intellecto Livii ſenſu nata videtur. Ejus conditores junxiſſe veroſimile eſt *ut ſequerentur, qui aderant.* verum ita non erit, quo referendum ſit *auctoribus.* *Tò ut* deeſt in Gaertner. interceptum ob ductuum ſimilitudinem a duabus ultimis literis vocis praecedentis. V. ad 37, 24, 13. idem etiam cod. *ſequerentur* exhibet. [*non invocat puellam in jus ni auctoribus* Veith.]

§. 9. *Furtoque inde in domum Virginii translatam, ſubpoſitam eſſe*] Rott. Gud. Voſſ. uterque, Flor. Helm. *ſuppoſitam ei eſſe.* J. FR. GRON. *ſuppoſitam ei eſſe* non modo omnes ſcripti mei, (praeter unum Haverk.) et Hearnii Oxon. N. et L. 2. verum et, quascumque vidi, edd. usque ad Gruterum; qui demum in poſtrema omiſit, ejusque exemplo recentiores. Vocem itaque injuria ejectam priſtino loco reſtitui. Praeterea *inde* exſulat ab Haverk. quod quum ſaepe per compendium *in̄* ſcri-

vel ipso Virginio judice, ad quem major pars inju-
riae ejus pertineat. Interim dominum sequi ancil-
11 lam, aequum esse. Advocati puellae, quum Virgi-
nium reipublicae caussa dixissent abesse, biduo ad-
futurum, si nunciatum ei sit; iniquum esse, absen-
12 tem de liberis dimicare; postulant, ut rem integram
in patris adventum differat; lege ab ipso lata vin-

batur, interceptum fuisse existimari debet a sequenti vocula *in.* qui error alibi non semel negligentia scribarum commissus est. V. infra ad Liv. 37, 52, 2. Insuper male *inde in domo Virginii translatum* Leid. 2. [*furtoque in die in domum* Veith.]

§. 10. *Id se indicio compertum adferre*] Palat. tertius *compertum asserere*. GEBH. *adserere* errantis est librarii. Solent autem verba *serere* et *ferre* alibi ab illis confundi. V. supra hoc lib. ad c. 17, 10. Male etiam pronomen *se* abest a Voss. 1. *judicio* vero, pro *indicio*, haud melius legunt Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Ductuum autem similitudo efficit, ut illa vocabula passim inter se commutentur. V. infra ad 7, 39, 5.

Probaturumque vel ipso Virginio judice] *probatumque* Lipsiens. Tum vocolam *que* omittit Fragm. Hav. Mox *major pars* deest in Leid. 2. quemadmodum vox *injuriae* in Haverk. at *ejus injuriae* transpositis vocabulis praeferunt Harlej. 1. et Lipsiens. pronomen autem *ejus* omittit Gaertn. Iterum inferius *aequum* exsulat ab Haverk. *dominium*, pro *dominum*, habet Lipsiens.

§. 11. *Reipublicae caussa dixissent abesse*] Ita primus Aldus, neque aliter codices, quos in consilium adhibui. Primae tamen edd. *abesse dixissent.* Praeterea *si nunciatum sit ei* trajectis duabus ultimis voculis Portugall. Tum *absente patre de liberis dimicare* Gaertn. cujus librarius dare voluisse videtur *absentem patrem de liberis dimicare.* Sed potius vox *patre*, quae in nullo alio comparet meorum codicum, ex sequentibus hic quoque repetita est.

§. 12. *Lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem*] Lex apud Dionysium est [l. 11. p. 712.] cum ducitur corpus aliquod ex libertate in servitutem, non, qui auferre nititur libertatem, sed qui libertatis est custos, dominus corporis esse debet, ad finem usque judicii. Vide apud eumdem auctorem legis expositionem ab Appio pronunciatam, quae ad Livii verba intelligenda multum lucis adferet. Eam nos consulto omittimus, ne commentarium scribere videremur. GLAR. *inducias det* Florent. ex interpolatione manus recentioris, Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra hoc cap. §. 5. Quid sit *dare vindicias secundum libertatem* v. apud Budaeum adnotat. ad l. 2. §. 24. D. de Orig. Jur.

Neu patiatur virginem adultam famae prius, quam libertatis, periculum adire] Lego *formae*. KLOCK. Saepe voces *fama* et *forma* commutantur. V. infra ad 39, 10, 4. Hic vero nihil est mutandum. *Adit discri-*

dicias det secundum libertatem; neu patiatur, virginem adultam famae prius, quam libertatis, periculum adire.

XLV. Appius decreto praefatus, *quam libertati* 1
faverit, eam ipsam legem declarare, quam Virginii amici postulationi suae praetendant. Ceterum ita in ea 2
firmum libertati fore praesidium, si nec caussis, nec

men rei, qui versatur in discrimine rem amittendi. Jam autem virgo adulta et forma excellens non *formae*, sed *famae* pudicitiaeque, periculum adiret, si decemvir permitteret, ut ab eo, qui in servitutem adserebat, vindicaretur, et in alterius, quam suorum, potestate foret. Ceterum *ne patiatur* est in Voss. 1. V. ad Liv. 2, 15, 2. Vocem *neu* omisit Leid. 2. quemadmodum etiam Cl. Hearne vocem *adultam* in codd. L. 1. et C. quos Oxonii excussit, deesse testatur.

§. 1. *Quam Virginii amici postulationi suae praetendant*] *virginis amici* Harlej. 2. Haverk. et, ut Hearne auctor est, Oxon. B. et L. 2. similiter vet. lib. praeferre Sigonius prima scholiorum ed. monuit. Eadem varietas scripturae supra est c. 44, 7. et infra cap. seq. §. 2. ubi priscae edd. et quidam apud Gebhard. codd. *virginem*, pro *Virginium*, praeferunt. V. etiam ad c. 51, 7. ad c. 58, 10. et supra ad Epit. hujus lib. Deinde *amici postulationesve praetendant* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *amici postulationesque praetendant* Gaertner. *amici sui postulationi suae praetendant* Lipsiens. Paullo ante *quam libertati fuerit*, pro *faverit*, Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. V. infra ad Epit. Liv. l. 45.

§. 2. *Ita in ea firmum libertati fore praesidium*] Voculam *ita* omittit Voss. 2. quam recte reliqui omnes servant. Idem autem hic notat, quod, hac conditione. V. infra ad 4, 5, 5. Deinde *in ea libertatis fore praesidium* prisci excusi usque ad Aldum, qui primus recepit, quod hodie adhuc in editionibus vulgo exstat. Et lectionem Aldi firmant omnes scripti, nisi quod in uno Haverk. sit, unica addita litera, *in ea firmum libertatis fore praesidium.* At *praesidium libertati* elegantius est, eadem ratione dictum, qua *remedium timori*, *munimentum libertati*, *venia errori*, et similia plura, de quibus mox videndum ad cap. seq. §. 2. Ita infra c. 53, 6. *Libertati enim ea praesidia petitis, non licentiae ad inpugnandos alios.* V. etiam ad 3, 55, 4.

Si nec caussis nec personis variet] *si ne caussis* Klockian. Voss. 1. Leid. ambo, et Harlej. 1. Sed patet, ultimam literam τοῦ *nec* elisam esse a prima vocis proximae *caussis*. V. infra ad 23, 8, 9. Alii vero pro illo *ne* substituerunt *non*, quod inveni in Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Τὸ *variet* non agnoscit posterius memoratus codex. Pro eo *varietur* est in Gaertn. V. infra ad 39, 22, 8.

In his enim, quae adserantur in libertatem] Vet. lib. *In*

personis variet. In his enim, quae adserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id juris esse: in ea, quae in patris manu sit, neminem esse alium, cui

iis enim, qui asserantur. **SIG.** Locus est valde obscurus: quam tamen obscuritatem nemo adhuc, quod sciam, vel intento digitulo indicavit. Sic igitur sentio: Non negasse Appium, quin, ubi de libertate agebatur, vindiciae secundum eam decernendae essent. Quid ergo est? Contendebat scilicet Appius, aliud esse statuendum in eo, qui sui juris, aliud in eo, qui in patris manu ac potestate esset. Nam in priore non negabat, quin possessio secundum libertatem danda esset: in posteriore, si ei, de cujus statu quaerebatur, libertatis possessio daretur, juri patriae potestatis praejudicium fieri: patriam, inquam, potestatem imminutam videri: quia pugnare haec inter se videntur, ***Esse in possessione libertatis***, et ***Esse in patria potestate:*** quasi prior sui juris sit, posterior alieni: quae inter se contraria sunt, ut ait l. 1. D. de his, qui sunt sui vel alien. Appii ergo disputatio haec fuit: Si puellae, quae in patris potestate esse dicitur, libertatis possessio daretur, jus patriae potestatis imminueretur; quare lex, quae in caussa liberali dari vindicias secundum libertatem jubet, locum in ea non habet. Verum si puellae pater adesset, tum aliud juris statui oporteret. quid ita? quia scilicet moris erat, ut, cum quis suam rem (velut in hac specie suam ancillam) vindicasset, adversarius ilico contra vindicaret, quemadmodum Boëtius in Top. Ciceron. exposuit; ejusque rei vestigium exstat in §. 2. Inst. de Action. et in illo Murenianae orat. loco [c. 12.] ***Fundus ille meus est. Immo meus.*** Cum igitur Claudius, is qui puellam in servitutem asserebat, dixisset, ***Hanc puellam meam esse ajo***, patre quidem absente nemo exstabat, qui sic defenderet: ***Immo mea.*** At si pater adfuisset, tum continuo id pronunciasset: sponsoresque, sive praedes, earum vindiciarum dedisset, judicio sisti, neque in ea quidquam dolo malo factum iri. Quod Livius his verbis non quidem aperte ostendit, sed certe obscure significat: ***in ea, quae in patris manu sit, neminem esse alium, cui dominus possessione cedat.*** Dionysius autem sic explicat [l. 11. p. 713.] (sic enim locum illum convertimus) ***Sed cum inter eum, qui se dominum, et eum, qui se patrem asserit, controversia est, aequum esse arbitror, siquidem ombo assint praesentes, secundum patrem vindicias dari,*** (τὸν πατέρα κρατεῖν τοῦ σώματος) ***usque ad finem judicii. cum vero ille absit, eum, qui se dominum esse contendit, puellam abducere, praedesque idoneos dari sistendi eam apud magistratum, quando pater ipsius aderit.*** Observandum autem illud est, Livium aliquoties antiquorum more ***vindicandi*** verbum usurpasse pro possessionem petere. Sicut apertissime *vindicias* et *possessionem* promiscue usurpat. Velut in illo loco [c. 46, 7.] ***Cum instaret assertor puellae, ut Icilius vindicaret, sponsoresque daret.*** Et mox [eodem cap.] ***Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis.*** Neque enim Icilius dicebat, ***Hanc puellam meam esse ajo;*** sed *vindicatur* dixit, pro **Possessio secundum libertatem**

dominus possessione cedat. Placere itaque patrem ar- 3
cessi. interea juris sui jacturam adsertorem non facere, quin ducat puellam sistendamque in adventum ejus, qui

datur. Recteque Asconius in Verrinam tertiam (sive 1. in Verr. 15.) *litem vindiciarum* interpretatur litem de possessione. FRANC. HOTOMANN. 2. Observ. 9. *In iis enim, qui asserantur*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, similiter praefert Fragment. Hav. *qui asserantur* est etiam in Florent. Leid. 2. Harlej. utroque, Gaertn. Haverk. et prinribus edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. *quae asserantur* subposuit. Forte mutandi caussa fuit, quod mox etiam genere sequiori addatur *in ea, quae in patris manu sit.* At tota vocula *quae* vel *qui* omittitur in Leid. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 1. Etiam praepositionem *in* non agnoscit Lipsiens.

Quia quivis lege agere possit] *qua quivis* codex Neapol. Latinii. *quia quis* Leid. 2. qui error ex scribendi compendio natus est. Quum enim ita notatum foret *quis*, virgulam, quae per caudam literae *q* erat traducta, librarius non animadvertit. *quia qui vir* Harlej. 1.

Neminem esse alium, cui dominus possessione cedat] *possessionem cedat* Leid. 2. a m. 1. altera lectione inter versus adjecta, quae et verior, ob aliorum codd. in eam conspirantium auctoritatem, et elegantior est. Infra 24, 6, 8. *Aequum censebat, Sicilia sibi omni cedi.* ubi plura notantur.

§. 3. *Placere itaque patrem arcessi*] *accersi* Fragm. Hav. *accersiri* Voss. 2. Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. Haverk. (Veith.) et priscae editt. *arcersiri* Florent. *arcesseri* Gaertn. cujus librarius se scriptum reperisse credidit *arcess'i*. *arcessiri* Voss. 1. Leid. ambo, et Klockian. Quomodo etiam Latinius et Gebhardus supra ad 3, 9, 13. legendum existimarunt, et Hearne ac nuperus editor Londinensis eum secutus vulgarunt. At vellem docuissent, a quo praesenti infinitivus hic *arcessiri* deducendus sit? certe non ab *arcesso*. inde enim *arcessere* et *arcessi* declinantur. Videtur perfectum *arcessivi*, more verborum quartae conjugationis formatum, viris doctis per incogitantiam inposuisse, non in memoriam revocantibus, pleraque verba in *sso*, quamvis tertiae conjugationis, tamen in perfecto efferri simili modo: ut *capesso*, *capessivi*; *lacesso*, *lacessivi*; et similia. V. Voss. 5. Gramm. 31.

Quin ducat puellam] Frustratio mera. Nec dubium, quin tunc quoque obtinuerit, quod sancit Paullus l. 3. π. 10. D. de acq. poss. *Si servus, quem possidebam, pro libero se gerat, ut fecit Spartacus, et judicium liberale pati paratus sit, non videbitur a domino possideri, cui se adversarium praeparat. Sed hoc ita verum est, si diu in libertate moratur. Alioquin si ex possessione servitutis in libertatem reclamaverit, et liberale judicium imploraverit, nihilominus in possessione mea est, et animo eum possideo, donec liber fuerit pronunciatus.* J. FR. GRON. (*puella* Veith.)

§. 4. *Quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet*] Propemodum

4 *pater dicatur, promittat.* Adversus injuriam decreti quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet; P. Numitorius, puellae avunculus,
5 et sponsus Icilius interveniunt. dataque inter

tale negotium hoc eſt, quale superius de patriciis in plebem peccantibus poſt Caesonis damnationem retulit [c. 14.] sensus tamen obscurus eſt. GLAR. Pall. tres et Camp. *unus reclamare.* GEBH. Non eſt Latinum *recusare adversus injuriam.* Tres Pall. et editio Campani, *reclamare.* Supra [c. 21, 3.] *Tribuni reclamantibus consulibus refecti.* l. 10, [41, 14.] *Reclamantibus universis primus ipse* etc. Sed poteſt intelligi, *quam id recusare.* J. FR. GRON. *reclamare* etiam Voſſ. 2. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Putem tamen potius cum Gronovio, intelligendum eſſe, *id recusare*, quia integerrimi codd. vulgatum non mutant. Tum *audirent* Lipsiens. V. ad 6, 18, 7. Deinde *quam quisque unus* Leid. 2. errore descriptoris, qui notam, qua vox *quisquam* indicata erat, non intellexit. De locutione *quisquam unus* v. supra hoc libro ad c. 12, 4.

P. Numitorius puellae avus] *avunculus* legendum, ut frater matris Virginiae eſſet. Nam si pater fuiſſet, non video, quo pacto tam grandis natu tribunus poſtea fieri potuiſſet. SABELL. In veteri volumine legitur *avus.* subintellige, maternus. RHEN. Quidam codd. *avus* habebant. At Dionysius Numitoriam Virginii uxorem, Numitoriique sororem ac Virginiae matrem plane afferit l. 11. [p. 711.] Et ipse Livius poſtea in catalogo novorum tribunorum [hoc lib. c. 54, 11.] P. Numitorium *Virginiae avunculum* scribit, quamquam temere meo quidem judicio *Virginii* eo in loco quidam reposuerunt. Rursus in accusatione Appii a Virginio facta [c. 57, 4.] iidem *avum* reſtituerant, non minore, ut puto, errore. GLAR. Libri veteres habent *avus.* sed placet magis *avunculus*, quia Dionysius inquit [l. 11. p. 710.] ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. SIG. Omnes libri, qua calamo picti, qua cusi, *avus.* Sic infra c. 57. eodem consensu pertinaces *sponsum avumque in carcerem duci jusserit.* Sed Dionysius, ut ante monuit Sigonius, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. GEBH. Vitiosa lectio *avus* supereſt in omnibus, quos consului, codd. ut et in cod. Neapolit. Latinii. Cl. Hearne eam similiter invenit in Oxon. B. L. 2. N. et C. quomodo etiam tantum non omnes iidem peccant infra c. 57, 4. In uno tantum Leid. 2. hoc loco *avunculus* in margine adnotatum vidi. Praeterea *P. Munitorius*, literis transpositis, Lipsiens. quomodo fere *Numicius*, pro *Minucius*, dederunt saepe librarii, et contra *Minucius*, pro *Numicius.* V. supra ad 2, 63, 1. Mox *intervenerunt*, pro *interveniunt*, Voſſ. 2. et Leid. 2.

§. 5. *Icilii maxime interventu resisti posse*] *Itilii maximo interventu* Gaertn. Cauſſam erroris v. infra ad 4, 44, 5. V. etiam ad 5, 40, 5.

§. 6. *Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset*] Vet. lib. *Cum placidum quoque* etc. SIG. *Cum placidum*

turbam via, quum multitudo Icilii maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor *decresse* aït: vociferantemque Icilium submovet. Placidum quo- 6
que ingenium tam atrox injuria accendisset. *Ferro*

quoque ingenium solus secundus Palatin. reliqui vero cum antiquis impressis ablegant *τὸ Cum.* GEBH. Auctoritate meliorum scriptorum et impressorum *τὸ Quum* amovimus. Quid enim? Itane placidum et mite ingenium Icilii, si nihil aliud, tribunicii hominis, praedicet Livius? Hoc vero ego si credam, quae libro secundo et hoc tertio ab ortu tribunorum ad hoc loci perscripsit, non legerim. Nimirum offendit et librarium et Sigonium oratio, sententia quam verbis plenior. Aït enim, tranquillum quoque et sedatum ingenium hominis, si quod sic offensum fuisset, potuisse primum iniquitate et celeritate decreti, dein fastu lictoris submoventis irritari ac permoveri. Intelligi praeterea vult: nedum Icilii, adsueti tempestate tribunicia Patres, plebem, sese agitare. Quod omisit per artem, ne ipse longiorem moram rei narrandae faceret, quam Icilius gerendae, statimque verba illius subjicit. Scribe igitur et distingue: *Vociferantem Icilium submovet. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset. Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi, inquit.* Tale est l. 28, 5. de Philippo. *Vel segnem ducem tot irritare tumultus circumfusi poterant. Legationes dimittit.* Quasi additum esset, nedum Philippum, unum suae aetatis acerrimum regem. Tamen illud *cum* se insinuavit etiam in Romanam Andreae. Habet enim: *Placidum quoque ingenium cum tam atrox.* Sed Tarvisina, Veneta, Becharius, alii mature spreverunt. J. FR. GRON. *Placidum quoque ingenium cum tam atrox* etiam Harlej. 1. sed *Quum placidum quoque ingenium tam utrox* Harlej. 2. et Haverk. quod sibi in Oxon. B. L. 2. N. et C. obvium fuisse Hearne professus est. At meliores nostri *τὸ Quum* non agnoscunt: quibus fidem habens id recte a Gronovio ejectum existimo. Eo tamen addito, nego Livium praedicaturum placidum et mite ingenium Icilii. nam ibi quoque, *nedum Icilii*, intelligendum hoc modo, *Quum placidum quoque, nedum Icilii, ingenium tam atrox injuria accendisset, Ferro hinc tibi submovendus sum, Appi, inquit.* Una igitur codd. integriorum auctoritas permovet, ut voculam *Quum* recte a Gronovio deletam esse censeam. *Nec placidum quoque ingenium* exhibet Gaertn. Sed illud *Nec* ibi datum fuisse videtur pro ultima syllaba vocis praecedentis *submovet*, quae in cod. illo omissa erat. Obfert enim *vociferantemque Itilium summo nec placidum quoque.* Mox *Ferro tibi hinc submovendus sum* alio ordine Gaertn. a m. 1. et vetustiores, quos vidi, editi. Id postea Aldus mutavit, consentientibus scriptis.

Ut tacitum feras, quod celari vis] *quod scelerari vis* Voss. 1. et Leid. 2. Credidit librarius per notam scriptum fuisse *cel'ari*, id est, *celerari*. nam interdum haec verba ita commutantur. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 17, 91. inde vero facile fieri potuit *scelerari*. certe *scela-*

hinc tibi submovendus sum, Appi, inquit, *ut tacitum feras, quod celari vis. Virginem ego hanc sum ductu-*
7 *rus, nuptam pudicamque habiturus. Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas et secures jube: non manebit extra domum patris sponsa Ici-*
8 *lii. Non, si tribunicium auxilium et provocationem, plebi Romanae duas arces libertatis tuendae, ademistis,*

ri, pro *celari*, est in Lipsiens. *celare* habet Fragm. Hav. a m. 2. *quod celarius vis* Florent. Ceterum ita interpungebat Lipsiens. *quod scelari vis virginem. Ego hanc sum ducturus.* Male. Appius enim ex sententia Numitorii non tantum *virginem*, sed omnes, qui aderant, consilium celare volebat.

Sum ducturus, nuptamque pudicam habiturus] Vetus lectio *nuptam, pudicamque habiturus.* SIG. *nuptam pudicam habiturus* primae edd. quod in nullo cod. nisi in solo Lipsiens. inveni. Pro eo deinde Aldus dedit *nuptamque pudicam habiturus*, quod servant Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Klockian. et Gaertn. Reliqui vero Sigonio consentientes praeferunt *nuptam pudicamque habiturus.*

§. 7. *Collegarum quoque lictores convoca*] Vocem *quoque* expellit Portug. et simul *provocans* exhibet, pro *convoca.* infra cap. seq. §. 4. *Nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coërcendos seditionis auctores. convocans* est in Leid. 1. Sed vulgata lectio mihi longe praestare, et accenso Icilii ingenio melius convenire videtur.

Non manebit extra domum patris sponsa Icilii] *non movebis* Oxon. L. 1. apud Hearnium. Male. *manere* hic est pernoctare, ut saepe alibi. Infra hoc lib. c. 69, 8. *Exercitusque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus, manserit ad decimum lapidem.* 44, 38, 7. *Parvum hoc tandem esse credimus, quod ex his castris, in quibus hac nocte mansimus, exituri in aciem hodierno aut summum crastino die, si ita videbitur, Diis bene juvantibus, sumus?* Ita saepe Cicero, ut 5. ad Att. Ep. 16. *Scito, non modo nos foenum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem: nec, praeter quatuor lectos et tectum, quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque.* 7. Ep. 21. *Eo enim die ego Capua discessi, et mansi Calibus. inde has literas postridie ante lucem dedi.* Orat. 1. Phil. 3. *Quumque intempesta nox esset, mansissemque in villa P. Valerii comitis et familiaris mei.* Plura v. apud Salmas. ad Capit. Antonin. Philos. c. 7. et J. Fr. Gronovium ad Senec. 3. de Benefic. 16. (* Burm. ad Suet. Aug. 72.) Hinc *mansiones Saliorum* sunt aedificia, variis partibus urbis constructa, quibus Salii, quotannis ancilia per urbem circumferentes, pernoctare solebant; de quibus v. Ampl. Gisbert. Cuperum 4. Observ. 2.

§. 8. *Non, si tribunicium auxilium* etc. *duas arces liberta-*

*ideo in liberos quoque nostros conjugesque regnum vestrae
libidini datum est. Saevite in tergum et in cervices* 9
*nostras, pudicitia saltem in tuto sit. Huic si vis adfe-
retur, ego præsentium Quiritium pro sponsa, Virgi-
nius militum pro unica filia, omnes Deorum hominum-
que inplorabimus fidem. neque tu istud unquam decre-
tum sine caede nostra referes. Postulo, Appi, etiam* 10

tis tuendae ademistis*]** Voculam ***si ignorant Voss. 2. et Lipsiens. contra pro ea ***sit*** scriptum habent Voss. 1. et uterque Leid. Sed errore passim obvio prima litera vocis ***tribunicium*** repetita est in fine praecedentis ***si***. V. infra ad 40, 7, 8. ***Non sicut si tribunicium*** est in Gaertn. Deinde ***duas artes libertatis tuendae*** Lipsiens. et Gaertn. qui error in scriptis frequens est. V. infra ad 4, 56, 3. ***arx*** hic vocatur metaphorice id, quod libertatem munit, eam tutam praestat, cui libertas innititur. Infra 7, 34, 4. ***Arx illa est spei salutisque nostrae.*** (* ubi etiam vide.) Cic. Divin. in Caecil. 5. ***Haec lex socialis est; hoc jus nationum exterarum est: hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam, quam antea.*** etc. Praeterea ***ademisti*** Leid. 1. et Lipsiens. Sed ***vestrae libidini***, et mox ***saevite***, hic ***ademistis*** rectum esse, docent. Mox ***ideoque in liberos*** Voss. 1. et Leid. 2.

§. 9. ***Saevite in tergum et in cervices nostras*]** ***Suite in tergum*** Gaertn. ***Sinite integrum et in cervices nostras*** Haverk. ***Saevitii tergum*** Lipsiens. ***Saevi tergum*** Leid. 2. sed quum unica serie olim scriptum fuisset ***Saevitettergum***, tres literas ***tte*** librarius repetere neglexit. Conjunctionem ***et*** omiserat etiam Portug. a m. 1. sed altera postea adpinxit. Praeterea ***inter cervices*** Harlej. 1. Ita saepe peccatur in Mstis. V. ad 38, 57, 6. Hic vero ultima syllaba τοῦ ***inter*** ob similitudinem literarum repetita esse potuit ex prima vocis sequentis.

Huic si vis adferetur*] *si vis affertur Leid. 2. pro quo m. 2. in marg. ***auferetur*** emendatur. [***fidem implorabimus*** Veith.]

Neque tu istud umquam decretum sine caede nostra referes*] *neque istud tu umquam decretum Portug. ***neque tu umquam istud decretum*** Gaertn. et Fragm. Hav. ***neque tu istud decretum umquam*** primi excusi, quos consului. Id tamen, quod nunc editur, jam vidi in edit. Veneta anni 1498. ***numquam***, pro ***umquam***, Lipsiens. Praeterea ***sine caede referes nostra*** Voss. 2. ***sine fide nostra referes*** Klockian.

§. 10. ***Postulo, Appi, etiam atque etiam consideres, quo progrediare*] *Postulo, Appi, etiam consideres*** Fragm. Hav. a m. 1. ***Postulo, Appi, etiam atque consideres*** Leid. 2. Non intellexerunt librarii illud ***etiam atque etiam***, quod Cic. quoque aliquoties cum verbo ***considerare*** conjunxit. ut Divin. in Caecil. 14. ***Vide modo, etiam atque etiam considera.*** 5. in Verr. 68. ***Videas etiam atque etiam, et***

atque etiam consideres, quo progrediare. Virginius vi-
11 *derit, de filia, ubi venerit, quid agat. Hoc tantum*
sciat, sibi, si hujus vindiciis cesserit, conditionem filiae
quaerendam esse. me, vindicantem sponsam in liberta-
tem, vita citius deseret, quam fides.

consideres, quid agas, quo progrediare. pro lege Manil. 19. *De qua, ut arbitror, isti ipsi, qui minantur, etiam atque etiam, qui id liceat, considerabunt.* Insuper, vocula *ut* interposita, *Postulo, Appi, ut etiam atque etiam consideres* Gaertn. Sed reliqui eam ignorant, quam etiam saepe Livius cum verbo *postulo* omisit. Ita (* 22, 53, 12.) 43, 15, 5. *Postulavit, ex senatus consulto destinarent sibi duas legiones.* et alibi. etiam cum verbo *exposcere* 2, 35, 5. *Precibus plebem exposcentes, unum sibi civem etc. donarent.* cum verbo *petere.* V. ad 32, 35, 5.

§. 11. *Sciat, sibi, si hujus vindiciis cesserit, conditionem filiae quaerendam esse*] Non innuit Icilius, fore, ut sponsalia cum Virginia dirimantur, si pater supersederit a vindiciis secundum libertatem, quoniam sponsam, quae ad servitutem recidat, non sit ducturus: sed, quum verbis sequentibus mori praeoptat Icilius, quam sponsam suam deserere, hoc potius dicit; etsi pater possessione filiae suae cedat, ego tamen eam in libertatem vindicare numquam vel cum periculo vitae cessavero, qua posita pater ei conditionem quaerat, quam volet, ego praesentem tueri pergam. Plura de hac phrasi *quaerere conditionem* v. apud Caelium 17, 29. Utitur eadem Lampridius in Heliogabalo, sed in obscaena significatione [c. 5.] *Romae,* inquit, *nihil aliud egit, nisi ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent, ut conditionibus eorum frui posset.* ubi, quid *conditionem quaerere* sit, Egnatius explicat. V. Brisson. 3. de Verb. Sign. in *Conditio quoque.* Festum in *Conventa conditio.* Donat. in Terent. Andr. 1, 1, 52. [*Accepit conditionem*] *Conditio est pactio, certam legem in se continens.* et in Heaut. 2, 3, 85. ad illud *Harum duarum conditionum. Conditio est cum uno* (quid si *viro* legas?) *certam legem in se continens. Alibi Terent. Accepit conditionem, dehinc quaestum occipit.* KLOCKIUS. *sciat, sibi, si ipse hujus* Harlej. 1. *sciat, si ipse hujus* primae, quibus usus sum, edd. usque ad Aldum, qui primus vulgavit *sciat, sibi, si hujus.* Et ita reliqui codd. mei. Deinde vox *vindiciis* omittitur in Gaertn. [*vindicis* Veith.] Ceterum *conditionem filiae quaerendam esse* est, sponsum filiae circumspiciendum, quaerendum esse. *Conditio* enim eleganter notat conjunctionem vel sponsaliorum vel nuptiarum. Quemadmodum autem *matrimonium* pro uxore, sic *conditio* vel pro sponso aut sponsa, vel pro marito aut uxore poni solet. Terent. in Phorm. 4, 1, 13.

Nam hanc conditionem si cui tulero extrario.
Quo pacto aut unde mihi sit, dicundum ordine est.

id est, si hanc filiam alicui ex-

XLVI. Concitata multitudo erat, certamenque 1 instare videbatur. lictores Icilium circumsteterant: nec ultra minas tamen processum est. Quum Ap- 2 pius, *Non Virginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, et tribunatum etiam nunc spirantem, locum*

tranco uxorem obtulero. Senec. 1. de Benefic. 9. *Rusticus, inurbanus, ac mali moris, et inter matronas abominanda conditio est, si quis conjugem in sella prostare vetuit.* Justin, 11, 7. *Polliceturque se et matrimonii et spei sociam. Tam pulchra conditio prima regni felicitas videtur.* Sueton. in Caes. 27. *Octaviam sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, conditionem ei detulit, sibique filiam ejus in matrimonium petiit.* Ita Cel. Graevius legendum monuit, et locutionem inlustravit. Plinius 1. Epist. 10. *Ipse provinciae princeps hunc, inter altissimas conditiones, generum non honoribus principem, sed sapientia elegit.* Ubi videndus est Cl. Corte, ut et viri docti ad Plauti Aulul. 3, 5, 2. Etiam in scriptis jurisconsultorum hoc sensu saepe ea vox usurpatur. V. Briss. de Verbor. Signif. in voce *Conditio.* Insuper verba *si hujus vindiciis cesserit* cum Doujatio exponenda non sunt, si prosecutus non fuerit has filiae vindicias, ideoque illa servilis conditionis pronunciata sit, vel si victus fuerit actione vindiciarum a M. Claudio mota; sed potius, si permiserit filiam a M. Claudio possideri, donec lis, utrum serva an ingenua nata fuerit, dijudicata sit. Non recte etiam Klockius verba Livii intellexisse videtur. Si enim filiae possessione cederet pater, cui soli in eam jus competebat, Icilius eamdem nullo colore in libertatem vindicare poterat. Potius distincte proponit Icilius, quid patre absente facturus sit, quid etiam eodem praesente. De priori casu, quem ultimo loco proponit, testatur, se sponsam in libertatem vindicaturum, citiusque sibi vitam ereptum iri, quam ut eam desereret: ubi autem Virginius venerit, eum visurum, quid de filia agat. Sed addit simul, si M. Claudii vindiciis cesserit, ac permittat, ut ab eo possideatur, donec lis, quae mota est, dijudicata sit, se sponsam repudiaturum, et numquam uxorem ducturum, licet postea ingenua pronuncietur. Ultima igitur verba hujus cap. ita accipienda sunt, quasi dixisset, *me, antequam Virginius venerit, vindicantem sponsam* etc.

§. 1. *Lictores Icilium circumsteterant*] Primus ac sec. Pall. *circumstetere.* GEBH. *circumstetere* ex meis unus Voss. 2. Deinde *lictores circumsteterant Icilium* trajectis dictionibus Haverk.

Nec ultra minas tamen processum est] *nec ultra minas tantum processum est* Voss. 1. et Leid. 2. Error promanavit ex similitudine notarum, quibus utebantur ταχυγράφοι, *tm* pro *tantum*, et *tn* pro *tamen* scribere soliti. Ea igitur similitudo inter *tm* et *tn* efficit, ut *tantum* et *tamen* saepissime confusa fuerint in libris scriptis. Exempla ejus rei supra habuimus 1, 29, 6. 2, 18, 5. c. 37, 3. 3, 5, 12. c. 11, 11. c. 16, 1. c. 71, 8. 4, 31, 6. 5, 12, 11. c. 18, 8. c. 46, 11

seditionis quaerere, diceret; *non praebiturum se illi eo*
3 *die materiam: sed ut jam sciret, non id petulantiae suae, sed Virginio absenti et patrio nomini et libertati, datum,*

e. 48, 6. c. 51, 3. c. 52, 13. 9, 12, 6. ubi alia videri possunt. *nec ultra minas tum processum est* Lipsiens. qui error quoque ex eodem fonte profluxit. V. ad 22, 17, 5. *nec ultro minas* Harlej. 2. Alibi voces *ultro* et *ultra* commutatas in codd. scriptis fuisse, infra dicam ad 30, 16, 3.

§. 2. *Non Virginium defendi ab Icilio*] Palat. pr. ac sec. et Andreas habent *virginem*. At secundus et Campan. *Virginiam*. GEBH. *Virginium*, quod notis Gebhardi praescribitur, etiam in nullo vel cod. vel vetustiore excuso reperi, sed demum in edit. Curionis. Pro quo licet interim Gryphius anno 1554. et postea Sigonius *Virginiam* vulgarint, alii tamen *Virginium* praetulerunt usque ad Gronovium, qui denuo *Virginiam* revocavit, quod in omnibus codd. meis superest. Ceterum primae edd. *virginem non defendi* praeferunt. V. ad cap. praec. §. 1. Aldus primus reposuit *non Virginium defendi*, quo ordine etiam vocabula in Mstis conspiciuntur.

Et tribunatum etiam nunc spirantem] Ita Aldus primus vulgavit. Neque aliter erat in Mstis meis, nisi quod Gaertn. praeferat *tribunum*; Voss. 2. autem *et nunc*. De quo errore infra v. ad 22, 47, 9. et mox hoc cap. §. 9. Aldo antiquiores exhibent *et ad tribunatum*. Hinc videri posset legendum esse *et ad tribunatum etiam nunc adspirantem*. At praestat, ut codices duces sequamur. Ita Curtius 6, 9. *Ipse, apud multos copiarum duces meis praepotens viribus, majora, quam capit, spirat*. ubi videndus Modius. Adde Nic. Heinsium ad Nason. 5. Metam. 348. et quae notavi ad Silii Ital. 17, 536.

Locum seditionis quaerere] 8, [24, 12.] *Indicot Lucanos insidiis quaerere locum*. 9, [31, 6.] *Omnium principum in Samnio eo curae sunt intentae, ut insidiis quaereretur locus*. 25, [16, 6.] *Mutata repente voluntate locum gratiae apud Poenum quaerens*. 27, [2, 12.] *Quum Hannibal nocte signa moveret, locum insidiis quaerens*. Et rursus [c. 26, 2.] *Totus in suas artes versus locum insidiis quaerebat*. Videtur igitur et hac forma scripsisse Livius *locum seditioni*. J. FR. GRON. Vulgatum tuetur Cl. Corte ad Plinii 2. Epist. 1, 6. ac firmat alio loco Livii ex hoc lib. c. 50, 14. *Nihil placet aspere agi. quippe ab ipsis datum locum seditionis esse*. ubi Glareanum etiam male *seditioni* scribendum conjecisse adfirmat. Addit et plura ex aliis scriptoribus testimonia. Et sane locutionem, ut vitiosam, nemo, credo, traducet; verum illud Gronovium, ut *seditioni* mallet, permovisse existimo, quod stilus Livii, qui, si non semper, certe saepissime, atque infinitis locis ita locutus est, id videretur exigere. Ita 1, 1, 8. *Cremata patria et domo profugos sedem condendaeque urbi locum quaerere*. 2, 15, 5. *Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exsilio quaerant locum*. 3, 50, 9. *Non esse jam Appii libidini locum in domo sua*. c. 63, 7. *Ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes A-*

jus eo die se non dicturum, neque decretum interpositurum: a M. Claudio petiturum, ut decederet jure suo, vindicarique puellam in posterum diem pateretur.

pollinis est, avocavere senatum. 9, 31, 6. *Omnium principum in Samnio eo curae sunt intentae, ut insidiis quaereretur locus.* 5, 54, 4. *Dii hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt.* 35, 4, 4. *Boji sequebantur silenti agmine, locum insidiis quaerentes.* Et ita passim aliis nominibus dativum addere amavit, ubi alii casum patrium jungere solent. Supra 1, 12, 4. *Hic in Palatino prima urbi fundamenta jeci.* c. 45, 4. *Cornua monumentum ei fuere miraculo.* 2, 1, 2. *Ut haud immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudini addiderunt, numerentur.* ubi pauci codd. *multitudinis.* c. 16, 7. *Moritur gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri sumtus deesset.* ubi unus iterum *funeris.* c. 30, 9. *Is finis populationibus fuit.* ubi plures praeferunt *populationis.* c. 50, 11. *Dubiisque rebus populo Romano saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.* ita antiquae edd. vulgo nunc editur ex auctoritate Mstorum *populi Romani.* 3, 3, 5. *Forte ab Algido Quinctius consul redierat Romam. id remedium timori fuit.* c. 12, 1. *Jamque aderat judicio dies.* c. 37, 5. *Agitabat, quonam modo tribuniciam potestatem, munimentum libertati, rem intermissam, repararent.* c. 45, 2. *Ita in ea firmum libertati fore praesidium, si nec caussis, nec personis variet.* Et hic iterum unus cod. male *libertatis.* 5, 18, 3. *omen concordiae, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria nostri magistratus vos his comitiis petere in insequentem annum video.* ita Rhenanus et Sigonius ex fide codd. emendarunt, pro *rei utilis.* c. 38, 2. *Eaque res ut initium pavoris ac fugae, sic una salus fugientibus fuit.* 7, 20, 2. *Pro se quisque legatos mitti jubebat, ad petendam errori veniam.* Ita legendum conjicio, pro *erroris.* (*V. quae ibi notantur.) 9, 19, 7. *Arma, clipeus, sarissaeque illis: Romano scutum, majus corpori tegumentum, et pilum.* 23, 10, 2. *Inter cetera magnifica pollicitus, brevi caput Italiae omni Capuam fore.* ita Gronov. emendabat ex Mstis, pro *Italiae omnis.* 24, 15, 3. *Nec alia magis Romanum inpediebat res, quam capita hostium pretia libertati facta.* ubi non placet Inl. Heinsii conjectura *pretia libertatis.* 25, 16, 20. *Qui eam victimam prae se ad inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suae morti inventurum.* 26, 35, 4. *Ut magis dux, quam materia seditioni deesset.* 35, 12, 10. *Erat etiam major orationi materia, quo ex alteriore fastigio rex, quam tyrannus, detractus erat.* 37, 11, 10. *Unam viam saluti esse ratus, si vim facere per fauces portus, atque erumpere in mare apertum posset.* Ita praeferunt antiquiores edd. et quidam codd. Alii cum recentioribus excusis *viam salutis* exhibent. Ad hanc formam Curtius dixit 4, 8. *Inminens bellum, cujus multo major super-*

4 *Quod nisi pater postero die adfuisset, denunciare se Icilio similibusque Icilii, neque legi suae latorem, neque*

erat moles, otiosae peregrinationi tempora exemerat. quo loco, quod in uno cod. *otiose peregrinanti* repertum sit, Scheff. scribendum conjecit *otiose peregrinandi.* Sed mihi vulgatum magis placet. Ejusdem generis sunt, *hostis, amicus, socius populo Romano*, de quo infra v. ad 39, 47, 10. Et ita accipi debet Tacitus 2. Ann. 64. *Enimvero, audita mutatione principis, inmittere latronum globos, exscindere castella, caussas bello.* Illud, quod latronum globos inmitteret, castella exscinderet, vocat *caussas bello*, id est, caussas belli, quae forent caussae belli. Perperam autem hunc locum intelligebat Boxhorn. ad Taciti 6. Annal. 15. Quum itaque ex his pateat, quantopere similibus locutionibus Livius delectatus sit, eamdem etiam hic restituendam judicarem, si vel unus alicujus fidei codex addiceret. At nunc constanter in vulgatum consentiunt omnes, quibus utor, membranae. Mox *non praebiturum se eo die materiam*, omissa voce *illi*, Gaertn.

§. 3. *Non id petulantiae suae, sed Virginio absenti et patrio nomini et libertati datum*] *non petulantiae*, neglecta voce media, Harlej. 2. et Haverk. *non ut petulantiae suae* Voss. 2. Leid. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. *spectulantiae* Klockian. Deinde prius *et* omittitur in Leid. 1. et Portug. at *et patrio nomini libertatique datum* habet Haverk. *et patrio nomine libertati datum* Gaertn. Ceterum voces bene multae *materiam: sed ut jam sciret*, etc. *datum, jus eo die* desunt in Lipsiens. culpa librarii, cui repetitio vocum *eo die* errandi occasionem dedit. V. infra ad 9, 11, 11.

Jus eo die se non dicturum, neque decretum interpositurum] Sigonius 3. de Antiq. Jur. Provinc. 5. exponit, *neque judicem, qui cognoscat, daturum, neque ipsum aliquid decreturum.* Verba *jus dicere* etiam judicis dationem comprehendere possunt. Sed haec interpretatio eamdem caussam et juris ordinarii et cognitionis videtur facere. Praeterea Sigonio, hic *jus dicere* interpretanti *judicem dare*, ideo nondum adsentiri possum, quod non scio, an discrimen illud causarum, ut magistratus, qui jurisdictioni praeerat, in aliis judicem daret, de aliis ipse cognosceret, jam tum notum fuerit, vel saltem tam late, quam deinde, patuerit. Nam in hac historia Livii de decemviris earumque jurisdictione, et l. 2, 27. ubi consules de pecuniis creditis jus dixisse traduntur, nihil est, unde quidquam de judicibus ab his datis intelligi possit: quod fortassis deinde, postquam Praetores edicta coeperunt proponere, et aucto Romae hominum litiumque numero, demum in usum venit. Nec necesse est, vocem *judicis*, quam e duodecim tabulis memorant scriptores veteres, ad hoc genus judicum trahi, quamvis Ulpianus videri possit ita accepisse l. 2. §. 3. D. Si quis caution. in jud. sisti. Quidquid est, non verosimile est, totam illam rem jam tum ita, ut deinde, ordinatam et constitutam fuisse. Jurisconsulti Celeberrimi, quorum scriptis agitata est controversia, utrum caussae liberales ordinarii juris, an cognitionis fuerint, hunc locum, quem ad id argumentum

decemviro constantiam defore: nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coërcendos seditionis auctores.

pertinere apertum est, quasi de compacto praetereunt. Fortassis quod et ipsi putarunt, in his initiis et quasi incunabulis juris Romani nondum eamdem, quam posterioribus temporibus, rationem jurisdictionis fuisse; ob eamque caussam in eo nihil vel ad defendendam vel ad impugnandam alterutram sententiam momenti esse. Verborum Livii hanc sententiam esse puto, se neque de ulla alia, vel neque de hac caussa eo die amplius esse cogniturum, neque decretum, quod caussae cognitionem sequebatur, interpositurum. DUK. *jus se eo die non dicturum* Gaertner. et Fragm. Hav. [Voith.] *justo die se non dicturum* Florent. et Leid. 1. quod etiam Rhenanus, ut infra cap. seq. ad §. 4. testatur, in cod. Borbetom. invenit, neque absurdum credidit. *Dicere* enim simpliciter accipit pro jus dicere; *justum diem* autem, quo posset jure sententiam dicere. Verum aliud per *justos dies* intelligi, quam intelligendum existimat Rhenanus, Klockius docere voluit jubendo, ut videantur Scalig. ad Fest. v. *Justi dies.* et Gellius 20. N. A. 1. Praeterea in Palat. pr. et tert. se mutata distinctione invenisse *libertati datum jus. se eo die non dicturum* Gebhardus etiam profitetur; Palat. autem secundum et antiquas edd. vulgatae lectioni et distinctioni favere. V. infra ad cap. seq. §. 4. Ego receptam lectionem veriorem puto.

Ut decederet jure suo, vindicarique puellam in posterum diem pateretur] *ut decedere jure suo* Harlej. 1. *ut decederet a jure suo* Gaertn. *ut cederet jure suo* Neapolit. Latinii. Male. Alterum enim reliquorum eodicum unanimis consensus defendit, et quod alibi ita Livius loqui soleat. Supra hoc lib. c. 33, 10. *Decessitque jure suo, ut tantum de vi magistratus populi libertati adjiceret.* ubi plura vide. Mox *vindicari puellam*, omissa conjunctione *que*, Gaertn.

§. 4. *Nisi pater postero die adfuisset*] *in postero die* Fragment. Hav. a m. 1. reliquis invitis; quare a manu emendatrice recte praepositio *in* deleta est.

Neque legi suae latorem neque decemviro constantiam defore] *eque legi suae latorem* Lipsiens. *neque legis suae latorem* Gaertn. ubi sibilus in fine vocis *legis* adhaesit ex principio sequentis *suae*. V. ad 28, 25, 2. Tum vocem *neque* secundo loco omittit Florent. Deinde *viro*, pro *decemviro*, Lipsiens. Forte per compendium scriptum fuerat *xviro.* nota vero numeri, denarii excidit. Tandem *constantiam deferre*, pro *defore* Gaertn.

Nec se utique collegarum lictores convocaturum] *neque se utique* Lipsiens. Gaertn. et Haverk. quod scribis ideo forte praestare visum est, quoniam *neque* praecesserit, cui non recte *nec* subjici posse existimabant. Sed vide, quae infra notantur ad Liv. 9, 9, 14. Mox *seditionibus*, pro *seditionis*, Lipsiens. V. infra ad 22, 8, 7.

§ 5. *Pergere inde recta ad portam*] *pergere indirecta ad portam via* Portug. *pergere inde via recta ad portam* Voss. 2. *pergere inde recta via ad portam* Harlej. 2. et Haverk. Ita Livius infra loquitur 32, 29, 6. *Cornelius recta ad Insubres via*

5 *contentum se suis lictoribus fore.* Quum dilatum tempus injuriae esset, secessissentque advocati puellae, placuit omnium primum, fratrem Icilii filiumque Numitorii, inpigros juvenes, pergere inde recta ad por-

qui tum in armis erant, Cenomanis adsumtis, Q. Minucius in laeva Italiae ad inferum mare flexit iter. et ita *recto itinere* 5, 38, 5. *Recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent.* 38, 45, 8. *Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumseras.* Attamen τὸ *via* hoc loco a sciolo additum puto. Cur autem ita sentiam variae caussae sunt. Primo quod in codd. integerrimis ea vox non reperiatur; deinde, quod inter ipsos illos codices, qui exhibent, non conveniat, ubi inserenda sit; denique quoniam Livius alibi quoque eam omittere solitus fuerit. Infra 10, 35, 4. *Praebuere speciem recta tendentium ad castra obpugnanda.* 38, 56, 9. *Quum a porta recta ad forum se contulisset.* Pari modo *eadem*, pro eadem via, infra est 4, 33, 11. *Alterum agmen fertur per castra in urbem: eadem et Romanos sequentes inpetus rapit.* Ita optimi codd. Vide, quae eo loco notantur. *media* pro media via exponitur infra 9, 12, 2. *Sero ac nequidquam laudare senis Pontii utraque consilia, inter quae se media lapsos victoriae possessionem pace incerta mutasse. alia* pro alia via 21, 56, 2. *Decem millia ferme hominum, quum alia evadere nequissent, media Afrorum acie, quae Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti caede hostium perrupere.* ubi v. Gronov. *aliqua* 38, 30, 7. *Ut aliqua liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam aliove quo mitterent legatos.* ubi vide. Pari ratione etiam Graecos vocem ὁδὸν in contextu orationis subprimere solitos fuisse, docuit Doct. Lamb. Bos in Ellips. Graec. in Ellipsi nominum, voce ὁδός. Saepe autem librarii soliti fuerunt illa, quae eleganter per ellipsin omittebantur, et a veterum scriptorum enarratoribus exponendi caussa in margine codd. adscripta erant, in ipsum contextum recipere. Exempla ejus rei infra v. ad 37, 18, 1. Ceterum *pergere inde recte ad portam* a principio scriptum fuerat in Gaertn. Sed *recta* ab eadem manu emendatum est. Paullo ante *dilatum tempus esse injuriae*, pro *injuriae esset.* Harlej. 2.

Quantum accelerari posset, Virginium acciri e castris] *quam accelerari posset* Portug. Sed suspicor, librarium, quemadmodum *tm̄* pro *tantum* scribi solebat, etiam *qm̄* pro *quantum* scripsisse, inde vero natum esse *quam.* Alibi etiam haec vocabula confunduntur. V. infra ad 5, 4, 1. Praeterea *e castris acciri,* transpositis dictionibus, Fragm. Hav.

§. 6. *Si postero die vindex injuriae ad tempus praesto esset*] *si et postero die* Leid. 2. *sed postero die* Lipsiens. Deinde *ad tempus praesto fuisset* Portug. [*injuriae tempus praesto non esset* Veith.] Mox in verbis sequentibus *praeferunt*, pro *perferunt*, Leid. 1. V. ad 38, 28, 8.

portam, et, quantum adcelerari posset, Virginium adciri e castris. In eo verti puellae salutem, si 6
postero die vindex injuriae ad tempus praesto esset. Jussi pergunt, citatisque equis nuncium ad patrem perferunt. Quum instaret adsertor puellae, ut vin- 7

proferunt Lipsiens. et Haverk. V. ad 5, 4, 12.

§. 7. *Quum instaret adsertor puellae*] Vox mendosa *assertor*, Nam paullo ante de M. Claudio dixit [c. 44, 8.] *Jam a vi tuta erat, cum assertor nihil opus esse multitudine concitata aït.* Hic vero de Icilio aït. Si autem quaeras, cui instabat Icilius? utrum satis est dixisse, ut vindicaret? Videat itaque lector, quid de hoc loco sentiat; nam mihi suspectus est. GLAR. *Assertorem* vocat *puellae* non L. Icilium, ut putat Glareanus, sed M. Claudium, qui instabat, ut Icilius Virginiam vindicaret usque in posterum diem, datis sponsoribus, fore ut ea postridie sisteretur. Sic etiam supra eum vocavit [c. 44, 8.] †. „Glareanus hunc locum dubium reliquit, nihil definivit. Sed Sigonius non explicat, ut Icilius vindicarit. nam ibi est difficultatis nodus.“ †.SIG. Utique Glareanus definivit, vocem *adsertor* mendosam esse, eamque de Icilio dici. Id vero recte Sigonius negavit, docens de M. Claudio, de quo supra adhibita erat, etiam hic adhiberi. Eadem hac voce idem M. Claudius, qui Virginiam in servitutem adserebat, similiter infra indicatur c. 47, 8. *Quum repelleretur adsertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum.* et c. 58, 10. *M. Claudius adsertor Virginiae, die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam poenam, dimissus Tibur exsulatum abiit.* Ratio erat, quod, ut Livius supra narravit c. 44, 5. Appius *M. Claudio clienti negotium dederat, ut virginem in servitutem adsereret.* Quin et de M. Claudio vocem *adsertor* accipiendam esse, non de Icilio, verba sequentia evincunt, ubi ab adsertore, instante ut Virginia vindicaretur, aperte distinguitur Icilius ei respondens. Non video autem, cur, si quaeratur, cui instabat Icilius, sive potius M. Claudius? non satis visum fuerit Glareano dixisse, ut vindicaret. Certe nihil difficultatis vidit in simili locutione supra 2, 4, 3. *Evincuntque instando, ut literae sibi ad Tarquinios darentur.* Nam et ibi si quaeras, cui institerint legati? ex Livio nihil aliud responderi potest, quam ut literae sibi ad Tarquinios darentur. Similia loca plura addi possent, nisi res per se manifesta foret. Contra verum non est, Sigonium non explicaro, quemadmodum Icilius vindicarit, id est, possessionem libertatis Virginiae in posterum diem petierit, quum addat, datis sponsoribus, fore, ut ea postridie sisteretur. In lite enim vindiciarum, *cum litigatur de ea re, cujus incertum est, quis debeat esse possessor, qui eam tenet, satisdat pro praede litis vindiciarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua jurgium esset*, ut inquit Asconius ad Cic. 1. in Verr. 15. Et hinc M. Claudius nihil aliud

dicaret, sponsoresque daret; atque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens, dum praeciperent iter nuncii missi in castra, manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spon-

petit, quam *ut* Icilius *vindicaret*, *sponsoresque daret*, id est, ut vindicaret sponsoribus datis. Ita enim mox hoc cap. inquit Liv. *Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis.* De lite vindiciarum plura vide apud Sigonium de Judiciis 1, 21. De significatione autem vocum *vindicare* et *vindiciae* vide, quae ex Hotomanno supra notantur hoc lib. ad c. 45, 2.

Ut vindicaret, sponsoresque daret] In quibusdam codd. vox *sponsores* ad marginem exposita erat per voces *vades*, *promissores*. Eas mox alii in contextum receperunt, scribendo *ut vindicaret*, *vades promissores*, *sponsoresque daret*, quomodo ex meis praefert Fragm. Hav. et Hearnius se Oxonii in codd. N. et C. reperisse testatur. Idem error est, ac supra notavimus hoc lib. c. 44. ubi §. 4. quidam codd. etiam legebant *pretio ac spe in fraudem inducere pellicere adortus.* ad quem locum plura vide. *sponsosque daret* perperam est in Leid. 2.

Atque id ipsum agi diceret Icilius] *atqui id ipsum* Fragm. Hav. V. mox infra ad §. 9. *etque id ipsum* Harlej. 2. *atque ad ipsum* Voss. 1. Leid. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk.

Sedulo tempus terens] *tenens* Harlej. 1. Male. Supra 3, 7, 3. *Quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent.* ubi plura vide.

Dum praeriperent iter nuncii missi in castra] Repone *dum praeciperent iter*, hoc est, antecaperent. de qua verbi hujus significatione supra admonuimus, castigantes libro sec. [c. 27, 4.] locum illum, *Adeo in alteram caussam non collega solum praeceperat.* Sic libro proxime sequenti [c. 27, 5.] *Nec ex quo castris*, inquit, *castra conlata sunt*, *cessatum a levibus proeliis est*, *facile patiente dictatore*, *conferendo vires spem universae victoriae*, *tentato paulatim eventu certaminum*, *suos praecipere.* RHENAN. Cum alias in vetustis edd. legeretur *dum praeriperent iter nuncii*, emendavit Rhenanus *dum praeciperent iter nuncii*. Palat. pr. ac tertius non multum dissentiunt *dum praeriperent internuntii.* Magis sec. *dum viam praeciperent internuntii.* Videatur l. 1, 1. Crepundior. GEBH. *dum praeriperent iter nuncii*, ut ante Rhenanum edebatur, habent Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. N. et C. *dum perciperent internuncii* Voss. 1. et Leid. 2. *dum praeciperent internuncii* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. et Klockian. Verum quum ita sensui aliquid deesse animadverterent librarii, id varie supplere tentarunt. Nam *dum viam praeriperent internuncii* est in Haverk. *dum praeriperent iter internuncii* in Portug. qui tamen in margine obfert *praeciperent.* Soli hic Florent. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. recte exhibent *dum praeciperent iter nuncii. Praecipere* et *praeripere* saepissime inter se commutantur. V. infra ad 22,

dendum Icilio ostendere. Atque ille lacrimabun- 8
dus, *Gratum est*, inquit; *crastina die vestra opera utar.*
sponsorum nunc satis est. Ita vindicatur Virginia,
spondentibus propinquis. Appius, paullisper mora- 9

41, 9. ubi etiam locutio *praecipere iter*, *viam*, pluribus inlustratur. Ex *iter nuncii* autem facili lapsu *internuncii* formari potuit, praesertim quo tempore nondum divisis ac distinctis vocibus unica serie scribi solebat *iternuncii*, pro quo librarii se *Iternuncii* scriptum videre existimarunt. *Iter* autem et *Iter* sive *inter* etiam alibi commutantur. V. ad 5, 37, 4. [*dum praeriperet iter nuntii* Veith.]

Se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere] *Icilio dicere* Hearnii Oxon. B. Verum tollendo manus non *dicebant*, sed *ostendebant* proprie, se paratos ad spondendum esse. Quamvis, si plures certioresque codd. id vellent, *dicere* accipi posset de eo, qui mentem non tantum verbis, sed quocumque alio modo palam faciebat.

§. 8. *Crastina die vestra opera utar*] Ita primus Aldus edidit, cum quo stant omnes codices, certe mei. Vetustiores autem excusi habent *crastino die*. V. supra hoc lib. ad c. 20, 4.

§. 9. *Paullisper moratus*, *ne ejus rei caussa sedisse videretur*] *paullisper morat*, *ne* Lipsiens. quod pro *paullisper moratur* accipi potest. Saepe enim notam, qua terminus finalis tertiae personae verbi passivi exprimi solet, a librariis vel omissam, vel contra mentem scriptoris additam esse, infra videbimus ad 10, 10, 1. Verum ita oratio aliter interpungenda foret, hoc modo. *Appius paullisper moratur*, *ne ejus rei caussa sedisse videretur. Postquam omissis rebus* etc. Attamen vulgatum praefero, ut ita oratio uno ambitu cohaereat. Deinde vocem *rei* nesciunt typis descripti vetustissimi. Primus eam adjecit Aldus; cui consentiunt manu exarati omnes. *sedisse* vero nempe ut judex, de quo verbum hoc cum emphasi usurpari solet. Infra 40, 8, 7. *Ibi quum consedisset: sedeo, inquit, miserrimus pater judex inter duos filios, accusatorem parricidii et reum.* Valer. Max. 6, 2, 5. *Quum in senatorem nocentem et infamem reum judex sedisset, tabellaeque Cn. Pompeji, laudationem ejus continentes, prolatae essent.* Cic. pro Cluent. 38. *Si quis quaereret, sedissentne judices in C. Fabricium? sedisse se dicerent.* Pro Rabir. Post. 5. *Modo vos iidem in A. Gabinium judices sedistis. num quis testis Postumum adpellavit.* Propert. 3. Eleg. 17, 27.

Non tamen inmerito Minos
sedet arbiter Orci.

ubi v. Passerat. Phaedrus 1. fab. 10, 6.

Tunc judex inter illos sedit
Simius.

ubi videndi docti interpretes. Adde, quae viri docti notarunt ad Minucii Felic. Octav. 4. et Brisson. de Verbor. significat. in voce *Sedere.* Et ita *considere* infra 4 15, 2. *Se ad caussam cognoscendam consedisse.* (* 26, 48, 9.)

Postquam, omissis rebus aliis prae cura unius, nemo eum

tus, ne ejus rei caussa sedisse videretur, postquam, omissis rebus aliis prae cura unius, nemo adibat, domum se recepit; collegisque in castra scribit, *ne Virginio commeatum dent, atque etiam in custodia ha-*

adibat] Pronomen *eum* inter praelegendum adjecit aliquis. Non est in exemplari Borbetomagensi. subauditur autem *tribunal*, vel simile quippiam. RHEN. Palat. sec. legit *pro cura unius, praetorium ejus nemo adibat*, a liberalitate glossatoris. Nam vulgata lectio legitima mihi videtur. GEBH. *omissis aliis*, media voce exsulante, Portug. Eamdem vocem neglexit Liv. supra hoc lib. c. 23, 3. *Fabius, omissis omnibus, praedam ex castris raptim Antium convehit.* Hic tamen unius cod. auctoritas haud satis gravis est, ut ejus fide vocem, quam reliqui omnes tuentur, convellam. Mox *pro cura unius nemo adibat* Voss. 1. *procuria unius nemo adibat* Gaertn. *praetura unius nemo adibat* Leid. 1. ubi *praetura* errore descriptoris, pro *prae cura*, datum esse, quisque videt. Et tamen in similem codicem forte inciderunt librarii codd. Oxoniensium B. et L. 1. qui, ut et N. in margine, praeferunt *omissis rebus aliis praetorium ejus nemo adibat.* Pariter etiam in talem incidit interpolator cod. Portug. qui, pro vulgata lectione *prae cura unius nemo adibat*, quae in contextu exstat, margini aliam *praetorium unus cura nemo adibat* adscripsit. Nec multum inde differt, quod exstat in Harlej. 2. *prae cura unius praetorium nemo adibat*, et in Haverk. *prae cura unius praetorium ejus nemo adibat.* et denique in Oxon. L. 2. apud Hearnium *prae cura unius praeturam nemo adibat.* At has scripturas ex librariorum interpolatione natas esse nullus dubitabit, qui in memoriam vocaverit, non esse saeculi Liviani, ut locus, in quo magistratus in urbe jus dicunt, *praetorium* vocetur. V. Cel. Perizon. in Dissert. de Praetorio §. 32. et seq. Ceterum ex illorum codd. licet vitiosa, lectione patet, recte Rhenanum vocem *eum* expunxisse, quae neque in reliquis codd. nisi in uno tantum Harlej. 1. conspicitur.

Domum se recepit, collegisque in castra scribit] *domum se recipit* Voss. 2. quomodo forte librarius dedit, quod sequatur verbis proximis *scribit.* Sed tempora diversa, et praeteritum quidem ac praesens, saepe jungi solent. Supra 1, 30, 1. *Eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitavit.* c. 41, 1. *Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejecit, simul, quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo comparat.* Ita enim plurimi et optimi codd. omnesque antiquae edd. praeferunt pro *ejicit.* c. 59, 12. *Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, praefecto urbis jam ante ab rege instituto, relinquit.* ubi etiam variant scripti et editi. 2, 48, 8. *Tum Fabia gens senatum adiit. consul pro gente loquitur.* hoc lib. c. 38, 4. *Decemviri consultant, quid opus facto sit. destitutis inter Patrum et plebis odia addidit terrorem insuper alium fortuna. Aequi alia ex parte castra in Algido locant.* ita codd.

beant. Inprobum consilium serum, ut debuit, fuit: 10
et jam commeatu sumto profectus Virginius prima vigilia erat, quum postero die mane de retinendo eo nequidquam literae redduntur.

scripti. vulgo edebatur *addit.* 4, 19, 4. *Se in pedes excepit. Adsurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit.* ubi etiam turbarant scripti et excusi. V. etiam ad 4, 57, 8. 5, 27, 3. c. 29, 5. c. 45, 8. 6, 33, 3. aliisque locis. Videnda insuper, quae notarunt Cel. Corte ad Sallustii Jug. 13, 6. c. 26, 3. ad Plinii 2. Epist. 14, 10. et Ep. 17, 23. Cel. Burmann. ad Gratii Cyneg. 44. etiam J. Fr. Gronov. ad Liv. 29, 27, 5.

Atque etiam in custodia habeant] *atque et in custodia* Voss. 2. V. supra hoc cap. §. 2. et mox §. seq. *atqui etiam in custodia* antiquiores, quos vidi, typis exarati. Ascensius annis 1513. et 1516. et postea Aldus *atque* restituerunt, quod etiam superest in omnibus Mstis. V. paullo ante hoc cap. ad §. 7.

§. 10. *Et jam commeatu sumto profectus Virginius prima vigilia erat*] Lege ex fide Vet. lib. *jam enim commeatu sumto.* SIG. Palat. sec. praefert *jam enim commeatu sumto*; nimirum religioni ducens, a Sigoniano gemello suo divertere. GEBH. *jam enim commeatu sumto* etiam Harlej. 2. et Haverk. plerumque Sigonii Vet. lib. et Gebhardi Palat. secundo consentire soliti. Eamdem lectionem etiam Hearne in Oxon. B. superesse auctor est. *et commeatu sumto* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Una voce olim *etiam commeatu* scriptum fuisse puto; pro eo deinde per compendium datum esse *et commeatu*, tandem vero virgulam supra scriptam negligentia librarii omissam esse. V. paullo ante ad verba proxima. Deinde *summa vigilia erat* Klockian. Ceterum vir doctus ad oram editionis Curionis conjicit, legendum esse *prima vigilia aderat*, quod non modo ob codicum dissensum probari nequit, verum etiam quoniam verisimile non fiat, fratrem Icilii filiumque Numitorii, quamvis inpigros juvenes, tantum itineris praecepisse, ut Virginius sumto commeatu ex castris profectus adesse, nempe Romae, prima vigilia potuerit, quum demum postero die mane literae Appii de retinendo Virginio decemviris in castris redderentur. Certe Dionys. etiam Virginium demum περὶ λύχνων ἀφὰς, sive circa tempus quo lumina accenduntur, ex castris profectum esse tradit l. 11. p. 714. Id autem tempus paullo ante primam vigiliam fuisse, colligitur iterum ex eodem loco Dionysii, ubi addit, Virginio περὶ τῶν λύχνων ἀφὰς profecto, sero advenisse nuncios Appii, qui literas tradiderunt περὶ πρώτην μάλιστα φυλακήν. Unde iterum dissensus Livii et Dionysii adparet. Nam secundum Livium Virginius ex castris profectus est prima vigilia; literae Appii decemviris redditae sunt postero die mane. At secundum Dionysium Virginius Romam abiit circa tempus, quod dicitur *luminibus accensis*; T. Antonius literas Claudii accepit circa primam vigiliam. In eo tamen inter eos convenit, artificium Appii frustra fuisse, et ante lite-

1 XLVII. At in urbe prima luce, quum civitas in foro exspectatione erecta ſtaret, Virginius sordidatus filiam suam obsoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum
2 deducit. Circumire ibi et prensare homines coepit;

ras ejus redditas Virginium Romam avolaſſe.

De retinendo eo nequidquam literae redduntur] *nequiquam* Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 40, 47, 9. *nequaquam* Voſſ. 2. a manu interpolatrice. V. supra ad 2, 58, 8. [*retinendo eo frustra sine causa nequicquam* Veith.]

§. 1. *Filiam suam obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis*] Antiquitus cusi et MSS. Palatini *filiam secum obsoleta veste*. GEBH. Usque ad Curionem omnes video habere veteres *filiam secum obsoleta veste*. Ille dedit *suam*, contra noſtros certe codd. Suspicor legendum *Virginius sordidatus filiam cum obsoleta veste*. Solent enim particulam illam in his non spernere. Ut de Scipione [29, 19, 12.] *cum pallio crepidisque inambulantem*. Cicero [de clar. Orat. 14.] *Sacrificium publicum cum laena faceret*. Liv. 35. [34, 7.] *Liberos et conjugem ejus cum sordida veste, tenentes velamenta supplicum, concionem frequentem adire jubent*. J. FR. GRON. Ut hae matronae de partu non supposito teſtarentur. Dionys. Hal. 11, 34. ut in Terentii Andr. 4, 4, 31. Adde l. 1. §. 10. D. de Inſpic. ventr. DUK. *filiam suam* ante Curionem jam receperant Basileenses anno 1539. Sed *filiam secum obsoleta veste* praeferunt Voſſ. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. neque aliter ex Oxon. B. N. et C. laudavit Hearne: quod Gronovius priori edit. not. ad 35, 8, 5. praeferebat, exiſtimans illud, *deducere secum*, aliquid habere, quod magis deceat patriam majeſtatem, quoque tollatur ambiguitas verbi, quum saepe sit, *deducere*, nudum et solum honorifici officii. Si quid tamen mutandum, potius cum eodem Gronov. ad hunc locum legerem *filiam cum obsoleta veste*. De usu vero illo praepositionis *cum* in hac re infra dicam ad 4, 10, 2. [*filiam secum obsoletam vestem* Veith.]

Cum ingenti advocatione in forum adducit] Scribendum *in forum deducit*. RHEN. MS. *deducit*. Advocatio eſt amicorum coactorum ad opem ac favorem praeſtandum facta coïtio. V. Briſſon. de verb. sign. in v. *Advocati*. KLOCK. Parva differentia Palat. sec. *in forum adducit*. GEBH. *adducit*, ut ante Rhenanum edebatur, Voſſ. 1. Leidens. 2. Lipsiens. et Haverk. Sed reliqui omnes servant *in forum deducit*. quod etiam verius eſſe Rhenano consentio. *invocatione* autem, pro *advocatione*, habet Lipsiens.

§. 2. *Circumire ibi et prehensare homines coepit*] Vet. lib. *prensare*. SIG. *circuire* quaedam primarum edd. At scripti, hic certe, conſtanter *circumire*. V. mox ad §. seq. Utro modo scribendum sit, an *circumire*, an *circuire*, non convenit inter viros doctos. Nihil definit Dausquejus in Orthogr. parte 2. in

et non orare solum precariam opem, sed pro debita petere, *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie ſtare: nec alium virum eſſe, cujus ſtrenue ac ferociter facta in bello plura memorari poſſent. Quid prodeſſè, si, incolumi urbe, quae, capta, ultima timean-*

v. *circumeunt.* Prius placet Cl. Cortio ad Salluſtii Jug. 45. poſterius Cel. Burmanno ad Phaedr. 3. fab. 19, 5. et Doct. Oudend. ad Lucan. 1, 606. Deinde *ille*, pro *ibi*, Portug. Denique *prensare*, ut Sigonius volebat, etiam plerique noſtri. V. infra ad 4, 48, 11. *pensare* tamen habet Harlej. 1. *proehensore* Lipsiens. a m. 2.

Et non orare solum precoriam opem] *honorate*, pro *orare*, Leid. 2. *honerote* Voſſ. 1. *exorare* et *exonerore* haud absimili ratione in Mſto Plinii confundi docuit Cl. Corte ad Plin. 2. Ep. 5, 6. Mox pronomen *Se* deeſt in Harlej. 1. sequens vocula *pro* in Lipsiens.

Nec alium virum esse, cujus strenue ac ferociter focta] *ferociter* in bonam partem, aït Freinshemius in Ind. Curtii. Et fortaſſis defendi poteſt ex iis, quae Doct. Cortius adnotavit ad Salluſtii Catil. 11. et Jugurth. 106. Haud scio tamen, an hic quoque *ferociter* suppositum sit pro *fortiter*, ut supra c. 39. *ferocior*, pro *fortior. fortes ac strenui* conjungi solent. Liv. 4, 3. *Vir fortis oc strenuus.* 23, 3. *Virum fortem oc strenuum.* c. 15. *Fortem ac strenuum socium.* Salluſt. Catil. 51. *Virum fortem otque strenuum.* Cato de R. R. in princ. *Ex ogricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur. Et fortiter facere* proprie dicuntur milites. V. interpretes Petronii 9. DUKER. *nec virum alium in exercitu esse* Harlej. 2. *nec alium virum in exercitu esse* Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] *nec alium virum esse in exercitu* apud Hearnium Oxon. B. et L. 1. Deinde *cujus fortiter oc ferociter* Fragm. Hav. a m. 1. *cujus strenue ac fortiter focta* mallet Doujatius, si vetuſti libri paterentur. Nesciebat enim, an Virginius de se loquens ferociam ipse suam honeſte jactaret. Et ita Palat. secundum praeferre auctor eſt Gebhardus supra hoc lib. c. 39, 7. A conjectura hac tamen abſtinuiſſet anteceſſorum Parisiensium primicerius, si in memoriam revocaſſet, *ferociter* bono sensu a Livio hic usurpari pro fortiter, ac propterea Virginium, si *fortitudinem*, eodem etiam sensu *ferociom* suam honeſte jactare poſſe. Lectionem igitur, quae in Palat. sec. exſtat, ex gloſſemate profluxiſſe exiſtimo. Eo sensu vero vocem *ferox* uſurpari a Livio solere, supra dictum eſt ad 3, 39, 7.

Si incolumi urbe, quae capta ultima timeantur, liberis suis sint potiendo] Vocula *si* abeſt in Harlej. 1. Ejus loco *se* praefert male Haverk. Deinde *quae captoe ultima timeantur* Leid. 2. *quoe in capta ultima timeantur* Harlej. 2. et Hav. [Veith.] Sed neutrum rectum. *quaequoe copto ultima timeantur* Ilockian. id eſt, quaecumque. quod non diſpliceret, si plurium codd. fide niteretur. V. infra ad 27, 28, 2. et supra ad 2, 2, 1. Nunc autem, quum reliqui codd. dis-

3 *tur, liberis suis sint patienda?* Haec prope concionabundus circumibat homines. Similia his ab Icilio jactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu,
4 quam ulla vox, movebat. Adversus quae omnia

sentiant, existimandum est, perperam librarios *τὸ quae* repetiisse; quemadmodum *quamquam* dederunt, pro *quam*, supra 2, 54, 9. *quidquid*, pro *quid*, 5, 52, 13. Mox pronomen *suis* exsulat a Leid. 2. quod vox sequens *sint*, fere iisdem literarum ductibus constans, intercepisse videri potest. Paullo ante *τὸ si* aberat ab Harlej. 1. quod et ipsum ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis *prodesse* intercidisse puto.

§. 3. *Haec prope concionabundus circumibat homines*] Doujatius praefatus, *concionari aliquid* pro eo, quod est, de re aliqua concionem habere, satis novum videri nosse, addit, magis adhuc mirum esse *Haec concionabundus*, et tamen eodem loquendi genere Livium uti l. 5. et l. 10. Verum observandum est, exempla locutionis hujus non ipsum Doujatium ex lectione Liviana observasse, sed aliunde hausisse. Et quidem ea descripsit ex famoso Calepino, sed in describendo lapsus est. In ejus enim lexico vox *concionabundus* reperiri dicitur apud Liv. l. 5. ab Urbe, l. 3. ab Urbe, et l. 10. D. IV. Prior autem exstat l. 5, 29, 10. medius hic est, quem in manibus habemus, postremus l. 40, 27, 8. Doujatius itaque, vel nimia festinatione *D.* IV. omittens, vel per inperitiam nesciens illis notis l. 10. decadis IV. adeoque l. 40. intelligi, ejus loco librum 10. laudat. Praeterea, si ipsa loca indagata inspexisset, deprehendisset, l. 5. quidem ipsam locutionem *haec concionabundus* obcurrere; at l. 40, 27, 8. solam tantum vocem *concionabundus* absolute sine casu adhiberi. nam verba sunt: *Omnes portas concionabundus ipse imperator circumiit.* cum igitur huc non pertinere. Hoc primum. Deinde, cur *concionari aliquid* satis novum videri promeruit Doujatio? An forte, quia ejus locutionis nullum exemplum Calepinus subgessit? Nosse tamen oportuisset Livii editorem, cum etiam alibi ita locutum fuisse: ut 22, 14, 15. *Haec velut concionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo.* et aliis locis. Ipse vero caussam dicat, cur magis adhuc mirum putet *Haec concionabundus*, quam *haec concionari*; ego enim me eam nescire profiteor, qui didici, vocabula illa verbalia in *bundus* saepe casum verbi, unde declinantur, adsciscere, adeoque alterum altero magis mirum non videri. Eo modo *populabundus agros* dixit Sisenna apud Gellium 11, 15. *Populabundus agros ad oppidum pervenit. vitabundus castra* Liv. 25, 13, 4. *Vitabundus castra hostium consulesque, qui in Samnio erant, quum Benevento jam adpropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit.* Sallust. in Fragm. l. 3. Histor. *Ea inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit.* (* v. viros doctos ad Suet. Tib. 65. *speculabundus identidem signa.*) Ceterum *Hic prope concionabundus* Portug. a m. 1. Deinde *circuibat* idem

obſtinato animo Appius (tanta vis amentiae verius, quam amoris, mentem turbaverat) in tribunal escendit: et, ultro querente pauca petitore, *quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non eſſet*, priusquam

cod. cum Fragm. Hav. et quibusdam vett. edd. V. supra hoc cap. §. 2. (* 9, 27, 4.)

§. 4. *Adversus quae omnia obstinato animo Appius*] Vocem *omnia* non agnoscit Harlej. 1. *abstinato animo* habet Florent. De hoc errore v. supra ad 2, 65, 5.

In tribunal ascendit] *in tribunal escendit* conjecit Klockius, idque obfert Florent. optimus; quod cur ſpernerem, cauſſae nihil eſt. In contextum itaque recepi, licet manus recentior, a qua codex ille interpolatus eſt, pro eo dederit *ascendit*. Ita supra idem cod. praefert 2, 28, 6. *Dimisso senatu, consules in tribunal escendunt*. quo etiam loco a m. 2. mutatur in *ascendunt*. Nisi demum poſt illa typis deſcripta excerpta hujus codicis nactus fuiſſem, ibi etiam ita vulgari curaſſem, quum et unus Klockii, unusque Gebhardi, ita pariter exhibeant. De verbo *escendere* pluribus ad eum locum actum eſt.

Quod jus sibi pridie per ambitionem dictum non esset] Vocabulum *jus* non eſt in libro veteri; ut putem, abſolute uſurpari a Livio *dicendi* verbum. Proinde libet credere, non prorsus abſurdam eſſe paulo superius [c. 46, 3.] manuſcripti cod. lectionem, ubi scriptum eſt, *justo die se non dicturum*, pro eo, quod in vulgatis edd. legitur, *jus eo die se non dicturum*. Nam forte *justum diem* vocat, quo poſſet jure dicere, subaudi sententiam, vel jus. Ceterum *per ambitionem dictum non esset*, intellige per gratiam. unde *ambitiosa decreta* Jureconsultis per gratiam facta, quae reſcindi jubet Ulpianus [l. 4. ff. de decret. ab ord. fac.] RHEN. V. Briſſon. de verb. signif. verbo *Ambitus*. et Hotom. in Comment. verb. jur. v. *Ambitiosae*. KLOCK. Abeſt a Pall. primo ac tertio Campanique ed. vocabulum *jus*. quod meo animo rectius subintelligeretur, quandoquidem et illud reſpuit Rhenani codex. Palat. sec. trajectis verbis praefert *quod sibi pridie jus dictum per ambitionem non esset*. Supra vero c. 46. quod legit Rhenanus *justo die se non dicturum*, revincunt eum Pall. Mſti codd. et antiquae edd. in quibus hac et illic vulgatae lectioni diſtinctionique favent. At Pall. pr. ac tertius *Virginio absenti et patrio nomini et libertati datum jus. se eo die non dicturum*. GEBH. Vocabulum *jus* exsulat etiam a Voſſ. utroque, Leid. utroque, Harlej. 1. Portug. Klockian. et Fragm. Hav. a m. 1. qui cod. a m. 2. ut et Gaertn. id alio loco insertum habent hoc modo, *quod sibi pridie per ambitionem dictum jus non esset*. Trajectis itidem vocibus *quod sibi pridie jus dictum per ambitionem non esset* Harlej. 2. *quod sibi pridie per ambitionem deinde non esset* Haverk. Quamvis autem optimos plerosque in expellendo illo *jus* conſentire videam, mihi tamen nondum perſuadere poſſum, id a Livio potius, quam librariorum culpa, omiſſum eſſe, quod alibi *dicere* simpliciter, pro jus dicere, me obſervare non me-

aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum

minerim. Id enim non probari puto ex cap. praec. §. 3. quia ibi optimae notae codd. ſtant pro lectione vulgo recepta. Accedit, pro vulgata lectione eoque vocabulorum ordine, qui obtinet in editionibus, ſtare etiam omnium hujus partis integerrimum codicem Florentin. S. Marci. Recte autem Rhenanus *per ambitionem* exponit per gratiam. *Ambitio* enim, ut Gronov. multis docuit ad Liv. 45, 36, 8. eſt intempeſtiva captatio gratiae ac favoris, plerumque tam efficax, ut ejus ergo jus et officium migremus. Supra 2, 27, 10. *Nemo nomen dedit, furente Appio, et insectante ambitionem collegae, qui populari silentio rempublicam proderet, et ad id, quod de credita pecunia jus non dixisset, adjiceret, ut ne delectum quidem ex senatusconsulto haberet.* 43, 11, 10. *Exercitum consulis infrequentem commeatibus vulgo datis per ambitionem esse.* 45, 37, 12. *Ut vetera atque audita a parentibus suis non repetat, quae ambitione imperatorum clades acceptae sint, quae severitate imperii victoriae partae.* Et ita *ambitiosus* eſt, qui aliquid facit non aliam ob caussam, quam ut alterius gratiam captet. Supra 2, 27, 3. *Medium se gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. Patres mollem consulem et ambitiosum rati; plebes fallacem.* 43, 14, 3. *Non consulibus, sed ambitiosis consulibus delectum difficilem esse; neminem invitum militem ab iis fieri.*

Aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus] Prius illud *aut* deficit in vetuſtis edd. Addidit deinde Aldus, quod etiam conſtanter in Mſtis supereſt. Tum *postulata* Portug. a m. 2. sed priori scriptura tanta cura erasa, ut incertum sit, quid antea exaratum fuerit. *postulant* Leid. 2. pro quo *postulatum* margini adscribitur. Denique *respondenti* Leid. 1.

Appius interfatur] *Appius intus fatur* Gaertn. *Appius interfatus* Florent. [Veith.] Ceterum videre jubet Doujatius, an *interfatur* accipiendum sit, pro interdictum profert. At verius puto, in genere *interfatur* hic poni pro interpellat sermonem clientis M. Claudii, priusquam aut ille poſtulatum peregiſſet, aut Virginio reſpondendi datus eſſet locus. Liv. 7, 36, 9. *Orsusque meritas Decii laudes, interfante ipso Decio, distulit concionem.* 36, 27, 3. *Quos dicere exorsos consul interfatus, quum alia sibi praevertenda esse dixisset, redire Hypatam eos jussit.* c. 28, 4. *Prope dicentem interfatus Romanum Phaeneas, non in servitutem, inquit, sed in fidem tuam nos tradidimus.* Certe *decretum*, non *interdictum*, mox vocat Livius. An vero *interfari*, quam *interloqui*, potius dixit, ut simul reſpiceret ad antiquam locutionem, qua praetor, jus dicens ac decretum pronuncians, dicitur *jus fari?* Feſtus in v. Fastis. *Fastis diebus jus fari licebat: nefastis non fari licebat.* Varro 5. de ling. Lat. p. 50. *Dies nefasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari: contrarii horum di-*

auctores antiqui tradiderint. quia nusquam ullum in tanta foeditate decreti verisimilem invenio; id, quod constat, nudum videtur proponendum, decres-

cuntur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem do, dico, addico. V. etiam p. 54. et Macrob. 1. Saturn. 16.

§. 5. *Quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint*] Verba sunt Livii, et *tradiderunt* simplicius erat: nisi quis *tradiderint* potentialem putet modum, qui quam hoc loco quadret, non equidem video. Porro Dionysius Halic. sermonem elegantem, sed subdolum, huic decreto praemissum refert. Et verisimile est, libidine amentem tale quippiam machinatum. GLAR. *tradiderint*, non *tradiderunt*, habent Pall. primus ac tertius, ut et Andreas. GEBH. Ante Frobenianam auctiorem invenio ubique *tradiderint*. Sed illud, inquit Glareanus, simplicius, et potentialis modus quam huc quadret, non video. Immo quadrat maxime: est enim, potuerint tradere, si voluissent nempe, utpote propiores memoriae temporum illorum. *Tradiderunt*, non diceret Livius, quippe qui id ignorare non poterat, si tradidissent; nec adeo fastidiebat, ut inquirere noluerit. J. FR. GRON. *quem in decreto* Haverk. Sed praepositio perperam nata est ex praecedentis vocis litera finiente. V. ad 37, 11, 4. *quemnam decreto* Gaertn. quod probari posset, si plures ac graviores auctoritatis codices firmarent. Praeterea *aliquod verum* idem Gaertn. Deinde *tradiderunt* Florent. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Hearnii Oxon. N. et C. Reliqui *tradiderint*, quod recte Gronovius adversus Glareanum vindicavit, ac Livio melius convenire docuit. Solent ceteroquin optimi scriptores *forsan* et *forsitan* subjunctivo fere jungere. V. infra ad 5, 52, 5.

Nusquam ullum in tanta foeditate decreti verisimilem invenio] *usquam nullum* Fragm. Hav. a m. 1.

Nudum videtur proponendum] Media vox in cod. Portug. in marginem rejecta a contextu aberat. *nondum*, pro *nudum*, perperam scriptum est in Lipsiens.

Decresse vindicias secundum servitutem] Vet. lib. *dedisse*. Ego *darese* legendum puto. Nam tempus praesens requiritur. Hoc genere dicendi saepius usus est in hac re, nunquam autem *decernere*. inquit enim supra [c. 44, 12.] *Vindicias det secundum libertatem*. Et infra [c. 56, 4.] *Judicem te ab libertate in servitutem vindicias non dedisse*. Item [c. 57, 5.] *Vindiciasne ab libertate in servitutem dederit*. Dicitur autem, *Dare vindicias ab libertate*, vel *secundum servitutem*, aliquem servum esse judicare: at, *ab servitute*, vel *secundum libertatem*, liberum esse decernere. Quibus dicendi generibus usus est hoc loco Livius ac Pedianus pro Cornel. *Quis fuerit ille ex decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit*. [Est autem *dare vindicias ab libertate*, vel *secundum servitutem*, dare possessionem ei, qui servum esse adserit. *Dare vindicias ab servitute*, vel, *secundum libertatem*, dare possessionem ei, qui liberum esse adserit.] SIG. Ridiculus est Sigonius, qui nobis conatur lectionem codicis sui nihili obtrude-

6 se vindicias secundum servitutem. Primo ſtupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit. silentium

re *dedisse vindicias*, quae et in Palat. secundo, ne quid diſſentiendo in cognatum suum delinqueret, superſcripta tamen altera *decresse*, conſpicitur, interpretamenti vicem ſuppoſitam, ac poſtea ab rudioribus librariis inſertam, reſtitantibus Pall. primo ac tertio antiquisque edd. GEBH. *dedisse vindicias* in uno apud me Haverk. exſtat. Sigonium, ex ſimili codicis sui lectione emendantem *dare se vindicias*, refellit Doujatius hoc argumento, Appium non videri loqui de decreto, quod nunc pronunciabat; non enim primarium hunc juris conditorem adeo juris ignarum fuiſſe, ut nesciret, conſiſtere non poſſe decretum, parte altera inaudita prolatum: verum potius loqui de eo, quod pridie, audito petitore, auditis Virginiae advocatis, protulerat. Huic autem sententiae non obſtare, quod primo die decretum a se non interponendum denunciaverit c. 46. Mirum enim non eſſe, si prae amoris inpotentia sibi non conſtaret; et, quum promiſerat se decretum eo die non interpositurum, id de novo decreto poſt auditum Numitorium et Icilium non interponendo intellexiſſe potuiſſe, non de revocando decreto, quod ante horum adventum pronunciaverat initio c. 45. Sane mihi neque *dedisse*, neque *dare se*, probandum videtur propter codicum diſſentientium auctoritatem; omnes enim, quos vidi, vel quorum excerpta habeo, si solum, quem dixi, ex reliquorum turba eximas, in vulgatum conſtanter conſpirant. Neque tamen propterea neceſſario requiritur, ut cum Doujatio cogitemus de decreto Appii pridie prolato. *Tanta* enim *vis amentiae verius, quam amoris, mentem ejus turbaverat*, ut non videret, iniquiſſimum eſſe, se decretum interponere, priusquam aut petitor poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus. Sigonium, ut *dare se* emendandum cenſeret, profeſſorum autem regiorum primicerium, ut de decreto pridiano acciperet, illud permoviſſe videtur, quod crediderint, Livium ipsa Appii interfantis vel decernentis verba retuliſſe. At si ſtatuas, quemadmodum ſtatuendum puto, Livium suis verbis sensum decreti Appiani proposuiſſe, nemo erit, qui loco praeteriti praesens requiret: hoc modo, *id*, *quod* constat, *nudum videtur proponendum*, nempe Appium *decresse* vindicias *secundum servitutem*. Neque etiam, quod alibi Livius *dare vindicias* dixerit, τῷ *decernere vindicias* hoc loco cum Sigonio controversia movenda eſt. Certe Cato in ea, quam scripsit L. Furio, *dicere vindicias* utitur, apud Feſt. v. *Vindiciae. Praetores secundum populum vindicias dicunt.* Similiter *dicere* et *abdicere vindicias* Pomponius l. 2. §. 24. ff. de Orig. jur. *Quum animadvertisset, Ap. Claudium contra jus vindicias filiae suae a se abdixisse, et secundum eum, qui in servitutem ab eo subpositus petierat, dixisse.* Judex autem *dicit*, quum *decernit*. Ceterum quae verba in fine scholii Sigoniani uncinulis inclusi, ab omnibus edd. quae ejus nomine prodierunt, exſulant, et demum a Grutero addita sunt, forte ut iis emendaret expositionem locutionum *dare vindicias ab libertate* vel *secundum servitutem*, et *ab servitute* vel *secun-*

inde aliquamdiu tenuit. Dein quum M. Claudius, circumstantibus matronis, iret ad prehendendam

dum libertatem, quam Sigonius superius dederat, ac doceret, iis non indicari, judicare aliquem servum esse, et decernere aliquem liberum esse; sed possessionem ejus, de cujus statu, servus an liber sit, disceptatur, dare ei, vel qui istum servum esse contendit, vel qui liberum esse dicit. in lite enim vindiciarum non de dominio, sed de possessione rei litigiosae agi. Insuper *decrevisse* habent vetustiores, quos vidi, typis descripti; quod recte Aldus, codicibus meis consentientibus, in *decresse* mutavit. V. supra ad 2, 27, 8. Denique apud Dionys. 11. Antiq. p. 717. Appius ita decernit, *Κρίνω εἶναι τοῦτον*, nempe M. Claudium, *τῆς παιδίσκης κύριον.* adeoque ei non vindicias dedit secundnm servitutem, sed dominium Virginiae adjudicavit.

§. 6. *Stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit*] *omnes admirationes* perperam Leid. 1. Praeterea vocula *tam*, quae a multis vetustis edd. exsulat, sed ab Aldo revocata est, in omnibus exstat codd. meis. Deinde *rei tam atroci* Florent. a m. 1. pro quo, addito sibilo, m. 2. emendavit *atrocis*. Usum vocis *defigere* de his, qui admiratione, pavore, aut alio animi adfectu stupentes loqui nequeunt, inlustrat Cl. Dukerus ad Flori 2, 6, 59. (* Gebhard. ad Liv. 6, 40, 1.) Ex Livio adde haec loca: 8, 7, 21. *Velut emerso ab admiratione animo, quum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tum libero conquestu coortae voces sunt.* 21, 33, 3. *Utraque simul objecta res oculis animisque inmobiles parumper eos defixit.* 22, 53, 6. *Quod malum, praeterquam atrox, super tot clades, etiam novum, quum stupore ac miraculo torpidos defixisset.* [*defecit* Veith.]

Deinde quum M. Claudius circumstantibus matronis iret ad comprehendendam virginem] Vitiatus locus est. Emenda, *ad prehendendam virginem*. Non enim M. Claudius *comprehendere* virginem jubetur, quod lictoris officium est, sed, tamquam assertor et dominus, *prehendere*. Sic mox Appius, [cap. seq.] *I lictor*, inquit, *submove turbam, et da viam domino ad prendendum mancipium.* Illic vero *comprehendendi* verbum aptum locum habet, ubi aliquanto post [cap. eodem] sequitur: *Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Virginium jubet.* RHEN. Probo, ut edidit Campanus, *ad prendendam virginem*. Interim Palatinorum triga, *iret ad comprehendendam*, quod et secutus fuerat Andreas. Mox autem c. 48. legunt Pall. *prendendum*. c. 55. *Itaque aedilem prendi*. GEBH. *Prehendere* aeque ac *comprehendere* de lictoribus dici solet. Supra 2, 29, 4. *Ab lictore, nihil aliud quam prehendere prohibito, quum conversus in Patres inpetus esset.* 3, 11, 2. *Quemcumque lictor jussu consulum prehendisset, tribunus mitti jubebat.* 8, 33, 5. *Iterata deinde contentio, et prendi Fabium Papirius jussit.* 9, 34, 26. *Haec taliaque quum dixisset, prendi censorem et in vincula duci jussit.* Nihilominus displicet *ad comprehendendam virginem*, quod tantum inveni in Portug. Gaertn. Ha-

virginem, lamentabilisque eum mulierum complora-
7 tio excepiſſet; Virginius, intentans in Appium manus, *Icilio*, inquit, *Appi*, *non tibi*, *filiam deſpondi: et ad nuptias*, *non ad ſtuprum*, *educavi. Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere?*

verk. et Fragm. Hav. [Veith.] *ad comprehendendum virginem* habet Voſſ. 2. *ad prehendendum virginem* Harlej. 2. *ad prendendam virginem* Leid. 2. Voſſ. 1. Florent. Lipſiens. Klockian. et Neapol. Latinii. Codici Rhenani conſentiunt Leid. 1. et Harlej. 1. Vocibus etiam transpoſitis *ad comprehendendam virginem iret* habet Fragm. Hav. Paſſim in aliis codd. *prendere*, in aliis *prehendere* inveniri, supra dictum eſt ad 2, 29, 4. Inſuper *dein*, pro *deinde*, Leid. 1. et Harlej. 1. V. supra ad 3, 3, 6. Praeterea *cum M. Claudio* Lipsiens. cujus librarius, ad sensum non adtendens, *cum* praepositionem credidit, cui *M. Claudius* jungi non poſſet. Denique mox verbis ſequentibus *comploratio concepisset*, aberrante librario, codex Voſſ. 2.

§. 7. *Virginius intentans in Appium manus*] *intenta in Appium manu* Fragm. Hav. cujus librarius forte *intentata in Appium manu* scribere voluit. Verum non diſplicet vulgatum. Furori enim Virginii convenire videtur, ut vel utramque in Appium manum, vel modo hanc, modo illam, intentaverit. Silius 11, 87.

— — rabidum hunc palmasque virorum
Intentantem oculis proavitaque facta parantem
Ut vidit majore adeo crudescere motu.

Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere] Vocem *ritu* neglexit oscitans scriba Voſſ. 2. Infra 5, 44, 6. *Prope rivos aquarum sine munimento, sine stationibus ac custodiis, ferarum ritu sternuntur.* (* Cic. de Amicit. 9.) Tum *promisce* habet Leid. 1. Florent. et Harlej. 1. quod magno conſenſu in Gellii codd. passim obvium eſſe, J. Fr. Gronovius ad ejus praefationem monuit. Vix tamen Livii aetati convenire videtur; licet quidam ejus codd. etiam alibi ita praeferant. V. ad 4, 43, 12. c. 56, 12. 5, 13, 7. c. 48, 3. c. 55, 2. (* 10, 41, 3.) aliisque locis. *pmiscue*, vel *permiscue*, habet Lipsiens. Tandem *in concubitum* Voſſ. 2. Portug. et Harlej. 2. *in concubitu* Fragm. Hav. a m. 1. Sed praeſtat id, quod vulgo receptum eſt: pro quo etiam ſtant reliqui libri.

Passurine haec isti sint, nescio] *Passuri nec haec isti sint* Leid. 1. *Passuri nec isti haec sint* Leid. 2. *Passuri nec hoc isti sint* Harlej. 2. *Tà ne* et *nec* saepe in Mſtis confundi solent. V. infra ad 6, 15, 6. et 7. (* 5, 30, 8. 7, 32, 7. c. 39, 8. 9, 12, 10. c. 17, 16. c. 34, 2. c. 43, 19. 10, 24, 2. c. 26, 1. 5, 16, 3.) Adde Cel. Bentlej. ad Horat. 2. Sat. 3, 262. et Cl. Cortium ad Salluſt. Jug. 13, 6. Eo spectat, quod paſſim *nec quidem*, pro *ne quidem*, in membranis vetuſtis datum sit. De quo dixi ad 1, 10, 3. *necdum* etiam, pro *nedum*. V. ad 24, 4, 1. *Passurive haec sint*

Passurine haec isti sint, nescio. non spero esse passuros illos, qui arma habent. Quum repelleretur adsertor 8
virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum per praeconem.

XLVIII. Decemvir, alienatus ad libidinem ani- 1

Lipsiens. *Passurine Dii haec isti sint* Gaertn. *Passurine haec isti sunt* Harlej. 1. et Portug. a m. 1. *Passurine hoc isti sint* vetustiores, quos vidi, inpressi. Sed Aldus *haec*, pro *hoc*, primus reposuit.

Non spero esse passuros illos, qui armu habent] *non spero passuros illos* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *non spero passuros esse illos* Lipsiens. *non spero esse illos* Voss. 2. Tum *qui arma in castris habent* Portug. Sed voces *in castris* a manu interpolatrice inter versus adscriptae sunt, quae etiam ex glossemate natae videntur. *quia arma habent* Lipsiens. Saepius ita peccarunt librarii. V. infra ad 36, 33, 5. Hic tamen literam *a* in voce *quia* repetitam esse puto ex initio vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8.

§. 8. *A globo mulierum circumstantiumque advocatorum*] Copulam *que* omiserunt Fragm. Hav. a m. 1. et vetustae editt. nonnullae, quae tamen necessaria est. Nam supra etiam hoc eapite comitatus mulierum ab advocatis distinguitur. Virginius enim filiam obsoleta veste in forum deduxisse dicitur, *comitantibus aliquot matronis cum ingenti advocatione.*

§. 1. *Decemvir alienato ad libidinem animo*] Non erat hic opus mutare veterem lectionem, quae habet *decemvir alienatus ad libidinem animo.* RHEN. Cur placeat Rhenano *alienatus*, nescio. Mihi *alienato* magis probatur, ut et in vet. lib. est, et in l. 7, [15, 3.] *Milites alienatis ab memoria periculi animis.* SIG. Rectissime *alienato ad libidinem animo* Pall. tres, et Campanus. Solus Andreas *alienatus ad libidinem animo*, quod sapiat palato Rhenani, nam meum ad ineptas hujusmodi lautitias fastidit. V. quoque Sigonium. GEBH. *alienatus* e tribus scriptis suis adfert Hearnius, sed pro Sigonio, cui hoc non placet, Gronovium nominat. *Alienatus* auctorem habet, quo se tueatur, Livium 25, 39. *Hostes simul ignis, clamor, caedes, veluti alienatos sensibus, nec audire, nec providere quidquam sinunt.* Praefero tamen *alienato*, quia et Livius, et alii magis dicunt *alienato animo*, *alienato sensu*, quam *alienatus.* Liv. 24, 26. *Alienata mente simul luctu metuque velut captae furore eo cursu se ex sacrario proripuerunt.* 2, 12. *Alienato animo.* 7, 15. *Alienatis animis* 16, 14. *Alienatis mentibus.* Sallustius de Ordin. Rep. 2, 12. *Neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit, quin insomniis exercitus, furibundus, atque amens, alienata mente feraris.* Caesar, ibi a Cortio quoque laudatus, 6. bell. Gall. 41. *Sic omnium animos timor praeoccupaverat, ut paene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum se ex fuga recepisse dicerent.* Sueton. Aug. 99. *Unum omnino ante efflatam animam alienatae mentis signum ostendit.* Sed pro *ad libidinem* mal-

mo, negat, *hesterno tantum convicio Icilii violentiaque Vir-*

lem, si libri scripti paterentur, *ab libidine. alienata ab libidine animo* est, prae libidine non compos mentis, non apud se, amens amore, ut c. 44. *μαινόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους* Dionysius 11, 33. quemadmodum *aliena loqui* dicuntur, qui propter morbum vel aliam perturbationem animi non apud se sunt, nec sciunt, quid dicant, apud Ovidium 3. Trist. Eleg. 3, 19. et Ulpianum l. 4. §. 1. D. de Aedilic. Edicto. *Ab* infinitis locis apud Livium et alios notat caussam, quod non opus est testimoniis evincere. *Ad* non puto hic posse locum habere, quoniam non invenio veteres sic loqui. Et quae est in hoc sententia *animo alienatus*, vel *alienato*, id est, non compos mentis, *ad libidinem*? aut quis ita locutus est, *alienari animo*, vel *alienato animo esse ad aliquam rem faciendam*? id est, non compotem esse mentis ad eam faciendam? Scio Livium alibi *alienatum animum, sensum, mentem*, cum praepositione *ab* alia significatione dicere, nempe pro animo et sensu ab aliqua re averso, rei alicujus immemori, et eam non sentiente, ut l. 2, 12. l. 7, 15. et l. 26, 14. Sed hic non esse eam vim praepositionis, satis ex ipso argumento, in quo versatur Livius, intelligitur; nec magis quisquam, qui hic legat *alienato ab libidine animo*, in errorem incidet ex ambigua significatione τοῦ *ab* cum *alienatus*, quam si vel Livius l. 24, 26. dixisset *alienata mente simul ab luctu metuque*, ubi praepositionem reticeri certum est, vel Caesar, *alienata mente ab timore*. DUK. *alienatus ad libidinem animo* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. Lipsiens. Klockian. Fragm. Hav. et codd. L. 2. N. et C. quos Hearne Oxonii consuluit. *alienato ab libidine animo* Harlej. 2. et Portug. a m. 1. quod exponi posse videtur, alienato ob libidinem animo, quomodo *ab ira*, pro propter iram, infra viri docti restituerunt 24, 30, 1. ubi vide, quae notantur. *alienato animo* autem, ut *alienata mente* 10, 29, 2. *Galli, velut alienata mente, vana incassum jactare tela*. Quo minus tamen placere possit, illa obstant, quod primo lectio illa non nisi in uno vel altero codice, et quidem minimae auctoritatis atque suspectae ubique fidei, supersit: deinde quod ita admodum ambigua locutio redditur, praesertim quum *alienatus ab aliqua re* plerumque, si non semper, longe alio sensu a Livio usurpari soleat. Ita supra 2, 12, 13. *Dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit. quam quum velut alienato ab sensu torreret animo.* (* 35, 31, 4.) 26, 14, 3. *Alienatis mentibus vino ab inminentis sensu mali.* qui locus insuper docet, Livium ea forma, ne sensus in ambiguo foret, potius hic dicturum fuisse *alienato libidine animo*. Nam ita etiam locutus est 24, 26, 12. *Quae alienata mente simul luctu metuque, velut captae furore eo cursu se ex sacrario proripuerunt.* (* 8, 18, 12. *alienatasque discordia mentes.*) Vulgatam lectionem *alienato ad libidinem animo*, quae tantum superest in Voss. 2. Portug. a m. 2. Gaertn. et Haverk. viri docti exponunt, animo ab aliis rebus ad libidinem traducto: quod ferri posse non diffiteor; potius tamen cum Rhe-

Virginii, cujus testem populum Romanum habeat, sed

nano, quidquid Sigonius et Gebhardus adversentur, praefero, quod in pluribus iisque optimis codd. inveni *alienatus ad libidinem animo. alienatus animo,* ut *alienatus sensibus* infra 25, 39, 4. *Hostes simul ignis, clamor, caedes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quidquam sinunt.* Et *alienatus mente* apud Plinium 28, 8. *Hyaenam magi ex omnibus animalibus in maxima admiratione posuerunt, utpote cui et ipsi magicas artes dederint, vimque, qua illiciat ad se homines mente alienatos.* Et paullo post *Quod si successerit, alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere.* Quemadmodum autem *alienatus animo,* ita *abalienatus jure* infra 22, 60, 15. *Deminuti capite, abalienati jure civium, servi Karthaginiensium facti.* Similiter *alienare mentem* apud Jurisconsultum l. 25. ff. de Injuriis. *Apud Labeonem quaeritur, si quis mentem medicamento aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet? alienatio mentis* apud Plinium 21. H. N. 21. *Quae potio datur et in alienatione mentis melancholicis.* apud Tacit. 6. Ann. 24. *Vocesque deficientis adjecerat, quis primo alienationem mentis simulans, quasi per dementiam, funesta Tiberio, mox, ubi exspes vitae fuit, meditatas compositasque diras inprecatur.* V. Rhodii Lexicon Scribon. v. *Mentis alienatio. Alienatus animo ad libidinem,* ut *alienatio a me ad cives inpios* apud Cic. Orat. 2. Phil. 1. *Tuamque a me alienationem ad cives inpios tibi gloriae fore putasti.*

Negat hesterno tantum convicio Icilii] Repone *negat ex hesterno tantum convitio.* RHENAN. Ut Rhenanus reposuit, in nullo cod. reperi. Nam *negat externo* est in Voss. utroque, Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Klockian. Lipsiens. Haverk. et Fragment. Hav. a m. 1. *negat hesterno* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. unde constat, librarios voces *hesternus* et *externus* male in Mstis confundere solitos fuisse. V. alia exempla hujus erroris infra ad 40, 14, 2. Si itaque Rhenanus *negat ex hesterno* ex conjectura reposuit, eum non audiendum censeo. Quin et si *negat ex hesterno* in cod. Wormat. reperit, ea lectio ex juncta duplici lectione *externo* et *hesterno* nata esse videri debet. Cujus erroris, in libris scriptis frequentissime obvii, plura exempla supra v. ad hujus libri c. 44, 4. Insuper si Livius hic *negat ex hesterno tantum convicio Icilii* scripsisset, existimari posset mox etiam subjuncturus fuisse, *sed ex certis quoque indiciis compertum se habere.* Ita enim Livium plerumque praepositiones repetere solitum fuisse, supra vidimus hoc libro c. 6, 8. Nihilominus lectionem, a Rhenano receptam, loco movere non sustinui, quod quam proxime ad eam accedens Florent. S. Marci, optimae notae codex, aperto librarii errore praeferat *negat ex hasterno.*

Cujus testem Romanum populum habeat] Est in veteri *populum Rom.* RHEN. In ordine verborum omnes nostri consentiunt Rhenani veteri. V. infra ad 10, 16, 6. In ipsis vocibus tamen eorum nonnulli aliquid mutant. *cujus testem populum Romae habeat* est in Leid. 1. quod etiam voluisse videtur, qui in Portug. m. 2. *populum Ro* dedit. *cujus*

certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota
2 *coetus in urbe factos esse ad movendam seditionem. Itaque se, haud inscium ejus dimicationis, cum armatis descendisse; non ut quemquam quietum violaret, sed ut turbantes civitatis otium pro majestate imperii coërceret.*
3 *Proinde quiesse erit melius. I*, inquit, *lictor*, *submove*

testem populum rumor habeat Voss. 1. Leid. 2. et Klockian. ***cujus testem populum rumorum habeat*** Lipsiens. at ***populum Romanum*** verius est.

Nocte tota coetus in urbe factos esse ad movendam seditionem] Bis trajectis vocibus ***tota nocte coetus in urbe factos esse ad seditionem movendam*** Fragment. Hav. Paullo ante ***aptum***, pro ***compertum***, Lipsiens. Per compendium scriptum fuisse puto ***optum***, ex quo parva mutatione ***aptum*** dari potuit.

§. 2. ***Itaque se, haud inscium ejus dimicationis, cum armatis descendisse***] Forte ***cum armatis escendisse***. KLOCK. ***Itaque haud inscium ejus dimicationis cur armatis descendisse*** Gaertn. Cave autem cum Klockio legas ***escendisse***. Quod enim a multis factum esse Gronovius memorat supra ad 2, 28, 6. ut verbum hoc intempestive jactarent, id etiam hic ab Klockio commissum est. Appius enim se ***cum armatis descendisse*** dicit, nempe in forum, ubi erat magistratuum jus dicentium tribunal, quo etiam Virginius filiam deduxit, ***ut*** Livius supra cap. praec. narrat, et quo Sp. Oppius inrupit, ut collegae Appio auxilio esset infra cap. seq. Sollemnis autem est locutio ***descendere in forum***. Infra c. 56, 2. ***Quum Appius stipatus patriciis juvenibus in forum descendisset***. 4, 14, 1. ***Dispositis praesidiis quum in forum descendisset***. Et passim. Similiter ***in aciem, in campum Martium descendere*** ubique obcurrunt; quarum locutionum rationem inde deducit Valla 5. Elegant. 36. quis in aciem, in forum, in campum venientes de loco tuto in locum discriminis veniunt. Alii vero quia ex locis altioribus sese dimittebant in inferiora. V. Cel. Graevium ad Cic. 8. ad fam. Ep. 4. et Tennul. ad Frontin. 2, 1, 11. Horum expositio, certe ratione locutionis, qua hic Livius utitur, verior est. Erat enim forum in valle inter montes Capitolinum et Palatinum. V. Donat. 2. de urbe Rom. 16. et seqq. et Nardin. 5. Romae Vet. 2.

Non ut quemquam quietum violaret] ***non ut quietum quicquam violaret*** Leid. 2. ***quicquam*** etiam est in Gaertn. Mox ***coërcet*** Harlej. 1. cujus librarius omisisse videtur, vel non animadvertisse notam ***coërc'et***. V. infra ad 40, 14, 3.

§. 3. ***Proinde quiesse erit melius***] Ita recte primi Moguntini ediderunt, quum ante vulgo legeretur ***Proinde quies erit melius***. Moguntinorum lectionem habent omnes nostri, nisi quod alio ordine verborum ***Proinde quiesse melius erit*** sit in Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Haverk. ***Proinde quiesce erit melius*** in Gaertn. [Veith.] ***Proinde quievisse erit melius*** in Voss. 2. Verum, contractionem hanc Livium

turbam; et da viam domino ad prehendendum mancipium. Quum haec intonuisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit, desertaque praeda injuriae puella stabat. Tum Virginius, ubi nihil 4 usquam auxilii vidit, *Quaeso*, inquit, *Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum in-*

etiam in verbo *quiesse* saepius captasse, patebit ex illis, quae infra dicentur ad 37, 11, 5. Tota, quae hoc loco, locutio etiam infra obcurrit 44, 36, 13. *Non operae est stanti nunc in acie docere, quibus de caussis hodie quiesse melius sit.*

I, inquit, lictor, submove turbam] Prima vocula *I*, quam Aldus adjecit, ab antiquioribus edd. exsulabat; eamdem non agnoscunt etiam Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Eam interceptam puto a primo sequentis dictionis elemento; licet saepe etiam alibi negligentia librariorum exciderit, ubi tamen errori eadem origo adsignari nequit. V. supra ad 1, 26, 7. Contra *Ii, inquit, lictor* est in Leid. 1.

Da viam domino ad prehendendum mancipium] *ad praedendum mancipium* Lipsiens. *ad prendendum mancipium* Voss. 1. Leid. ambo, Klockian. Portug. Florent. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 29, 4. et infra hoc cap. §. 6. Mox, *Quum hoc intonuisset*, pro *haec*, Haverk. Tò *ipsa* autem deficit in Gaertn.

Desertaque praeda injuriae puella stabat] *in jure puella stabat* Lipsiens. Vox *puella* deest in Gaertn.

§. 4. *Tum Virginius, ubi nihil usquam auxilii vidit*] *Tunc Virginius* Voss. 2. Portug. Gaertner. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 12, 15. Deinde *ubi usquam nihil auxilii vidit*, transpositis vocibus, Portug. *ubi nihil nusquam auxilii vidit* Voss. 1. et Leid. 2.

Primum ignosce patrio dolori] Palat. sec. *patrio primum ignosce dolori*. GEBH. Ita et Haverk. nisi quod librarius ejus vocem *dolori* negligenter omiserit. *primum ignosce dolori*, neglecta voce *patrio*, Lipsiens.

Si inclementius in te sum invectus] Vet. lib. *si quid inclementius.* SIG. Voculam *quid*, quam vetustiores typis descripti agnoscunt, primus Frobenius anno 1535. expunxerat. Sed constanter superest in omnibus Mstis, ita tamen ut *si quod inclementius* habeant Voss. 1. et Harlej. 1. *si quot inclementius* Leid. 1. *si quid clementius* Voss. 2. Eleganter post voculam *si* τὸ *quid* abundare solet. Infra 36, 9, 2. *Simul orantes, ut, remoto exercitu, per legatos, si quid ei videretur, secum disceptaret.* Cic. 4. ad famil. epist. 1. *Trebatioque mandavi, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret.* Ovid. Epist. 6. Heroïd. 151.

— — quod si quid ab alto
Justus ades votis, Jupiter, ipse meis.

ubi v. Inl. N. Heinsium. (* Liv. 10, 23, 8. Ennius apud Cic. de Sen. 1, 1. Virgil. 5. Aen. 688. Terent. Andr. 4, 2, 29.) Denique voces *in te sum* perperam desiderantur in Leid. 2.

Sinas hic coram virgine nu-

vectus: deinde sinas hic coram virgine nutricem percontari, quid hoc rei sit? Ut, si falso pater dictus sum,

***tricem percontari, quid hoc rei sit*] *sinas hoc* Voss. ambo et Leid. 2. Deinde *quid hoc sit*, voce *rei* exclusa, Voss. 1. et Leid. 2. Male. V. supra ad 3, 4, 5. Mox verbis sequentibus *falso pater ductus sum* Leid. 1. quomodo fere Cic. de Amic. 19. *Quum cogniti sunt, et aut deorum aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.* Solent autem verba *dicere* et *ducere* saepe in scriptis commutari. V. infra ad 38, 43, 1. Hic tamen nihil mutandum arbitror. V. Gruter. ad d. loc. Cicer. Terent. in Andr. 4, 5, 13. *Si id scissem, numquam huc tetulissem pedem: semper enim dicta est ejus haec atque habita est soror.* in Heaut. 2, 3, 29. *Quae est dicta mater esse ei antehac, non fuit. dictus sim*, pro *sum*, Gaertn.

§. 5. *Data venia, seducit filiam* etc.] Virginiae virginis, quam pater Virginius Icilio uxorem desponderat, quamque Appius unus ex decemviris vitiare tamquam servam satagebat, ob idque a patre peremptae, historiam enarrat Livius, cujusque indubitatam fidem facit multae antiquitatis marmorea tabella, cum hujusmodi inscriptione Romae in Sancta Maria Monticelli exstante.

D. M.
VIRGINIVS
FILIAE. MEAE. CARISS.
VIRGINIAE. NIMIAM. OB.
PIETATEM. PROPRIIS
MEIS. MANIBVS. INTEREMPTAE. PROH. DOLOR.
QVANTVM. FVIT
CARISSIMA
VIX. ANN. XVI. IVVENTVTIS EIVS. MEN. V. D. III.

Hujus rei, antiquitatis studio commotus, meminisse volui, quamvis historiam per se claram nulla dilucidatione egere cognoscam, nec laboris nostri titulo aut subjectae materiae respondere. Mirum sane, tabellam, hujusmodi historiam referentem, usque ad tempora nostra servatam, sicque per annos amplius bis mille facti generosi magnitudinem celebrante historia, ac inciso marmore conservante memoriam, faventibus etiam longissimis annorum curriculis. Namque Appium decemvirum magistratum gessisse, quando id contigit, anno ab urbe condita 303. constat, et Christum Salvatorem nostrum anno ab urbe condita 751. Augusti imperii 42. natum consentiunt omnes, unde facta computatione manifestum evadit, ab insigni facinoris anno usque adhuc reperiri annos 2040. MARC. DONAT. Merito hanc inscriptionem, quam ante Donatum Mazochius et Fabricius produxerunt, Gruterus inter spuria ac subposititia retulit in corpore Inscr. p. 16. n. 8. Rupertus etiam ad Pompon. de Orig. Jur. 2, 10. testatur, monumentum hoc sibi natum isto seculo videri, quo Romanae linguae genium ne unus vel alter possidebat. habuisse enim Virginii aevum verba quaedam propria et peculiarem scribendi modum, posterioribus temporibus non nisi antiquariis intellectum, qui hic nullus adparet.

Seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas] Veneris armatae templum haud procul foro intelligit, quae *Cluacina* dicitur, a *cluendo*, id est, pugnando, auctore Plinio 15, 29. Quidam Cloacinam Cloaca-

aequiore hinc animo discedam. Data venia, seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas,

riorum Deam intellexerunt; sed inepte, meo quidem judicio. GLAR. Plinius *Cluacinam* legit 15, 29. *Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinae habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.* At Lactantius 1. de Falsa relig. [20.] *Cloacinam* agnoscit. Verba ejus sunt. *Cloacinae simulacrum, in cloaca maxima repertum, Tatius consecravit, et, quia, cujus esset effigies, ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.* SIG. Deam hanc *Cloacinam*, non *Cluacinam*, dicendam esse, contendunt viri docti ad Augustin. de Civit. Dei 4, 8. Et eam scripturam firmant nummi gentis Mussidiae apud Ursin. aliosque, in quorum aversa parte inscriptum *CLOACIN.* legitur. V. Inl. Ezech. Spanhem. de Praest. et usu numism. Dissert. 10. p. 191. Non moramur enim Joh. Harduinum; qui, quamque ejus vocis literam integrae vocis initialem esse existimans, in notis ad Plin. l. l. inscriptionem ita explicabat, *Cymbam Lubentes Obtulerunt Augusto Caesari Imperatori Narbonenses.* Doujatius *Cloacinam* in cloaca inventam distinguit a *Venere Cluacina.* Illius enim aediculam in quinta, hujus in octava urbis regione memorari: Venerem autem *Cluacinam*, a *cluendo* id est purgando dictam, alio nomine *Armatam* dictam esse. Quis tamen veterum Venerem Cluacinam etiam *Armatam* adpellatam scripserit, non invenio. Sed origo orta videtur ex depravato Plinii loco laud. in quo alii, quod nunc editur *cluere enim antiqui purgare dicebant*, legerunt *cluere enim antiqui pugnare dicebant.* Verum id tanto minus ferendum in Doujatio, quod *cluere* recte exponat *purgare.* Ceterum *prope Cloacinae* alii intelligunt, prope aedem Cloacinae. V. Marlian. 3. urb. Rom. Topogr. 5. Panvin. in descript. Urb. Reg. 8. et Frabric. descript. Urb. c. 10. quomodo *ad Martis* infra inlustramus ad 10, 23, 12. Alii *prope Cloacinae* intelligendum putant signum, vel statuam. V. Fam. Nardin. 5. Rom. Vet. 8. Ellipsin non adsecuti sunt plerique librarii, unde *prope Cloacinae tabernas*, vocula *ad* omissa, scriptum est in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. in quo a m. 1. exaratum exstiterat *prope Cloacineas tabernas.*

Quibus nunc Novis est nomen] *quibus nunc Jovis est nomen* Haverk. *quibus nunc notum est nomen* Leid. 2. Lipsiens. et Voss. 1. a m. 2. manus enim primigenia dederat *quibus nunc notus est nomen*; quae lectio manifesta verioris scripturae *Novis* vestigia servat. Utramque lectionem servans Gaertn. praefert *quibus nunc Novis notum est nomen.* De *Tabernis Novis* v. Fam. Nardin. l. l. et Alex. Donat. 2. de urb. Roma 27.

Atque ibi ab lanio cultro arrepto] Pall. pr. ac tertius falso habent *lamio.* Ceterum Diodorus aït, fuisse κοπίδα, qua trajecta fuerat Virginia. Sed glossarium κοπίδα aït quoque esse cultrum. *Κοπὶς ἡ μάχαιρα. Cultrum.* Lubet autem totum Dio-

quibus nunc Novis est nomen. atque ibi ab lanio cultro arrepto, *Hoc te uno, quo possum*, ait, *modo, filia, in libertatem vindico.* Pectus deinde puellae transfigit; respectansque ad tribunal, *Te*, inquit,
6 *Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro.* Clamore

dori locum huc adscribere ex l. 12. p. 300. *Εἷς δ' ἐξ αὐτῶν ἐρασθεὶς εὐγενοῦς παρθένου πενιχρᾶς, τὸ μὲν πρῶτον χρήμασι διαφθεῖραι τὴν κόρην ἐπεβάλετο. ὡς δ' οὐ προσεῖχεν ἐκείνη τούτῳ, ἐπαπέστειλε συκοφάντας εἰς αὐτήν, προστάξας ἄγειν εἰς δουλείαν. Τοῦ δὲ συκοφάντου φήσαντος ἰδίαν αὐτοῦ εἶναι δούλην, καὶ πρὸς τον ὄρχοντα καταστήσαντος δουλαγωγεῖν, προσαγαγὼν κατηγόρησεν ὡς δούλης. τοῦ δὲ διακούσαντος τὴν κατηγορίαν, καὶ την κόρην ἐγχειρίσαντος, ἐπιλαβόμενος ὁ συκοφάντης ἀπήγαγεν ὡς ἰδίαν δούλην. Ὁ δὲ πατὴρ τῆς παρθένου παρων καὶ δεινοπαθῶν, ὡς οὐδεις αὐτῷ προσεῖχε, παραπορευόμενος κατὰ τύχην παρα κρεωπώλιον ἁρπάσας τὴν παρακειμένην ἐπὶ τῆς σανίδος κοπίδα, ταύτῃ πατάξας τὴν θυγατέρα ὑπέκτεινεν, ἵνα μὴ τῆς ὕβρεως λάβῃ πεῖραν.* etc. GEBH. *atque ibi a lanio* Leid. 2. *atque ibi ab lanioē* Portug. *atque ibi albanio* Voss. 1. et Lipsiens. in contextu, pro quo *ab lanio* emendatur in margine. *ab anio* scriptum fuerat in Florent. sed litera initialis *l* postea recte addita est. Deinde *cultro abrepto* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Fragm. Hav. Solent autem librarii voces *arripere* et *abripere* commiscere. V. supra ad 2, 33, 7. Hic vero ut *obrepto* darent, caussa fuisse videtur, quod *ab lanio* praecesserit. Verum *ab lanio arrepto cultro* dictum est, ut *advocare ob armis* et similia alia, de quibus supra v. ad 1, 57, 8. vel *culter ab lanio* ponitur pro culter lanii, ut *cornu sinistrum ab regiis*, pro regiorum, infra 37, 23, 7. *Ab regiis sinistro cornu, quod ab alto objectum erat, Hannibal, dextro Apollonius purpuratorum unus praeerat.* Ita enim recte Gronov. scribendum conjecit. ubi plura vide. *arripere cultrum* autem, ut *arripere ignem* 2, 33, 7. *Caede in proxima urbis facta, ignem temere arreptum inminentibus muro aedificiis injecit.* Quin etiam in eadem hac re Jurisconsultus Pomponius l. 2. §. 24. ff. de O. J. *Arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit.*

Hoc te uno, quo possum, ait, modo, filia, in libertatem vindico] Volumen scriptum habet *filiam in libertatem vindico.* Nec est absurda lectio; nisi quis malit legere, *filia mi, in libertatem vindico.* RHEN. *Λεπτολόγος* est Rhenanus, contendens legendum, vel *filiam in libertatem*, vel *filia mi*, seorsum sentientibus omnibus libris. GEBH. *Hoc te uno, quod possum* Fragm. Hav. V. ad 36, 33, 3. *Hoc te uno possum* Portug. *Hoc te uno, quo possim* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *filia, libertatem vindico* Gaertn. *filiam in libertatem vindico* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. Ut pateat, Gebhardi quidem, at non omnes libros, a Rhenani cod. seorsum sentire. Praefero tamen vulgatum, *filia, in libertatem vindico*, et ultimam

ad tam atrox facinus orto excitus Appius, comprehendi Virginium jubet. ille ferro, quacumque ibat, viam facere: donec, multitudine etiam prosequentium tuente, ad portam perrexit. Icilius Numito- 7
riusque exsangue corpus sublatum ostentant popu-

literam τοῦ *filiam* ex proxima vocula *in* repetitam esse existimo. V. ad 1, 27, 11. 2, 30, 13. c. 40, 4. et 11. 3, 36, 3. 5, 4, 3. c. 32, 9. 6, 24, 11. et alibi saepe. [*modo ait filia* Veith.]

Pectus deinde puellae transfigit; respectansque ad tribunal] Vocem *deinde* Fragm. Hav. a m. 1. vocem sequentem *puellae* Haverk. omittunt. Deinde *spectansque* Portug. a m. 1. et Lipsiens. *re exspectansque* Leid. 2. Qua lectione nihil aliud iterum librarius indicavit, quam se duplicem lectionem invenisse *respectansque*, quae vera est, et *exspectansque* errore scribae natam. V. supra hoc lib. c. 44, 4.

§. 6. *Excitus Appius comprehendi Virginium jubet*] *exercitus Appius* Voss. 1. solito errore. V. infra ad 10, 33, 1. Deinde *comprendi Virginium jubet* Leid. 1. et Klockian. V. supra hoc cap. §. 3.

Donec multitudine etiam prosequentium ruente ad portam perrexit] Colon. membranae, *donec multitudine etiam prosequentium juvenum tuente ad portam perrexit.* MOD. Pall. tres *prosequentium tuente*; quasi tuentibus multis prosequentium evaserit per portam ad exercitum Virginius. Amplius Andreas *donec multitudine etiam prosequentium juvenum tuente.* quod in membranis Coloniensibus quoque reperit Modius. GEBH. *ruente* a Curione est, nam quicquid ante illam cum MSS. *tuente.* scilicet Virginium a vi lictorum Appii. l. 33, [7, 6.] *A paucis procurrentibus lacessita pugna est, deinde subsidiis tuentium pulsos aucta.* Quod Modius ex Col. annotat *prosequentium juvenum*, id sane Romana Andreae, Veneta, Tarvisina, Becharius, Ascensius, Moguntini, Saveterius expresserunt. Aldus omisisse videtur, et ex eo Juntas, Gryphius, et caeteri. Sed videtur non rejiciendum, quando et *matronarum* et *virorum* separatim mox Livius meminit. J. FR. GRON. Non Curio, sed Basileenses anno 1539. decennio ante Curionem *ruente* primi dederunt, invitis etiam codd. meis. Vocem vero *juvenum* nullus eorumdem codicum agnoscit, quam propterea recte ab Aldo omissam puto. Non enim mox *matronae* et *viri* memorantur, ut opponantur *juvenibus*, qui Virginium prosecuti sunt, sed ut doceat Livius, quid subito hoc casu a sexu muliebri, quid item a sexu virili, et ita per partes ab omnibus Romanis, qui aderant, factum fuerit. Potius itaque obponuntur *matronae* et *viri*. Praeterea *multitudinem etiam prosequentium tuente ad portam pertexit* Lipsiens.

§. 7. *Puellae infelicem formam, necessitatem patris deplorant*] *infelicem fortunam* Leid. 2. Haverk. [Veith.] et Hearnii Oxon. C. et N. in margine. Et ita m. 2. inter versus emendatum praefert Voss. 1. Sed praestat vulgatum. Supra enim c. 44, 4. Virginiam *forma excel-*

lo: scelus Appii, puellae infelicem formam, neces-
8 sitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronae, *Eamne liberorum procreandorum conditionem? ea pudicitiae praemia esse?* ceteraque, quae in tali re muliebris dolor, quo est moestior imbecillo animo,
9 eo miserabilia magis querentibus subjicit. Virorum

lentem dicit. Hic vero formam illam *infelicem* vocat, quoniam pulchritudo ejus caussa amoris Appiani, et ita mortis Virginiae exstitit. Alibi saepe voces *forma* et *fortuna* in Mstis commutantur. V. infra ad 41, 20, 2. Ceterum *Munitorius*, pro *Numitorius*, transpositis literis, paullo ante Lipsiens. Eodem errore scribas *Municius*, pro *Minucius*, dedisse supra vidimus ad 2, 63, 1. et *muniendi*, pro *minuendi*, ad 6, 27, 8.

§. 8. *Ceteraque, quae in tali re muliebris dolor*] Non dubito, quin Livius scripserit, quemadmodum est in lib. vetusto, *Eamne liberorum procreandorum conditionem, ea pudicitiae praemia esse, cetera*, pro et caetera, subaudi, clamitant, *quae in tali re muliebris dolor.* et quae sequuntur. RHEN. Voculam *que*, vel relativum *quae* (utrum enim sit, discerni nequit, quum pro diphthongo *ae* plerumque in Mstis simplex litera *e* scribatur, et hic etiam *que*, non *quae*, reperiatur in plurimis meorum codicum) omittunt etiam Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 1. et Lipsiens. Quorum consensus efficit, ne pertinaciter Rhenano adversandum censeam. Ceteroquin τὸ *quae* excidisse videri posset propter praecedens *que*: quod alibi non raro factum. V. infra ad 29, 6, 8. Vel, si malis, pronomen *quae* elisit praecedentem voculam *que*, qui error et alibi commissus est. V. ad 41, 2, 11. Paullo ante *Eam liberorum procreandorum conditionem*, particula interrogandi omissa, Voss. 2. Tum *ea pudicitia praemia esse*, pro *pudicitiae*, Lipsiens. [*caetera quae tali re* Veith.]

Quo est moestior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subjicit] Τὸ *eo* si arcerent veteres libri, non profecto revocarem: sed quare tantopere eliminandum sit, quam censet homo doctus, caussam nullus video. J. FR. GRON. Homo doctus, Gronovio memoratus, qui voculam *eo* eliminandam censebat, est Joh. Freinshemius, qui hanc conjecturam proposuit in Indice Flori in voce *Dubium*. Et eadem etiam aberat a Voss. 1. Verum postea, errore scribae deprehenso, a m. 2. adscripta est. Reliqui omnes constanter vulgatum servant, nisi quod *ea miserabilia* habeat Lipsiens. neque ego satis justam expungendi caussam video. *subicit*, pro *subjicit*, Florent. Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragment Hav. V. supra ad 2, 10, 9. Praeterea *quo est moesticior* Gaertn. errore librarii. V. supra ad 3, 15. 6. Insuper *inbellico animo* Klockian.

§. 9. *Vox tota tribuniciae potestatis ac provocationis ad populum ereptae*] *vota*, pro *vox*

et maxime Icilii vox tota, tribuniciae poteſtatis ac provocationis ad populum ereptae, publicarumque indignationum, erat.

XLIX. Concitatur multitudo partim atrocitate 1 sceleris, partim spe per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc vocari Icilium, nunc re- 2

tota, Florent. Deinde particulam copulantem nesciunt Leid. 1. et Portug. Insuper *procationis ad populum* habet Leid. 1. *vocationis ad populum* Fragm. Hav. a m. 1. Tum *erectae* Leid. 1. quomodo librarii alibi saepe peccare soliti sunt. V. supra ad 3, 5, 7. Denique verbis sequentibus *publicarum indignationumque* Lipsiens.

§. 2. *Nunc retractantem arripi*] Vir doctus *detrectantem:* ut et pro eo, quod eſt c. 52. *Nullo, qui per aetatem ire posset, retractante.* Num ergo et apud Columellam 2, 2. *Nunquam stimulo lacessat juvencum, quod retractantem calcitrosumque eum reddit.* Ciceronem 5. Tuscul. [29.] *Quod paullo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbatur, ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos.* Ad Attic. 13. Epiſt. 25. *Conficies igitur, et quidem sine ulla dubitatione, aut retractatione.* Num, inquam, et his locis mutandum? J. FR. GRON. Vir doctus, qui *detrectantem* apud Gronovium legendum putabat, eſt iterum Joh. Freinshemius in Indic. Flori in voce *Detrectare*; cujus conjecturamGronovius ipse anno 1645. in contextum recepit. At, quum poſtea mutata sententia vulgatum praeferendum judicarit, mirum eſt, priſtinam lectionem simul revocatam non fuiſſe, quod nunc demum praeſtiti. Quamvis enim Hearne Oxon. L. 1. et 2. Freinshemio suffragari profiteatur, omnes tamen mei *retractantem* servant, nisi quod *retrectantem* sit in Harlej. 2. et Portug. a m. 2. cujus primigenia scriptura etiam *retractantem* fuerat. *Retractare* autem plerumque quidem pro iterum ac de integro tractare poni solet, quum tamen frequentativum sit τοῦ *retrahere*, cauſſam non video, cur etiam de eo commode dici non poſſit, qui conſtanter se retrahit, qui parere recusat. Infra 6, 28, 4. *Juniores Romani sine retractatione convenere.* 37, 18, 9. *Ibi rursus levia per excursiones proelia fieri coepta, Eumene summae rei discrimen haud dubie retractante.* ita utroque loco legendum; nam vulgo etiam *detrectatione* et *detrectante* editur. Vide, quae illis locis notantur. Similiter Salluſt. Fragm. 1. Hiſtor. in Orat. L. Philippi §. 3. *Vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus pacem optatis magis, quam defenditis.* Ubi videndus Cl. Cortius. Cic. Orat. 14. Philipp. 14. *Quumque sine ulla retractatione pro patria vitam profuderint.* ubi videndus Ferrar. Potius autem scribendum *retractare*, quam *retrectare*. Ita enim et *detractare*, pro *detrectare*, paſſim in Mſtis Livii melioribus exaratum obcurrit. V. infra ad Liv. 34, 15, 9. quae scriptura Cl. Dukero suspicandi cauſſam

tractantem arripi; poſtremo, quum locus adeundi
adparitoribus non daretur, ipse, cum agmine patri-
ciorum juvenum per turbam vadens, in vincula du-
3 ci jubet. Jam circa Icilium non solum multitudo,
sed duces quoque multitudinis erant L. Valerius
et M. Horatius. qui, repulso lictore, si jure ageret,
vindicare se a privato Icilium ajebant; si vim ad-
ferre conaretur, ibi quoque se haud inpares fore.

dedit ad Flori 1, 22, 2. alicubi *retractare* per errorem scriptum fuiſſe pro *detractare*. Mox *locus adparitoribus adeundi* transpositis vocabulis Leid. 2. In praecedentibus autem *nunc vocare Icilium*, pro *nunc vocari*, Harlej. 1. Reliqui vulgatum servant, nisi quod *vocati* sit in Gaertn.

§. 3. *Sed duces quoque multitudinis erant*] *ducesque multitudinis* Voſſ. 1. et Leid. 2. V. infra ad 5, 27, 1. *duces etiam multitudinis* Gaertn.

Si jure agerent] Scribe, *si jure ageret*. subaudi, Appius. RHEN. Sententia videtur eſſe: si Appius sibi pro jure et poteſtate magiſtratus ita agendum putaret, se defensuros Icilium adversus eum, qui non magiſtratus, sed privatus eſſet. DUK. Si solum Lipsiensem, *agerent* praeferentem, excipias, *ageret* servant omnes, quibus usus sum, scripti. Et ita Aldus ediderat. Verum in erratis priorem lectionem *agerent* perperam revocavit. Paullo ante *L. Valerius M. Horatius*, omiſſa vocula connectente *et*, priscae editt. Eam primus addidit Aldus suffragantibus omnibus meis codd.

Vindicare se a privato Icilium ajebant] *agebant* Voſſ. 1. Leid. ambo, Klockian. Lipsiens. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] qui error in membranis antiquis frequens eſt. V. infra ad 8, 33, 23.

Si vim adferre conaretur, ibi quoque se haud inpares fore] Dele pronomen *se*. Nam praecedit *vindicare se a privato*. RHENAN. Ablegavit provocabulum *se* Rhenanus, illud repetentibus Pall. MSS. omnibus, atque antiquitus editis. GEBH. *adferre conarentur* Voſſ. 1. Leid. ambo, Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Hearnii Oxon. N. et C. [Veith.] omnesque inpressi usque ad Frobenium, qui anno 1535. *conaretur* vulgavit; quomodo etiam legi neceſſe eſt, si superius *jure ageret* cum Rhenano recipimus. Et ita hic exhibent Voſſ. 2. Harlej. ambo, Portug. et Fragm. Hav. a m. 2. Tum *illi quoque*, pro *ibi quoque*, Portug. Denique pronomen *se*, quod Rhenanus delendum judicavit, ab uno tantum abeſt Fragm. Hav. in reliquis omnibus conſtanter supereſt. Neque illam legitimam delendi cauſſam puto, quod modo praeceſſerit. V. ad 1, 3, 9.

§. 4. *Hinc atrox rixa oritur*] *atrox ira oritur* Portug. errore scribarum. Paullo poſt *sequuntur Valerius Horatiusque* transpositis vocabulis Gaertn. Ordinis mutandi cauſſam habuiſſe li-

Hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque 4
lictor decemviri invadit. franguntur a multitudine
fasces. In concionem Appius adscendit. Sequuntur Horatius Valeriusque. eos concio audit: decem-
viro obſtrepitur. Jam pro imperio Valerius disce- 5
dere a privato lictores jubebat: quum, fractis animis, Appius, vitae metuens, in domum se propinquam foro, insciis adversariis, capite obvoluto, re-

brarius videtur, quod bis supra hoc cap. Valerius Horatio praeponatur; similiter etiam supra c. 40, 11. c. 41, 1. c. 50, 16. c. 53, 1. c. 55, 1. l. 4, 6, 7. et alibi. Sed omnes codd. reliqui ab uno illo diſſentiunt. Praeterea Livium non semper eo ordine in his usum eſſe patet ex c. 52, 5. *Plures jom, quam Horatius et Valerius, vociferobantur.* [*frongunturque* Veith.]

Eos concio oudit, decemviro obstrepitur] *decemviro obstrepit* Fragm. Hav. a m. 2. Interpolatori displicuiſſe videtur mutatio orationis agentis in passivam, quae tamen Livio familiariſſima eſt. V. infra ad 4, 2, 7. et ad 8, 34, 9.

§. 5. *Cum fractis onimis Appius vitoe metuens in domum*] *confractis animis* Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. qui error saepe in codd. scriptis obcurrit. V. infra ad 4, 24, 7. *contractis animis* corruptius Lipſiens. Sed *fractus* et *tractus* in Mſtis commutari solent. V. ad 23, 35, 1. Deinde *vitoe metuens Appius fugit in domum* Florent. Sed voces *Appius fugit*, quas sensus respuit, partim quod *Appius* praecedat, partim quod *recepit* sequatur, olim pro lemmate margini adscriptae, ab indocto autem librario in contextum admiſſae fuiſſe videntur. Id autem saepe alibi factum eſſe infra videbimus ad 7, 40, 4. Ceterum paullo ante vocula *Jom*, quae eſt in omnibus libris, qua scriptis qua inpreſſis, a manu recenti deletur in Florent. Tum *pro imperio* ut supra 1, 51, 2. *Quia pro imperio polom interfici non poterat, obloto falso crimine, insontem obpressit.* [*Appius incitore metuens* Veith.]

Capite obvoluto recepit] *recipit* Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Florent. et Gaertner. [Veith.]

§. 6. *In forum ex altera parte inrumpit. videt imperium vi victum*] *in forum ex altero parte rumpit* Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. Male. V. ad praefat. §. 11. *irrupit* Harlej. antiq. et Lipsiens. Deinde *vidit imperium vi victum* Gaertn. *videt imperium invictum* Leid. 1. et Lipsiens. Qui error natus eſt ex similitudine ductuum literarum *in* et *ui* in scriptura Longobardica. V. ad 3, 20, 6. c. 57, 8. et alibi. (* 7, 9, 1.) Ob eamdem cauſſam etiam saepe *hinc* et *huic* commutantur in Mſtis. V. infra ad 25, 40, 2. *ingens* ac *uigens.* V. Inl. N. Heinsium ad Silii Ital. 6, 35. Ex eodem fonte profluxit, quod infra cap. seq. §. 3. *in se* pro *visae* praeferat Haverk. *in res*, pro *vires*, Gaert-

6 cepit. Sp. Oppius, ut auxilio collegae esset, in forum ex altera parte inrumpit. videt imperium vi victum. Agitatus deinde consiliis, atque ex omni parte adsentiendo multis auctoribus trepidus, sena-
7 tum postremo vocari jussit. ea res, quod magnae

ner. 5, 46, 4. *invido*, pro *vivido*, idem codex 6, 22, 7. Ceterum *videt imperium jam victum* Harlej. 2. [Veith.] Sed, utramque lectionem jungens, *videt imperium jam invictum* dedit librarius Haverk. Paullo ante *auxilio collegae isset*, pro *esset*, Harlej. 1. quomodo saepius peccarunt scribae librarii. V. ad 27, 44, 3.

Agitatus deinde consiliis] Pro certo habeo, legendum *Agitatis deinde consiliis*, ut est in Vet. lib. Nam l. 4, [25, 7.] aït, *Consilia ad movenda bella ad Fanum Voltumnae agitata*. Et post etiam, *Ibi secreta consilia agitare*. Itemque saepius *agitare consilia*. SIG. *Agitatis deinde consiliis* solus Palat. sec. a Sigonio rarissime discedens. Reliqui omnes *Agitatus*. Non diffiteor tamen, alteram hac meliorem esse lectionem. GEBH. *Agitatis* apud me tantum superest in Harlej 2. Haverk. et Portug. ab interpolatione; quibus Hearne Oxon. L. 1. B. et C. succinere testatur. *Agitatum* Lipsiens. Alii omnes, quibus usus sum, *Agitatus* servant. *Agitare consilia* Livio frequens est, ut Sigonius observat. Ita 1, 48, 9. *Ni scelus intestinum liberandae patriae consilia agitanti intervenisset*. 6, 2, 1. *Nec diu licuit quietis consilia erigendae ex tam gravi casu reipublicae secum agitare*. c. 18, 3. *Et Manlius cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque consilia agitabat*. 28, 10, 5. *Qui Etruscorum Umbrorumve populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub adventum ejus consilia agitassent*. *consulta agitare* perpetuus Livii imitator Silius dixit l. 1, 675.

Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.

Doujatius, qui emendationem *Agitatis deinde consiliis* perperam Glareano adscribit, priscam lectionem non omnino respuendam judicat. Eam enim significare, varietate consiliorum, quae omni ex parte et in omnem partem ingerebantur, agitatum et fluctuantem Oppium, initio adsensisse iis omnibus, quae proponerentur, tandem eo descendisse, quod plures auctores suadebant, ut senatum vocari juberet. Et hanc lectionem veriorem esse auctoritas codd. integerrimorum eam tuentium persuadet. *agitatus consiliis*, ut *agitatus variis casibus* apud Justin. 18, 6. *Cujus urbis virtus sicut bello clara fuit, ita domi status variis discordiarum casibus agitatus est*. Hanc itaque lectionem contextui restitui. Praeterea *conciliis* Fragm. Hav. a m. 2. Mox sequens *atque* non comparet in Lipsiens.

Multis auctoribus trepidus senatum postremo vocari jussit] Pall. tres et Campani ed. *trepidaverat*. GEBH. Quid sibi velint tres Pall. Voss. [uterque,] Helm. Flor. Rott. et Campanus exhibendo *trepidaverat*, ignoro;

parti Patrum displicere acta decemvirorum videbantur, spe per senatum finiendae potestatis ejus multitudinem sedavit. Senatus nec plebem irritandam 8 censuit; et multo magis providendum, ne quid Virginii adventus in exercitu motus faceret.

nisi forte, *auctoribus, trepida re, senatum postremo.* Infra [c. 69, 5.] *Plebem obedientem in re tam trepida Patribus praeberent.* l. 4, [17, 8.] *Et senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Aemilium jussit.* l. 26, [8, 2.] *Ut in re tam trepida senatu extemplo vocato.* J. FR. GRON. *trepidaverat*, quod in plerisque suis Gronovius invenerat, mihi quoque in omnibus meis obvium fuit. Eamdemque lectionem in Oxoniensibus, quos consuluit, supereſſe Hearne auctor eſt. Hinc Gronovius prima notarum ed. scribendum conjecit *multis auctoribus, ut trepida re, senatum.* Sed malim *multis auctoribus, trepida in re, senatum postremo vocari jussit.* Saepius ea formula *in re trepida, in rebus trepidis* apud Livium obcurrit. Supra 1, 27, 7. *Tullus in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori ac Pavori.* 4, 13. 14. *Ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecorive reipublicae esset.* c. 46, 8. *Subsidia, quae respicerent in re trepida, praeparata erant ab tribuno militum.* c. 56, 8. *Senatus extemplo (quod in rebus trepidis consilium ultimum erat) dictatorem dici jussit.* 26, 5, 7. *Romani, ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefensi relinquerent, ita inter se copias partiti sunt* 5, 36, 2. *Quorum auxilium a Clusinis in re trepida sit inploratum.* c. 44, 1. *Res ac periculum commune cogit, quod quisque possit in re trepida praesidii, in medium conferre.* 34, 11, 5. *Orant, ne se in rebus tam trepidis deserat.* Silius Ital. 7, 1.

Interea trepidis Fabius spes unica rebus.

ubi ex eodem plura exempla laudavi. Vide tamen, an praeſtet, *Agitatus deinde consiliis, postquam ex omni parte adsentiendo multis auctoribus trepidaverat, senatum postremo vocari jussit*; vel, transpoſitis vocibus, *postquam ex omni parte adsentiendo trepidaverat, multis auctoribus senatum postremo vocari jussit.* Id si placet, *trepidare* non accipiendum eſt pro terrore concuti; sed, quemadmodum id verbum saepe eleganter de ultro citroque discurrentibus sumi solet, de quo infra v. ad 27, 1, 8. ita hic ad animum translatum de eo dicetur, qui certum, quod sequatur, consilium capere nequit, sed, modo huic, modo alteri adsentiens, in partes varias rapitur. Deinde *senatum postremum vocari* Lipsiens. aberratione librarii. unde etiam factum eſt, ut vocem *vocari* perperam omittant Leid. 2. et Voſſ. 1.

§. 7. *Spe per senatum finiendae potestatis ejus*] *finiendae potestatis eis* Haverk. Paullo ante *Hec res, quod magnae parti,* pro *Ea res,* Lipſiens. Sed utramque lectionem jungens scriba Gaertn. *Hec ea res* dedit. Praeterea *displiceat*, pro *displicere*, Leid. 2.

§. 8. *Senatus nec plebem ir-*

1 L. Itaque missi juniores Patrum in castra, quae tum in monte Vecilio erant, nunciant decemviris,
2 *ut omni ope ab seditione milites contineant:* ubi Virginius majorem, quam reliquerat in urbe, motum ex-

ritandam censuit] *non plebem irritandam* Voss. 1. et Leid. 2. *no plebem irritandam* Portug.

Multo magis providendum] MS. *et multo magis.* Lego *sed multo magis.* KLOCK. Particulam *et*, quam vetustiores excusi omiserant, primus addidit Aldus. Eamdem etiam agnoscunt omnes scripti; quam in *sed* cum Klockio mutare nihil opus existimo. *et multo post magis providendum*, addita voce, praefert Haverk. Mox verbis proximis *nequit Virginii*, pro *ne quid*, Lipsiens.

§. 1. *Quae tum in monte Vecilio erant*] Quis ille mons sit, haud equidem memini me legere. Oportet, obscurum esse nomen. GLAR. Video in Gallia nuper in usum Serenissimi Delphini ad has voces scriptum esse. „Opinor *in monte Algido* legendum, quod omnes auctores tradunt, Eutropius inprimis [1, 18.] post nostrum supra c. 44. Irrepsit in id nomen non absimile mendum in vulgatis Dionysii exemplaribus: legitur enim *ἐν Λαγαδίῳ*, *in Lagadio.* nam emendatiores *ἐν Ἀλγιδῷ* exhibent.“ Sed in his nihil, nisi immensae negligentiae cum audacia certamen. Tam enim credo illum caste ac juste opinari de Liviana mutatione, quam vere in Dionysii vulgata exemplaria illud mendum irrepsit. Non irrepsit in Dionysium, sed in Diodorum Siculum [l. 12. p. 300.] Non irrepsit in vulgata modo Diodori exemplaria, sed omnia alia, quae habentur, aut inspecta sunt a viris doctis, quorum iste fuit labor. Emendatiores quos dicat, non intelligo. Soli Laur. Rhodomannus et Ph. Cluverius, alter in notis, in Vetere Italia [2, 16. p. 777.] alter, sic correxit, nisi quod Rhodomannus non citet *Λαγαδίῳ*, sed *Λαγιδίῳ*, quod dicit esse mendose pro *Ἀλγιδῷ*. Sed quum Stephanus clare dicat, *ἐθνικὸν* esse *Ἀλγίδιος*, apparet nihil in ea voce accidisse, nisi mutationes *Λ* et *Α* literarum, et scripsisse Diodorum *Ἀλγιδίῳ*, scilicet *ὄρει*, particulatim dicto *Vecilio*, uno ex collibus Algidiensibus. Nam egregie id ἐθνικὸν Stephani Graecum confirmatur ab accuratissimo Holstenio per inscriptionem ab Manutio productam, ubi sic Latine idem concipitur, non *ALGIDENSIS.* Sic ergo in Algidi montanis varia omnino fuerunt vocabula, quibus certae partes distingui solebant, ut passim factum. JAC. GRON. Respons. ad Cavill. Fabretti p. 19. Codices nihil mutant, nisi quod *in monte Vetilio* sit in Leid. 2. *in monte Vetulio* in Gaertn. Neque legitimam illam caussam Livii verba tentandi Doujatius censere debebat, quod *mons Vecilius* a nemine memoretur. Ita enim infinita, et in Livio, et in aliis scriptoribus, mutanda superessent. Accedit, quod, quamvis ager circa Algidum montanus fuerit, tamen Livius et aequaevi scriptores disertim *Algidum montem* non memorent, qui tamen *Algidi* saepissime mentionem faciunt. Id demum a posterioris aevi scriptoribus Hieronymo, Auctore de viris Inlustr.

civit. Nam, praeterquam quod agmine prope qua- 3
dringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, conspectus est; strictum etiam telum, respersusque ipse

et Eutrop. factum esse, observat Cluver. 2. Ital. Antiq. 16. p. 777. Paullo ante *juniores Patres*, pro *juniores Patrum* Lipsiens. V. supra hoc lib. ad c. 15, 2.

Ut omni ope a seditione milites contineant] *ab seditione* Florent. Voss. ambo, Leid. 1. Portug. Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et vetustiores, quos vidi, typis descripti. Lugdunenses operarum errore *omni ope ac seditione* anno 1535. vulgarunt, quod anno sequenti Basileenses et postea alii servarunt usque ad Modium, qui litera erasa *a seditione* edidit, quum *c* potius in *b* mutanda foret, praeeuntibus scriptis et prioribus inpressis. *omni ope*, sive *omni opere*, est in Gaertn. sollemni scribarum errore. V. infra ad 8, 16, 4.

§. 2. *Ubi Virginius majorem, quam liquerat in urbe, motum excivit*] Scribendum *quam reliquerat*. RHEN. *liquerat* primus Aldus dederat, sed invitis et scriptis et editis prioribus. Praeterea *excitat* Voss. 2. Male. Supra 2, 64, 9. *Sedato tumultu, quem terror subitus exciverat.* 5, 10, 3. *Haud parvum motum duo judicia excivere* 28, 24, 2. *Adparuitque, quantam excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procellas excivisset.* Voces autem *excire* et *excitare* alibi saepe librarii commutarunt. V. ad 28, 24, 4. Insuper prima vox *ubi* deficit in Gaertner. Sed pro ea *ibi* est in Florent. Solent autem hae voces in scriptis confundi. V. infra ad 27, 5, 2.

§. 3. *Strictum etiam telum, respersusque ipse cruore, tota in se castra convertit*] Nemo animadvertit, hic vocem unam deesse, sine qua sensus esse nullus aptus potest. Ea vero est in libris antiquis, sic: *strictum etiam telum tenens, respersusque.* Quam candem affert etiam Dionysius in eadem re explicanda [l. 11. p. 720.] *τὴν μαγειρικὴν διὰ Χειρὸς ἔΧων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας.* id est, *Lanii cultrum manu tenens, totus sanguine foedatus.* SIG. Quorsum hoc, o Sigoni, an putas totidem Halicarnass. vertisse locum Livii? Imo omnes veteres libri, quos vidi, et is, cui ego multum tribuo, qui a Victorino Feltrensi fuit correctus, et impressus a Vendelino MCDLXX. nam ex antiquissimis eum describendum curavit. Sententia autem venusta est et gravis. nam aït Livius, telum strictum, ipsum etiam Virginium, qui erat respersus cruore, convertisse in se oculos militum. Duo enim admirationem injiciebant militibus. primum telum strictum: deinde ipse Virginius, qui erat respersus cruore. Quod si addatur illa dictio *tenens*, non video, quomodo locum habere possit altera dictio *ipse*, quae alioquin vim magnam habet in ea periodo. ROBORT. 2. Annot. 54. Ego, quum in plerisque libris manuscriptis triennio ante invenirem, *strictum etiam telum tenens*, id quod nunc etiam in Mureti libro invenio, et quum Dionysium ipsum, quum de eodem homine eademque re loqueretur, eam non praetermittere animadverterem,

cruore, tota in se castra convertit. et togae, multifariam

ne praetereundam mihi quidem putavi. Robortellus autem omittendam esse censet, quia duo, inquit, admirationem injiciebant militibus; primum, telum strictum; deinde, ipse Virginius, qui erat respersus cruore. Quod si addatur dictio *tenens*, se non videre aït, quomodo locum habere possit dictio altera *ipse*, quae alioquin vim magnam habet in periodo. Ad quae dico, Virginium duobus modis castris admirationem incussisse, et quod strictum telum haberet, et quod ipse sanguine respersus esset. Quod autem aït, se non videre, ut vox *ipse* locum habeat, nescio quos oculos habeat; qui non videat, aliud esse Virginium, strictum telum tenentem, aliud Virginium ipsum, quod multo majus est, respersum cruore. Neque enim Virginius aut cum telo, aut non respersus attulisset admirationem, sed cum strictum teneret gladium, et ipse, nedum gladius, esset respersus sanguine, in se tota castra convertit. Haec si non vides, aut videre non potes, non est quod in tantis veterum scriptorum tenebris ambules, aut aliis lucem ostendere cogites, quam ipse intueri prope caecus non possis. SIG. 1. Emend. 49. Eleganter de hac re Jurisconsultus [Pomponius l. 2. §. 24. ff. de Orig. Jur.] *Initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam, qui cum animadvertisset, Ap. Claudium contra jus, quod ipse ex vetere jure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias filiae suae a se abdixisse, et secundum eum, qui in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse, captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse: indignatus, quod vetustissima juris observantia in persona filiae suae defecisset, utpote cum Brutus, qui primus Romae consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum servi, qui proditionis conjurationem indicio suo detexerat, et castitatem filiae vitae quoque ejus praeferendam putaret, arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit. in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens a caede, madensque adhuc filiae cruore, ad commilitones confugit: qui universi de Algido, ubi tunc belli gerendi caussa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Aventinum transtulerunt. Omnisque plebs urbana mox eodem se contulit.* MOD. Solus Palat. sec. *strictum etiam telum tenens.* Sed quoniam hic liber est sublestissimae fidei, et recentissimae notae, suppositum quippe est τὸ *tenens* ab eo, qui putavit hiantem orationem tali verbo fulciendam esse. Conjecit enim castra in admirationem telum sive culter, quo filiam transfixerat, et ipse foedatus sanguine virginis filiae. Certe judicio opus est versaturis in vetustis libris, neque omnia avide arripienda sunt, quod plerumque in Livio parum memor pudoris, quem tanto scriptori debebat, fecit Sigonius. GEBH. Sane animadvertit nemo deesse vocem, sine qua sensus nullus esse possit: neque enim deerat: sed facile animadvertere est, superesse vocem in codice interpoli Sigonii, *strictum etiam telum tenens.* Ipsum enim illud telum strictum et subrectum, quale erat cruore madidum et stillans, non modo tenens telum, admirationi hominibus fuit, om-

fariam in caftris visae, majoris aliquanto, quam erat, speciem urbanae multitudinis fecerant. Quaerenti- 4

niumque in se ora convertit. Vidit hoc et Robortellus. J. FR. GRON. *tenens*, a Sigonio additum, Hearne in solo tantum Oxon. B. obfendit. Neque mihi in ullo meo obvium fuit, nisi in Haverk. et in margine Portug. a m. 2. Ejus loco *gerens* similiter in margine a m. 2. praefert Fragm. Hav. Sigonius callide verborum Dionys. ordinem invertit, ut inter eum et Livium convenire incautis tanto magis persuaderet. Leguntur enim hac serie. *Ἀφικνεῖται περὶ λύχνων ἀφὰς ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀλγίδῳ χάρακα, τοιοῦτος οἷος ἐκ τῆς πόλεως ἐξέδραμεν, αἵματι πεφυρμένος ἅπας, καὶ τὴν μαγειρικὴν μάχαιραν διὰ χειρὸς ἔχων.* Praeterea *structum etiam telum* habet Leid. 2. sollemni errore. Vide, quae olim notavi ad Silii Ital. 4, 746. et viros doctos ad Val. Max. 2, 8, 7. (* v. ad Liv. 10, 29, 6.) *strictum telum*, ut *stringere cultrum, ferrum, gladium.* Supra 1, 58, 2. *Stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit.* Infra 7, 5, 5. *Procul inde omnibus abire jussis, cultrum stringit.* c. 40, 10. *Vos prius in me strinxeritis ferrum, quam in vos ego.* 9, 5, 10. *Sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre.* 40, 4, 13. *Posito in conspectu poculo, strictisque gladiis, Mors, inquit, una vindicta est.* c. 9, 6. *Mihi quoque ferrum in me strictum cernenti vocem mittere liceat.* [*est. Et strictum etiam* Veith.]

Respersusque ipse cruore] *resparsusque et ipse cruore* Gaertn. Notat autem Victor. ad Varr. 1. de re ruft. 57. in optimo exemplari Varronis effe *conspargere* et *aspargere*; omnibus denique in locis, ubi hoc verbum eft apud Varronem Catonemque in compositione, eamdem vocalem primam literam habere, quam habet simplex: quomodo *retractare attractare* et *detractare* multis locis apud Livium in Mftis obcurrit. V. supra ad 3, 49, 2. 5, 22, 5. et 34, 15, 9. Verum quum alii omnes codd. tum etiam optimae notae Florent. *respersusque* servant. Pierius quoque auctor eft, se apud Virgil. 3. Aen. 625. in antiquis codicibus, quotquot habuit, *aspersa* et *adspersa* inveniffe; et idem notat, in antiquioribus omnibus, quos prae manibus habuit, 10. Aen. 416. *dispersit* legi. [*respersoque* Veith.]

In castris visae, majoris aliquanto, quam erat, speciem] *in castris in se* dedit aberrans cod. Haverk. librarius. V. ad cap. praec. §. 6. *in castris in majoris* eft in Lipsiens. *species* deinde eft in Florent. a m. 2. Praeterea voces *quam erat* perperam omisit Portug.

§. 4. *Flens diu vocem non emisit*] Hic poftremum verbum perperam mutatum eft. Debet enim effe *vocem non misit*, quemadmodum antiquum continet exemplar. Porro saepe *mitto*, pro emitto, Livius usurpat, simplex pro composito, sicut et *missa* participium, pro emiffa. RHEN. Rhenani codici concinunt mei omnes. Ita supra 3, 36, 5. *Si quis memorem libertatis vocem aut in senatu aut in populo misisset.* c. 41, 3. *Non erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, vocem misisse.* c. 56, 6. *Audita vox una vindex libertatis, ex eo missa ore, quo vindiciae nuper ab libertate dictae erant, silentium fecit.* 4,

bus, *quid rei esset*, flens diu vocem non misit: tandem, ut jam ex trepidatione concurrentium turba constitit, ac silentium fuit, ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit. Supinas deinde tendens manus, com-

3, 8. *Quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur.* 8, 32, 8. *Extra ea cave vocem mittas.* c. 33, 10. *Bene agis, inquit, quum eo nos deduci jussisti, unde et privati vocem mittere possemus.* 30, 12, 12. *Si captivae apud dominum vitae necisque suae vocem supplicem mittere licet.* 35. 32, 6. *Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent.* 40, 9, 6. *Mihi quoque ferrum in me strictum cernenti vocem mittere liceat.* Phaedrus 4. Fab. 10, 4.

Repente vocem sancta misit religio.

ubi v. Cel. Burmann. Justin. 42, 4, 12. *Multis diebus non adloqui quemquam, non cibum sumere, non vocem mittere, ita ut etiam mutus factus videretur.* Florus 4, 10, 7. *Adeo res miraculo fuit, ut unus ex barbaris miserit vocem.* ubi videndus Cel. Dukerus. Ita *vox coelo missa*, pro *emissa*, Gronov. infra legendum censuit 5, 51, 7. ubi locutionem pluribus exemplis inlustravit.

§. 5. *Supinas deinde tendens manus*] *extendens* Gaertn. pro quo *intendens* legendum esse conjici posset. V. Inl. N. Heinsium ad Valer. Flacc. 3, 268. Potius tamen est, ut *extendens* ex glossa interpretis receptum putemus. De locutione *tendere manus* vide, quae notavi ad Silii Ital. 15, 640.

Neu se, ut parricidam liberum, aversarentur] *patricidam* Lipsiens. et Voss. 2. (* v. ad Liv. 8, 11, 7.) V. Cl. Cortium ad Sallust. Catil. 14, 2. Justin. 18, 7. *Adfectati regni accusatus duplicis et in filio et in patria parricidii poenas dedit.* Deinde *parricidam liberi adversarentur* Portug. a m. 1. *parricidam liberorum aversarentur* a m. 2. Sed *liberum* contracte Livio frequens. V. infra ad 22, 22, 5. *adversarentur* habent Leid. 1. Lipsiens. et Gaertn. [Veith.] eodem errore, quo *aversus* et *adversus*, ut et *avertere* et *advertere* passim in libris scriptis confunduntur. V. supra ad 2, 31, 6. Gravius aberrarunt scribae codicum Voss. 1. et Leid. 2. quorum ille praefert *veri seu patricidiam adversarentur*, hic *neque ut patricidae veri seu patricidiam adversarentur.*

§. 6. *Sibi vitam filiae sua cariorem fuisse*] Mallem legi hoc loco *cariorem futuram fuisse.* SIG. Falsus est Sigonius, qui hic persuadere nobis conatur, legendum esse *sibi vitam filiae sua cariorem futuram fuisse.* Continuo quia ille ex idiotismo ita loqui amavit, intrudendum tale Livio fuit. Vulgatam tuentur Palat. sec. ac deinde edd. binae antiquissimae. Ceteri scribunt *sibi vitam filiae suae cariorem fuisse.* GEBH. Ex meis vulgatum servant Florent. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. At reliqui praeferunt *sibi vitam filiae suae cariorem fuisse*; nisi quod voces *adversarentur*. *Sibi vitam filiae sua cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere desint* in contextu Fragm. Hav. in cujus margine m. 2. adscribuntur,

militones adpellans, orabat, *Ne, quod scelus Ap. Claudii esset, sibi adtribuerent: neu se, ut parricidam liberum, aversarentur. Sibi vitam filiae sua cariorem fuisse,* 6
si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset. *quum,* vel-

ita tamen ut ab initio *filiae suae* exaratum fuerit, quod postea in *filiae sua* mutatum est.

Si libere ac pudice vivere licitum fuisset] Lectio vetus *si libere ac pudicem vivere.* Forte scribendum *si libere ac pudicam vivere licitum fuisset.* Et sequitur paullo post, *quia non ultra pudica victura fuerit.* RHEN. Vet. lib. habent *libere ac pudice* sine diphthongo. SIG. Non aliter Pall. tres et edd. priscae, quam *libere et pudice.* Proinde delirat Rhenanus, corrigens ineptissime, *si libere ac pudicam vivere,* absurdissima constructione. GEBH. Rhenanus *pudicam.* Malo, *si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset.* Quod mutavit Sigonius praetextu scriptorum suorum. Atqui fuerunt illi omnes, si quidem multi fuerunt, adeo recentis manus, ut diphthongos non haberent. Plautus Casina [2, 8, 53.] *Malo hercle vestro tam versuti vivitis.* Bacchid. [3, 6, 24.] *benevolens vivit tibi.* Catullus [Ep. 10, 33.]

Sed tu insulsa male et molesta vivis.

Terent. Heaut. [2, 4, 11.] *Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertae vivimus.* Cicero Philipp. 11, [10.] *Agitur autem, liberine vivamus, an mortem obeamus.* 14. ad Famil. Ep. 1. *Quod si nostris consiliis usi essemus, beatissimi viveremus.* J. FR. GRON. In nullo meo *libere ac pudicem* inveni, quod Rhenano in suo obvium ansam conjectandi dedit *libere ac pudicam.* Id autem licet Gebhardo recte displicuisse existimem, caussam tamen non habuit, cur absurdissimam eam constructionem diceret. Livius enim, qui ubique orationem varietate distinguendi occasionem captavit, pari modo nomen adjectivum et adverbium cum particula connectente junxit supra 2, 30, 12. *Itaque confusi et contemtim pugnam iniere.* Licet autem Rhenanus *libere et pudicam vivere* conjecerit, ejusque emendationes plerumque Frobeniana anni 1535. exhibere solita fuerit, hic tamen eo relicto dedit *liberae ac pudicae vivere,* quod a Sigonio mutatum, recte Gronov. revocavit. Ovid. 3. Am. Eleg. 9, 37. *Vive pius, moriere pius.* Et ita alibi saepe adjectiva pro adverbiis poni solent. V. infra ad 22, 12, 7. Quod autem adtinet ad genus constructionis *licitum fuisset vivere liberae,* eodem modo id dictum est, quo illud infra 21, 44, 8. *Illis timidis et ignavis licet esse, qui respectum habent.* et apud Horat. 1. Sat. 2, 50.

Qua res, qua ratio suaderet, quaque modeste
Munifico esse licet.

Plura ejus generis plena manu conlegit Inl. N. Heinsius ad Nason. Epist. 14. Heroïd. 64.

Morte amitti melius ratum quam contumelia, liberos] Deest verbum, *vivere,* inquit Sigonius. Immo supersit et hic in lutulento illo codice id verbum.

ut servam, ad ſtuprum rapi videret, morte amitti melius ratum, quam contumelia, liberos, misericordia se
7 *in speciem crudelitatis lapsum. Nec se superſtitem filiae futurum fuiſſe, nisi spem ulciscendae mortis ejus in auxilio commilitonum babuisset. Illis quoque enim filias,*

Non enim sensus eſt, melius se eſſe ratum, liberos mori, quam contumelia affectos vivere; sed cum imbibiſſet, minus eſſe durum, per mortem, quam per probrum et dedecus, perdere liberos, dum miſeretur filiae et vicem ejus dolet, non recte aeſtimantibus crudeliter in eam se conſuluiſſe videri. Non enim minus, quam morte, amittebat filiam per duplicem contumeliam, alteram certam et expositam, cum addiceretur domino pro mancipio, libertateque et civitate excluderetur; alteram dissimulatam quidem, sed satis multis praevisam intellectamque, cum deſtinaretur Appianae libidinis victima. Sensus autem ille, quem dedimus, oſtendit, etiam in diſtinctione vulgo peccari, et ita faciendum: *quum velut servàm ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratum quam contumelia liberos, misericordia se in speciem crudelitatis lapsum.* J. FR. GRON. *vivere*, quod ex veteri cod. poſt vocem *liberos* addebat Sigonius, supereſt in Gaertn. Haverk. et Oxon. L. 1. et C. apud Hearnium. Sed recte Gronovius illud ex interpolatione natum docuit. Ceterum jam ipse Sigonius tacitus vet. libri sui scripturam damnavit. Scholion enim, quod in prima tantum ed. comparet, omittendo in poſterioribus satis indicavit, se sententiam mutaſſe, et vulgatam lectionem nunc probare. Praeterea *morte adimi melius* Hearnii Oxon. L. 1. *morte admiti* in contextu habet Lipsiens. pro quo in margine emendatur similiter *morte adimi.* Ovidius Epiſt. 13. Heroïd. 95.

Infelix, quae prima virum lugebit ademtum.

Epiſt. 15. Heroïd. 115.

Non aliter, quam si gnati pia mater ademti
Portet ad exstructos corpus inane rogos.

1. ex Pont. Epiſt. 9, 41.

Jure igitur lacrimas Celso libamus ademto.

Horat. 2. od. 4, 10.

— — ademtus Hector
Tradidit fessis leviora tolli
Pergama Grajis.

Sed nihil mutandum eſſe codicum, vulgatam lectionem tuentium, consensus evincit. V. infra ad Epit. Liv. l. 127.

Misericordia se in speciem crudelitatis lapsum] Aliter Palat. sec. et, ut plane exiſtimo, perperam *Misericordia vivere, se in speciem* etc. At Campanus *mira se in speciem crudelitatis lapsum.* GEBH.

§. 7. *Nec se superstitem filiae futurum fuisse, nisi spem ulciscendae* etc.] *Tò se* non modo deſideratur in Voſſ. 1. et Leid. 2. verum etiam in excusis vetuſtioribus. Primus addidit voculam Al-

sorores, conjugesque esse. nec cum filia sua libidinem Ap. Claudii exstinctam esse; sed, quo inpunitior sit, eo effrenatiorem fore. Aliena calamitate documentum da- 8 *tum illis cavendae similis injuriae. quod ad se adtineat, uxorem sibi fato ereptam: filiam, quia non ultra pu-*

dus, quam servant reliqui codd. quorum etiam auctoritati cedendum puto. Neque vetuftae lectioni patrocinium inde peti poteft, quod pronomen modo praecefferit. *Misericordia se in speciem crudelitotis lapsum. Nec se superstitem filioe futurum fuisse.* Nam ita supra etiam cap. praec. §. 3. *Si jure ageret, vindicare se a privato Icilium ajebant: si vim adferre conaretur, ibi quoque se haud inpores fore.* Et sane vulgatae Livii lectioni controversiam movendo juftam cauffam non effe, quod eadem vox modo praeceffcrit, ex illis patet, quae supra dicta sunt ad 1, 3, 9. Praeterea *fuisse* perparam abeft a Fragm. Hav. a m. 1. Denique *ni spem ulciscendae mortis* Harlej. 2. Verum, quum reliqui conftanter praeferant *nisi*, ejus voculae pofteriorem syllabam a litera prima sequentis vocis intereceptam puto.

Illis quoque enim filias sorores conjuges esse] Liber antiquus habet *conjugesque esse*. RHEN. Pall. primus ac tertius Campanusque *Illis quoque enim filias*. At sec. *Illis quoque eis filias*. Andreas omiffo τῷ *enim*, *Illis quoque filias*. GEBH. Ro. Andreae, Bec. Mog. Asc. et caeterae, *Illis quoque filias*. Gryphius, *Illis quoque etiam* MSS. et Campanus et Juntas, *Illis quoque enim filias*. cui meum calculum appono. Vulgatum [*Illis etiam filias*] in primo raperio Curione. J. FR. GRON. *Illis quoque eis* Harlej. 2. et Haverk. At reliqui omnes *Illis quoque enim filias*. Primae edd. praeferunt *Illis quoque filias*. Aldus deinde repofuit *Illis quoque enim filias*. quod sequentes editores servarunt usque ad Bafileenses anni 1539. qui subftituerunt *Illis quoque etiam filias*. Sed eodem errore operarum, quo etiam particulae illae in Mftis commutantur. V. infra ad 36, 41, 3. Et cum tamen errorem servavit Gryphius anno 1548. Sed Curio deinde duarum particularum *quoque etiam* conjunctione obfensus τὸ *quoque* expunxit. Quo reftituto Gronovius recte ex Mftis cum Aldo revocavit *Illis quoque enim filias*. Deinde copulam, quam Rhenanus addidit, *filias sorores conjugesque esse*, agnoscunt omnes codd. mei. Eorum itaque fide eam servo. Ceteroquin illam omittere Livio haud infrequans eft. V. infra ad 4, 28, 5. Verba proxima *nec cum filia sua libidinem Ap. Claudii exstinctam esse* omittuntur in Leid. 1. negligentia scribae, cui anfam dedit τοῦ *esse* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11.

§. 8. *Uxorem sibi fato ereptam*] *arreptam* Leid. 2. *erectam* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. V. supra ad 3, 5, 7. *raptam* antiquae edd. Suet. in Calig. 7. *Ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus jam puerascens*. Juftin. 2, 2. *Neque plus hominum ferrum et arma, quom naturalis fatorum conditio roperet. sibi raptam*, ut apud Ovid. Epift. 13. Her. 74.

dica victura fuerit, miseram, sed honestam, mortem
9 *obcubuisse. Non esse jam Appii libidini locum in domo sua. ab alia violentia ejus eodem se animo suum corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiae. Ceteri sibi ac li-*
10 *beris suis consulerent.* Haec Virginio vociferanti sub-

Ut rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.

13. Metam. 772.

— — lumenque, quod unum
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulixes.

Quum tamen reliqui codd. in vulgatum consentiant, eam lectionem recte ab Aldo adscitam puto. Paullo ante *cavendae injuriae similis* Portugall. alio ordine, sed invitis reliquis qua scriptis, qua editis. *cavendū similis injuriae* perperam Gaertn.

Filiam**, **quia** non **ultra** pudica **victura fuerit, miseram, sed honestam mortem obcubuisse] Vet. lib. *misera, sed honesta morte.* SIG. Hanc lectionem solum in Campani reperi editione. Alias Pall. sec. tertiusque, Andreae quoque ed. *misesera sed honesta morte occubuisse.* ubi Palat. pr. omittit *τὸ sed.* GEBH. *filiam* etc. *misera, sed honesta morte occubuisse* primae edd. praeter Campanianam Gebhardo memoratam, usque ad Aldum. Is vero *miseram, sed honestam mortem occubuisse* recepit. quae lectio, licet interim Sigonius ex vet. lib. priorem revocarit, in reliquis recentioribus permansit, usque dum Gronovius alteram *misera sed honesta morte* iterum restituerit. Ita autem tantum apud me pejoris notae codices Voss. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. ut et Oxonienses apud Hearnium praeferunt, nisi quod Voss. 2. etiam voculam *sed* neglexerit. At contra *filiam* etc. *miseram, sed honestam morte occubuisse* Leid. 2. et Portug. ut *filiam miseram, sed honestam occubuisse* eodem modo dicatur, quo his ipsis verbis, *quia non ultra pudica victura fuerit,* et superius hoc cap. *Si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset.* ubi plura Gronovius exempla ejus locutionis laudavit. Proxime hanc lectionem *filiam* etc. *miseram, sed honesta morte, occubuisse* a m. 1. fuerat in Florent. sed m. 2. litera deleta factum est *misera, sed honesta, morte occubuisse.* Verum *miseram, sed honestam mortem occubuisse* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Klockian. et Fragm. Hav. quod recepi; sive jungere velis *filiam miseram, sed honestam,* sive *miseram sed honestam mortem,* quomodo *inhonorata mors* est apud Silium Ital. 4, 607.

Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem
Et famae nudam inpatiens, spectabimur, inquit.

Ubi olim plura notavi. De locutione *obcumbere mortem,* vel *morte,* infra v. ad 31, 18, 6. Praeterea *quod non ultra* Haverk. V. infra ad 38, 36, 4. Insuper *victura pudica fuerit* transpositis vocibus prisci excusi; pro quo Frobenius anno 1535. dedit *pudica victura,* consentientibus scriptis, quibus usus sum.

clamabat multitudo, *nec illius dolori, nec suae libertati se defuturos.* Et inmixti turbae militum togati, quum eadem illa querendo, docendoque, quanto visa, quam audita, indigniora potuerint videri, simul profligatam jam rem nunciando Romae esse;

§. 9. *Quo vindicaverit filiae*] *quo vindicavit filiae* Lipsiens. et Haverk. V. infra ad 40, 14, 11. Posset et videri legendum esse *vindicarit*. V. ad 34, 32, 8. *quod vindicaverit filiae* Florent. sollemni scribarum errore. V. infra ad 36, 33, 3.

§. 10. *Haec Virginio vociferanti subclamabat multitudo*] *Nec Virginio vociferanti* Haverk. quomodo saepius scribae peccarunt. V. ad 32, 20, 7. *Haec Virginio vociferante* Gaertn. a m. 1. Ut ita *Virginio vociferante* absolute, *subclamare* autem sine casu ponatur, ut infra 26, 22, 8. *Quum centuria frequens subclamasset, nihil se mutare sententiae.* 21, 18, 13. *Sub hanc vocem haud minus ferociter, daret, utrum vellet, subclamatum est.* 10, 25, 7. *Ad hoc quum subclamatum esset, duplici quidem vallo et fossa, et tamen in ingenti metu esse.* Quum tamen et idem ille codex a manu altera et omnes reliqui constanter *vociferanti* praeferant, vulgato controversiam non moveo. Nam *Virginio vociferanti* etiam ablativo casu accipi potest. V. infra ad 6, 14, 13. Deinde *succlamabant* Voss. 1. a m. 1. et Leid. 2. quomodo alibi saepe Livius loqui solitus est. Infra 6, 19, 7. *Simul multitudo illa non secum certari viderint, et ex advocatis judices facti erunt, et accusatores de plebe, patricium reum intuebuntur, et regni crimen in medio, nulli magis, quam libertati favebunt suae.* ubi plura vide. An autem ipsi etiam hoc loco idem genus loquendi placuerit, ut dubitem, reliquorum vulgatum servantium auctoritas efficit. Ceteroquin *subclamabant* videtur probare sequens *defuturos*.

Nec illius dolori, nec suae libertati] *nec ullius dolori* Harlej. 1. Frequenter librarios voces *illi* et *ulli* in Mstis commutasse, infra docebo ad 25, 11, 3. Mox male *immixtae turbae* Voss. 1. Leid. ambo, Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *rogati*, pro *togati*, Lipsiens. et Gaertn. errore librariorum. V. supra h. lib. ad c. 26, 9. Errori caussam dedit similitudo literarum *r* et *t*. V. infra ad 5, 55, 3.

Quum eadem illa querendo, docendoque] Prima vox exsulat ab Harlej. 2. Portug. et Haverk. ad quam expungendam librarii permoti fuisse videntur, quod nescirent, quid ei responderet, ideoque supervacuam crederent. Sed optime expedivit, ejusque usum docuit Gronov. ad §. seq. Praeterea particula *que* deficit in Fragm. Hav.

Indigniora potuerint videri, simul profligatam jam rem nunciando] *potuerunt videri* Leid. 2. *potuere videri* Portug. Deinde *profligatam rem jam nunciando* alio ordine edd. vett. usque ad Aldum, qui *jam rem* primus dedit. Et ita omnes scripti, licet quidam in aliis vocibus mutent. Nam *profugatam jam rem nunciantes* Voss. 2. *profugatam* etiam Leid. 2. at

11 insecutique, qui Appium prope interemtum in exsilium abiisse dicerent, perpulerunt, ut ad arma

nunciandum Harlej. 1. [*rem nunciandam esseRomae.*Veith.] Paullo ante *quando*, pro *quanto*, Gaertn. quem errorem librarii ob minus distinctam verba praeeuntis pronunciationem facillime committere potuerunt. V. infra ad 7, 16, 3.

§. 11. *Insecutosque, qui*] Non placet, eos, qui cum Virginio venerant, narrare, post suum discessum secutos alios, qui Appium desperatione rerum exsisilium sibi conscivisse referrent. Credibile est enim, ita illos properasse, ut serius exeuntes assequi priores non possent. Dein eur ipsi illi, qui secuti dicuntur, non loquuntur, sed istis partes suas tradunt? Scripsit immo Livius, *insecutique.* Et ita Vossianus alter. Duo ait genera hominum perpulisse milites, ut ad arma conclamarent, et Romam contenderent: alterum, qui eum Virginio veneraut: hi egerunt tum querendo eadem, quae Virginius, adjiciendoque non posse verbis exprimi satis moestam rei faciem, et, quamquam tristissima audirent, multo tamen tristiora videntibus fuisse: tum nunciando Romae turbarum plena omnia, nec imperii compotes, qui essent illic, decemviros: alterum, qui, hos insecuti, auxerunt mendacio rem superjacientes, Appium poene manibus homin...n discerptum servili fuga se subduxisse, et exsulatum isse. Particulas *quum querendo, simul nuntiando* posuit, ut *quum tum*, *qua querendo qua nuntiando*, *et querendo et nuntiando.* J. FR. GRON. Nondum per omnia Gronovii emendatio Doujatio placere potuit: nulla enim ratione fieri potuisse existimat, ut Virginius et primi ejus comites actum de decemviris esse nunciarent, quum illis discedentibus Appius pro tribunali sederet armatis septus, nemine adhuc seditionem aperte movente. Existimat igitur, etiam copulam *que* tollendam, et posteriorem periodi praecedentis partem ad eosdem, qui insecuti erant, referendam esse, distinctione mutata hoc modo, *inmixti turbae militum togati, quum eadem illa querendo, docendoque, quanto visa quam audita indigniora potuerint videri: simul profligatam jom rem nunciando Romae esse insecuti, qui Appium prope interemtum in exilium abisse dicerent, perpulerunt* etc. Vel, si conjunctionem retineri placeat, levi, ut eredit, mutatione non incommode ita scribi posse opinatur, *simul profligatam jam rem nunciato Romae esse, insecutisque qui Appium* etc. *nunciato* autem Livio usitata loquendi figura exponit, quum nunciatum esset. Tandem etiam vulgatam defendi, atque omnia, quae hic narrantur, iis adscribi posse arbitratur, qui primi in castra pervenere. Diversis enim temporibus digressos eo simul pervenire potuisse; forte etiam paucos quosdam ea ipsa de caussa insecutos, ut Appii fugam nunciarent, postquam citatis equis postremum agmen praecedentium adsecuti essent, respiraturos ex fatigatione locum aliis dedisse nunciandi per castra, quae audiissent. Verum non advertit, si insecuti aliis narrare potuerint, quae post Virginii discessum Romae acciderunt, eos idem quoque militibus in castris referre potuisse; neque admodum

conclamaretur, vellerentque signa, et Romam proficiscerentur. Decemviri simul his, quae videbant, 12

necesse fuisse, ut respirandi ex fatigatione spatium sumerent, et aliis partes suas darent, praesertim in re tanti momenti. Cur autem Doujatius in omnes has partes se verterit, et Gronovii emendationi acquiescere noluerit, ea caussa esse videtur, quod non intellexerit locutionem *profligatam jam rem esse*, quam exponit, actum de decemviris esse. At *profligare* non est conficere, ad exitum perducere, sed rem coeptam promovere, in ea multum proficere, quod patet ex eleganti gradatione apud scriptores obvia *committere*, *profligare*, *conficere bellum; coepisse*, *profligare*, *perficere rem*, et ex eo, quod jungantur *profligatum et pene sublatum bellum*, et *profligata ac pene ad exitum deducta quaestio*. V. Cl. Dukerum ad Flori 2, 15, 2. et quos ibi plures laudavit. Primi itaque, qui cum Virginio profecti erant, nunciabant, *rem Romae jam profligatam esse*, id est, auctoritatem decemvirum in urbe plurimum labefactatam, in imperio iis abdicando multum promotum esse. Adde, omnia nonnihil aucta fuisse ab iis, qui cum Virginio advenerant, quemadmodum etiam aucta fuerunt ab insecutis, Appium in exsilium abisse nunciantibus. Gronovii itaque conjecturam unius codicis auctoritate firmatam, quam Cl. Clericus jam in contextum recepit, servavi. Ceterum omnes hic codd. vulgatum *insecutosque*, *qui* servant praeter unum Klockian. qui praefert *insecutos*, *qui*. Malc. V. ad Epit. Liv. l. 101. [*Insecutosque* Veith.]

In exsilium abisse dicerent, *perpulerunt*] *in exsilium abiisse* Voss. 1. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 4, 3. Deinde *perpulere* Leid. 2. et Portug.

Ut ad arma conclamaretur] *clamaretur* Lipsiens. Sed *conclamare* in hac re usitatissimum est. Plurima ex Livio exempla, quibus formula *ad arma* inlustratur, et quorum plerisque verbum *conclamare* occurrit, conlegit Brisson. de Formul. l. 4. p. 343. Unicum tantum exstat ibi exemplum, ubi *clamare ad arma* vel *clamitare* dictum esse videri potest, quod desumtum est ex Liv. 9, 24, 9. *Decurrit inde quanto maxime poterat cum tumultu*, *ad arma*, *et*, *pro vestram fidem cives! clamitans*, *arx ab hostibus capta est*, *ite*, *defendite*. Verum ibi unus tantum erat, qui *ad arma* clamitaret; hic plures sunt, qui id conclamant, simul clamant. Olim scriptum fuerat *eclamaretur*, ut praefert Klockian. postea autem inperitus scriba priorem literam omisit.

§. 12. *Decemviri simul iis*, *quae videbant*, *iisque*, *quae acta Romae audierant*] Pall. pr. *sique hisque acta Romae*. Tertius vero *simulque hiisque acta*. GEBH. *simul iis*, *quae videbant*, *iisque* sane potest tolerari, et alibi Livio adseremus. Tamen, quia ex duobus melioris notae scriptis alter, *videbant sique hisque acta*; alter, *simulque hiisque acta*, videtur scribendum: *Decemviri simul his*, *quae videbant*, *simul his*, *quae acta Romae audierant*. ut 1, [41, 1.] *Simul*, *quae curando vulneri opus sunt*, *comparat; simul*, *si destituat spes*, *alia praesidia molitur*. 5, [10, 3.] *Romae simul delectu*, *simul tributo conferendo laboratum est*. 8,

simul his, quae acta Romae audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorum, ad sedandos mo-

[28, 1.] *Foeneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem.* Et frequenter alibi. J. FR. GRON. Plerique codd. mei praeferunt *Decemviri simul his, quae videbant, iisque*, vel *hisque, quae acto Romae audierant*; de quo loquendi genere infra videbimus ad Liv. 33, 12, 2. [*quae videbantur. hisque quae acta* Veith.] Sed solus Voss. 2. *Decemviri simul his, quae videbant, simulque his, quae acta Romoe audierant.* Unde firmari potest conjectura Gronovii legentis *Decemviri simul his, quae videbant, simul his, quae acta Romae audierant.* Et ita invenisse in codd. suis videntur librarii Voss. 1. et Leid. 2. qui dederunt *Decemviri simul his, quae acta Romae audierant*, reliquis *quae videbont, simul his* omissis, cui negligentiae eorum occasionem illud praebuit, quod *τὰ simul his* bis repetita fuerint. Ea autem tam facile transmittere non potuissent, si scriptum fuisset *simul his, quae videbant, hisque, quae Romae acta audierant.* Livio autem illa repetitio *τοῦ simul* familiarissima est. Supra 1, 9, 5. *Adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant.* 2, 10, 10. *Simul frogor rupti pontis, simul clamor Romanorum, alacritate perfecti operis sublatus, pavore subito inpetum sustinuit*, c. 65, 4. *Consul increpando simul temeritatem, simul ignaviam pudore metum excussisset.* 3, 33, 5. *Simul ut pro legatione tam longinqua praemio esset honos, simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura usui fore credebant.* c. 68, 6. *Pleni fortunarum gloriaeque, simul publicoe, simul privatae.* 9, 25, 8. *Ab his simul custodes trucidari coepti, simul datum signum armatis.* 21, 33, 5. *Simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Poeni obpugnabantur.* 23, 30, 11. *Contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Poenos defecit.* 24, 12, 4. *Numidis Hisponisque ad praesidium simul castrorum, simul Copuae relictis.* c. 21, 7. *Travecti per Tycham simul ad libertatem, simul ad arma vocantes.* c. 31, 12. *Quum ipsos simul milites fidos, simul obsides haberent.* 27, 3, 2. *Simul ut cum ogro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens, ne suum quoque exercitum, sicut Honnibalis, nimia urbis amoenitas emolliret.* c. 15, 14. *Conere inde tubae simul ab arce, simul a portu et ab navibus.* ubi iterum v. Gronov. c. 40, 1. *Distenderant curas hominum, simul recordantium, quas primus adventus Hannibalis intulisset Italiae clades, simul, quum illa angeret cura, quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos.* 28, 31, 4. *Simul seditionem civilem in castris Romanis, simul defectionem sociorum in majus verbis extollentes.* 29, 2, 12. *In medios invecti hostes simul pedestres acies turbarunt, simul equitibus Hispanorum viam inmittendi equos clauserunt.* 30, 4, 11. *Simul ut ab eo, quod parabat, converteret hostium animos, simul ne qua eruptio ex urbe fieret.* Pari modo Virgil. 2. Aen. 220.

Ille simul manibus tendit divellere nodos,

tus discurrunt: et leniter agentibus responsum non redditur: imperium si quis inhiberet, *et viros et ar-*

Perfusus sanie vittas atroque veneno,
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.

Curtius 4, 10. *Equitesque praemisit, simul speculatum, simul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, exstinguerent.*

Alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt] *alii in aliam partem* Portug. a m. 2. erasa priori lectione. [Veith.] Deinde *discurrit* primae editt. quas vidi; pro quo Aldus recte *discurrunt* substituit, eam lectionem tuentibus omnibus scriptis meis. Liv. supra 2, 10, 9. *Cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium, ut proelium incipiant, circumspectant.* 22, 7, 8. *Tamen alius ab alio inpleti rumoribus domos referunt.* 30, 4, 2. *Qui, dum in colloquio legati essent, vagi per castra, alius alia, aditus exitusque omnes, situm formamque et universorum castrorum, et partium, specularentur.* Salluft. in Catil. 6. *Hi postquam in una moenia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alio more viventes, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint.* in Jugurth. 12. *Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere.* quo utroque loco confulendus eft Cl. Cortius, et Rivius ad priorem locum, qui et plura ex Curtio hujus locutionis exempla adduxit.

Leniter agentibus responsum non redditur] *leviter agentibus* Florent. Voff. 1. Leid. 1. Harl. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. qui error ob ductuum similitudinem frequens eft in libris scriptis. V. ad 36, 31, 8. *leniter agere* etiam infra Livius dixit (* 7, 31, 10. 21, 10, 7.] 27, 9, 8. *Quum absterrere eos a tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus, quam leniter agendo, profecturos rati.* 39, 25, 2. *Acerbius leniusve egerunt.* ubi τῷ *lenius* obponitur *acerbius*, ut etiam mox eodem cap. §. 14. *Haec acerbe postremi: quum priores leniter permulsissent iram.* Eidem obponitur etiam *aspere agere* infra hoc cap. *Nihil placet aspere agi; quippe ab ipsis datum locum seditionis esse.* Eadem obpositio supra eft 2, 61, 5. *Ut ex consueta asperitate orationis aliquid leniret atque submitteret.* Similiter *leniter adloqui et castigare* 33, 38, 5. *Per legatos, leniter adloquendo castigandoque temeritatem et pertinaciam, spem conabatur facere.*

Imperium si quis inhiberet] Ita reftitui, quum in textum passim irrepfiffet *imperio*. At noftrum exftat in Pall. tribus, nisi quod eorum duo *juberet*. GRUT. *imperium inhiberet* legendum effe ante Gruterum jam vidit Jan. Gulielm. Quaeft. Plaut. in Bacchid. c. 2. qui tamen male Sigonio adscribit, quasi is *imperium*, quod in prioribus fuerat edd. mutaverit in *imperio*, quum ita jam Aldus omnesque fere edd. sequentes exhibuerint usque ad Gruter. Eadem damnata lectio mihi in Haverk. Hearnio vero in Oxon. B. obvia fuit. Locutionem *inhibere imperium* non modo Gulielm. l. l. sed etiam Gronov. infra inluftrarunt hoc lib. ad c. 59, 1. *juberet*, pro *inhiberet*, perperam etiam Voff. 2. Mox *responderetur* Voff. 1. Leid. 2. Lipsiens. et Gaertn. V. infra

13 *matos se esse*, respondetur. Eunt agmine ad urbem,
et Aventinum insidunt; ut quisque obcurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos plebis adhortantes. alia vox nulla violenta audi-
14 ta est. Senatum Sp. Oppius habet: nihil placet aspere agi; quippe ab ipsis datum locum seditio-
15 nis esse. Mittuntur tres legati consulares, Sp. Tarpejus, C. Julius, P. Sulpicius, qui quaererent senatus verbis, *cujus jussu castra deseruissent? aut quid sibi vellent, qui armati Aventinum obsedissent? belloque*

ad Liv. 39, 52, 6. at *respondere* habet Portug. [*responderet* Veith.]

§. 13. *Ut quisque obcurrerat*] *occurrat* Voss. Olim per compendium scriptum fuisse videtur *occurr'at*; postea vero nota addita negligentia librarii omissa esse. V. ad 40, 14, 11. Ita mox §. 15. *quaerent*, pro *quaer'ent* sive *quaererent*, in duobus erat codd. Ceterum paullo ante *Adventinum*, pro *Aventinum*, habent Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. quomodo etiam passim aliis locis in Mstis variis lapsi sunt scribae. at pejus errat librarius Haverk. qui, pro *Adventinum*, dedit *adventum*.

Alia vox nulla violenta audita est] *violentia* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Gaertn.

§. 14. *Quippe ab ipsis datum locum seditionis esse*] Vide, num legendum sit *locum seditioni*, in dandi casu, non in gignendi. GLAR. Glareanus putat legendum esse *seditioni*. Sed a vulgato non apicem discedunt omnes Pall. MSS. et impressi. GEBH. Non video, cur hic magis relinqui debeat *seditionis*, quam supra c. 46. *locum seditionis quaerere*. ubi J. Fr. Gronovius bene correxit *seditioni*. Cicero pro Balbo 6. *Cujus igitur audita virtus dubitationi locum non daret*. Liv. 25, 40. *Nullum neque locum, neque tempus cunctationi consiliove dedit Mutines*. DUKER. In vulgatam lectionem conspirant etiam omnes, quibus utor, codd. eamque adversus Glareanum defendit Cl. Corte ad Plin. 2. Epist. 1, 6. Sed v. supra ad 3, 46, 2.

§. 15. *P. Sulpicius*] Hic *Sulpicius* consularis esse traditur. At in consulatu *Ser. Sulpicius* nominatus est. Ergo et hic *Ser.* etiam *Sulpicius* scribendum. *P.* tamen *Sulpicium* consularem legatum nominat etiam Pedianus pro Cornelio [p. 139.] Verum reclamant Graeci. SIG. In omnibus meis constanter *P. Sulpicius*. V. supra hoc libro ad c. 31, 8. nisi quod *P. Supplicius* sit in Harlej. 2. et Lipsiens. V. supra ad 3, 10, 5. Paullo ante, pro *C. Julius*, Harlej. 1. praefert *Con. Julius*. Gaertn. autem *Crassus Julius*. Ceterum in priscis edd. tres legati alio ordine memorantur, et *Sp. Tarpejus* in postremum locum, post duos collegas, rejicitur. Ea serie, qua nunc

averso ab hostibus patriam suam cepissent? Non defuit, 16
quid responderetur: deerat, qui daret responsum, nullodum certo duce, nec satis audentibus singulis invidiae se obferre. id modo a multitudine conclamatum est, *ut L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent. his se daturos responsum.*

LI. Dimissis legatis, admonet milites Virginius, 1
in re non maxima paullo ante trepidatum esse, quia sine capite multitudo fuerit: responsumque, quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis consensu, quam com-

recensentur, primo apud Aldum obcurrunt, cui scripti omnes consentiunt.

Qui quaererent senatus verbis] *quaerent* Voss. 1. scribae errore. V. paullo ante ad §. 13. Corrupte etiam *quaerent senatum verbis* Lipsiens. *quaererent senatum urbis* carruptius Gaertn. *quaerere senatus verbis*, ut *denunciare senatus verbis* infra 6, 17, 8. *Denunciatum senatus verbis, facesserent propere ex urbe.* ubi vide.

Quid sibi vellent, qui armati Aventinum obsedissent] *quod armati* Harlej. 2. V. infra ad 37, 35, 3. Deinde *insidunt* Harlej. 1. Non sequor. *obsidere* enim non tantum est obsidione cingere, sed etiam praesidio occupare, insidere. unde *praesidio obsidere* Livius infra dixit 44, 35, 11. *Quum loca non iniqua esse dicerent, praesidiis autem regis obsideri.* Tibull. 2. Eleg. 6, 23.

Praedator cupit inmensos obsidere campos.

ubi alia exempla habet Broekhus. et inter illa etiam hoc Liv. 31, 28, 5. *Filium Persea, puerum admodum. datis ex amicorum numero, qui aetatem ejus regerent, cum parte copiarum ad obsidendas angustias, quae ad Pelagoniam sunt, mittit.* Adde Cl. Cortium ad Sallust. Catil. 27, 2. Frontin. 1, 5, 19. *Quum saltum evadere non posset, faucibus ejus obsessis. absedisset* Partug. *obsidisset* Harlej. 2. [*belloque adverso ab hostibus ad patriam suam cessissent* Veith.]

§. 16 *Id modo a multitudine conclamatum est*] Praepositio deest in Voss. 1. et Leid. 2. quam reliqui constanter servant. Deinde inverso ordine *M. Horatium et L. Valerium* Portug. V. ad c. 49, 4. Paullo ante *qui responderetur*, pro *quid responderetur*, Klackian. V. ad 6, 37, 8. [*quin responderetur* Veith.] Deinde *invidia se obferre*, pro *invidiae*, Gaertn. Supra 2, 60, 2. *Huic tantae concordiae ducis exercitusque non ausi obferre se Aequi.* Ubi quaedam vide.

§. 1. *Trepidatum esse. quia sine capite multitudo fuerit*] *trepidatum est, quia sine capite multituda fuerat* Harlej. 1. *fuerat* etiam Gaertn.

Responsumque, quamquam non inutiliter] Est in Pall. tribus *responsum quamquam non inutile*, contranitente consensu editionum priscarum. GEBH.

2 *muni consilio esse. Placere decem creari, qui summae rei praeessent, militarique honore tribunos militum ad-*
3 *pellari.* Quum ad eum ipsum primum is honos deferretur, *Melioribus meis vestrisque rebus reservate,*
4 inquit, *ista de me judicia. Nec mihi filia inulta bono-*

Conjunctionem *que* nesciunt etiam Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. [Veith.] At facile eam sequentis vocis prima syllaba intercipere potuit. (* v. ad 8, 3, 3.)

Fortuito tamen magis consensu] *fortuitu* Harl. 1. Perperam. V. supra ad 2, 28, 1. Vox *tamen* exsulat a Leid. 2. Mox alio ordine *communi esse consilio* Gaertn.

§. 2. *Qui summae rei praeessent*] *summae reip. praeessent* Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lips. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *summae reipub. praeessent* Fragm. Hav. in quo tamen voci *pub.* notae adjectae sunt a m. 2. quibus aliquid delendum esse vulgo indicari solet. Neque vocem illam agnoscunt ullae, quas consului, vetustae edd. Verius itaque videtur, a reliquis codd. hic discedendum, et solum Florent. ac libros typis descriptos veriorem lectionem subgessisse. Litera enim *p*, quae τῷ *rei* in scriptis adjicitur, facile ex prima vocis sequentis repeti potuit, quemadmodum etiam alibi factum est. V. infra ad 27, 40, 3. Quos enim sibi praeficiebant milites, qui ex Algido in Aventinum transierant, eos *summae reipublicae praeesse* Virginius contendere non poterat, quum non modo alter in Sabinis exercitus esset, sed et multi, tum patricii, tum plebeji, adhuc in urbe Roma degerent, et decemviri nondum honore abissent.

Militarique honore tribunos militum appellari] Ita primus edidit Frobenius anno 1531. Omnes autem, quos vidi, vetustiores typis descripti praeferunt *appellare*. quod et ipsum in cunctis codd. quibus usus sum, superest. unum excipio Florent. in quo, si excerptis credendum, nihil hic varietatis praeferentibus, *appellari* superest. Ejus itaque fide nihil mutandum puto; quamvis etiam haud temere tam concordem aliorum consensum spernendum esse judicari posset. Non enim eam lectionem jure suspectam redderet forma verbi mutata, *placere creari et adpellare*. Nam id saepe Livio placuit. Infra 42, 24, 8. *Nec novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere.* V. Doct. Oudendorp. ad Frontini 2, 5, 46. et quae notantur ad 8, 34, 9. et ad 4, 2, 7. (* 35, 45, 6.) Praeterea *tribunos militares* Gaertn. quomodo mox sequitur: *Ita decem numero tribunos militares creant.* Sed reliqui vulgatum servant, quos audiendos censeo.

§. 3. *Reservate, inquit, ista de me judicia*] *reservare* Lipsiens. Deinde *de me ista judicia* Portug. Paullo ante vocula *is* aberat ab Haverk. quemadmodum etiam τὸ *Quum* ab Harlej. 1. *Quum ad eum ipsum primos honos deferretur* habet Lipsiens.

§. 4. *Nec mihi filia in vita honorem ullum jucundum esse patitur*] Buslidianus codex multo melius *nec mihi filia inulta.* Non enim in omnem vitam ho-

rem ullum jucundum esse patitur; nec in perturbata republica eos utile est praeesse vobis, qui proximi invidiae sint. Si quis usus mei est, nihilo minor ex privato capietur. 5
pietur. Ita decem numero tribunos militares creant. 6
Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque, au- 7

nores recusat, quos postea suscepit; sed honorem sibi injucundum dicit, quamdiu vindicta de filiae injuria nondum potitus fuerit. NANN. Rectius idem liber vetus, *Nec mihi filia inulta.* Non enim in omnem vitam honores Virginius recusat, quos postea suscepit: sed honorem sibi injucundum dicit, quamdiu vindictam de filiae injuria nondum ceperit. A. SCHOTT. 3. Obs. 38. Non congruit sequentibus, rejectos omnes a Virginio honores. Campanus edidit *Nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum esse patitur.* quam lectionem produxit nuper quoque ex vet. libro Andreas Schottus 3. Obsefv. 38. GEBH. *in vita*, vel unica voce *invita*, plerique codices mei. [*invita* Veith.] Unus Leid. 2. recte exhibet *inulta*. quod sibi etiam Hearne fatetur inventum esse in codicibus, quos Oxonii consuluit, L. 1. 2. et N. Error ex similitudine literarum *i* et *l* natus est, unde factum, ut in Mstis passim a librariis confundantur. V. supra ad 2, 23, 3. Praeterea *jocundum* Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Vulgatum verius esse, post Dausquej. de Orthogr. part. 2. in v. *Jucundus*, docuit Broekhus. ad Prop. 1. Eleg. 3, 35. auctoritate Cic. 2. de Finib. 4. *Hanc quoque jucunditatem, si vis, transfer in animum, juvare enim in utroque dicitur, ex eoque jucundum.* Adde Vossium in Etymol. ling. Latinae in v. *Jucundus.*

Nec in perturbata republica eos utile est praeesse vobis] *in perturbata re* prisci excusi. Aldus primus *in perturbata republica* vulgavit. et ita omnes codd.

Qui proximi invidiae sint]. Secundus Pal. *qui proxime.* Sic Plautus in Milit. 1, 1, 28. *indiligenter hic eram.* V. Antiquas nostras. GEBH. *proxime* etiam Portug. et Haverk. Alibi saepe adverbium pro adjectivo poni solet. V. Cortium ad Sallust. Jug. 14, 11. quemadmodum contra adjectivum pro adverbio. V. infra ad 22, 12, 7. Hic tamen codicum *proxime* praeferentium auctoritas levior est, quam ut tuto eam sequamur. [*invidiae sunt* Veith.]

§. 5. *Si quis usus mei est, nihilo minor ex privato capietur*] *Si quis mei usus est* Portug. qui etiam *nihilo minus* praefert. At *Si quis usus mei, ex privato capietur* Fragm. Hav. a m. 1. cujus margini, quae culpa librarii omissa erant, a m. 2. postea adscripta sunt. Praeterea *nihil omninor ex privato capietur* Florent. in quo, unica litera expuncta, postea emendatum est *nihil omnino ex privato capietur*, contra sensum Virginii. *nihilo minor rei ex privato capietur* Gaertn.

§. 6. *Neque in Sabinis quievit exercitus*] Pall. primus ac tertius *quietus exercitus.* GEBH. Ita et Voss. 2. Sed *quietul* Leid. 1. *Neque in Sabinis qui exercitus* Harlej. 1. Mox *secessio a decemviris* Gaertn. et vetustio-

ctore Icilio Numitorioque, secessio ab decemviris facta est, non minore motu animorum Siccii caedis me-

res typis excusi. Aldus demum *ab decemviris* dedit, ut habent reliqui codd. mei; nisi quod *secessio ab decemviri facta* praeferat Lipsiens. Sed ultima litera τοῦ *decemviris* ibi intercidit ob similitudinem primae in voce sequenti. V. ad 4, 33, 11.

§. 7. *Siccii caedis memoria revocata*] Scribendum est *renovata.* Porro quod hic est *renovata*, paullo post dixit *redintegrata* [c. 56, 2.] *Redintegrata*, inquit, *extemplo est omnibus memoria foedissimae potestatis.* RHEN. Manavit ab Rhenano haec lectio *Siccii caedis memoria renovata*, solum testem nacta secundum Palat. librum ejus fidei, cujus saepissime memoravi. Reliqui cum Campano *memoria revocata.* Sed quia video ante duo ferme secula ita placuisse Andreae, edenti *memoria renovata*, amplecti volupe et verum fuit. Livius infra 22, 61. *Nec postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptae cladis.* Curtius 7, 2. *Ceterum recruduit separatus dolor. quippe veteris periculi memoriam praesentis cura renovabat.* Liv. 23, 41. *Ut antiquarum cladium Samnio memoriam renovaret.* Elegantissime 2., 35. *Robur plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos juventae faciebat.* Cujus loci venustatem foede contaminatum ivit Rhenanus. Ita Actius Agamemnonidis. *Inimicitias Pelopidarum exstincta tam obliteratas renovare memoria.* Plinius 6. Epist. 10. *Ipse mihi locus optimi illius et maximi viri desiderium non sine dolore renovavit.* Quinctilianus Declam. 11. *Quoties redierit ille laetus vobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferte vestes, renovate servuli planctus, parate solatia propinqui.* Justinus 18, 4. *Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus cupidae oblivionis gravem luctus imaginem renovaret, neve ultra amara admonitio oculis ejus occurrat.* Graeci, ut notum, dicunt ἀνανεοῦν. GEBH. Sic ante Rhenanum legebatur, sic MSS. fidi, nec debuit ille supponere *renovata.* Petronius [10.] *In memoriam revocatus injuriae.* Liv. 33, [33, 4.] *Nec praesens omnium modo effusa laetitia est, sed per multos dies gratis et cogitationibus et sermonibus revocata.* Adde, si tanti est, quae ad Senecae Beneficia 2, 11. notavimus. J. FR. GRON. *renovata* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. et N. cum vetustioribus inpressis usque ad Aldum, qui *revocata* restituit, suffragantibus ex meorum codd. numero Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Fragment. Hav. quam eamdem lectionem margini Oxon. N. adscriptam esse, Hearne professus est. Saepissime hae voces in MStis commutari solent. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 14, 112. Adde viros doctos ad Cic. Orat. 1. Philipp. 1. et quae supra dicuntur ad 1, 55, 1. ut et infra ad 4, 9, 1. (* c. 40, 4.) ad 5, 18, 12. et ad c. 52, 9. (* 8, 2, 15. 9, 18, 14.) Ita cod. Sangerm. apud Columell. exhibet 4, 21. *Unde vitis anno sequenti revocari de-*

memoria revocata, quam quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat. Ici- 8
lius ubi audivit, tribunos militum in Aventino crea-

beat. ubi recte editur *renovari.* Utraque lectio habet, quo ſe tueri poſſit. Gronovio itaque, *revocata* reſtituenti, adverſari nolui. *Revocare in memoriam* dixit Juſtin. 1, 5. *In memoriam ſomnii reſponſique revocatur.* et 7, 1. *Revocatus in memoriam oraculi, quo juſſus erat, ducibus capris imperium quaerere.* quod *reducere in memoriam* dixit Plinius 3. Ep. 10. *Veritus ſum, ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam graviſſimi luctus reduxiſſem. Renovare memoriam,* ut *renovare dolorem* Virgil. 2. Aen. 3.

Infandum, regina, jubes renovare dolorem.

Quam qui nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat] Ego *Virginia* repoſui. Juv. *Virginia formae.* et Livius paulo poſt [c. 58, 11.] *manes Virginiae.* rurſus, *M. Claudius Virginiae aſſertor.* SABELL. Docet legendum codex vetuſtus, *quam quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat.* RHEN. Videtur illud *quem* mutandum eſſe in *quidem*, vel omnino delendum. *Numitorius* vero, quem ſupra Livius nominat, non is eſt, qui argenteis et aereis numiſmatibus *L. NVMITORIVS* dicitur, ſed ex ea, ut videtur, familia. URSIN. Pall. pr. ac tertius, *quam quae nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accederat.* Sec. quoque, *quam quae nova fama de virgine.* Cui accedit Campanus. Andreas autem *quam qui nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita acciderat.* Vulgatam lectionem architectatus eſt Rhenanus, non adeo inepte, ut opus fuerit conjectura Fulvii Urſini, vel corrigentis *quam quidem*, ad quod alludit priſca, ut notavi, editio, vel omnimodo expellentis. GEBHARD. *qq*[a]; etc. *acciderat* Klockian. *quam quae* etc. *acciderat* Voſſ. 1. a m. 2. et Leid. 2. *quam quae accenderat* Leid. 1. Voſſ. 2. et Harlej. 1. *quam quem acciderat* Voſſ. 1. a m. 1. *quam quem accederat* Haverk. *quamquam* etc. *accenderat* Gaertn. Etiam Hearne auctor eſt, ſe in Oxon. C. *quam quae*, in cod. vero N. et *quam quae*, et *quam quem* reperiſſe. *quam quod acciderat* habet editio Mediol. anni 1480. *quam quidem* legendum eſſe, etiam conjecit Latinius. Rhenani lectionem veriorem puto, quam ſervant Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. Nec multum abit Lipſienſ. qui *quam quem* etc. *acendeat* praefert. At in Florent. duplicem lectionem librarius notavit hoc modo, *quam quem* etc. *acci accenderat*; ut indicet, vel *acciderat*, vel *accenderat* legendum eſſe. Quod poſterius verum eſt. *accidere* et *accendere* alibi etiam librarii commutarunt. V. ad 40, 32, 2, *accendere motum animorum*, ut *accendere diſcordiam* 2, 29, 8. *Si alia aliorum ſit conditio, accendi magis diſcordiam, quam ſedari.* ubi videnda, quae notavi. Porro *de virgine*, quod Sabellicus mutavit, ſubſtituens *de Virginia*, in omnibus meis ſcriptis conſtanter ſupererat. Idem de illis etiam, quos Oxonii conſuluit, Hearne teſtatur. Horum igitur auctoritate permotus pri-

tos, ne comitiorum militarium praerogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis seque-
9 rentur, peritus rerum popularium inminensque ei poteſtati, et ipse prius, quam iretur ad urbem, pari poteſtate eumdem numerum ab suis creandum

ecam scripturam contextui reddidi, quam sibi etiam prae alia placere Latinius monuit. Sabellici conjecturam jam Veneti annis 1495. et 1506. mox Ascensius, et poſt eum recentiores receperunt. *Virginem* tamen et *Virginiam* nonnumquam commutari, supra dictum eſt ad hujus lib. c. 45, 1. Denique *adeo ſedo* Lipsiens.

§. 8. *Ne comitiorum militarium praerogativam urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur*] Nihil mutandum, licet admodum turbent librarii in membranis. *ne qua miciorum militarium prorogativa urbana iisdem tribunis* etc. corruptiſſime Harlej. 1. *praerogativa sequerentur* Lips. Gaertner. Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 2. et Fragm. Hav. *praerogativa querentur* Voſſ. 1. *praerogatiā quererentur* Leid. 2. *praerogativa sequeretur* Haverk. et Portug. a m. 2. qui a m. 1. *praerogata sequerentur* praefert. [*praerogativa* Veith.] Deinde *urbana comitia id est tribunis plebis creandis* Voſſ. 2. Denique vox *creandis* deeſt in Leid. 2. Ex solis Florent. et Klockian. nulla scripturae varietas notatur, nisi quod *hisdem tribunis* habeant, pro *iisdem*. Indocti s autem scribis locum corrumpendi ansam dedit, quod non intelligerent, quid Livius *comitiorum militarium praerogativam* vocet. Ei exponendo adcommodatus eſt locus Asconii ad Cic. 1. in Verr. 9. *Praerogativa, praeter justum integrumque beneficium, aut dictum aut factum aliquid significat liberalius ab eo, qui nobis bene facturus est. Et rursus, Praerogativae sunt tribus, quae primae suffragium ferunt ante jure vocatas.* ubi in sequentibus adhuc latius explicat, quaenam *praerogativae*, quaenam *jure vocatae tribus* sint, de quibus v. etiam Gronov. 4. Observ. 1. Quum autem centuriarum vel tribuum praerogativarum auctoritatem plerumque jure vocatae sequerentur, earumque suffragium fere semper probarent, hinc factum eſt, ut *praerogativa* ponatur pro bono omine, certo signo atque indicio rei eventurae. Et ita hoc loco capi poteſt, ac debet. Icilius inpedire volebat, ne plebs comitiis tributis omen futuri tribunatus plebis, datum illis, qui suffragio militari in Aventino tribuni militum creati erant, ratum eſſe, eosdemque illos tribunos plebis jubere poſſet: id enim si eveniret, ipse ab hoc honore, cui inminebat, exclusus fuiſſet. Operam itaque dedit, ut in exercitu, in quo militabat, totidem tribuni militum crearentur. Pari sensu vox *praerogativa* occurrit apud Liv. infra 21, 3, 1. *In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin praerogativam militarem, qua extemplo juvenis Hannibal in praetorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque adsensu adpellatus erat, favor etiam plebis sequeretur.*

curat. Porta Collina urbem intravere sub signis, 10
mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt. ibi, conjuncti alteri exercitui, viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex suo numero duos crearent, qui summae rerum praeeſſent. M. Oppium, 11

§. 9. *Peritus rerum popularium, inminensque etiam potestati*] Antiqua lectio *imminensque et potestati*. Opinor legendum, *imminensque ei potestati*. Nam ipse poſtea tribunus plebis electus eſt, et eam poteſtatem reſtitui populo summis viribus urgebat. Sic libro seq. Livius noſter [c. 25, 9.] *Interim Romae principes plebis jam diu nequicquam imminentes spei majoris honoris*. Ita enim legendum docebimus ad fidem vetuſti cod. RHEN. *imminensque ei potestati* eſt commentum Rhenani. Palat. tres *imminensque potestati*. Primus omnium Campanus corrupit, edita lectione *imminensque etiam potestati*. hinc subdit acumini Rhenani prurigo. GEBH. *imminensque potestati* Leid. 1. Voſſ. 2. Harlej. ambo, Haverk. et Hearnii Oxon. B. *imminensque et potestati* Voſſ. 1. Leid. 2. Lipſiens. Gaertn. et Portug. Sed Fragm. Hav. a m. 1. *imminensque et potestati*, a manu altera *imminensque potestati* praefert. Rhenani conjecturam veriorem puto. Alibi enim voculae *et* atque *ei* commutari solent. V. infra ad 41, 15, 6. Quin et Rhenano consentire videtur Florent. ex quo in excerptis nihil notatur. Praeterea male *pariter*, pro *peritus*, Leid. 1. *penitus* Harlej. 1. Mox autem verba *et ipse prius*, *quam iretur ad urbem*, *pari potestate* deſunt apud Hearnium in Oxon. B. sed negligentia ac culpa scribae, cui fraudi fuit vocum *potestati* et *potestate* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11.

Eumdem numerum ab suis creandum curat] Cl. Jac. Perizonius in marg. Livii *creari* legendum conjicit. Sed codices diſſentiunt; qui nihil mutant, nisi quod *a suis* sit in Gaertn. *creandum erat* a m. 1. in contextu Lipsiens. pro quo tamen *curat* a m. 2. in margine emendatur.

§. 10. *Porta Collina urbem intravere sub signis*] *Per portam Collinam* Leid. 1. Harlej. uterque, Portug. Lipſiens. Gaertner. Haverk. et Hearnii Oxon. B. quae lectio ex gloſſa nata videtur. Alterum Livio frequens eſt. 26, 10, 1. *Fulvius Flaccus*, *porta Capena cum exercitu Romam ingressus*, *media urbe per Carinas Esquilias contendit*. 27, 37, 11. *Ab aede Apollinis boves feminae albae duae porta Carmentali in urbem ductae*. 33, 26, 9. *Lupus*, *Esquilina porta ingressus*, *frequentissima parte urbis quum in forum decurrisset*. 41, 9, 6. *Lupus etiam*, *Romae interdiu agitatus*, *quum Collina porta intrasset*, *per Esquilinam magno consectantium tumultu evasit*. Ita *ingredi via*, de quo v. ad 10, 35, 4. Praeterea *intraverunt* Lipsiens. Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. Mox *viginti* abeſt ab Hearnii Oxon. B.

§. 11. *M. Oppium*, *Sex. Manilium creant*] Haec verba omittebantur in Leid. 2. *Sex. Manlium* praefert Haverk. solito errore scribarum, qui diversarum gentium nomina *Manlius* et *Manilius* paſſim confu-

Sex. Manilium creant. Patres, solliciti de summa rerum, quum senatus quotidie esset, jurgiis saepius
12 terunt tempus, quam consiliis. Siccii caedes decemviris, et Appiana libido, et dedecora militiae objiciebantur. Placebat, Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant se aliter ituros, quam si decemviri deponerent insignia magistratus ejus,
13 quo anno jam ante abissent. Decemviri, querentes

derunt. V. infra ad 34, 53, 2. *Sex. Mantilium* Lipsiens. [*M. Oppium et Sex.* Veith.] Praeterea vox *creant* non conspicitur in Voss. 2. In sequentibus ordinem mutat librarius Gaertn. praeferens *jurgiis saepius, quam consiliis, tempus terunt.*

§. 12. *Et dedecora militiae objiciebantur*] *Tò et* exsulat ab Haverk. Male. Non enim Siccii caedes et Appiana libido erant dedecora militiae. Nam Appii libido in urbe patuerat, Siccius autem non bello contra hostes, sed insidiis decemvirorum, licet in expeditione, interfectus erat. Per *dedecora militiae* intelliguntur res infeliciter bello gestae, (* ut *Cannensis ignominia* Cic. de Senect. 20.) quod *exercitus et ab Sabinis ad Eretum et in Algido ab Aequis fusi erant*, ut Livius supra narrat c. 42. qui cap. seq. 43. *ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemviros belli domique adjecisse* refert. Perperam igitur etiam *decora* Voss. 2. Leid. uterque. Portug. a m. 1. et Fragm. Hav. Priores duae ejus vocis literae duplicandae erant; quod librarii facere neglexerunt, qui contrario errore mox *neglegebant* pro *negabant* dederunt in Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. [*militiae* omittit Veith.]

Quo anno jam ante abissent] Hic alter est locus, qui convincit, recte nos annum tertium Decemvirorum in Chronologia nostra sejunxisse ab anno, quo L. Valerius et M. Horatius Coss. fuere. Quamquam fieri potuit, ut hic tertius annus, quo in tyrannide fuere Decemviri, non fuerit prorsus duodecim mensium, et Valerius Horatiusque citius iniisse magistratum, quam hactenus consuevere, quippe dies sollemnis incundis magistratibus non fuit idem, ut multis postea locis ostendemus. GLAR. V. supra ad c. 38. hujus lib. §. 1. *quo anno ante abissent*, vocula *jam* expuncta, Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *quo anno jam ante abiissent* Voss. 2. et Gaertn. V. supra ad 2, 4, 2.

§. 13. *Deposituros imperium se ajebant*] *depositum imperium* Voss. 1. et Leid. 2. *deposituros se imperium* alio vocabulorum ordine Haverk. et Gaertn. Denique *agebant* Leid. 1. et Lipsiens. frequenti scribarum aberratione. V. infra ad 8, 33, 23.

§. 1. *Per M. Duellium*] Pall. pr. ac tert. *Duilium*. GEBH. Ita et Florent. aliique plures codd. V. supra ad 2, 58, 2. Ceterum *Per C. Duilium* Hearne in codd. Oxoniensibus C. et L. 2. *Per M.* vel *C. Duilium* in N.

se in ordinem cogi, non ante, quam perlatis legibus, quarum cauſſa creati eſſent, depoſituros imperium se ajebant.[l]

LII. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fue- 1
rat, certior facta plebs, contentionibus assiduis nihil transigi, in Sacrum montem ex Aventino transit; adfirmante Duilio, *non prius*, *quam deseri* 2
urbem videant, *curam in animos Patrum descensuram.*

eſſe auctor eſt. V. ad §. seq. Mox τὸ *qui* exſulat a Leid. 1. neque fuerat olim in Fragm. Hav. sed m. 2. adscriptum eſt. Ea lectio ferri poteſt, modo ita diſtinguas, *Per M. Duilium* (*tribunus plebis fuerat*) *certior facta plebs.* Et sane saepe alibi pronomen hoc ab interpolatoribus additum eſt; quo ejecto et verbis parentheseos notis inclusis viri docti Livium emendandum docuerunt. Ita infra 22, 46, 9. *Ventus* (*Vulturnum incolae regionis vocant*) *adversus Romanis coortus multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.* Ad quem locum plura alia exempla videri poſſunt. Si plures codd. accederent, eam lectionem veriorem eſſe non dubitarem. Nunc nihil muto. [*per C. Duilium tribunum plebis fuerat* Veith.] Hinc *contionibus*, pro *contentionibus*, Portug. culpa librarii. V. infra ad 4, 6, 4. Denique *transiit*, pro *transit*, Harlej. 2. V. infra ad Epit. Liv. l. 103.

§. 2. *Adfirmante Duellio*) In exemplari Borbetomagensi legitur *affirmante C. Duellio.* RHENAN. Pall. pr. ac tert. *affirmante C. Duilio.* at sec. *affirmante C. Julio.* GEBH. *affirmante cum Duilio* Klockian. *affirmante tum Duilio* Fragm. Hav. *ut firmante C. Duilio* Harlej. 1. *affirmante C. Claudio* Portug. *affirmante C. Duilio* Voſſ. ambo, Leid. 1. Harlej. 2. Lipſiens. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. [Veith.] *affirmante M. Duilio* Leid. 2. sibi quoque *affirmante C.* vel *M. Duilio* in codice N. obvium fuisse, idem Hearne teſtatur. Omnino non alius videtur indicari Duilius, quam qui modo memoratus eſt §. praec. et tribunus plebis fuiſſe, cap. autem 54, 12. tribunatum insignem ante decemviros creatos gessisse dicitur. Talem autem antea Livio memoratum non invenio, quam qui vigeſimo secundo vel primo anno ante tribunatum adeptus legitur l. 2, 58. et c. 61. Is autem conſtanter ibidem *Marci* praenomine adpellatur. Praeterea quum Duilius, qui, abrogata decemviris poteſtate, unus tribunorum plebis creatur, in decemviralibus certaminibus plebi non defuiſſe dicatur infra c. 54, 12. a Duilio hic memorato diversus fuiſſe ſtatui nequit. Ei autem non modo Liv. d. l. verum etiam Dionys. Halic. l. 11. p. 727. *Marci* praenomen tribuunt. Hinc patet, male ei *Caji* praenomen in membranis nonnullis §. praec. et in plerisque hoc loco dari. Quin et hic melius quodcumque praenomen in editis et cod. Florent. omitti puto, quoniam id, quod memoratum erat,

admoniturum Sacrum montem constantiae plebis. scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res
3 *nequeant.* Via Nomentana, cui tum Ficulensi no-

in eadem periodo iterum repeti non adtineret, et Livius eo casu praenomen supprimere solitus sit. Paullo post *priusquam urbem deseri viderant* est in Haverk. et Gaertn. *videat* in Harlej. 2. *deserui* in Lipsiens.

Curam in animos Patrum descensuram] Formam hanc loquendi, qua res in animum *descendere* dicitur, pro eo quod est pervadere, inbibi, penitus infigi, post Ciceronem natam esse, suspicatur ad hunc locum Doujatius. Verum ita jam Ciceroni aequalis locutus est Sallustius in Jugurth. 11. *Quod verbum in pectus Jugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit.* [*admoniturumque sacrum* Veith.]

Scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant] Cod. vetustus habet *sciturosque*. Malim legere, *scituros, quam sine restituta potestate.* aut *sciturosque, quam sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant.* RHEN. *scituros, quod sine restituta potestate* edidit Andreas. Pall. tres *sciturosque sine.* Ex quo extricandum censet Rhenanus, *sciturosque, quam sine.* Sed quoniam sine libris, non probo. amplius Palat. pr. *redigi in concordia res.* GEBH. Illud, *scio quod*, auctorum hujus aevi non esse, subscribo Fr. Sanctio. Itaque, quia MSS. non modo Rhenani, sed et nostri: *sciturosque sine*, lege, *scituros quam sine*, vel *sciturosque quam sine*: quod utrumque jam ille proposuit. l. 4, 31. *Documentoque fuere. quam plurium imperium bello inutile esset.* Ubi mirum vexari a Rhenano. Casius ad Ciceronem 15. ad Famil. Epist. 19. *Scis, Cnaeus quam sit fatuus: scis, quomodo crudelitatem virtutem putet: scis, quam se semper a nobis derisum putet.* Valde vellem etiam reperiri alicubi additum *sine restituta tribunicia potestate.* Nisi quia Duilius, qui tribunus fuerat, loquitur, ideo nullam aliam facile intelligi cogitavit. Ut quum l. 4, [48, 14.] ad tribunos dicitur, *praeclarum ipsis potestatique fore.* J. FR. GRON. *sciturosque sine restituta* etiam omnes codd. mei, nisi quod in Fragm. Hav. a m. 2. emendatum sit *scituros, quod sine restituta.* et *scituros, quam sine restituta* praetulisse Florent. videatur. Magnas turbas inter viros doctos dederunt locutiones *scio quod, dico quod, respondeo quod*, similesque, utrum Latinae sint, an vero inter barbaras referri debeant. Eas proscribendas ex Latii sermone judicavit Fr. Sanctius in Minerv. 3, 14. §. de conjunctione *Quod.* Iisdem deinde multis verbis patrocinium pararunt Sciopp. in Auctario Mariang. Ep. 6. Ger. Joh. Vossius 7. Gramm. 20. et 62. et Vorst. de Latin. falso susp. c. 24. Contra vero, eos, sed inprimis Scioppium, errare, et locis aut corruptis aut male intellectis pugnare, contendit Gronov. ad Plauti Asin. 1, 1, 37. ubi etiam hic *quam*, pro *quod*, legendum esse repetit, et ad Aulul. 2, 2, 59. Nuper denique locutionibus illis vindicias paravit Cl. Jac. Perizon. in notis ad d. l. Sanctii, cui calculum adjecit Cl. Dukerus de Latinit. Juriscons. p. 352. Mihi tamen valde blanditur hoc loco, *scituros, quam*

men fuit, profecti, castra in monte Sacro locavere; modestiam patrum suorum nihil violando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo, qui per aeta-

sine restituta; quod, ut dixi, Florent. servat, nisi excerpta optimi hujus codicis fallant. Alibi etiam librarii *quod* et *quam* confundere soliti fuerunt. V. supra ad 2, 54, 9. Deinde *sine tribunicia potestate* legendum opinatur Cl. Coutier. ad marginem Livii. Sed libri scripti in vulgatum conspirant. Ita supra cap. praec. in multis codd. legitur. *Peritus rerum popularium inminensque potestati.* Ubi voce *potestati* tribuniciam potestatem intelligi inde patet, quod verbis proximis *tribunorum plebis* mentio facta sit. Pro eo tamen hodie ex Rhenani conjectura *inminensque ei potestati* non male editur. Denique *dirigi in concordiam* Harlej. 2. perperam transpositis literis. V. infra ad 41, 23, 17. *redigi ac redire in concordiam* Gaertn. V. ad 4, 65, 5.

§. 3. *Via Nomentana, cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti*] Lego *Ficulnensi*, ab oppido *Ficulnea*. Quasi vero eversa *Ficulnea* mutaverit nomen. SIG. *Via Momentanea* Leid. 2. *Via Numentana* Voss. 2. Lipsiens. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Sed oppidum *Nomentum*, unde viae huic nomen, prima syllaba apud classicos Latinorum scriptores per *o* longum, apud Graecos per ω Νώμεντον scribi, at posterioris aevi scriptores, *o* mutato in *u*, fecisse *Numentum* et *Numentanus*, auctor est Cluverius 2. Ital. antiq. 9. p. 667. In Lapide apud Gruter. p. 439. n. 5. Cn. Munatius M. F. Pal. Aurelius Bassus vocatur *CVRATOR. VIAE. NOMENTANAE.* (* v. Burm. ad Suet. Ner. 48.) Praeterea, *Ficulnensi* se in Oxon. N. et B. reperisse, testatur Cl. Hearne, quae mihi scriptura in nullo nostrorum codd. obvia fuit. sed *Fulgensi* est in Leid. 2. *Figulensi* in reliquis omnibus. quod et suos, quos Oxonii consuluit, praeferre, idem Hearne professus est. Hinc non parum firmatur suspicio Cluverii, existimantis verum oppidi nomen *Ficulea* fuisse, unde dicendum foret *Ficulensis*, ut antiquae edd. hic praeferunt: librarios vero, quasi derivativum a *ficu* arbore, *Ficulnea* formasse. V. supra ad 1, 38, 4. Denique *nomen fuit, tum profecti* Harlej. 2. et Haverk. Sed voculam *tum* male librarii ex praecedenti repetierunt.

Secuta exercitum plebs] Palat. pr. ac tertius *Sequitur exercitum plebs.* At Campanus *Secuta est exercitum plebs.* GEBH. *Sequitur exercitum plebs* unus apud me Voss. 2. praefert, reliqui constanter *Secuta exercitum plebs* tuentur. Paullo ante *modestiam patrum suorum nihil violandi imitati* Hearnii Oxon. L. 2. invitis omnibus meis. *patrum eorum*, pro *suorum*, habet Gaertn. *imitata*, pro *imitati*, perperam Lipsiens.

Nullo, qui per aetatem ire posset, retractante] Ita quidem in margine Harlej. 2. At in τῷ κειμένῳ perperam *qui per aetatem inpedire posset*: quomodo et obfert Lipsiens. Utraque lectione juncta *qui per aetatem ire impedire posset* est in Gaertn. Deinde omnes hic etiam constanter *retractante*, nisi quod errore scribae sit *retractande*

4 tem ire posset, retractante. Prosequuntur conjuges liberique, *cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas sancta esset*, miserabili-
5 ter rogitantes. Quum vasta Romae omnia insueta solitudo fecisset, in foro praeter paucos seniorum nemo esset; vocatis utique in senatum Patribus, desertum adparuisset forum; plures jam, quam Ho-

in Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 49, 2.

§. 4. *Prosequuntur conjuges liberique*] *Persequuntur* Leid. 2. Infinitis locis librarii indocti haec verba in membranis vetustis confuderunt. Exempla infra v. ad Epit. Liv. l. 99. *Prosequi* hic nota: sequi. Infra 5, 40, 4. *Magna pars tamen earum in arcem suos prosecutae sunt, nec prohibente ullo, nec vocante.* 27, 15, 1. *Speculatores, qui prosequerentur agmen, missi postero die retulerunt, Bruttios Hannibalem petere.* ubi vide.

Cuinam se relinquerent in ea urbe] *cui jam se relinquerent* Voss. 1. altera lectione in marginem conjecta. At utramque jungit Leid. 2. in quo est *cuinam jam se relinquerent.* V. supra hoc lib. c. 44, 4. *cuinam relinquerent se*, alio vocabulorum ordine observato, est in Portug.

In qua nec pudicitia nec libertas sancta esset] *esse* Leid. 2. *essent* Lipsiens. ut verbum numero plurali efferatur, quod praecedant duo substantiva, quamvis numeri singularis, et ita *sancta* etiam genere neutro accipiatur. V. ad 1, 31, 7. Cum reliquis tamen codicibus vulgatum praefero. V. infra ad 37, 29, 6.

§. 5. *In foro praeter paucos seniorum nemo esset*] *et in foro* Haverk. Deinde, *praeter in foro paucissimorum nemo esset* Voss. 2.

Vocatis utique in senatum Patribus desertum adparuisset forum] *vocatis itaque in senatum Patribus cum desertum apparuisset forum* Neapolit. Latinii, et editio Mediolan. anni 1480. *itaque*, pro *utique*, habet quoque Leid. 2. quomodo etiam in scripto uno supra peccabatur hoc lib. c. 1, 2. (* v. ad 7, 28, 3.) *cum desertum* autem superest quoque in nonnullis vetustioribus editis. *in desertum* perperam praefert Haverk.

Plures jam, quam Horatius et Valerius, vociferabantur] *pluresque jam* Voss. 1. Leid. utrque, Harl. 1. Lipsiens. Gaertner. Fragm. Hav. [Veith.] et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui conjunctionem omisit. Deinde *ac Valerius* Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lips. Gaertn. et Haverk. Ceterum Doujatius monet; videndum esse, num *plures jam quam Horatius* positum sit pro *plures jam magis*, aut *gravius quam Horatius.* Ceteroquin enim *plures quam Horatius et Valerius* sibi frigidius dictum videri. nam quid mirum, si in rebus adeo turbatis, immo deploratis, vociferentur plures, quam duo? Immo non duos tresve, sed quam plurimos, sed senatores universos hos clamores edidisse. Huic ejus sententiae

6 ratius et Valerius, vociferabantur, *Quid exspectabitis, Patres conscripti? Si decemviri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi* 7 *tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis? Non pudet, lictorum vestrorum majorem prope numerum in foro conspici, quam togatorum aliorumque? Quid, si hostes*

calculum adjicere nequeo, quod insolentior illa vocis *magis* vel *gravius* ellipsis sit, quam ut commode admitti possit. Praeterea si consideremus certamina superiora, quae Liv. c. 39. et sequentibus descripsit, videbimus, solos eo tempore Horatium et Valerium adversus decemviros vociferatos esse, licet multi senatorum, praesertim ex consularibus, forent, quibus acta a decemviris displicerent. Hi tantum sententiae C. Claudii, qui Appii decemviri patruus eum oratione, precibus quam jurgio aimili, ab incepto conabatur dimovere, verbo adsensi sunt. Ulterius vero nunc processum est, et non soli Horatius Valeriusque, quos tamquam *duces multitudinis* sive plebis supra c. 49. descripsit, sed plures jam vociferati sunt senatores. [*vociferarentur* Veith.]

§. 6. *Quid exspectabitis, Patres conscripti*] *Quid exspectatis* Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. Deinde vocem *conscripti* nescit Portug. pro qua vox *consulti* exstat in nonnullis vetustis editis, manifesto errore eorum, qui compendium *Patres Cons.* ut in aliis exeuditur, non adsecuti sunt. V. infra ad 6, 26, 4. (* 9, 9, 10. Mox *terere*, pro *ruere*, est in Lipsiens.

Quod autem istud imperium est] *Quid autem istud imperium est* Gaertn. quomodo saepe variant scripti. V. ad 38, 10, 1. *Quod aut istud imperium*, ultima etiam voce omissa, Leid. 2. *aut*, pro *autem*, etiam alibi scriptum errore librariorum occurrit. V. infra ad 4, 42, 6. Verbum substantivum non comparet quoque in Voss. 1. Tum *quod amplexum tenetis* Gaertn. Sane passiva significatione *amplexus* saepe poni, quin et eodem modo *complexus* in uno Msto Livii supra obcurrisse, vidimus ad 2, 40, 10. Quum tamen vulgatum defendant reliqui omnes codd. id non videtur loco movendum esse. [*quid amplexi* Veith.] Insuper *tectisne, ac parietibus* iterum Gaertn. Verum hic etiam invitis et refragantibus aliis omnibus. Interrogationem tamen post voces *dicturi estis?* restitui, quae erat in vetustioribus excusis, et primus Gruterus in postrema ed. ejusque extemplo omnes, praeter Doujatium, recentiores omiserunt. At in Voss. 2. tota haec periodus, *Quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis?* non conspicitur culpa librariorum, quibus illud fraudi fuit, quod modo praecesserit etiam verbum *estis*. V. plura infra ad 9, 11, 11.

§. 7. *In foro conspici, quam togatorum aliorum*] Vet. lib. *togatorum, aliorumque*. SIG.

ad urbem veniant, facturi estis? quid, si plebs mox, ubi parum secessione moveamur, armata veniat? Occasune
8 *urbis vultis finire imperium? Atqui aut plebs non est habenda, aut habendi sunt tribuni plebis. Nos citius*

Si haec scriptura *togatorum aliorumque* vera est, *togati* non possunt alii esse, quam cives honestiores; *alii* infima plebs, et tunicatus popellus, ut loquitur Horatius 1. Epist. 7, 65. Sed rejicit eam Lipsius cum ex auctoritate librorum veterum, in quibus *togatorum aliorum* esse testatur. tum quod altera lectio lictoribus adimit usum togarum, quos tamen togis usos fuisse ostendit e Cicerone in Pison. 23. quod et e vetustis monumentis intelligi potest. DUK. Lipsius 1. Elect. 23. auctoribus libris scribendum contendit *quam togatorum aliorum*, expuncto τῷ *que*, ejusque sententiae haec reddit rationem, quod, Sigonii lectione recepta, lictoribus adimeretur jus togae, quod ipsis competiisse indicabat Cic. Orat. in Pison. 23. *Togulae ad portam lictoribus praesto fuerunt. quibus illi acceptis sagula rejecerunt, et catervam imperatori suo novam praebuerunt.* Copulam tamen constanter servant non modo codd. scripti, sed et vetustiores impressi. Primus Froben. anno 1531. eam omisit, et deinde reliqui editores usque ad Sigonium. Quare, quod Lipsius se in eo *libros auctores* secutum tradat, de paucis his edd. accipiendum est. Si Lipsii emendatio nihilominus placeat, dici posset, voculam *que* perperam irrepsisse ex sequentis *quid* similitudine. In verbis proxime praecedentibus *lictorum virorum* erat in contextu Lipsiens. pro quo in margine recte *lictorum vestrorum* m. 2. emendatur.

Quid si hostes ad urbem veniant] Penultima voce neglecta, *quid si hostes adveniant* est in Harlej. 2.

Ubi parum secessione moveamur] Manuscriptus cod. habet *ubi parum secessione moveatur.* Porro Livius *moveatur* impersonaliter dixit. RHEN. Manuscripto e codice profert Rhenanus *ubi parum secessione moveatur*, censetque Livium hic impersonaliter *movetur* dixisse. Et sic ante ipsum vulgavit J. Campanus. Palat. pr. *in parum secessione moveamur.* sec. *ubi parum secessione moveantur.* In codice sincerissimo Palat. tertio stabilitur vulgata lectio. GEBH. *ubi parum secessione moveatur* etiam Neapolit. Latinii. In hac forma generalius quid, quam in altera *moveamur*, agnoscendum est, judice Servio, sive quicumque Servium interpolavit, ad Virg. Ecl. 1, 12. *Sane vera lectio est turbatur, ut Servius ait, ut sit impersonale, quod ad omnes pertinet generaliter; nam Mantuanorum fuerat communis expulsio. Si enim turbamur legeris, videtur ad paucos referri.* Quemadmodum autem sensui Virgilii *turbatur* commodius judicat Servius, quam *turbamur*, ita Livio magis convenit *moveamur*; non enim ad omnes generaliter pertinet, sed ad patricios in urbe relictos. Aliam lectionem praefert Haverk. codex, exhibens *ubi parum Patres secessione moveantur.* quam interpolatam puto ab homine, qui etiam *moventur* in cod. suo invenerat, sed in ea lectione com-

caruerimus patriciis magistratibus, quam illi plebejis. 9 *Novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc, dulcedine semel capti, ferant desiderium. quum praesertim nec nos temperemus imperiis,*

modum sensum non reperiebat. Si vocem *Patres* addere Livio animus fuisset, attamen potius *ubi parum Patres secessione moveamur* dixisset, quam *moveantur*. V. ad 32, 21, 16. Videri etiam potest illud *Patres* ex proxime praecedenti *parum* natum esse. Certe *ubi Patrum secessione moveamur* aberrantes scribae Lipsiens. et Portug. a m. 1. dederunt. *ubi parum secessionē moveamur* habet Harlej. 1. Sed ultima litera voci *secessionem* perperam adhaesit ex initio sequentis. V. ad 40, 7, 8. et mox ad verba seq. atque ad §. 8.

Occasune urbis vultis finiri imperium] *Occasu neu urbis* Harlej. 2. Sed perperam voculae *ne* adhaesit prima litera proximae vocis *urbis*. V. ad verba proxime praecedentia. Male etiam *Hoc casu ne urbis*, praemissa adspiratione, Harlej. 1. Praeterea *finiri* demum invenio in Elzevir. anni 1635. quod ex ea constanter receperunt recentiores. Verum omnes, non modo vetustiores excusi, sed et codices, quibus utor, habent *finire*. in quo longe major emphasis est, et vociferantium vehementiae magis aptum est. Nam ita non simpliciter rogant, num decemviri velint imperium Romanum *finiri*, quod casu etiam vel a quovis alio fieri poterat, sed potius num velint ipsi sua opera, sua tyrannide illud *finire*, et ita caussa existere, cur intercidat? Eam itaque lectionem reduxi.

§. 8. *Atqui aut plebs non est habenda*] *Atque aut plebs* Fragment. Hav. a m. 1. *Atque ut plebs* Voss. 2. *Atque* etiam est in Gaertn. Voces *atque* et *atqui* a librariis alibi confunduntur. V. infra ad 5, 4, 1. 6, 37, 2. et alibi. (* 7, 35, 10. 8, 4, 6. 9, 9, 7.) *At quia* Leid. 1. prima litera voculae sequentis *aut* perperam repetita in fine τοῦ *atqui*. V. ad §. 7. hujus cap. Deinde *plebes* Leid. 1. et Gaertn. *plebis* Leid. 2. V. supra ad 1, 20, 6.

Quam illi plebejis] *quam illis plebei* Leid. 1. *quam illi plebis* Voss. 1. et Leid. 2. *Non citius caruerimus patriciis magistratibus, quam illis plebeis* Gaertn.

§. 9. *Ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium*] Illud *ne* non videtur satis usitata forma prolatum. Itaque Octavius Pantagathus pro ea particula legebat *ea nunc*, vel *an nunc*, vel potius *nunc dulcedine semel capti ferant desiderium?* URSIN. Pantagathus, referente Fulvio Ursino, τὸ *ne* non satis usitata formula prolatum existimavit. Ideo legit, *ea nunc*, vel *an nunc*, vel potius *nunc dulcedine semel capti ferant desiderium?* Nihil tale in nostris libris, ex quibus Pall. primus ac tertius *ne nunc dulcedine semel capti finiverant desiderium*. Si huic lectioni locus esse potest, censeo scribendum *finiverint*. Camp. edidit *ferent desiderium*. GEBH. Illud *ne*, inquit Fulvius Ursinus, non videtur satis usitata formula prolatum. Itaque Pantagathus legebat, *ea nunc*, vel *an nunc*, vel potius *nunc*

10 *quo minus illi auxilii egeant.* Quum haec ex omni parte jactarentur, victi consensu decemviri, futuros se, quando ita videatur, in potestate Patrum
11 adfirmant. Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur: nec suo sanguine ad supplicia Patrum plebem adsuefaciant.

dulcedine, interrogandi formula. Nihil horum. Plautus [Amphitr. 1, 1, 174.] *vix incedo inanis: ne ire posse cum onere existimes.* Nedum possim: tantum abest, ut possim cum onere ire. Donatus ad Terentii And. 4, 2, 23. *Ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas*] *Ne*, *pro nedum. Sallustius secundo libro*, *Ne illa tauro paria sint.* Cic. 9. ad Famil. Epist. 26. *Me vero nihil istorum, ne juvenem quidem, movit umquam: ne nunc senem.* Sallustius [Catil. 11.] *Secundae res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.* Adeo non sperandum fuit, ut illi minime sapientes in victoria se regerent. V. Rivium in doctis castigationibus in Sallustium [ad d. l.] Apulejus Apologia [p. 299. edit. Elmenh.] *Ne ego reprehendar, qui res paucissimis cognitas conscribo.* Ibid. [p. 317.] *At hoc ego Aemiliano vix credidissem, ne huic frutici credam.* Floridis [p. 356.] *Quo mihi ne in mediocribus quidem civitatibus umquam defuere; ne ut Carthagini desint.* Sensus Livii expressus ex Cicerone 3. de legibus [11.] *Sensit enim deberi non posse huic civitati illam potestatem: quippe quam tantopere populus noster ignotam expetisset, qui posset carere cognita?* J. FR. GRON. Adde Scip. Gentilem Append. Notarum ad Apuleji Apolog. n. 38. DUK. Locum laudatum Sallustii exponens Andr. Schott. 3. Observ. 26. ac docens, *ne* ibi poni pro *nedum*, locutionis inlustrandae caussa inter alia etiam hunc Livii protulit, ut pateat, eum quoque *ne* hic eo sensu accipiendum esse vidisse. V. etiam Manut. ad Cic. l. l. et Cortium ad Sallustii l. l. Male ergo *nec nunc dulcedine* in Voss. 1. Leid. 2. et Gaertner. Praeterea *fuerint desituri* Gaertn. idem. *fuerant desiderium* Leid. 1. *finiverant desiderium* Voss. 2. *finierant desiderium* Portug. et a m. 2. Fragm. Hav. *finiant desiderium* Harlej. 2. [*sument desiderium* Veith.] Nihil muta. Cic. de Amic. 20. *Saepe incidunt magnae res, ut discedendum sit ab amicis: quas qui inpedire vult, quod desiderium non facile ferat, is et infirmus est, mollisque natura, et ob eam ipsam caussam in amicitia parum justus.* ubi v. Langium, ut et viros doctos ad Petron. Satyr. 111. In his locutionibus *desiderium* idem est atque absentia, ut Langius ibidem monuit. Et eo sensu est infra 5, 10, 9. *Quum inculta omnia diutino dominorum desiderio domi invenerint.*

Quum praesertim nec nos temperemus imperiis] In duobus Palat. Mstis, primo ac tertio, exclusa vocula *nec*, adparet *cum praesertim nos temperemus imperiis.* GEBH. Ita et Voss. 2. At *quum praesertim*

LIII. Tum Valerius Horatiusque, missi ad ple- 1
bem conditionibus, quibus videretur, revocandam
componendasque res, decemviris quoque ab ira et
inpetu multitudinis praecavere jubentur. Profecti 2
gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur; quippe
liberatores haud dubie et motus initio, et exitu rei.

nec nos temperemus desideriis imperii Lipsiens. et Gaertn. Neque aliter praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. nisi quod in his insuper deficiant duae priores voces *quum praesertim*.

§. 10. *Quando ita videatur*] *quando ita videantur* Lipsiens. qui etiam paullo ante *fortuitos*, pro *futuros*, praefert.

§. 11. *Id modo simul orant ac monent*] Locupletius sec. *Id modo simul agunt, orant ac monent.* Si Sigonius offendisset, doleret, ad sua usque tempora cassum hoc loco id verbi exstitisse. Meo animo careat perpetuo. GEBH. Recte Gebhardus Palat. sec. lectionem sprevit. Meorum codd. nullus eam vocem agnoscit. Verum ordine mutato *monent ac orant* praefert Gaertn. quod Livianum non esse, patebit ex illis, quae notabo ad 10, 36, 17. Mox perperam τὸ *caveatur* abest a Leid. 2.

Nec suo sanguine ad supplicia Patrum plebem adsuefaciant] *ne suo sanguine* Haverk. et prisci inpressi, quos vidi, usque ad Aldum, qui *nec suo sanguine* edidit. Et ita reliqui codd.

§. 1. *Tunc Valerius Horatiusque missi ad plebem*] In Msto cod. legitur *Tum Valerius Horatiusque.* RHEN. *Tum* etiam praeferunt primae edd. usque ad Aldum, a quo repositum *Tunc.* quod ex codd. meis servant Voss. 2. Leid. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15. Praeterea *Valerius et Horatius* Portug. *Horatius Valeriusque* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. V. ad c. 50, 16. *Valerius Horatius* sine copula Leid. 1. et Harlej. 1. Insuper vox *missi* exsulat ab eodem Haverk. Deinde paullo post *ad plebem* etc. *revocandum* Klockian. V. ad 40, 49, 1. *resque componendas* alio ordine vocabulorum Harlej. 1.

Decemviris quoque ab ira et inpetu multitudinis praecavere] *decemviri* Lipsiens. Tum *ab impetu et ira multitudinis* Voss. 2. *ab ira multitudinis et impetu* Harlej. 1.

§. 2. *Profecti gaudio ingenti plebis accipiuntur in castra*] In codice manu scripto legitur *in castra accipiuntur*, non *accipiuntur in castra.* RHEN. Palat. tertius *in castra recipiuntur.* Ast Andreas *accipiuntur in castra* contra ordinem scriptorum codd. GEBH. *in castra accipiuntur* etiam omnes mei. Sed contra *Ingenti plebis profecti gaudio* Harlej. 1. *Profecto*, pro *Profecti*, est in Lipsiens. At vox *gaudio* deest in Voss. 2. *gaudio ingentis plebis* praeferunt male Voss. 1. et Leid. 2.

Quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei] In volumine veteri legitur, *Quippe liberatores haud dubiae et motus initio exitu rei.* Nescio an Livius scripserit *Quippe li-*

Ob haec advenientibus gratiae actae. Icilius pro
3 multitudine verba facit. Idem, quum de conditionibus ageretur, quaerentibus legatis, quae postulata plebis essent, composito jam ante adventum legatorum consilio, ea postulavit, ut adpareret, in aequitate rerum plus, quam in armis, reponi spei.

beratores haud dubie motus, initio exitu rei, absque copula *et*; nam hanc saepe solet omittere. RHEN. Lego, transpositis vocibus: *Profecti gaudio ingenti in castra accipiuntur: quippe liberatores plebis haud dubie et motus initio et exitu rei.* KLOCK. Expeditissima lectio nequiquam ab Rhenano sollicitata est, defensa edd. priscarum sinceritate, atque iterum asserta membranarum Pall. auctoritate omnium. Quae enim facies est lectionis Rhenanianae, *Quippe liberatores haud dubie motus, initio exitu?* GEBH. Quamvis ex meis etiam Florent. et Portug. copulam *et*, quae a Rhenani Msto exsulabat, ignorent, puto tamen recte Gebhardum vulgatam scripturam adversus eum defendisse. Quae enim foret forma loquendi *liberatores motus*? aut quis umquam dixit *liberare motum? Liberatores* nempe plebis a tyrannide decemvirali. Si quid mutandum, legere mallem *quippe liberatores haud dubii*. V. ad 34, 43, 5. Verum neque id necessarium est. Vox *dubie* perperam omissa est in Haverk. Male etiam *modestus initio et exitus rei* praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. *motus initio et exitus rei* Lipsiens. *motus initio et exituri* Gaertn.

Ob haec iis advenientibus gratiae actae] Habent Pall. pr. ac tertius *Ob haec advenientibus gratiae actae*. GEBH. *Ob hoc his audientibus gratiae actae* Haverk. *Ob hoc his advenientibus gratiae actae* Harlej. 2. *Ob hoc advenientibus gratiae actae* Gaertn. *Ob haec advenientibus gratiae actae*, omisso pronomine *iis*, Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Haverk. Eorum itaque, ut et Palatinorum Gebhardi fide, voculam expunxi. Accedit auctoritas Gronovii, qui infra ad 39, 49. 12. eam voculam in Mstis desiderari monuit. [*a venientibus* Veith.]

§. 3. *Quum de conditionibus ageretur*] Ita primus edidit Aldus. Vetustiores praeferunt *agitaretur*. Livius saepe hoc modo locutus est. V. infra ad 31, 46, 5. Quum tamen omnes nostri lectionem Aldinam tueantur, eam etiam praeferendam esse, nullus dubito.

Composito jam ante adventum legatorum consilio, ea postulavit] *compositoque jam ante adventum* Harlej. 2. et Lipsiens. *compositoque jam adventum* corruptius Portug. In similem codicem incidisse videtur librarius codicis Oxon. L. 2. qui vitio animadverso locum, quem se emendaturum sperabat, ulterius corrupit, scribens, teste Hearnio, *composito jam adventu legatorum consilio.* Male etiam *ante adventum legati* Voss. 2. Denique *eam postulavit* Lipsiens. sed *expostulavit*, pro *ea postulavit*, pro varia lectione margini Harlej. 1. adscriptum fuit. Quamvis autem *expostulare* pro vehementer postulare non-

Poteſtatem enim tribuniciam, provocationemque re- 4
petebant, quae ante decemviros creatos auxilia ple-
bis fuerant, et ne cui fraudi eſſet, conciſſe milites
aut plebem ad repetendam per secessionem liber-
tatem. De decemvirorum modo supplicio atrox po- 5
ſtulatum fuit. Dedi quippe eos aequum censebant,

numquam obcurrat, sequentia tamen exigunt, ut vulgatum praeferatur. Lectionem itaque marginalem ortam puto ex perpetua literarum *A* et *X* commutatione, de qua infra v. ad 40, 59, 8. Evidenter id patet ex scriptura optimi Florent. in quo utraque lectione juncta librarius dedit *exapostulavit*. Jam vero *ea*, *ut adpareret*, dictum pro talia, ut adpareret. Infra 8, 13, 2. *Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent.* 7, 40, 8. *Ea aetate consulatum adeptus eram, ut potuerim consul Patribus quoque ferox esse.* (* 22, 28, 14.) V. Stewich. de Partic. ling. Lat. in voce *Is*, *ut*. et Tursell. de Partic. Lat. Orat. c. 82.

§. 4. *Provocationemque repetebant*] *revocationemque repetebant* Voſſ. 1. *revocationemque petebant* Leidens. 2. Mox *auxilia fuerant plebis* alio ordine Gaertn.

Concisse milites aut plebem] *confecisse* ediderunt Mediolanenses anno 1505. *conficere milites* autem foret colligere, congregare. V. Gronov. ad Liv. 29, 35, 10. Verum non modo haec lectio in nullo cod. supereſt, sed etiam, qui a decemviris secesserunt, non collegerunt exercitum. *conscisse* Voſſ. 2. Leid. 1. Klockian. Portug. Lips. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Eamdem lectionem in vetuſtissimis, quas vidi, edd. inveni; sed recte jam Veneti anno 1495. *concisse* reposuerunt. Supra 1, 8, 5. *Obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur.* 2, 26, 5. *Cujus fama, haud procul jam ab Aricia visi, tanto tumultu concivit Romanos.* ubi quaedam vide. 8, 29, 3. *Ne aut inpunitas eorum lascivia superbiaque, aut bello poenae expetitae metu propinquo atque ira concirent finitimos populos.* 9, 37, 1. *Conciveratque indignatione non Etruriae modo populos, sed Umbriae finitima.* 26, 9, 6. *Cursus hominum, adfingentium vana auditis, totam urbem conciverat* Et ita Florent. ac reliquos codd. ex quibus in excerptis nihil notatum video, praetuliſſe verisimile eſt.

§. 5. *De decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit*] Fundatur auctoritas hujus lectionis in fide editorum primorum, Andreae Campanique, et accessorio teſte Palatino sec. Nam primus ac tertius perperam, ut puto, exhibent, *De decemvirorum numero supplicium atrox postulatum fuit.* GEBH. Eamdem, quam Gebhardus in duobus Palatinis eſſe monuit, lectionem praefert etiam Voſſ. 2. Sed *De decemvirorum numero supplicio atrox postulatum fuit* habet Leideus. 2. Errori cauſſam dedit compendiaria scribendi ratio *nuō* pro *numero*, et *mō* pro *modo*. Unde facile voces ambae

6 vivosque igni concrematuros minabantur. Legati ad ea: *Quae consilii fuerunt, adeo aequa postulastis, ut ultro vobis deferenda fuerint. libertati enim ea praesidia*

inter se commutari potuere. *De decemvirorum modo supplicio atroci postulatum fuit* Fragm. Hav. [Veith.] *Modo* est tantummodo. supra cap. praec. *Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur.* Infra 6, 14, 2. *Non enim jam orationes modo M. Manlii intuendae erant.* ubi quidam male *tantummodo*, pro *modo*, dederunt. 9, 31, 12. *Conniterentur modo uno animo omnes invadere hostem.* 27, 14, 10. *Pro se quisque miles, qui modo adsequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere.* 9, 8, 13. *Quum omnes laudibus modo prosequentes virum in sententiam ejus pedibus irent, tentata paullisper intercessio est ab L. Livio et Q. Maelio tribunis plebis.* ubi ea vocula injuste Fabro suspecta est. Terent. in Heaut. 5, 2, 28. *Modo liceat vivere, est spes.* V. Cortium ad Sallust. Catil. 39. in fine, et ad Jugurth. 50, 4. et c. 76, 5.

Vivosque igni concrematuros] *variosque* Voss. 1. et pro eo *victosque* in margine. *vinctosque* Leid. 2. Praeterea *crematuros* priscae, quas vidi, edd. ante Aldum, qui *concrematuros* primus reposuit, concinentibus omnibus codd. meis. Et recte. Infra 5, 42, 2. *Non omnia concremari tecta, ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent.* 6, 33, 4. *Ira et rabies Latinorum eo erupit, ut Satricum urbem, quae receptaculum primum eis adversae pugnae fuerat, igni concremarent.* (*8, 30, 8.) 9, 12, 8. *Quos circumdatos igni, nequidquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt.* 41, 9, 5. *Puteolis duas naves fulminis ictu concrematas esse.*

§. 6. *Adeo aequa postulastis, ut ultro nobis deferenda fuerint*] *postulatis* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. ambo, et Lipsiens. *adeo aequa postulastis, responderunt, ut* Gaertn. addita voce, quae rectius subintelligi potest. Eodem errore passim librarios verba *aït, inquit, dicit*, ac similia interponere soliti fuerunt. V. infra ad 23, 45, 6. Deinde *τὸ nobis* deficit in priscis excusis. Primus Aldus edidit *vobis deferenda*, quod obtinuit usque ad postremam Gruteri, ubi sine dubio librariorum culpa *nobis deferenda* datum est, quod deinde in plerisque recentioribus servatum est. Et id quidem exponi potest, quasi positum sit pro *a nobis deferenda*. V. infra ad 6, 11, 4. Verum, praeterquam quod ita sensus orationis Livianae admodum ambiguus evaderet, nescio, an codd. consentiant. Ex multis eorum nihil notatum video; at alii, et praesertim Florent. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum tres posteriores haec scribens sub oculis habeo, manifeste exhibent *vobis deferenda*, quod tamquam verius recepi: in quo etiam Cl. Hearnium, et, qui ipsum ubique sequi solent, Londinenses praeeuntes habeo. *Ultro* vero hic est sponte, non rogantibus vobis deferenda; quod monendum non putarem, nisi vidissem, virum Clariss. nuper ad Sallust. Fragm. Hist. l. 3. p.

dia petitis, non licentiae ad inpugnandos alios. Irae 7
vestrae magis ignoscendum, quam indulgendum est. quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, et prius pene, quam ipsi liberi sitis, dominari jam in adversa-

966. hunc locum laudare, ut probet, *ultro* pro *insuper* poni, quum tamen, quod sententiam ejus evertit, ipse, laudato hoc loco, addat *ultro* hic notare citra postulata, sive sine vestris postulatis. Paullo ante *Quae consilii fuerant*, pro *fuerunt*, Gaertn.

Libertati enim ea praesidia petitis, non licentiae ad inpugnandum alios] In volumine veteri legitur *ad impugnandos alios*, non *impugnandum*. RHEN. *ad impugnandum alios* solus Andreas. Reliqui omnes nostri *ad impugnandos alios*. GEBH. Omnes etiam nostri, et cum iis Neapolit. Latinii, *ad impugnandos alios*. V. infra ad 40, 49, 1. Insuper vocula *enim* abest a Lipsiens. *ea* a Voss. 1. et Leid. 2. quae in aliis constanter visuntur. Pro *licentiae*, Gaertn. *licenciā* praefert.

§. 7. *Irae vestrae magis ignoscendum. quam indulgendum est. quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis*] Truncata syllaba Pall. primus tertiusquo *in crudelitatem itis*. Probo tamen alterum, quod vindicant edd. antiquissimae et supernumerarius Palat. sec. GEBH. *itis*, pro *ruitis*, unus meorum Voss. 2. Id dictum videri posset, ut *ire in sudorem* apud Flor. 2, 4, 2. ubi v. viros doctos, et in primis Cel. Dukerum. *ire in risum*, Avian. Fab. 14, 10. ubi v. Doctiss. Cannegiet. *ire in famem*, *in pestilentiam* Mamert. in Paneg. Maximiani 5. *Ceteros quidem perduelles ire passus es in profundam famem, et ex fame in pestilentiam. ire in caedes* Pseudo-Eges. 4. de Exc. urb. Hier. 6. *Hinc itum in caedes, cum minus parceret alienus. ire in verba* Claudian. in B. Gild. 201.

Iret adhuc in verba dolor,
nisi Jupiter alto
Coepisset folio.

Quum tamen alii omnes codd. vulgatum uno ore servent, eam etiam scripturam veriorem existimo. Et sane optime exprimit, quanto inpetu praecipites et incauti in crudelitatem ferantur. Ita *in exitium ruere* Val. Max. 7, 3, 6. *Gens barbara, aspera, et regi difficilis, in exitium suum ruens, quam utilitatem auribus respuerat, oculis pervidit.* Tacit. 1. Hist. 84. *Hinc confusi pedites equitesque in exitium ruamus. In servitium ruere* idem Tacit. 1. Ann. 7. *At Romae ruere in servitium consules, Patres, equites.* Tum *in crudelem*, pro *in crudelitatem*, perperam Portug. et Leid. 1. Praeterea *Irae vestrae magnae ignoscendum, quam indulgendum est* Lipsiens. ut *magis* hic subintelligendum sit, de quo v. ad 34, 49, 10. Verum alii omnes vulgatum recte servant, nisi quod *τὸ est* non compareat in Harlej. 2.

Dominari jam adversarios vultis] Elegantissime, non inficior. Sed tamen non licet indignari Pall. omnibus, editionibusque primis, legentibus *dominari jam in adversarios vultis*. GEBH. Locutionis, quae ele-

8 *rios vultis. Numquamne quiescet civitas nostra a suppli-*
ciis, aut Patrum in plebem Romanam, aut plebis in Pa-
9 *tres? Scuto vobis magis, quam gladio, opus est. Satis*
superque humilis est, qui jure aequo in civitate vivit,
10 *nec inferendo injuriam, nec patiendo. Etiam, si quando*
metuendos vos praebituri estis, quum, recuperatis magi-
stratibus legibusque vestris, judicia penes vos erunt

gantissima Gebhardo visa est, nullum apud scriptores Latinos obcurrit exemplum. Neque, si vel maxime obcurrerent plura, difficulter Gebhardus deprehendisset, a Livio id profectum non esse, si praeter duas, quas laudat, etiam reliquas, quascumque habere poterat, cdd. consuluisset. Ita enim vidisset, omnes illas *dominari jam in adversarios vultis* praeferre usque ad Gruterianas, in quibus, sine dubio operarum culpa, praepositio deficit. Eam jam Heinsius apud Elzevir. restituit. Eamdem retinent etiam omnes codd. nostri.

§. 8. *Numquamne quiescet civitas nostra*] *quiescit* Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *cescit* Leid. 2. Sed *numquam requiescet* Haverk. et Lipsiens. Utra lectione juncta, *numquamne requiescet* Harlej. 2. et Gaertner. Deinde *civitas vestra* Voss. 1. et Lipsiens. solito errore. V. ad 34, 2, 2. et mox ad §. 10. hujus cap.

Scuto vobis magis, quam gladio, opus est] *magister*, pro *magis*, insulse Voss. 2. Ultimam autem dictionem non habet Harlej. 2. Denique *scuto magis vobis* alia serie vetustiores typis excusi usque ad Aldum, qui vocabula in eum ordinem digessit, quem nunc obtinent. Et ei suffragantur etiam MSti mei. *Tò est* non adparet in Harlej. 2.

§. 9. *Satis superque humilis est*] *Satis super humilis est* Voss. 2. Leid. 1. et Portug. Male. Infra hoc lib. c. 67, 3. *Satis honorum, satis superque vitae erat.* ubi vide.

Nec inferendo injuriam, nec patiendo etiam si] Incertum, sitne distinguendum ante *etiam*, an post. Sed res est modica. GLAR. In vetustioribus excusis distinguitur post *τὸ etiam* usque ad Aldum, qui post vocem *patiendo* interpunxit. Id autem deinde recentiores editores servarunt, et melius videtur. *Etiam* hic erit, insuper, praeterea. V. infra ad 39, 35, 7. Pro *etiam* est *et* in Portug. V. infra ad 22, 47, 9. Vir doctus ad marginem editionis Curionis scribendum conjecit *etenim*; cui tamen particulae, quae caussalis est, hic locus esse non posse videtur. Paullo ante *vidit*, pro *vivit*, praefert Harlej. 1.

§. 10. *Recuperatis magistratibus legibusque*] *receperatis* Leid. 1. *reciperatis* Klockian. Vossian. 1. a m. 1. et Florent. in quo etiam a m. 2. inter versus adscriptum *recuperatis*. De verbo *reciperare* plura infra dicentur ad 7, 18, 1. [*cum receperitis magistratus* Veith.]

Judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque] Pall.

de capite nostro fortunisque; tunc, ut quaeque caussa erit, statuetis. nunc libertatem repeti satis est.

LIV. Facerent, ut vellent, permittentibus cunctis, mox redituros se legati rebus perfectis adfirmant. Profecti quum mandata plebis Patribus exposuissent, alii decemviri, quandoquidem praeter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud 1 2

primus ac tertius *de capite ipso.* GEBH. Et ita etiam Voss. 2. at *de capite mō fortunisque* Portug. *de capite vestro fortunisque* Lipsiens. V. modo ad §. 8. Praeterea *inducia*, pro *judicia*, Leid. 1. Tum *penes suos* Voss. 1. et Leid. 1.

Nunc libertatem repeti satis est] Palat. tertius, *nunc libertatem repeti laus est.* GEBH. *nunc libertati repeti satis est* Leid. 1. Reliqui omnes cum editionibus faciunt, ac vulgatum servant. Virgil. Ecl. 7, 33.

Sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis
Exspectare sat est.

ubi Pierius observat, in uno eod. pari diversitate legi *haec tibi liba, Priape, Exspectare sat est.* Utrumque casum exprimit Liv. 9, 9, 8. *Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit satis consules spondere.*

§. 2. *Supplicii sui nulla mentio fieret*] *suppliciis ui nulla mentio fieret* Voss. 1. male divisis vocibus, quae olim continua serie scribebantur. corruptius *suppliciis in nulla mentio fieret* Leid. 1. Mox *anuere*, pro *abnuere*, Fragm. Hav. a m. 1. *abnueret* Florent. pro quo inter versus adscriptum est *annueret.* V. ad 36, 34, 6.

§. 3. *Haud ignavo, inquit, fortuna inminet*] Puto esse σφάλμα typographicum: quippe omnes libri, qua scripti, qua olim cusi, *haud ignaro.* Sequitur enim statim: *Video, donec arma adversariis tradantur.* ubi perperam reperitur in Pal. tertio *Audeo, donec* etc. GEBH. Sic quidem nuperae: et habet suam Venerem. Sed veteres omnes cum scriptis: *Haud ignaro.* Supra [c. 38, 6.] *Haud ignari, quanta invidiae immineret tempestas.* Sed ut ipsi Appio dicere hoc datur, formula est obvertentium fortunae frontem. Sen. Epist. 76. *Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit omnia sibi restare: quicquid factum est, dicit, sciebam.* Consol. ad Marciam [c. 9.] *Non decipies me, fortuna, nec securum aut negligentem opprimes. scio, quid pares.* Petronius [97.] *Scio te, inquam, Ascylte, ad occidendum me venisse.* J. FR. GRON. *ignavo* primum inrepsit in Francofurtanam ed. anni 1578. Solent autem vocabula *ignarus* et *ignavus* etiam in Mstis confundi. Vide, quae olim notavi ad Silii 10, 86. (* Liv. 21, 44, 8.) Ceterum Msti nostri etiam *Haud ignaro,* nisi quod *Haud ignoro* praeferant Leid. 2. Harlej. 1. Lipsiens. et Gaertn. quam eamdem lectionem etiam obviam habeo in Cu-

3 quidquam abnuere. Appius, truci ingenio et invidia praecipua, odium in se aliorum suo in eos metiens odio, *Haud ignaro*, inquit, *imminet fortuna.*
4 *Video, donec arma adversariis tradantur, differri ad-*

rionis editione; sive ita legi voluerit, sive ea scriptura errantibus librariis adscribenda sit. Posset tamen tolerari, nisi codd. *ignoro* legentium, non numerus modo, sed etiam auctoritas illud potius probandum convinceret. Paullo ante *odium in se aliorum suo in eo metiens in odio* perperam habebat Gaert.

§. 4. *Video, donec arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen*] Prima vox non comparet in Harlej. 1. Sed ejus loco in Palat. tertio *Audeo* legi, ad §. praeced. monuit Gebhard. Alibi non semel librarii in vocibus iisdem commiscendis errare soliti sunt. V. infra ad 21, 4, 10. Deinde *tradentur* Harlej. 1. et postea *ad nos*, pro *adversus nos*, Harlej. 2.

Dandus invidiae est sanguis] Manut. ad Cicer, 1. ad Attic. Ep. 16. Gronov. ad Senec. Consolat. ad Marciam c. 13. et 3. Controvers. 20. DUK. De locutione *sanguinem dare*, quam, ut minus Latinam, Scioppius traduxit, infra v. ad Liv. 7, 24, 5. *Hauriendus aut dandus est sanguis.* Ceterum *dandus invidia est sanguis* male Leid. 1. ultima litera τοῦ *invidiae* a prima proximae vocis *est* intercepta fuit. *dandus invidiae est sanguinis* Voss. 1. et Gaertn. ubi literae, quae abundant, perperam ex sequentis vocis *Nihil* initio repetitae sunt.

Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam] *Nihil ego quidem moror* Portug. *Nihil quidem moror* Harlej. 2. *Nihil nego quidem moror* Haverk. duabus voculis coalescentibus, ac prioris ultima litera ab sequentis iniliali elisa. Deinde *decemviratū abeam* Leid. 1. in quo codice *m* finalem passim male vel additam vel omissam esse, saepius supra monitum est. Similiter etiam praefert Florent. at *decemviratum habeam* Lipsiens. insuper male addita adspiratione. V. ad 22, 59, 19. *decemviratum abeam* Gaertn.

§. 5. *Abeam. Factum senatusconsultum, ut decemviri*] Existimandum est, non omnia, quae sequuntur, uno senatusconsulto comprehensa fuisse, sed pluribus. Quare verba Livii accipi debent, quasi dixisset: *Factum senatusconsultum, ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent. Item factum senatusconsultum, ut Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet. Et aliud, ne cui fraudi esset secessio militum plebisque.* Id manifeste inde patere potest, quod Livius his omnibus tandem subjungat *His senatusconsultis perfectis.* Docuit id recte Gronov. supra hoc lib. c. 21, 2. Et ita infra 5, 50, 1. dicit quidem *senatusconsultum facit*, et deinde subjungit, quid constitutum fuerit circa expiationem fanorum ab hostibus possessorum, de hospitio publice cum Caeritibus jungendo, et de ludis Capitolinis Jovi faciendis: non tamen res adeo diversae in unum idemque senatusconsultum constipatae fuisse videntur; sed opus fuisse variis, et quidem minimum tribus senatusconsultis.

versus nos certamen. dandus invidiae est sanguis. Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam. Factum senatusconsultum, *Ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent. Q. Furius pon-*

Ceterum varie peccarunt codd. nonnulli. Nam *ab eadem sañ sunt, ut decemviri* Voss. 1. in cujus margine deinde *abeam*, pro *ab eadem*, emendatum est. *ab eadem factum S. C. ut decemviri* Leid. 2. *habeam. factum ut decemviri*, voce *senatusconsultum*, quam per compendium scriptam librarius non adsequebatur, omissa, Lipsiens. *abeam. factum Sp̄. ut decemviri* Harlej. 1. *abeam. factum senatusconsultum fuit, ut decemviri* Harlej. 2. et Haverk. *Tò fuit* etiam m. 2. in marg. additum fuit in Portug.

Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet] Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pedianus [p. 139.] ex Livii et aliorum sententia *M. Papirium*. Cujus scripturae assentior magis, quam Livianae. Nam de *Q. Furio* nulla nec per hos, nec alios annos est mentio. De *M.* autem *Papirio* magna. Qui autem pontificatum maximum gereret, cum par est alios etiam magistratus, qui magni habebantur, cepisse. Ultimae autem utriusque nominis literae erratum inesse indicant, cum sint eaedem. SIG. Verba Ciceronis apud Asconium sunt. *Decem tribunos plebis per Pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.* Pontifices jus cum populo agendi, et comitia habendi habuisse, aliquot locis in libris de comitiis adfirmat Gruchius, et post eum Gutherius in lib. de veteri jure Pontificio. In alia omnia eunt viri clarissimi Bosius de Pontifice M. Romae vet. c. 5. et Graevius in Prolegomenis tom. 5. Antiquit. Roman. Quae ab his disputantur, mihi nondum plane videntur evertere sententiam contrariam. Sed non est hujus loci controversiam illam excutere. Hoc tantum dicam, me non credere, *comitia habere* posse dici, pro *petere*, *ut comitia habeantur*, quemadmodum hoc accipit Graevius in his verbis Livii 25, 5. *Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit.* DUK. Omnia haec verba aberant a primis edd. quae Aldus deinde addidit. Eadem servant codd. scripti, ita tamen, ut in quibusdam parva tantum varietas obcurrat. Praenomen omittitur in Portug. pro eo *Quae* praefert Leid. 1. Deinde, pro *Furius*, Haverk. habet *Fabius*. Reliqui omnes vulgatum constanter tuentur, quod et verum judico. Nondum enim Sigonii rationibus evictum esse credo, Asconii scripturam veriorem esse, quam Livianam. Nam *M. Papirii* ante haec tempora nulla mentio obcurrit, sed demum *M. Papirius Crassus* nono anno postea memoratur apud Liv. 4, 12, 1. ubi cum C. Furio Pacilo consulatum gessisse narratur. Unde patet, etiam ex Sigonii sententia Papirium, non ante adeptum pontificatum maximum, sed postea demum, alios etiam magistratus, qui magni habebantur, cepisse. Quemadmodum itaque Papirius nondum consularis pontificatum maximum adeptus est, et postea demum ad consulatum evectus est, dici et-

tifex maximus tribunos plebis crearet. et *ne cui fraudi*
6 *esset secessio militum plebisque.* His senatusconsultis perfectis, dimisso senatu, decemviri prodeunt in concionem, abdicantque se magistratu, ingenti ho-
7 minum laetitia. Nunciantur haec plebi. legatos,

iam posset, similiter Q. Furium, nondum consulem, summum id sacerdotium consecutum esse, sed, quo minus consul creari potuerit, inmatura morte obiisse. Praeterea verum non est, Pontificem maximum, qui tribunos plebis post abrogatos decemviros comitiis creavit, ab Asconio *ex Livii* et aliorum *sententia* adpellari *M. Papirium.* Nullam enim Asconius loco a Sigonio laudato Livii mentionem facit. Sed menti ejus forsitan obversatus est locus Asconii pag. praec. ubi Livium numerat inter illos, qui, quum primi tribuni plebis crearentur, eos tantum duos creatos esse referunt. Puto igitur neque Livium ex Asconio, neque Asconium ex Livio emendandum esse; sed Livium, qui hujus temporis pontificem maximum *Q. Furium* vocat, alios scriptores secutum esse, quam Asconium, cui *M. Papirius* dicitur.

Ne cui fraudi esset secessio militum plebisque] *militum tr. plebisque* Voss. 1. Leid. ambo, Florent. Portug. Lipsiens. Gaertner. et Fragm. Hav. Ita et Aldus in codd. suis invenisse videtur, qui edidit *secessio militum tribunorum, plebisque.* Sed in erratis vulgatam lectionem probavit; quam etiam veriorem puto. non enim secessio a solis tribunis militum, sed etiam omnibus militibus facta erat. Sub *militibus* autem commode etiam duces eorum intelligi possunt.

§. 6. *His senatusconsultis perfectis*] Quidam librarii, memores modo praecessisse *factum senatusconsultum*, nunc recte subjungi non posse existimarunt numero multitudinis *His senatusconsultis perfectis.* Hinc *senatusconsultu* datum in Voss. 2. *senatusconsulto* in Haverk. At quomodo hoc intelligi debeat, supra dictum §. praec. *senatusconsultibus* praefert Harlej. 2. *His sunt perfectis* Voss. 1. quem supra etiam *sunt* pro *senatusconsultum* habuisse §. praec. vidimus. Error inde ortus videtur, quod librarius non intellexerit notam *SC.* qua *senatusconsultum* vel *senatusconsultis* scribebatur. V. infra ad 22, 10, 1. *Hiis tum perfectis* praefert Lipsiens.

Abdicantque se magistratu ingenti hominum laetitia] Pusillum, sed tamen monendum, restare in Pall. primo tertioque *ingenti omnium laetitia.* neque aliter Camp. GEBH. Copulam *que* nesciunt Harlej. antiquior, Portug. et Fragm. Hav. Deinde *ingenti omnium laetitia* etiam habent Voss. 2. et Hearnii Oxon. C. quod praestare videtur, quia mox sequitur iterum *quidquid in urbe hominum supererat.* Quamquam autem Livium a vocibus, quibus paullo ante usus fuerat, repetendis non abstinere supra docuerim 1, 3, 9. quum tamen id potius inter vitia, quam virtutes, scriptoris referri soleat, ubicumque codices permittunt, Livium ejus absolvere placet. Solent autem passim voces

quidquid in urbe hominum supererat, prosequitur. Huic multitudini laeta alia turba ex castris obcurrit. congratulantur libertatem concordiamque civitati restitutam. Legati pro concione: *Quod bonum,* 8
faustum, felixque sit vobis, reique publicae, redite in

homines et *omnes* in Mstis commutari. Exempla alia v. 1, 26, 9. c. 32, 13. 2, 64, 8. 3, 34, 6. 4, 11, 8. c. 13, 8. c. 43, 9. 5, 3, 8. 6, 20, 10. c. 23, 12. 9, 8, 11. c. 23, 10. 21, 26, 7. 23, 23, 7. 24, 45, 4. 26, 19, 1. 27, 9, 14. 30, 17, 1. 34, 1, 5. c. 17, 2. 37, 47, 6. 38, 15, 3. et 9. et c. 60, 7. 49, 24, 3. et saepe alibi. V. etiam Baluz. ad Capitul. Regum Franc. tom. 2. p. 1076. Davis. ad Cicer. 1. Tuscul. 14. et Gronov. ad Liv. 5, 38, 5.

§. 7. *Nunciantur haec plebi. legatos quidquid in urbe*] *nunciantur haec plebi per legatos. quidquid in urbe* Haverk. a m. 2. et, quas vidi, vetustae edd. usque ad Aldum, qui primus vulgatam lectionem restituit. Et ea etiam superest in scriptis reliquis, nisi quod *legatorum quidquid in urbe hominum* praeferat Voss. 1. in contextu. [*militum tribunis plebique* Veith.] Mox *superest*, pro *supererat*, et *persequitur*, loco τοῦ *prosequitur*, Lipsiens. V. ad Epit. Liv. 1. 99.

Congratulantur libertatem] Ita primus edidit Aldus; Aldinae autem lectioni favent omnes, quos adhibui, libri scripti. Vetustiores typis excusi *gratulantur*. Pari errore *salutare*, pro *consalutare*, praeferunt interdum codices manu exarati. V. supra ad 1, 7, 1. *cremare*, pro *concremare*, vett. editt. V. hoc lib. ad c. 53, 5. Contrario autem errore *concedere*, pro *cedere*, codd. scripti. V. ad 2, 47, 3. [*congratulabantur* Veith.]

§. 8. *Legati pro concione*] *Legati pro concione ovantur* Harlej. 1. Sed forte librarius voluit *ovantes*. Verum, quamcumque vocem dare voluerit, vulgatum defendo, reliquorum codd. auctoritate fretus. Videtur autem vocem addidisse, ut suppleret vocem subintellectam *ajunt. dicunt, inquiunt*, vel similem, quam Livius saepissime omittere amavit. V. infra ad 23, 45, 6. et supra hoc lib. ad c. 53, 6.

Quod bonum, faustum, felixque sit vobis, reipublicae] Adnotat Hearne, in aliis esse *vobis, reique publicae*, idque etiam placere Sigonio et Gronovio. Videndum est, ubi illi de hoc loco agant. DUK. *vobis, reipublicae* primus edidit vir Cl. Jac. Gronovius, quem Hearne et Clericus secuti sunt. *vobisque reipublicae* est in Lipsiens. Verum non modo omnes priores praeferunt *reique publicae*, sed eamdem lectionem servant etiam Florent. Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragment. Hav. et Hearnii Oxon. B. Alibi saepe Livium copulam suppressisse, non ignoro: eam tamen invitis tot codicibus hic omittere non audeo; praesertim quum in omnibus exemplis hujus formulae, quae Brisson. 1. de Formul. p. 66. ex Livio aliisque congessit, omissa non sit, ubi ei locus esse potuit. V. supra hoc lib. c. 34, 2. 8, 25, 10. 10, 8, 12 22, 30, 4. 24, 16, 9 Loco igitur, unde ejecta erat, restitui. Mox *rediere in patriam*

patriam ad penates, conjuges, liberosque vestros: sed, qua hic modestia fuistis, ubi nullius ager in tot rerum usu necessario tantae multitudini est violatus, eam modestiam ferte in urbem. in Aventinum ite, unde profecti

Gaertn. *redite in patria* Lipsiens. Tum *liberosque viros*, pro *liberosque vestros*, habet Harlej. 1. *liberosque uteros* Gaertn. [*qua haec modestia fecistis ut nullus ager* Veith.]

Nullius ager in tot usu rerum necessario tantae multitudini est violatus] *nullus ager* Harlej. 2. Fragm. Hav. et priscae editt. usque ad Aldum, qui *nullius* dedit, concinentibus reliquis membranis. Deinde vox *usu* non comparet in Voff. 1. et Leid. 2. sed ordine inmutato *in tot rerum usu* hábent plerique reliqui Voff. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. ut ordo, qui vulgo obtinet, tantum Florent. et librorum excusorum auctoritate nitatur. Scriptos igitur plerosque sequi aequius judicavi.

§. 9. *Ibi felici loco, ubi prima initia inchoastis libertatis vestrae*] *Ubi felici loco* Haverk. V. ad 27, 5, 2. Deinde *inchoatis* Leid. 1.

Tribunos plebis creabitis] Pall. primus tertiusque *tribunos plebi creabitis*. GEBH. Ita etiam edidit Vir Cl. Jac. Gronovius, probantibus recentioribus Hearnio, Clerico, et Londinensibus. Et ita etiam plures ex codd. meis. Nam alterum solum supereffe notatur in Voff. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et a m. 2. Fragm. Hav. V. supra ad 2, 42, 6. Sed, vocem *plebi* in Oxon. C. deeffe, Hearne auctor eft.

§. 10. *Convellunt inde signa*] Hoc verbum obvium subinde eft apud Livium. Sed hoc loco placet mihi lectio vetus, quae habet, *Convertunt inde signa*. Eft autem *convertere signa* redeuntium. Sic l. 8, [11, 4.] *Et quum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, quum conversis signis retro in urbem rediretur.* Porro offendit jam olim quosdam hoc verbum. Unde et in Vormaciensi codice adscriptum eft in margine, *Convellunt*; quae lectio deinde in vulgatas iftas odd. eft recepta. RHEN. *Convertunt* Pall. tres. quod recte monuit quoque ex suo Rhenanus. Nam cum redeundum, signa convertenda erant. ut 8, [11, 4.] *Cum jam portis prima signa et pors agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum, cum conversis signis retro in urbem rediretur.* Male Andreas Campanusque *Convellunt*. GEBH. *Convertunt inde signa* ab Rhenano manavit: prius erat *Convellunt*. Et, utrumque sane apud Livium effe obvium, noverat vir optimus: sed, si pariter recordatus foret, qua utrumque poteftate effet, crediffet potius illi veteri manui, quae in Borbetom. ad marginem correxerat *Convellunt*, quam quae in contextu pofuerat *Convertunt*. Sciendum igitur, *converti signa* vel de via in agmine, vel in acie: illud cum ex itinere retrocedunt, hoc cum jam mota et ferri coepta in aliam partem feruntur. De priore Livius 8, [11, 4.] *Et cum portis prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio allato de clade Latinorum,*

estis. Ibi felici loco, ubi prima initia incoastis liber- 9
tatis vestrae, tribunos plebi creabitis. praesto erit ponti-
fex maximus, qui comitia habeat. Ingens adsensus 10
alacritasque cuncta adprobantium fuit. Convellunt

quum conversis signis in urbem rediretur. 10, [18, 12.] Volumnius tantum quod adveniens: *quae literae si falsae fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum.* De posteriore 5, [38, 3.] in proelio Romanorum cum Gallis: *Brennus ad subsidiarios signa convertit.* Caesar. 2. Gall. [26.] *Monuit, ut paullatim sese legiones conjungerent, et conversa signa in hostes inferrent.* At sicubi stativa egit exercitus, et fixa fuere signa, jamque incipiunt moveri, vel eo unde venerant, nunquam converti, sed convelli signa dicuntur. Livius 3, [7, 3.] *Ut totis passim castris fremitu orto, quid in vasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent, signa repente convellerent.* 5, [37, 4.] *Galli postquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani, elusamque suam legationem esse, confestim convulsis signis citato agmine iter ingrediuntur.* Sic invenies acceptum 7, 39. 22, 3. 25, 1. et alibi. Sic et *signa convelli moverique* Suetonius conjunxit in Claudio [13.] Valerius Max. 1, 6, [11.] *Aquilarum altera vix convelli a primipilo potuit, altera aegerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem se ipsa convertit.* Cicero 1. de Divin. [35.] *Itaque signa convelli et se sequi jussit.* Nec aliter Tacitus 1. Ann. 20. *Interea manipuli, ante coeptam seditionem Nauportum missi ob itinera et pontes et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt.* Jam enim manserant aliquid temporis Nauporti, et opere militari itinera et pontes et si quid aliud reficere coeperant: nuncio accepto de seditione discedunt (hoc est, *vexilla convellunt*) inde injussu ducum, medio itinere contumeliosi in centuriones, et conjungunt se cum legionibus turbidis, quae in castris essent. At vir doctus [Joh. Freinshemius] scissa et derepta hastilibus, quod Tacitus 2. Hist. [85.] *Laceratisque vexillis, quae Vitellii nomen praeferebant.* quodque 1. Hist. [41.] *Vexillarius comitantis Galbam cohortis dereptam Galbae imaginem solo adflixit.* et in tertio [c. 12.] *Magno tumultu Vitellii imagines invadunt.* ibidemque [c. 13.] *Recurrens in principia miles proescriptumque Vespasiani nomen, projectas Vitellii effigies adspexit.* Ex Frontino possis dicere, *signa submittere*, etsi auctoritate ducis illic fiat, 4, 1, 43. Sed hoc non faciebant, nisi, ad extremam rabiem adacti, aut militiam prorsus exsuerent, aut imperatorem imperatore mutarent: nec ullum sibi receptum ad poenitentiam relinquerent. Neutrum hi cogitabant milites: nec enim volebant exauctorari omnes, nec alium optabant imperatorem: militiam molliorem et fructuosiorem quaerebant. Ergo et hoc Livii loco, quando ex tota narratione constat, non venisse hos in montem Sacrum, tantum ut abirent, sed consedisse, et fixa signa habuisse, saltem dum cogitur et consulitur senatus, dum ultro citroque eunt

inde signa, profectique Romam certant cum obviis gaudio. armati per urbem silentio in Aventinum per-
11 veniunt. ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente, tribunos plebis creaverunt, omnium primum A. Virginium, inde L. Icilium, et P. Numitorium avunculum Virginiae, auctores secessionis.

et redeunt legati, et diserte dicit Livius eos *castra locavisse*, multo credibilius, imo certum est, legendum esse *Convellunt*, non *Convertunt*. J. FR. GRON. Quamvis omnes mei conspirent in scripturam, quam Rhenanus in Vormaciensi invenit, post tanta tamen diligentia expositam et inlustratam utramque locutionem *convellere* et *convertere signa* cura magni Gronovii, veterum editionum et illius, qui alteram lectionem in margine istius Vormaciensis adscripsit, auctoritatem satis gravem puto, ut eorum omnium fide *Convellunt inde signa* in contextum recipiam, sive potius a Cl. Clerico receptum inde non moveam. Nescio tamen, unde is hauserit, τὸ *Convellunt* praeter antiquas edd. etiam habere *Libb. MSS.* Virorum enim doctorum nemo, ne Gronovius quidem, ullum codicem memoravit eam lectionem praeferentem, praeter unius Vormaciensis apud Rhenanum marginem. Sed puto virum doctum nimia festinatione notas Gronovii consuluisse.

§. 11. *Ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente*] *ibi templo* Voss. 1. Deinde *pontifice magno* Harlej. 2. et Haverk. Sed vox *maximo* non conspicitur in vetustis excusis usque ad Aldum, qui primus addidit, adstipulantibus reliquis omnibus scriptis. V. supra ad 1, 32, 2.

Creaverunt omnium primum A. Virginium, inde L. Icilium] *Virginius* hic pater Virginiae fuit, ut *Icilius* sponsus, auctore Dionysio [l. 11. p. 726.] Ergo *L. Virginius* nominandus, non *A.* ex iis, quae supra a Livio [c. 44.] et Dionysio [p. 709.] et a Pediano pro Cornelio [p. 139.] dicta sunt. SIG. *A. Virginium*, vel *A. Verginium* omnes codd. quos consului. nisi quod *Aulium Virginium* sit in Leid. 2. Quamvis autem ex Dionys. non pateat, Virginium tribunum plebis fuisse patrem Virginiae, id tamen non obscure indicat Liv. infra c. 58. At quum is constanter *L. Virginius* alibi vocetur, ita etiam hic legendum conjicienti Sigonio consentio. Invitis tamen libris in contextum recipere non audeo. Praeterea *primum omnium* vetusti excusi usque ad Aldum, qui vocabula trajecit. Aldo autem concinunt omnes Msti.

Avunculum Virginii, auctores secessionis] Livius, corrupta a librariis dictione, *Virginii avunculum* vocat, quum *Virginiae* haud dubie legi oporteat. SABELL. *avunculum Virginii*, vel *Verginii*, tamen servant omnes libri, quos adhibui, praeter Florent. qui habet *avunculum virgini*, et Harlej. 1. in quo tota haec periodus *creaverunt omnium primum — — tribunum plebis* deficit; cui errori ansam dedit vocum *tribunos plebis creaverunt*, et *tribunum plebis creatum* repetitio. V. ad 9, 11, 11. Librarius etiam Nea-

Tum C. Sicinium, progeniem ejus, quem primum 12
tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriae eſt; et M. Duilium, qui tribunatum insignem ante decemviros creatos geſſerat, nec in decemviralibus certaminibus plebi defuerat. Spe deinde 13
magis, quam meritis electi, M. Titinius, M. Pompo-

polit. Latinii (Veith.) itidem *avunculum Virginii* praefert. Nihilominus recte Sabellicum *Virginiae* emendaſſe puto. V. supra hoc libro ad c. 45, 4. Insuper *actores secessionis* Portug. infinitis locis obvio in codd. scriptis errore. V. supra ad 1, 26, 5.

§. 12. *Tum C. Sicinium progeniem ejus, quem pr.*] Scriptura vetus habet *progenies ejus.* Suspicor Livium scripsiſſe, *Tum C. Sicinium, progenie ejus*, hoc eſt, ex progenie ejus. RHEN. Nescio, cur placeat magis hoc loco Rhenano *progenie*, quam *progeniem*, quum ita loquatur Cicero in epiſtola ad Octavium. *Populum, quem ipse primo, post progenies ejus a regibus liberavit.* SIG. *progenies* etiam Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lipſiens. et Klockian. *progenie* vero, ut Rhenanus conjecit, Voſſ. 2. praefert. Cum Sigonio tamen vulgatum non displicet. Silius 8, 405.

Tullius aeratas rapiebat in agmina turmas,
Regia progenies, et Tullo sanguis ab alto.

Et hac forma emendant viri docti apud Florum 1, 1. *Ab his Amulius jam bis septima soboles regnabat*, pro *sobole.* Ceterum epiſtolam ad Octavium non a Cicerone, cujus nomen mentitur, sed a vetere quodam declamatore conscriptam eſſe, diu viris doctis suboluit. Denique *Et C. Sicinium* Harlej. 2. et Haverk. *Tunc C. Sicinium* Leid. 2. Lipsiens. et Portug. V. ad 2, 12, 15.

Quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte proditum memoriae est] Pall. pr. ac tert. *proditum est memoria.* GEBH. *primum*, quod reliqui conſtanter servant, ab uno exsulat Portug. Deinde *traditum memoriae est* Harlej. 2. et Lipsiens. *proditum memoriae esse* Leid. 1. *proditum memoria* Leid. 2. *proditum memoria esse* Portug. *proditum memoria est* Gaertn. et Fragm. Hav. *proditum est memoria* Voſſ. 2. *traditum* ex gloſſa natum puto. Ita et alibi peccatur. V. N. Heinſium ad Nason. 3. Faſt. 291. (* v. ad Liv. 27, 16, 12.) Quamvis autem utrumque dicatur *prodere memoriae*, et *memoria*, ut infra videndum erit ad 40, 29, 2. (* 9, 27, 14.) prius tamen verius exiſtimo, quoniam melioris notae codices eam scripturam servant.

Tribunatum insignem ante decemviros creatos gesserat] Vox *creatos* praetermiſſa eſt a librario Leid. 2. Ceterum *Dulium*, pro *Duilium*, Lipsiens.

§. 13. *M. Titinnius, M. Pomponius*] Prioris hic memoratae gentis nomen in Livio saepe occurrit, sed plerumque *Titinius* scribi solet, *Titinnius* autem per duplex *n*, praeterquam hoc loco, tantum infra 4, 16, 5. et

14 nius, C. Apronius, P. Villius, C. Oppius. Tribunatu inito, L. Icilius extemplo plebem rogavit, et plebs scivit, ne cui fraudi esset secessio ab decem-
15 viris facta. Confestim de consulibus creandis cum provocatione M. Duilius rogationem pertulit. ea

31, 21, 9. Haec inconstantia ab Aldo, certe hoc loco et l. 4. orta est, ante quem constanter *Titinius* editum inveni. Et recte. Ita enim diserte est in Florent. Voss. 1. Leid. utroque, et Portug. quo eodem tendunt reliqui codices, licet nomen corrupte praeferant. Nam *Totinius* est in Voss. 1. *Ticinius* in Lipsiens. Gaertn. Harlej. 2. et Neapolit. Latinii. *Siccinius* in Haverk. *Cicinius* in Fragm. Hav. a m. 1. Sed recte *Titinius* a m. 2. Quamvis itaque minus emendati, uno tamen ore testantur, nomen illud tantum simplice litera *n* scribendum. Pari modo non tantum *Τιτίνιος* exaratur apud Diod. Sicul. 14. Bibl. p. 443. verum etiam *TITINIVS* in nummis antiquis hujus gentis apud Ursin. Patin. aliosque, et passim in lapidibus antiquis. V. etiam Sigonium ad Liv. 4, 16, 5. Praeterea *M. Pompinius* habent Leid. 1. et Haverk. *M. Pompejus* Gaertn. [*Spe magis deinde* Veith.]

C. Apronius, *Ap. Julius*] *Appii* praenomen non probo, nisi in Sabinis viris, ut in *Claudiis*, ut in *Ap. Herdonio Sabino*, qui Capitolium occupavit. *Julia* gens cum patricia est, tum numquam *Appio* vel *Publio* praenomine usa est. Itaque legendum puto in hoc tribuno plebis *P. Villius*. Est enim gens *Villia* plebeja, ubique in vulgatis libris pro *Julia* habita, eaque usa est praenomine *Publio*. SIG. Non probat Sigonius *Appii* praenomen, nisi in Sabinis, videlicet *Claudiis*, *Appio Herdonio Sabino*, qui Capitolium occupavit. *Julia* deinde gens cum patricia sit, numquam *Appio* vel *Publio* praenomine usam contendit; ideo legendum putat in hoc tribuno plebis *P. Villius*. Talia sunt, quae blandiente inventis ingenio protrudimus. Expresse Palat. pr. *Appius Esilius*, ut et tertius *Appius Esilius*, unde forte faciendum *A. Osilius*. Campanus tamen, nescio an libris vel ingenio fretus, vulgavit *Appius Villius*. GEBH. *C. Ipronius* Voss. 2. *C. Pronius* Haverk. *C. Appeonius* Lips. *C. Apropinus* Gaertn. Deinde omnes nostri praenomen secundi tribuni fuisse *Appius* constanter testantur. *Julius* vero tantum vocatur in Harlej 2. et Haverk. *Jullius* in Gaertn. *Esilius* in Leid. 1. *Elisius* in Portug. *Vilius* in Leid. 2. et Fragm. Hav. *Villius* in Florent. Voss. utroque, Harlej. 1. et Lipsiens. Hinc patet, verisimile esse, Campanum non ingenio, sed libris, fretum *Villius* edidisse. Conjecturam Sigonii probat etiam Pighius in Annal. Rom. ad ann. ccciv. p. 156. quam etiam ob rationes, quas addidit, veriorem puto. Praenomina *Appius* et *Publius* alibi quoque in Mstis commutata fuerunt. V. Oudend. ad Frontin. 1, 4, 11. Si quis contendat, haud facile librarios usitatissimum apud Romanos praenomen *Publius* in alterum *Appius*, vix alibi apud Romanos, quam in gente Claudia, obvium mutasse, at contra saepius hoc in illud; dicendum puto, τὸ *Ap-*

omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium adpellant.

LV. Per interregem deinde consules creati, L. Valerius, M. Horatius; qui extemplo magiſtratum occeperunt: quorum consulatus popularis sine ulla 1

pius ex proximo *Apronius* natum eſſe, et sequentis tribuni praenomen intercidiſſe. Saepissime vero minus cognitum librariis nomen *Villius* in notiſſimum *Julius* in Mſtis abiit. V. infra ad 40, 44, 1. Tandem ultimi tribuni praenomen omittunt Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde pro *Oppius* praeferunt *Soppius* Voſſ. 1. Leid. 1. et Harlej. 1. Praenomine et nomino juncto *Coppius* dicitur in Florent. quomodo etiam alibi librarii errare soliti sunt. V. ad 38, 35, 2. [*C. Appius. Ap. Julius. C. Sopius* Veith.]

§. 14. *Tribunatu inito*] *tribunoto inito* Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. uterque. V. supra ad 1, 15, 7. (* 9, 46, 3.) Mox *Lucinus Icilius* Florent. *Licius Icilius* Lipſiens. Tum *secessio a decemviris* Leid. 2. et Gaertn.

§. 15. *M. Duellius rogotionem pertulit*] Aliquoties scribunt Pall. *Duillius* GEBH. Ita etiam Florent. Voſſ. ambo, Leid. 1. Lipſiens. Gaertn. et Portug. quomodo plerique oorum codd. cum Fragm. Hav. supra quoque §. 12. scribunt. At recte nunc editum *Duilius* ex Sigonii sententia. V. supra ad 2, 58, 2. Praeterea *provocotionem*, pro *rogotionem*, Voſſ. 1. *per provocationem* Leid. 2. quae vox, quod proxime praeceſſerit, menti librariorum adhuc obhaesit, quum haec scriberent. Denique *protulit* Gaertn. V. infra ad 5, 4, 12.

Ea omnio in pratis Flaminiis concilio plebis octo, quem nunc circum Flominium adpellant] *et omnio* Gaertn. saepius obvio errore. V. infra ad 42, 5, 7. Sed vox *omnio* non adparet in Voſſ. 1. et Leid. 2. Tum *consilio plebis* Leid. 2. Verum comitia tributa non *consilium*, sed *concilium plebis* vocandum recte docet Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Deinde *quae nunc* Harlej. 2. Portug. et Neapol. Latinii. Reliqui nihil mutant, nisi quod *quā nunc* habeat Leid. 1. *quom nunc* Gaertn. *quam ne* Harlej. 1. Illud *ne* inde natum videtur, quod librarii *nē* per compendium scripserint. V. infra ad 6, 37, 6. Vulgatum *quem nunc* praeſtat, ut relativum potius cum vocabulo sequenti, quam cum praecedenti, conveniat; quod Livio familiare eſt. V. Gronov. ad Liv. 32, 30, 5. Vitiose denique *orcum Flominium* Haverk. *circum Flaminum* Voſſ. 1.

§. 1. *L. Valerius et M. Horotius*] Rott. Voſſ. uterque, Flor. Gud. ignorant copulativam. J. FR. GRON. Particula media non tantum abeſt etiam a noſtris omnibus membranis, sed Hearne insuper monuit, eamdem neque in suis comparere. V. supra ad 2, 17, 1. [*L. Valerius et M. Orocius* Veith.]

Qui extemplo mogistrotum occeperunt] Pall. omnes et Andreae recensio *acceperunt*. Sed placet vulgatum, quod et Campanus secutus eſt. GEBH. Praeter Campanum omnes excusi *ac-*

2 Patrum injuria, nec sine obfensione fuit. quidquid enim libertati plebis caveretur, id suis dece-
3 dere opibus credebant. Omnium primum, quum veluti in controverso jure esset, tenerenturne Patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, *Ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret.* qua le-

ceperunt retinent usque ad Aldum. Et ita etiam est in Voss. utroque, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. in Oxon. B. L. 2. N. C. quos Hearne adhibuit, et in Neapol. Latinii. [Veith.] Sed rectius Aldus substituit *occeperunt*. quod etiam tuentur Florent. et Harlej. 1. Neque longe abit Leid. 1. *hoc ceperunt* praeferens. V. Gebhardum supra ad 1, 7, 6. et quae infra notantur ad 31, 50, 6.

Sine ulla Patrum injuria, nec sine obfensione fuit] *nec sine ulla offensione fuit* Leid. 2. et Portug.

§. 3. *Quum veluti in controverso jure esset*] *in controverso quum velut jure esset* Portug. *velut* etiam, pro *veluti*, Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *vero* pro ea voce praefert Voss. 2. altera lectione in margine a m. 2. adjuncta. Deinde *introverso jure esset* Lipsiens. *in controversia jure esset* Leid. 2. *in controversia jus esset* Gaertn.

Ut quod tribuni plebis jussissent, populus teneret] Adulteratus foede locus est, sic restituendus, *ut, quod tributim plebes*, sive *plebs*, *jussisset, populum teneret*. Codex Borbetomagensis habet *plebis*, pro *plebes*, quae vox castigatori imposuit. Et est *populum teneret*, pro astringeret. RHEN. Vet. lib. *ut, quod tribunus plebis jussisset.* Placet tamen magis *tributim plebes*, id est, tributis comitiis. Sic enim aït Dionysius l. 11. [p. 725.] *Καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις.* id est, *leges tributis comitiis latas omnibus Romanis esse latas, eandemque vim habere, atque eas, quae centuriatis comitiis latae sunt.* Sic 7, [16, 7.] *Legem tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit.* Sic alibi [6, 20, 10.] *centuriatim*. SIG. *tributim plebe jussisset* Harlej. 1. *tribunus plebis jussisset* Voss. 2. Harlej. 2. Gaertner. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. L. 2. et C. [Veith.] *tribuni plebis jussissent* Leid. 2. *tributim plebis jussisset* Leid. 1. Eadem lectio a m. 1. etiam exstitit in Florent. pro quo deinde *tribuni plebis jussissent* factum est. *tributim plebes jussisset* Klockian. et Voss. 1. ad cujus posterioris marginem tamen adjectum est pro varia lectione a m. 2. *tribuni plebes jussisset*, quod praefert etiam Lipsiens. in contextu. Sane tribuni plebis non *jubebant* plebiscita, sed *rogabant*. Contra plebs vel populus, quidquid comitiis decernebat, dicebatur *jubere*. V. supra hoc lib. ad c. 30, 6. Praeterea *populus teneret* Voss. 2. Leid. 2. Harl. 2. Gaertn.

ge tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum
eft. Aliam deinde consularem legem de provoca- 4
tione, unicum praesidium libertatis, decemvirali
poteftate eversam, non reftituunt modo, sed etiam
in pofterum muniunt, sanciendo novam legem, *Ne* 5
quis ullum magiftratum sine provocatione crearet. qui

Haverk. et a m. 2. Fragm. Hav. et in margine Voff. 1. *populus tenerctur* Portug. ut mox hoc eodem §. *Tenerenturne Patres plebiscitis.* Sed recte *populum teneret* Florent. Lipficus. Klockian. Voff. 1. in contextu, Leid. 1. Harlej. 1. et a m. 1. Fragm. Hav. Infra 8, 12, 14. *Ut plebiscita amnes Quirites tenerent.* 9, 33, 8. *Etsi tenuerit lex Aemilia eos censores, quorum in magistratu lata esset.* c. 34, 9. *Tenuit Aemilia lex violentas illos censares C. Furium et M. Geganium Tenuit deinceps amnes censores intra centum annorum spatium, tenet C. Plautium collegam tuum.* Cic. Orat. 11. Philipp. 5. *Salvatur legibus; quumquam leges eum nan tenent propter eximiam, creda, dignitatem.* Plin. 16. H. N. 10. *Q. Hartensius dictatar, quum plebs secessisset in Janiculum. legem in Esculeta tulit, ut, quad ea jussisset, omnes Quirites teneret.*

§. 4. *Unicum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam*] *praesidium libertati* Haverk. et Harlej. 2. V. supra hoc lib. c. 45, 2. Verum licet alibi Livius ita loqui amaverit, reliquorum tamen in vulgatum canspiratio efficit, ut nihil mutandum censeam. Tum *decemvirali patestatem eversam* Harlej 2. *decemvirali potestate eversa* Voff. 1. et Portug.

Non restituunt moda, sed etiam in posterum muniunt] *constituunt* praeferunt vetufti, quos vidi, typis exarati: praqua Mediolanenses anna 1495. et Veneti anno 1498. recto *restituunt* ediderunt. Et ita cadd. scripti amnes exhibent. Deinde vocula *etiam* deficit in Haverk. quae abeffe paffet, si plurimum vel meliaris notae cadicum consensus accederet. V. ad 2, 6, 1. Insuper *in postremum muniunt* Voff. 2. Leid. 1. Portug. et Fragment. Hav. Alibi haec vacabula male confunduntur. V. Cl. Corte ad Plin. 3. Ep. 19, 6. (*Infra 9, 7, 11.) Tandem literis perperam trajectis *minuunt* Lipsiens. V. ad Liv. 6, 27, 8.

§. 5. *Sanciendo navam legem*] Lege ex vet. lib. *nova lege.* SIG. Palat. sec. *sancienda nova lege.* GEBH. Nan male Sigonianus et quidam, *nova lege.* Cicero 3. de affic. [17.] *Neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili.* 4. Tuscul. [2.] *Quod ne liceret fieri ad alterius injuriam, lege sanxerunt.* Juftin. 3, [2.] *Si quidem nihil lege ullu in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta daret.* J. FR. GRON. Nec minus tamen Latini dicunt *sancire legem.* Livius 34, 7. *Nece liberarum etiam suorum eam legem parentes sanxisse.* Cicero 2. Tuscul. 14. *Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minas sanxit.* Et ita *lex sancta,* et *lex sancitur* apud Livium et alias accurrit. DUK. *sancienda nava lege* etiam ex meis

creasset, eum jus fasque esset occidi: neve ea caedes capi-
6 *talis noxae haberetur.* Et quum plebem hinc provo-
catione, hinc tribunicio auxilio satis firmassent,
ipsis

Harlej. 2. et Haverk. ex Hearnii autem Oxoniensibus codex B. Ita Livium aliosque scriptores locutos esse confiteor. Exemplis a Gronovio laudatis sequentia addi possunt ex Liv. 30, 19, 9. *Latum ad populum est, ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, quum id ignoraret, tribunus plebis atque aedilis plebis fuisset, contra quam sanctum legibus erat.* 34, 4, 7. *Quam caussam fuisse censetis? Eadem fuit, quae majoribus nostris, nihil de hac re lege sanciendi.* ex Cic. pro Flacco 28. *Quum aurum Judaeorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus vestris provinciis Hierosolymam exportari soleret, Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret.* V. Gebhard. ad Cic. 4. Tuscul. 2. Conspiratio tamen vet. lib. Sigonii, Palat. sec. Gebhardi, et ex meis Harlej. 2. atque Haverk. qui plerumque deteriores lectiones amplecti soliti sunt, adversus reliquorum codd. eorumque optimorum, consensum efficit, ut lectio illa admodum suspecta sit; et quidem tanto magis, quod etiam altera loquendi formula optimis scriptoribus usitata fuerit. Cic. pro Plancio 18. *Noli enim putare, Laterensis, legibus istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actum, ut suffragatio, ut observantia, ut gratia tolleretur.* pro Domo 30. *Majores nostri de civitate et libertate ea jura sanxerunt.* Horat. 1. satyr. 3, 67.

Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!

V. N. Heinsium ad Nason. Epist. 6. Heroïd. 154. Ut autem *sancire legem*, ita forma passiva *lex sancitur* apud Cic. de Amic. 12. *Haec igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.* Hinc *lex diligentius sancta* infra apud Liv. 10, 9, 3. *Eodem anno M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam. Lex* autem *ne quis crearet*, est lex statuens, vetans, ne quis crearet: ut in loco Cic. proximo *Lex ut rogemus* est lex statuens, jubens, ut rogemus. Liv. 4, 24, 5. *Se legem laturum, ne plus quam annua ac semestris censura esset.* et passim. V. infra ad 4, 20, 7.

Ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet] Cl. Ant. Perizonius ad marginem notavit, legem hanc non servatam esse, liquere ex 4, 13, 11. Sed vide, quae ad eum locum notantur.

Qui creasset, eum jus fasque esset occidi] In scriptis nihil mutatur; quare receptae lectioni controversiam non moveo. Non displiceret ceteroquin *qui creassit.* Eadem forma, qua supra dixit 1, 18, 9. *Uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines, quos feci.* ubi vide. et infra hoc lib. c. 64, 10. *Hi tum uti quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis.* ubi etiam ante Rhenan. et Sigonium *cooptassent* legebatur. Et ita viri docti legendum censuerunt apud Plin.

ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur, (cujus rei prope jam memoria aboleverat) relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis, renovarunt; et quum religione inviolatos eos, tum lege 7

28. H. N. 2. *Quid? non et legum ipsarum in Duodecim tabulis verba sunt? Qui fruges excantassit. Et alibi, Qui malum carmen incantassit.* Pari modo nempe pro *excantasset* et *incantasset* reposuerunt *excantassit*, et *incantassit*. V. Voss. 5. Gramm. 15. Talis est infinitivus futuri *impetrassere*, *expugnassere*, pro impetraturus esse, expugnaturus esse. V. Voss. ibid. c. 17. Mox tamen hoc cap. §. 14. sequitur *Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset.* Praeterea verbis sequentibus *capitali noxae* prisci excusi usque ad Aldum; qui *capitalis* reposuit. Et ita exhibent libri scripti omnes, quibus usus sum.

§. 6. *Relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis renovarunt*] *renovaverunt* Harlej. 2. *renovare* Fragm. Hav. Doujatius ad verbum *renovarunt* vel ex superioribus repetendum censet vocem *legem*, vel legendum arbitratur *relatas quasdam ex magno intervallo ceremonias renovarunt.* Sed neutrum necesse puto. Eum male habuisse videtur, quod *renovarunt* sine casu poneretur. Verum non vidit subintelligendum pronomen demonstrativum *id. tribunis renovarunt id, ut viderentur sacrosancti.* V. infra ad 23, 15, 4. Vel ipsum illud *ut sacrosancti viderentur* loco casus quarti est, quasi dixisset, tribunis renovarunt existimationem sanctitatis. Neque probare possum conatum Cl. Ant. Perizonii *caverunt*, pro *renovarunt*, reponentis. Ea enim emendatio, quam ad marginem editionis adscripsit, omnium codd. fidei adversatur, et a vulgato longissime recedit. Praeterea recte *renovarunt*. antea enim sacrosancti fuerunt. V. 2, 33, 1. [Initio *Et cum in plebe hinc* Veith.]

§. 7. *Quum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt*] *tum religione* Voss. 2. et Harlej. 2. V. infra ad 6, 23, 3. Praeterea *tum legem etiam* Voss. 1. et Leid. 2. Verum non *legem inviolatam* facere voluerunt consules, sed ipsos *tribunos* partim *religione*, relatis quibusdam ceremoniis, partim *lege*. [*cum lege etiam* Veith.]

Ut qui tribunis plebis, aedilibus, judicibus, decemviris, nocuisset] Vox *decemviris* abest a veteribus libris, nec videtur necessaria. Est enim ridiculum, plebem cavisse decemviris, quos perosa judicio etiam est persequuta. SIG. Abest a Palat. sec. *decemviris*, quod non necessarium esse respondet Sigonius. Sed afferunt illud esse Palatini duo meliores, editionesque principes, et illa verba supra c. 53. *Decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis praecavere jubentur.* GEBH. Festus in *Sacrosanctum* tantum tribunos et aediles plebis memorat. *Judices* et *decemviri*, quos addit Livius, quinam sint, non facile dictu esse, scribit Ant. Augustinus de lege Horatia; sed se existimare, esse minores aliquos plebis magistratus, quibus potestas curatiove aliqua pu-

etiam fecerunt, sanciendo, *Ut, qui tribunis plebis,*

blica mandata erat. Charondas 1. Verisimil. 3. *judices* videtur accipere eos, quibus mandata erat proprie dicta jurisdictio. Sed tribunorum et aedilium plebis, ad quos hoc totum pertinet, nulla erat proprie dicta jurisdictio. Perizonius Differt. 1. de Praetorio §. 7. *judices* exponit *aediles plebis*, quos lites judicaffe dicit, quia Dionysius 6, 1. eos vocat δικασάς. de *decemviris* nihil addit, fortaffis quod ei itidem, ut Sigonio, haec vox suspecta fuit. Verum primum quaeri poteft, an *aediles plebis* lites judicaverint? Potuerunt fortaffis de mensura jus dicere, vasa minora frangere, et lites inter eos, quorum opera utebantur ad expediendas res, quas multas magnasve iis commiffas fuiffe scribit Dionysius, ortas componere, unde etiam δικασάι appellari potuerunt. Sed eos lites et cauffas pecuniarias judicaffe vi et jure poteftatis suae, non facile oftendi poterit. Deinde si *aediles plebis* et *judices* iidem sunt, cur lex eosdem bis nominavit, primum *aediles*, deinde *judices?* Probabilior eft sententia Auguftini. DUK. Vocula *ut* deeft in Gaertn. Deinde vox *decemviris* a solo exfulat Haverk. sed *aedilibus, judicibus, viribus nocuisset* habet Harlej. 2. *aedilibus et judicibus juris nocuisset* Portug. Adparet, olim *xviris* scriptum fuiffe, notam autem numeralem a librariis ejus vim non adsecutis omiffam, et inde, transpositis literis, *juris*, pro *viris*, scriptum effe. Reliqui omnes nihil mutant; unde vocem *decemviris* cum Sigunio delere non audeo: quem in eo etiam aliquid humani paffum fuiffe Doujatius observat, quod ridiculum dicat, plebem caviffe decemviris, quos perosa judicio eft perseeuta; quum non *plebs* hanc legem tributis, sed *populus* omnis *centuriatis comitiis* jufferit. quae censura vera eft. Sed neque voci *decemviris*, ut Gebhardus fecit, patrocinium pararem ex eo, quod legati a senatu missi supra c. 53, 1. jussi sunt *decemviris ab ira et impetu multitudinis praecavere.* Id enim jam antea fecerunt adverfando plebi, poftulanti, ut decemviri sibi dederentur, quos vivos igni concremare volebat. Hic vero non de legatis agitur, sed conful Romanus fert legem comitiis centuriatis. Ceterum quinam per *decemviros*, immo etiam per *judices* intelligendi sint, me haerere ingenue fateor. Vix adtentionem meretur sententia Glareani, qui ad §. 11. fufpicatur, sub nomine *decemvirûm* in hac lege caveri illis, qui libris Sibyllinis praeerant. Nam hoc tempore adhuc tantum duumviri erant, quo nomine etiam infra memorantur 5, 13, 6. Iis vero demum decemviri subftituuntur infra 6, 42, 2. Cl. Periz. in Differt. de Praetor. §. 7. hunc locum laudans omittit, ex Sigonii sententia, vocem *decemviris*, et per *judices* intelligit aediles, quos Dionys. 6. Antiq. loco mox laudando δικασάς adpellatos tradit. Verum vellem, ut vir Clariff. addidiffet rationem, cur Livius, sive potius auctores legis duplici nomine hos magiftratus *aediles* et *judices* vocarint, quum prius notissimum fuerit. aut, si uno illo non contenti fuerint, cur non et reliqua nomina adjecerint, quae iis tributa fuiffe Dion. ibid. observat? Eam enim non adsequor. Doujatius exiftimat, solos tribunos plebis quatuor illis diversis nominibus hic designari. Primo ordinario *Tribunorum*; deinde *Aedilium*, quoniam aedium sacrarum cura aliaque ae-

aedilibus, judicibus, decemviris nocuisset, ejus caput Jo-

dilicii officii ad tribunos primario spectabant, quibus aediles plebis in hac re adjuncti velut ministri eorum, teste Dionys. l. 6. p. 411. tertio *Judicum*, communi omnium magistratuum adpellatione, unde etiam Dionys. l. l. aediles plebis *ὑπηρέτας τῶν δημάρχων καὶ συνάρχοντας καὶ ΔΙΚΑΣΤΑΣ* vocatos scribit: quarto *Decemvirorum* a numero, quo nomine ideo eos hoc loco inprimis adpellandos existimat, quoniam, quum initio quinque tantum fuissent, et ante paucos annos decem creari coepissent, nunc id ageretur, ut eo numero semper crearentur, et priores sacratae leges non nisi ad receptum tunc numerum quinarium referrentur. At sententiam hanc veram esse in animum inducere nequeo. Probabile enim non videtur, quum proprii et a tribunis diversi magistratus *Aedilium* nomine Romae constituti fuerint, tamen in hac lege per *Aediles* intelligendos esse tribunos. Nam ita praetores collegae consulum vocantur, iisdemque auspiciis creati dicuntur, quin et iisdem data est juris dicendi provincia, cui olim consules praefuerant; numquam tamen, post institutos praetores, consules dicti sunt *praetores*, neque praetores dicti sunt *consules*. Quin et, vulgo per *Aediles* hic ita proprie dictos aediles plebis intellectos esse, ostendunt verba, quae inferius §. 9. sequuntur, ubi Livius juris interpretum sententiam refert, qui negant, hac lege quemquam sacrosanctum esse, idque probant exemplo aedilium, qui a majoribus magistratibus prehendebantur. Nisi enim per *aediles* ita proprie dicti aediles plebis vulgo intellecti fuissent, exemplum illud male huc adlatum foret. Doujatius quidem respondet, Livium aediles ad partes vocantem falsum, et in juris morisque minutiis lapsum esse. Verum is error recideret non tam in Livium, quam in juris interpretes, quorum sententiam Livius recensuit, et argumenta proposuit. Omnia enim usque ad §. 11. pendent ex verbis §. 9. *juris interpretes negant*. Neque tantum juris interpretes, Livio aequales, per *Aediles*, hac lege memoratos, aediles plebis intellexerunt, verum diu ante in eadem opinione etiam fuisse videtur M. Cato, cujus sententiam probavit Festus voce *Sacrosanctum*. *Sacrosanctum dicitur, quod jurejurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas penderet. Cujus generis sunt tribuni plebis, aedilesque ejusdem ordinis. quod adfirmat M. Cato in ea, quam scripsit Aedilis plebis sacrosanctos esse.* An autem verisimile sit, verum sensum vocis *Aedilibus* latuisse omnibus juris interpretibus tempore Livii atque aliis, et demum Johannem Doujatium, Antecessorum Parisiensium et Regiorum Professorum Primicerium, post tot seculorum decursum exstitisse, qui eum pervideril, omnium judicio relinquo. Praeterea non video, quomodo tribunis plebis nomen *Judicum* conveniat, quibus una tantum *auxilii latio adversus consules* concessa, sive *auxilii non poenae jus datum* est, teste Liv. 2, 33, 1. et c. 35, 2. cui concinit Dionys. 6. Antiq. p. 409. *Οἵτινες*, scilicet tribuni, *ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἔσονται κύριοι, τοῖς δὲ ἀδικουμένοις ἢ κατισχυομένοις τῶν δημοτῶν βοηθήσουσι, καὶ οὐ περιόψονται τῶν δικαίων ἀποστερούμενον οὐδένα.* Neque hoc tempore ullas judicum partes sibi tribunos vindicasse constat, ut inde nomen id ferre potue-

vi sacrum esset. familia ad aedem Cereris, Liberi, Li-

rint. Denique non placet etiam eosdem nomine admodum ambiguo *decemviros* vocari, quo legumlatores modo sublati adpellabantur; quin et eodem nomine adpellari ex superstitione Romanorum ominosum fuisset, quum ob scelera a decemviris illis perpetrata, tum quod parvo tantum tempore in republica substiterint. Aliam sententiam proposuit Ant. Augustinus de Legibus in lege *Horatia*, qui per *aediles* intelligit aediles plebis. *Decemviri* autem et *judices* qui fuerint, quamvis non facile dixerit, existimat tamen, minores aliquot plebis magistratus fuisse, de quibus in *Aebutia* nonnulla in medium adtulerat. In *Aebutia* vero nihil ejus reperitur, nisi indicaverit *Aebutiam de centumviris*, ubi centumvirorum judicum et decemvirorum stlitibus judicandis mentionem factam video; ut forte per *judices* indicatos crediderit centumviros, per *decemviros* autem decemviros stlitibus judicandis. Verum neque huic sententiae calculum adjicere possum. Non videntur enim centumviri et decemviri stlitibus judicandis jam hoc tempore instituti fuisse. Festus enim auctor est, ex triginta quinque tribubus Romanis ternos electos fuisse in voce *Centumviralia*. At demum diutissime postea, novis additis, triginta quinque tribus institutae sunt. Praeterea Pomponius JCtus refert, decemviros stlitibus judicandis demum creatos esse, ubi jam duo praetores creari solebant, l. 1. §. 28. et 29. ff. de Orig. Jur. Unde etiam Pighius in Annal. Rom. eorum institutionem ad annum urb. cond. DXX. refert. Praeterea eos non indicari hoc loco, videtur etiam ex ordine colligi posse. Decemviri enim centumviris praesidebant, adeoque dignitate praestabant, quos propterea ante judices sive centumviros memoratos oportuerat, quemadmodum tribuni ante aediles memorantur. Denique, eos sacrosanctos fuisse, aliunde probari posse, non existimo. Aliis itaque, quibus felicius est ingenium, divinandum relinquo, quinam per *judices* et *decemviros* hoc loco intelligendi sint. Me sensum et verba legis a Livio memoratae non adsequi, haud pudet; in qua jam suo tempore interpretes hallucinatos fuisse, Livius observat. (* Qui per *decemviros* intelligunt, v. Act. Erud. Lips. anni 1738. p. 487. decemviros legum ex loco Livii a Gebh. laudato, rationem reddere debent, cur ergo duo eorum in vincula ducti, reliqui in exsilium ejecti sint. Quin et senatus, ut precibus decemvirûm satisfiat, senatoribus legatis mandavit, ut decemviris praecaverent ab impetu et ira multitudinis, c. 53. an ergo sequitur, ergo postea consules facti legem de ea re tulerunt? Vide potius eorum legatorum verba c. 53. fine.)

Familia ad aedem Cereris, Liberi, Liberaeque venum irent] Scribendum *venum iret*, ut referatur ad nominativum *Familia*. RHEN. Vide, ne quis *aedem* de suo addiderit. Nam l. 41, [28, 2.] aït, *supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaeque fuit*. SIG. Exstiterat primo in Palat. tertio *familia ad Cereris, Liberi, Liberaeque ven. i.* Et mox idem *ut senatusconsulta in aedem Cereris ad aediles deferrentur*. ubi simul censeo rectius abesse posse τὸ *aedem* ab sciolo inculcatum. Sic Livius alibi, *Supplicatio ad Cereris Liberi Liberaeque fuit*. 4, 7. *Ad Monetae inventa nomina*. GEBHARD. Alibi saepe vocem *ae-*

beraeque venum iret. Hac lege juris interpretes ne- 8

dem sciolos inculcasse, ubi Livius eam omittendam judicarat, infra videbimus ad 10, 23, 13. quam propterea hic etiam delendam censerem, modo codices faverent. Nunc vero, quum omnes nostri *τὸ aedem* servent, et Gebhardus solum Palat. tertium memoret, in quo a m. 1. deficiat, loco eam vocem movere non audeo. Praeterea *familiaque*, Portug. Harlej. 2. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Denique *irent* Voss. 2. Leid. 2. Haverk. et Fragm. Hav. quod servari posset, si *familia* hic pro servis acciperetur. Ita enim collective poneretur, quemadmodum hujus generis plura. Verum hic latiori significatione complectitur omnia bona, quae quis possidet; ut constat ex Dionys. l. 6. p. 410. ubi, recensens legem, quo tempore primi tribuni creabantur, hac de re latam, quae nunc a consulibus renovabatur, *τὰ Χρήματα* vocat, quod Livius hic *familiam*. distinctius *familiam pecuniamque* memorat in hac re Fest. voce *Sacratae. Sacratae leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sit cum familia pecuniaque. Sunt, qui esse dicant sacratas, quas plebes jurata in monte Sacro sciverit.* quare recte Rhenanum *iret* emendasse existimo, quomodo praeferunt reliqui Msti mei. *irent* dedisse nonnulli librarii videntur, quod ad verbum hoc referrent non modo *τὸ familia*, sed etiam, quasi nominativos, voces *Liberi Liberaeque*, id est, filii filiaeque, non adsecuti, ea Bacchi et Proserpinae cognomina esse, quae tamen apud Livium 33, 25, 3. 41, 28, 2. apud Cic. 5. in Verr. 14. et alibi obcurrunt.

§. 8. *Hac lege juris interpretes negant*] *Hac juris lege interpretes* constanter Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Klockian. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et ita etiam Aldus edi curavit. Inter errata tamen pristinum ordinem vocabulorum reducendum monuit. Ceterum adversus sententiam juris interpretum Festus sentit, qui, M. Catonis sententiam secutus, tribunos et aediles plebis *sacrosanctos* fuisse scribit voce *Sacrosanctum*, loco antea §. praec. laudato. [*sacrosancto esset.* Veith.]

Sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri] Depravata verba sunt, nec magnopere succurrit nobis exemplar scriptum, quod sic habet: *sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id sacrum sanciri.* In hoc tamen juvat, quod praepositionem *ad* postea vides adjectam fuisse. Ergo, meam secutus auctoritatem, non eam modo praepositionem expunge, sed et praenomen *id*, sic legens, *sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri.* Unde vero pronomen *id* huc irrepserit, audi. Librarius aliquis extremam syllabam verbi *nocuerit* bis scripsit, hoc modo *nocuerit, it.* Alius, castigare volens, posterius *it* in praenomen *id* mutavit. RHEN. Livii haec, sive juris interpretum, expositio ipsis legibus difficilior est, et, ut suspicor, in codd. nostris corrupta. Quidam pro *eorum*, substituerunt *Deorum*, quia sequebatur *id ad sacrum sanciri.* Sed non placet. Imo haec ipsa verba obscura sunt, et illud *ad* nuper, *id* vero olim falso adjectum. GLAR. Antea multo foedius legebatur, *sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri.* Nos autem me-

gant quemquam sacrosanctum eſſe: sed eum, qui
9 eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri. Itaque
aedilem prehendi ducique a majoribus magiſtrati-
bus: quod etsi non jure fiat, (noceri enim ei, cui
hac lege non liceat) tamen argumentum eſſe, non

liorem, ut remur, hac utraque lectionem reperimus in vetuſtis libris, quae eſt haec: *sed caput ejus, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum esse, id sanciri.* recte. Sic enim Cicero pro Cornelio [Balbo 14.] *Sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebsve sanxisset. Sanctiones autem sacrandae sunt aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut poenae, cum caput ejus, qui contra facit, consecrotur.* SIG. Correctio eſt Rhenani *sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sonciri*, cum antea legeretur ubique, *sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri.* Pall. primus ac tertius, *sed eum, qui eorum cui nocuerit, id ad sacrum sanciri.* satis depravate. Secundus vero ex arbitrio librarii imprudentiſſimi, *sed caput ejus, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum esse, id sanciri.* Quae lectio in recentiſſimae notae libro a Sigonio reperta ejus et oculos et judicium faſcinavit. Neque enim quicquid eum juvat locus ex Corneliana Ciceronis laudatus. Neque ego in re obscuriſſima, deficiente meliorum librorum lumine, facem expediendae difficultati accendere valeo. GEBH. Sic Rhenanus, *sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri*; cum pessime antea, *sed eum, qui Deorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri.* Sententiam deprehendit, quae quidem eſt in Sigoniano. *sed caput ejus, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum esse, id sanciri.* Sed quis non videt, hic malam et audacem manum eſſe verſatam? In MSS. melioribus eſt: *sed* [illegible]*m, qui eorum cui nocuerit, id od sacrum sanciri.* Lege mitiore conjectura: *sed ejus, qui eorum cui nocuerit, caput sacrum sanciri.* 2, [8, 2.] *Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisset.* 10, [38, 3.] *Qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset.* J. FR. GRON. Codici Sigoniano consentiunt Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Verum *sed ejus coput, qui eorum cuiquam nocuerit, id ad sacrum sanciri* Portug. et Gaertn. *sed cum apud eorum cuiquam nocuerit, id sanciri* Voſſ. 1. *sed eum apud eorum cuiquam nocuerit, id sanciri* Lipsiens. in contextu, ad cujus marginem, pro *apud eorum*, a m. 2. *quae decorum* adscriptum eſt. *sed cum qui apud eorum cuiquam nocuerit, id sanctiri* Leid. 2. a m. 1. pro ultima voce autem m. 2. in margine emendabatur *sacrum. sed eum, qui eorum cui nocuerit, id ad sacrum sanciri* Voſſ. 2. *sed eum, qui deorum quem nocuerit, id ad sacrum sanciri* Leid. 1. et Fragm. Hav. *sed eum, qui eorum cuique nocuerit, id sacrum sanciri* Florent. *sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, id sacrum sanciri* Klockian. *sed eum, quid eorum quem nocuerit, id sacrum san-*

haberi pro sacrosancto aedilem: tribunos vetere ju- 10
rejurando plebis, quum primum eam poteſtatem
creavit, sacrosanctos eſſe. Fuere, qui interpreta- 11
rentur, eadem hac Horatia lege consulibus quoque
et praetoribus, quia iisdem auspiciis, quibus con-

ciri Harlej. 1. Nihil propius video, quam quod Gronovio in mentem venit. Laudant quidem Sanctius in Minerv. 3, 3. in verbo *Noceo* et alii *qui Deorum quemquam nocuerit*, eique conveniunt quorumdam codicum, quas recensui, lectiones; sed, Livium antiquata conſtructione verbi *noceo* cum casu quarto usum eſſe, non exiſtimo. V. Ger. Joh. Voſſ. 7. Gramm. 21. et Cel. Burmann. ad Phaedri 4. fab. 18, 4. *eorum* recte reſtitutum eſt pro *deorum*. V. ad 29, 11, 6. *qui eorum cui* pro qui eorum alicui, cuiquam. V. Cl. Cortium ad Salluſt. Jugurth. 8. Doujatius leviori mutatione sic legi poſſe exiſtimat, *sed cum quis cui nocuerit, id sacrum sanciri*: in quibus verbis errorem sive ipsius Doujatii nimia feſtinatione, sive culpa operarum commiſſum eſſe, eumque voluiſſe exiſtimo *sed cum quis eorum cui nocuerit*. Verum ne ita quidem hanc conjecturam illi, quam magnus Gronovius proposuit, praeferendam eſſe, verba legis, in quibus *caput Jovi sacrum* expreſſe memoratur, evincunt. Praeterquam quod non res, quum quis eorum cui nocuerit, sacra sancita sit, sed ipse homo vel caput ejus, qui id fecerit. An forte legendum? *sed eum, qui eorum cui nocuerit, ideo sacrum sanciri*. [*qui deorumque nocuerint id ad sacrum sanciri* Veith.]

§. 9. *Itaque aedilem prehendi ducique a majoribus magistratibus*] *prendi* Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Lips. Gaertn. Klockian. et Fragm. Hav. V. supra ad 2, 29, 4. Deinde *Itaque prendi ducique aedilem* Harlej. 2. *Itaque prehendi ducique aedilem* Haverk.

Noceri enim ei, cum hac lege non liceat] Et hic locus depravatus eſt. Nam pro *cum* scribendum *cui*, hoc modo. *noceri enim ei, cui hac lege non liceat*, subaudi *noceri*. RHEN. Hoc quod in parentheſi ponitur, durum eſt, et varie item lectum intellectumque. GLAR. *cum hac lege* Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Reliqui, ut et antiquissimae edd. favent Rhenano. In Mediolanensi demum anni 1495. obcurrit *noceri enim ei, cum hac lege non liceat*. quod deinceps reliquae pleraeque usque ad Rhenanum servarunt, nisi quod *τὸ ei* omiſſum sit in Veneta anni 1498. Ceterum, Rhenani emendatione recepta, quae difficultas Glareano supereſſe potuerit, non invenio.

Non haberi pro sacrosancto aedilem] *non haberi pro sacro sanctoque aedilem* Florent. Voſſ. 1. Leid. uterque, Lipsiens. Klockian. et Portug. Paullo ante *argumentum est* vetuſtiores typis descripti, quos vidi, usque ad Aldum, qui dedit *argumentum esse*, concinentibus omnibus Mſtis. Et recte. omnia enim referenda ad praecedentia *juris interpretes negant*. unde et sequentia pendent *sacrosanctos esse*.

§. 10. *Tribunos vetere jurejurando plebis, quum primum*

sules, crearentur, cautum esse: judicem enim con-
12 sulem adpellari. Quae refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum consulem judicem, sed

eam potestatem creavit] *tribunos veteres jurejurando plebis* omnes mei manu exarati, et nonnulli veterum excusorum, pro quo jam recte Tarvisina anni 1482. *tribunos vetere jurejurando plebis.* Tum *quum eam primum potestatem* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. *cum primis eam potestatem* Voss. 2.

§. 11. *Hac Horatia lege consulibus quoque et praetoribus, quia iisdem auspiciis, quibus consules, crearentur*] Vide, num legendum, *consulibus quoque, ut praetoribus, quia eisdem auspiciis consules, quibus praetores, crearentur, cautum esse.* Alioqui non video, quis sensus inde elici queat. Mirum vero, quum Livius tam sollicitus esset de voce *judicibus*, cur non etiam de *decemviris* legem exposuerit. Decemvirorum enim hic potestas abrogabatur, et paulo post hi in judicium protrahuntur. cui ergo in hac lege cavetur? iis forte, qui libris Sibyllinis praeerant. GLAR. Nihil magis contra sensum eorum, quorum hic Livius sententiam proposuit, quam Glareani emendatio. Hi enim ex voce *judicibus*, quae in lege obcurrit, credidere, eadem lege etiam cautum fuisse consulibus, qui olim *judices* adpellabantur. Si autem consulibus, insuper interpretando legem extendi posse existimarunt ad praetores, postea institutos, quia iisdem auspiciis creabantur, quibus consules. Verum secundum emendationem Glareani dicerent, lege Horatia cautum fuisse praetoribus, et quemadmodum praetoribus etiam consulibus. Verum quomodo praetoribus caveri posset, qui nondum creabantur? ad quos, ut ego locum capio, interpretatione tantum lex extensa fuisset. Per *decemviros* autem omnino decemviros sacrorum, qui libris Sibyllinis praeerant, intelligi non posse, supra dixi ad §. 7. Insuper *hac omnino lege* Voss. 2. *hac Oratii lege* Portug. *hac Oratiana lege* Fragm. Hav. a m. 2. *Oratia* a m. 1. [*eandem. Hac Oratiana lege* Veith.] Praeterea *consulibusque et praetoribus* Haverk. quod cave firmari posse existimes ex illis, quae infra dicentur ad 10, 30, 2. Sensus enim hic *quoque* requirit. Idem ergo potius vitium a librario commissum est, ac de quo infra dicendum ad 5, 27, 1.

§. 12. *Nondum consulem judicem, sed praetorem adpellari mos fuerit*] Errasse Livium, putat Perizonius d. l. DUK. *fuerit mos* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Ceterum unde hoc Livius hauserit, libenter disceret Doujatius. Concedit quidem, summos Romanorum magistratus, antequam *consulum* nomen acciperent, et *praetores* et *judices* adpellatos fuisse. Sed, utrum *praetorum* prius, quam *judicum*, titulo cogniti fuerint, dubitat. Vellem caussas dubitationis reddidisset, ut, quid ei tribuendum sit, videri posset. Nunc nihil subcurrit, quod ei favere queat, nisi forte sit locus Zonarae, illos, qui ante praetores dicti fuerant, hoc tempore consules dictos esse, narrantis 7. Annal. 19. *Τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρα-*

praetorem, adpellari mos fuerit. Hae consulares leges fuere. Institutum etiam ab iisdem consulibus, 13
ut senatusconsulta in aedem Cereris ad aediles ple-

τηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον. Idem fere sentit Cl. Jac. Perizon. Differt. de Praetor. §. 7. et seq. qui, concedens quidem, consules olim etiam *judices* vocatos esse, simul tamen contendit, minime videri, sic adpellari coepisse demum post tempora decemvirorum, sed omnino jam illis temporibus, vel etiam ante; idque hoc argumento firmat, quod *judicum* vocabulum, quo tempore praetor primum constitutus sit, non translatum fuerit ad eum, in quem tamen res ipsa conferebatur, neque remanserit penes consules, ut quod, re ablata, nullius illis usus esset. Existimat igitur, si consules umquam adpellati sint *Judices*, id factum primis plane temporibus. Verum paullatim illud nomen in significandis consulibus abiisse in desuetudinem, et sic eo tempore, quo juris dicundi potestas, consulibus ademta, praetori data est, consules non alia habuisse nomina, quam illa *consulis* et *praetoris*, quae etiam sola Varro memorat. At viri Clariss. conjecturis tantum tribuere nequeo, ut Livium, qui his temporibus tot seculorum spatio propior vixerit, in re domestica errasse existimem. Summos magistratus Romanorum primo *praetores*, tum *judices*, et demum *consules* dictos fuisse colligo ex Cic. 3. de Legib. 3. *Regio imperio duo sunto; iique praeeundo, judicando, consulendo praetores, judices, consules adpellantor.* Si enim antea *judices*, tum *praetores*, dicti fuissent, ratio nulla dari posset, cur Cic. ordinem hunc invertat. (* Alio argumento hanc sententiam adstruo infra ad 7, 3, 8.) Diutissime post haec tempora *judicum* nomen consules adhuc obtinuisse colligo ex Varr. 5. de Ling. Lat. p. 62. *In commentariis consularibus scriptum sic inveni. Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: Calpurni, voca inlicium omnis Quiritis huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites inlicium visite huc ad judices. C. Calpurnius dicit. Voca ad conventionem omnis Quiritis huc ad me. Accensus dicit sic: Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad judices. Deinde consul loquitur ad exercitum: Impero, qua convenit ad comitia centuriata.* Ibi tempore, quo commentaria illa consularia vel certe formulae, in commentariis commemoratae, scriptae sunt, consules adhuc dicebantur *judices*. Ipse vero stilus et forma verborum documento sunt, his temporibus longe recentiores esse. Si vero diu post haec tempora adhuc *judices* dicti sunt, cur, quaeso, non credemus Livio, adfirmanti eos id nomen nondum hoc tempore habuisse?

Hae consulares leges fuerunt] *Hee consulares* Klockian. et Fragm. Hav. a m. 1. *Haec consulares* Florent. *Hec consulares* Leid. 1. et Portug. V. supra ad 2, 44, 12.

§. 13. *Institutum etiam ab iisdem consulibus*] *Institutum tamen etiam ab iisdém* Haverk.

Ut senatusconsulta in aedem Cereris ad aediles plebis deferrentur] Gebhardus supra hoc cap. ad §. 7. docet, in Palat. tertio deesse vocem *plebis*, quae etiam abesse poterat, quod hoc

bis deferrentur; quae antea arbitrio consulum sup-
14 primebantur vitiabanturque. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit; *qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine*
15 *provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.* Haec omnia ut invitis, ita non adversantibus, patriciis transacta; quia nondum in quemquam unum saeviebatur.

tempore nulli alii forent aediles, quam plebis. Reliqui tamen omnes vocem constanter servant. Verum *ad aedilem plebis* est in Gaertn. *ad aedilis plebes* in Leid. 1. unde suspicio est, librarium scribere voluisse *ad aedilis plebei.* Idem etiam Gebhardus ibidem existimat, vocem *aedem* a mala manu interpolatam esse: quam tamen et ipsam omnes libri tuentur. Vide, quae eo loco notavi. Unus quidem Lipsiensis pro eo in contextu praefert *eodem*, in margine vero ejus loco *aedem* emendatur. [*ut sumptus in aedem* Veith.]

Quae antea arbitrio consulum supprimebantur, nunciabanturque] In postremo verbo tam crassum mendum est, ut admodum demirer, a nemine hactenus animadversum. Debet autem esse *supprimebantur, vitiabanturque*, hoc est, corrumpebantur, depravabantur. RHEN. *vitiabanturque* servant etiam omnes nostri. nisi quod unus Klockian. sine copula *vitiabantur* praeferat. Infra 8, 40, 4. *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt.* Deinde *antea*, ut Rhenanus notae praescripsit, pro *ante*, in nulla inveni editione. At ita praeferunt Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. quorum auctoritate id etiam recepi.

§. 14. *Tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit, qui plebem*] *tribunus plebis rogavit*, omissa voce *plebem*, Voss. 1. et Leid. 2. quomodo librarii dedisse videntur, quod vocis *plebs* quadruplici repetitione offenderentur. Sed male. V. supra ad 2, 56, 1. Praeterea *plebsque scivit* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. At certiores vulgatum recte servant. V. supra ad 1, 20, 6. Paullo ante τὸ *deinde* deest in Gaertn.

Qui plebem sine tribunis reliquissent, quique magistratum sine provocatione creassent, tergo ac capite punirentur] Verba pluralivi numeri hic commutanda sunt in singularem hoc modo. *qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.* Sic et prior lex sonuit. *Qui tribunis plebis, aedilibus, judicibus, decemviris nocuisset.* RHEN. Lectionem, quam Rhenanus restituit, probant omnes mei, praeter Voss. 1. et Leid. 2. omnes etiam, quos Hearne Oxonii evolvit, praeter L. 1. et C. omnes denique vetustiores typis de-

LVI. Fundata deinde et poteſtate tribunicia, 1
et plebis libertate, tum tribuni adgredi singulos
tutum maturumque jam rati, accusatorem primum
Virginium et Appium reum deligunt. Quum diem 2
Appio Virginius dixiſſet, et Appius, ſtipatus patri-
ciis juvenibus, in forum descendiſſet; redintegrata
extemplo eſt omnibus memoria foediſſimae poteſta-
tis, quum ipsum satellitesque ejus vidiſſent. Tum 3

scripti usque ad Aldum, qui primus singulariter dicta in pluralia convertit. Florent. etiam et Klockian. solum medium *creassent*, Lipſiens. *reliquissent* et *creassent* plurali exhibent. Praeterea verba *quique magistratum sine provocatione creasset* exsulant a Voſſ. 2. at *quique magistratus sine provocatione creasset* praeferunt Voſſ. 1. et Leid. 2. *qui magistratum sine provocatione creasset* Fragm. Hav. [Veith.]

§. 15. *Ut invitis, ita non adversantibus, patriciis transacta*] Voculam *ita* non agnoscunt Voſſ. 2. et Haverk. Sed eam intercipere potuerunt ultimae syllabae vocis proxime praecedentis. Tum *aversantibus* quidam ex prioribus excusis, sed invitis omnibus scriptis. Insuper *transacta sunt* Harlej. 2. et Haverk.

Quia nondum in quemquam unum saeviebatur] *q̄m nondum*, id eſt, *quoniam nondum*, Haverk. Has voces saepe inter se librarii commutarunt. V. infra ad 40, 13, 7. Praeterea *saeviebantur* Voſſ. 1. et Leid. uterque.

§. 1. *Appium reum deligunt*] *diligunt* Voſſ. 1. Leid. 1. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. quam harum vocum commutationem infinitis locis in Mſtis obcurrere, infra dicendum erit ad 37, 51, 7.

§. 2. *Quum ipsum satellitesque ejus vidissent*] Pall. prim. ac tert. *cum ipsum satellitesque vidissent*. Campan. *cum ipsum satellites quoque ipsius vidissent*. Verum, quod dixit, *redintegrata est extemplo omnibus memoria foedissimae potestatis*, non abludit verbis Lycurgi, accusantis Lysiclem. *Τολμᾷς τὴν καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ὁρᾶν, καὶ εἰς τὴν ἀγορὸν ἐμβάλλειν ὑπόμνημα γεγονὼς αἰσχύνης καὶ ὀνείδους τῇ πατρίδι*. GEBHARD. *cum ipsum satellites ejus vidissent* male Fragm. Hav. a m. 1. *cum ipsum satellitesque vidissent* unus ex meis Voſſ. 2. quod ex duobus melioribus Palatinis MSS. probaſſe videtur Cl. Corte ad Plinii 1. Epiſt. 2, 5. Quum tamen omnes reliqui, quos adhibui, codd. etiam qui certissimae fidei eſſe solent, in servanda voce *ejus* conspirent, a vulgato recedere nolo, praesertim quum et alibi saepe hoc pronomen additum obcurrat, ubi omitti poterat, et a nonnullis etiam librariis omiſſum eſt. V. supra ad 2, 51, 8. Paullo ante *redintegrata est extemplo omnis memoria*, priscae, quas consului, editt. usque ad Aldinam, in qua primum vidi, quod nunc vulgo exſtat. Ei vero concinunt omnes libri mei. *omnis*, pro *omnibus*, eodem errore datum erat, quo *principiis*, pro *principibus*. V. infra ad 21, 60, 7.

Virginius, *Oratio*, inquit, *rebus dubiis inventa est. Itaque neque ego accusando apud vos eum tempus teram, a cujus crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis: nec istum ad cetera scelera inpudentiam in defendendo se ad-*

§. 3. *Tum Virginius, Oratio, inquit, rebus dubiis inventa est. Itaque neque ego accusando*] *Tunc Virginius* Fragm. Hav. V. supra ad 2, 22, 15. Tum *rebus in dubiis inventa est* Lipsiens. Sed illud *in* culpa librarii natum puto, qui omissa voce *dubiis*, sequentem scribere inceperat, quum, errorem animadvertens, id, quod praeterierat, adjecit, non deleto initio vocis perperam scriptae. V. infra hoc cap. §. 11. Insuper voculam *neque* operarum errore omiserunt ultimae Gronovianae, quod inprudenter etiam ultima Amstelaedamensis secuta est. Pro *neque*, quod in reliquis omnibus meis perstat, *nec* habent Harlej. 2. et Haverk. quomodo scribae dedisse videntur, quod mox sequatur, *nec istum ad cetera*. Sed vide, quae infra notantur ad 9, 9, 14. Male deinde *accusabo* praefert Voss. 1. [*apud vos illud tempus* Veith.]

A cujus crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis] Vetus lectio *vosmet ipsos*. SIG. Cogor toties facilitatem Sigonii insectari, omne, quicquid in improbissimo suo codice reperit, pro oraculo venditantis. Hic quoque legendum monet *vosmet ipsos armis vindicastis*. ut et visitur in Palat. sec. ac Campani editione. Sed reclamant meliores duo, et Andreas. GEBH. *vosmet ipsos* Harlej. 2. Lipsiens. et Hearnii Oxon. L. 1. N. et C. *nosmet ipsos* Haverk. *vosmet ipsis armis* Voss. 1. et Leid. 2. Sed recte *vosmet ipsi* vindicavit Gebhardus, quod reliqui mei tuentur. V. supra ad 2, 19, 5. Sallust. in Catilin. 20. *Mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quae conditio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem.* ubi vide Cl. Corte. qui eodem loco insuper monet, nihili esse verbum *vendico*, qua forma *vendicastis* hic praeferunt Voss. 2. et Haverk. Deinde *armati*, pro *armis*, Voss. 2.

Nec istum ad cetera scelera inpudentiam in defendendo se adjicere patiar] Non aliter edd. priscae et Palat. sec. Interim Pall. primus tertiusque *impudentia in defendendo se adicere.* Nihil molior. Facile enim τὸ *m* evanuit. GEBH. *inpudicitiam*, pro *inpudentiam*, pessime Voss. 1. et Leid. 2. Omnino in Gebhardi codd. τὸ *m* finale vocis *inpudentiam* elisum est a proxima voce *in*. V. infra ad 37, 29, 5. Ita contra saepe vocula *in* excidit ob proximae vocis literam ultimam *m*. V. ad 10, 13, 3. [*impudentiam defendendo se* Veith.] *To se* aberat ab Haverk. Deinde *addicere* Fragm. Hav. a m. 1. et Lipsiens. quod ortum est inde, quoniam olim *adicere*, pro *adjicere*, scribere soliti erant. V. ad 1, 30, 3. Et ita etiam emendatum est in eodem cod. a m. 2. ac praeferunt Florent. Leid. ambo, et Portug. V. ad 2, 10, 9. *adjacere* est in Gaertn. *abdicare* corruptius in Harlej. 2. Denique *patior* habet Haverk. *patiatur* autem Gaertn.

§. 4. *Quae inpie nefarieque per biennium alia super alia*] Hic tertius est locus, quo planum fit, recte Valerii Horatii-

jicere patiar. Omnium igitur tibi, Ap. Claudi, quae 4 *inpie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio. unius tantum criminis, ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non*

que annum sejunctum a tertio decemvirorum, quo per tyrannidem privati regnarunt. Neque enim Virginius hic primum annum supputat, quo bene gesserat se Appius. GLAR. V. supra hoc lib. c. 38, 1. *impune nefarieque* Lipsiens. Male. Cic. 2. de Offic. 14. *Habendum est religioni, nocentem aliquando et nefarium inpiumque defendere.* Paullo ante pronomen *tibi* deficiebat in Voss. 1. et Portug.

Gratiam facio] Sallust. [in Jugurth. 104.] *Boccho, quoniam poenitet delicti, gratiam facit.* Utitur Livius hac phrasi 8, [34, 3.] *Disciplinae militaris eversae juventuti gratiam facit.* KLOCK. Sallust. in Catilin. 52, 8. *Mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem.* ubi v. Cl. Cortium.

Unius tantum criminis nisi te vindices ab libertate] Admonet nos liber vetustus, scripsisse Livium, *unius tantum criminis, nisi judicem vindices te ab libertate* etc. Nec vacat vocabulum *judicem.* nam arguit rem pro tribunali gestam. RHEN. Vet. lib. *nisi judicem vindices te.* Sensus: nisi te a judicio unius criminis liberes, id est, ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse te nisi probes. SIG. Restituit hunc locum primus Rhenanus, cui subscribit Sigonius, tali addita expositione: nisi te a judicio unius criminis liberes, id est, ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse te nisi probes. Campanus vero olim: *unius tamen criminis reum in judicem dices* pessime. Palatini tres: *unius tamen criminis ni judicem dices, te ab libertate.* Facile autem potuit omitti capitalis syllaba, sicut modo factum in *ruitis* [c. 53, 7.] pro quo scribebatur *itis.* GEBH. Rhenano debetur haec lectio, quam, credo, ut sensus apertior esset, hactenus mutatam video in Curione, ut transposuerit duas voces *nisi vindices, judicem te.* Itaque alteram illam ab se quoque nobis fert expensam Sigonius cum interpretatione: nisi te a judicio unius criminis liberes. Hoc enim spectaverunt illi, judicium de Virginia intelligentes. Vetustiores carebant τῷ *judicem*, excepta Campani, in qua *criminis reum in judicem dices.* Tres quoque Pall. et duo regii *criminis in* (vel *ni*) *judicem dices.* Idem ex Cujacii et Fulvii membranis notaverat Cl. Puteanus, probaveratque, ut *judicem dicere* respondeat τῷ *judicem ferre*, atque hoc sit provocantis, illud provocati. Haud incommode. Lege igitur *unius tantum criminis ni judicem dices, te ab libertate* etc. Lite inter duos orta, qui disceptandae ejus brevissimam viam optabat, et ad judicem provocabat, is *judicem ferre* alteri dicebatur. Saepe habes apud Livium et Ciceronem. Livius 8, [33, 8.] *Provoco ad populum, eumque tibi, fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero.* 9, [1, 7.] *Quem tibi tuarum irarum, quem meorum suppliciorum judicem feram? neminem neque populum neque privatum fugio.* Ferebat autem ipse

5 *dedisse, in vincula te duci jubeo.* Nec in tribunicio

nominando virum spectatae moderationis et nemini suspectum, aut jubendo adversarium nominare, quem sumerent. Prioris exemplum est apud Ciceronem in 2. de Orat. [70.] *Quum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tulisset.* Posterioris exemplum hic praebet Virginius. Ajebant, *cape mecum judicem*, vel *dic judicem, ni ita est.* Hinc Virginius in posteriore oratione [c. 57, 5.] *Se iterum ac saepius judicem illi ferre.* Cur *iterum?* quia tulerat antea, dicendo: *ni judicem dices.* Campani *reum* si MSS. suffulcirent, posset facile juvari, ut scriberetur *reus.* Sed non est opus. Voss. [uterque] quoque, Rott. et Helm. *nisi judicem dices.* J. FR. GRON. Qui addiderunt *reum*, videntur verba *ni judicem dices* non conjunxisse cum praecedentibus *unius tantum criminis*, sed cum sequentibus *te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse:* nam nulla alia caussa erat infulciendi *reum*, quam quod, quum illa, quae dixi, conjungerent, non videbant, quomodo dici posset *unius tantum criminis in vincula te duci jubeo;* fortassis etiam, quod putabant, non optime dici *dic judicem criminis te hoc non fecisse.* Equidem *reum* non recipiendum arbitror, sed considerandum, an, distinctione post *criminis* posita, cetera, quae in medio sunt usque ad *in vincula*, conjungi, et *unius tantum criminis*, nempe *nomine*, vel *caussa*, *in vincula te duci jubeo*, dici possit. In quo haec erit sententia: unius tantum criminis caussa, quod scilicet vindicias ab libertate in servitutem contra legem dedisti, in vincula te duci jubeo, ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse. Nec durius hic est supplementum *nomine*, vel *caussa*, quam in multis aliis, quae dudum observarunt viri doctissimi ad Sallustii Catil. 6. ad Jugurth. 138. ad Petron. 49. et quos illi laudarunt, nec non Ant. Augustinus 2. Emendat. 1. In vulgata distinctione Appio pro crimine imputari videtur: quod vindicias ab libertate in servitutem non dederat; quod falsum est. De re ipsa, id est, de potestate eligendi judicis adversario facienda, v. Cl. Schultingium de Recusat. Judicis c. 6, 1. Pro *jubeo*, hic non magis eum quibusdam apud Hearnium legendum est *jubebo*, quam c. 57. *in vincula duci jussurum* pro *jubere.* DUK. *unius tantum judicem dices*, reliquis omissis, Gaertn. *unius tantum criminis ni judicem dices* Harlej. 2. *unius tantum criminis nisi judicem dices* Florent. Leid. ambo, Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Klockian. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. quorum Harlej. 1. et L. 2. etiam omittunt voculam *te.* Vir Cel. Jac. Perizonius in marg. codicis sui legendum conjecerat *unius tantum criminis ni judicem proces;* adscripto simul hoc Festi loco in voce *Procum. Est enim procare, poscere, ut cum dicitur in judice conlocando, si alium procas, nive eum procas, hoc est, poscis.* Vir doctus ad oram editionis Curionis adscripserat, sibi reponendum videri, *unius tantum criminis, ni probes te judicem ab libertate.* Ita *unius criminis* elliptice dictum erit, pro unius criminis nomine, et jungenda erunt, *unius criminis* nomine *in vincula te duci jubeo.* Dominicus Macer, notante Hearnio, emendandum censuit *unius*

auxilio Appius, nec in judicio populi ullam spem

criminis, nisi judicem dices te a libertate in servitutem contra legem vindicias non dedisse, in vincula te duci jubebo. quam eamdem lectionem Latinius etiam margini exemplaris, quo usus eſt, adscripsit. Mihi lectio, quae Gronovio placuit, et a plerisque codd. servatur, praeterquam quod *nisi*, pro *ni*, habeant, verior videtur; ita tamen, ut simul admittendam censeam diſtinctionem Cl. Dukeri, quam etiam recepi. *nisi* autem, pro *ni*, non videtur probandum. V. ad 3, 24, 5. (* v. Sanct. Minerv. 4, 4. de Ellipsi nominum v. *crimen*) Praeterea *a libertate* Voſſ. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Mox *contra legem*, pro *leges*, Portug. Denique *indicias*, pro *vindicias*, Gaertn.

In vincula te duci jubeo] Pall. primus, tertius, Campanusque *in vincla te duci jubebo.* Sic mox iidem, *Lator earum in vincla ducatur.* Iterumque, *Quod si indicta caussa in vincla ducatur.* c. 59. *Nec in vincla duci quemquam sum passurus.* 4, 13. *Exsolutus legum vinclis*, ut habent Pall. primus et tertius, non *vinculis*. c. 26. *In vincla se duci eos jussuros.* Et mox, *In vincla etiam duci possent.* 7, 4. *Qui ad nomina non respondissent, partim in vincla ductis*, ut habent Pall. duo. 29, 18. *Tribunos militum in vincla conjectos*, ut habent Pall. duo. GEBH. *in vincla te duci* etiam Voſſ. uterque, et Leid. 1. Verum et id et alia, quae Gebhardus tum hoc loco, tum supra ad 2, 23, 10. et ad c. 39, 7. laudavit, librariis tribuenda puto. Illa enim duarum in unam syllabam contractio potius poëtas, quam prosaïcae orationis scriptores decere videtur. Deinde *jubebo* soli tantum ex meis Harlej. 1. Klockian. et Lipsiens. Ita infra 6, 15, 6. *Quod nisi facis*, etc. *in vincula te duci jubebo.* (* 9, 34, 24.) Verum, quamvis codices illos, et praesertim priorem, non vulgaris auctoritatis exiſtimem, hic tamen potius reliquis, receptam lectionem tuentibus, adsentiendum censeo. Neque obſtat, vel in contrariam sententiam movet, quod artius cohaereant *ni judicem dices, jubeo*, et propterea tempus futurum potius requiri videatur. Saepe enim per praesens indicativi modi designatur futurum. Ita in loco Livii modo laudato *nisi facis, jubebo.* Similiter 36, 28, 6. *Ni propere fit, quod impero, vinciri vos jam jubeo.* Apud Salluſt. in Catil. 58. *Sin metu cesserimus, eadem illa advorsa fiunt.* ubi videndus Cl. Cortius, et ad Plinii 4. Epiſt. 27, 5. ut et Cel. Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 13. Eamdem temporis enallagen etiam Graecis usitatam eſſe, observat Cl. Duker. ad Thucyd. l. 2. p. 125.

§. 5. *Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in judicio populi*] τῷ *in* priori loco Voſſ. 2. poſteriori Harlej. 1. carent. Sed priori omnino requiritur. altero id vindicat mos Livii, qui praepositiones saepiſſime repetere solitus eſt. V. ad 6, 28, 6. Mox *attamen tribunos adpellavit*, omiſſa vocula *et*, Harlej. 2. et Haverk.

Arreptus a viatore, Provoco, inquit] *abrepto a viatore* Leid. 2. errore sollemni librariorum, qui verba cum *ad* et *ab* composita, adeoque *arripere* et *abripere*, commutare soliti sunt. V. ad 2, 33, 7. *arreptus adjutore* male Voſſ. 2. nec melius *arreptus a vitiatore* Florent. *ereptus a viatore* Lipsiens. [*mo-*

habebat. attamen et tribunos adpellavit: et, nullo
6 morante, arreptus a viatore, *Provoco*, inquit. Au-
dita vox una vindex libertatis, ex eo missa ore,
quo vindiciae nuper ab libertate dictae erant, silen-
7 tium fecit. Et, dum pro se quisque, *Deos tandem
esse*,

rante viatore arreptus provoco Veith.]

§. 6. *Audita vox una vindex libertatis*] Ita Aldus edidit, concinentibus codd. meis omnibus. Priores excusi, quos vidi, male omittunt vocem *vindex*.

Vindiciae nuper ab libertate dictae erant] *ad libertatem* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Male. Supra enim habemus §. 4. *ni judicem dices, te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse. a libertate* praeferunt Voss. 1. Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. Mox vocabulum *dictae* non comparet in Leid. 1. et Portug. quod etiam abesse posse videtur. Verum ita potius Livius more suo dixisset, *ex eo missa ore, ex quo vindiciae nuper ab libertate erant*. Quare potius vocem *dictae* servandam puto.

§. 7. *Deos tandem esse, et non negligere humana fremunt*] *Deos et non negligere* vetustiores, quos consului, typis inpressi usque ad Aldum, qui duas voces perperam omissas primus addidit: ei vero consentiunt codd. scripti, nisi quod *Deos tantum et non* praeferat Voss. 1. Infra 8, 6, 5. *Bene habet. Dii pium movere bellum. Est coeleste numen! es, magne Jupiter! haud frustra te patrem Deûm hominumque hac sede sacravimus.* 29, 18, 6. *Qua tanta clade edoctus tandem Deos esse superbissimus rex, pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinae referri jussit.* 30, 37, 1. *Postero die revocatis legatis et cum multa castigatione perfidiae monitis, ut, tot cladibus edocti, tandem Deos et jusjurandum esse crederent, conditiones pacis dictae.* V. viros doctos, quos laudavi ad Silii Italici 6, 87. Praeterea *neglegere* Florent. Klockian. et Harlej. 1. V. supra ad 2, 11, 4. *nec glere* conrupte erat in Leid. 1. Voluit forsitan librarius *neclegere*. Eam tamen posteriorem orthographiam nimis antiquatam puto, quam ut Livium deceat, aut ejus aevo convenire possit.

Superbiae crudelitatique, etsi seras, non leves tamen venire poenas] *et seras* Voss. 2. sed prima proximae vocis syllaba ultimam *τοῦ etsi* intercepit. *si seras* Lipsiens. [*crudelitatisque* Veith.] Deinde *non tamen leves* Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. *non tū leves* Haverk. cujus librarius *tñ*, pro *tamen*, scribere voluerat. Et ita saepius alibi peccatur. V. infra ad 22, 17, 5. Denique *vivere poenas* Harlej. 1. Male. V. N. Heinsium ad Nason. Epist. 4. Heroïd. 113. et ad 5. Fast. 648. ubi similiter Ovid. dixerat ex fide optimorum Mstorum,

Et tandem Caco debita poena venit.

§. 8. *Provocare, qui provocationem sustulisset*] *provocare*

esse, et non neglegere humana, fremunt, *et superbiae crudelitatique, etsi seras, non leves tamen venire poenas; provocare, qui provocationem sustulisset; et inplorare* 8
praesidium populi, qui omnia jura populi obtrisset; rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset; ipsius Appii, inter

se, *qui* Haverk. Deinde *qui s. Appius provocationem sustulisset* Lipsiens. Sed illud *s. Appius,* sive *scilicet Appius,* ex glossa marginali in contextum commigrasse, quilibet videt. *abstulisset,* pro *sustulisset,* habet Harlej. 2.

Qui omnia jura populi obtrisset] Quatuor priora vocabula exsulant ab Haverk. cui errori vocis *populi* repetitio occasionem dedit. V. ad 9, 11, 11. *ultra,* pro *jura,* mendose Voss. 1. Denique *obstruxisset* Leid. 2. *obstrisset* Klockian. utrumque culpa scribarum. *obruisset* Gaertn. Eodem errore *obrutus* et *obtritus* etiam supra commutabantur in Palatino uno apud Gebhard. ad Liv. 1, 11, 7. (* 34, 5, 9.) *obtrivisset* ed. Ascensiana anni 1510. quod in sequentibus annorum 1513. et 1516. in marginem rejectum est. Reliqui codd. et edd. in vulgatum conspirant. et recte. Simili enim verborum contractione in temporibus a perfecto formatis Livius gavisus est. V. infra ad 6, 18, 10.

Rapique in vincula egentem jure libertatis] Pall. sec. et tert. *agentem.* GEBH. *agentem jure* etiam Voss. 1. et Haverk. *arentem in re* Lipsiens. in contextu. quod utrumque scribis errantibus tribuendum esse, nullus non videt. Insuper *rapi et in vincula egentem jure libertatis* Fragm. Hav. a m. 1. *rapi, et in vincula duci egentem* a m. 2. *rapique in vincula agi jure libertatis* Gaertn. Denique *in vincla* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. V. hoc cap. ad §. 4. [*rapique in vincula duci* Veith.]

Qui liberum corpus in servitutem addixisset] *corpus addixisset* Neapolitanus Latinii, mediis dictionibus deficientibus, quae in omnibus meis supersunt, et etiam necessariae videntur. Simpliciter enim *addictus* dicebatur debitor, qui creditori tradebatur, ut debitum opera solveret. At Appius Virginiam clienti M. Claudio addixerat tamquam servam vernaculam, domi ejus conceptam ac natam. Et requirit insuper ea verba oppositio inter *τα liberum corpus* et *in servitutem addixisset,* ut et inter *egentem jure libertatis* et *in servitutem addixisset.* Ceterum *adduxisset* Lips. et Gaertn. Sed passim *dicere* ac *ducere* eorumque composita in Mstis commutantur. V. ad 38, 43, 1.

Fidem populi Romani inplorantis vox audiebatur] *exaudiebatur* Harlej. 1. quod non displicet. Videtur enim prior illa syllaba intercepta esse a vocula praecedenti *vox. Exaudire* autem Livio frequens est. Infra 5, 52, 11. *Ajo Locutio templum propter coelestem vocem exauditam in Nova via jussimus fieri.* 8, 39, 12. *Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur.* (* 10, 40, 9.) 25, 1,

concionis murmur fidem populi Romani inplorantis,
9 vox audiebatur. Majorum merita in rempublicam domi militiaeque commemorabat: *suum infelix erga plebem Romanam studium, quod aequandarum legum caussa cum maxima obfensione Patrum consulatu abisset: suas leges, quibus manentibus lator earum in vincu-*
10 *la ducatur. Ceterum sua propria bona malaque, quum*

9. *Primo secretae bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam excessit res.* c. 6, 21. *Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes.* 26, 13, 13. *Conjuges, liberi, quorum ploratus hinc quoque prope exaudiebantur.* 30, 30, 8. *Nos ab Karthagine fremitum castrorum Romanorum exaudimus.* 40, 3, 5. *Exsecrationesque in agminibus proficiscentium in regem exaudiebantur.* c. 8, 8. *Jam pridem quidem hanc procellam inminentem timebam, quum vultus inter vos minime fraternos cernerem, quum voces quasdam exaudirem.* c. 31, 7. *Clamore non tantum ad ardorem pugnae excitandum sublato, sed etiam ut, qui in montibus erant, exaudirent.* et saepe alibi.

§. 9. *Majorum merita in rempublicam domi militiaeque commemorabat*] *merita in republica domi militiae* Harlej. 2. et Portug. *merita in rempublicam militiaeque* priscae edd. quasi *merita in rempublicam* obponerentur *meritis militiae*; quum potius indicetur, *merita in rempublicam* duplicia esse, vel *domi*, vel *militiae*; Appium vero commemorasse merita in quamcumque reipublicae partem, sive domi, sive militiae. Recte igitur Aldus vocem *domi* revocavit, quam etiam servant omnes scripti. Supra hoc libro c. 42, 1. *Nihilo militiae, quam domi, melius respublica administrata est.* Nam ita etiam *rempublicam gerere* de eo usurpari, qui bellum gerit, Gronov. infra evicit ad 8, 31, 2.

Studium, quod aequandarum legum caussa etc. consulatu abisset] *studium coëquandarum* Florent. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et vetustiores, quos vidi, typis exarati. *studium coëquendarum* Portug. *studium exequendarum* Fragm. Hav. a m. 1. in quo *studium, quo exequandarum* a m. 2. interpolatum est; at *studium, quo coëquandarum* Haverk. *studium, quo aequandarum* Leid. 1. proxime lectionem vulgatam, quam primum in Frobeniana anni 1535. ed. inveni, et veriorem esse puto. Alibi saepe *quo* et *quod* ab indoctis scribis confunduntur. V. infra ad 36, 33, 3. Praeterea *abiisset* Haverk. et Gaertn.

Lator earum in vincula ducatur] *in vincla* Florent. Voss. ambo, et Leid. 1. V. supra hoc cap. ad §. 4. praeterea *ducitur* Voss. 1. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.]

§. 10. *Ceterum sua propria bona malaque, etc. tum se experturum*] *sua bona propria malaque* Haverk. Praeterea *tunc se experturum* Lipsiens. V. ad

causſae dicendae data facultas sit, tum se experturum. In praesentia se communi jure civitatis civem Romanum die dicta poſtulare, ut dicere liceat, ut judicium populi Romani experiri, non ita se invidiam pertimuiſſe, ut nihil in aequitate et misericordia civium suorum spei habeat. Quod si indicta cauſſa in vincula ducatur, iterum 11
se tribunos plebei adpellare, et monere, ne imitentur,

2, 12, 15. Pronomen *se* non exſtat in Voſſ. 1. *experiturum* autem habet Gaertn. Insuper *tum caussae dicendae facultas data fuit*, pro *quum*, Lipſiens. [*communi voce civitatis* Veith.]

Ut judicium populi Romani experiri] *judicium Romani populi* Voſſ. 2. et Portug. a m. 1. *judicium RP.* Leid. 1. et Florent. *judicium reip.* Fragm. Hav. qui error ex inperitia scribae ortus eſt, non adsequentis notas, quibus voces *populi Romani* compendii cauſſa notatae erant. Alibi similiter peccatum eſt saepe. V. infra ad 22, 37, 12. Vocibus *populi Romani* caret Haverk. Iisdem etiam caret Lipsiens. sed eorum loco ex proxime sequenti periodo adscivit vocem *pertimuisse.* Paullo ante alio verborum ordine *dicta die* priscae Editt. usque ad Aldum, qui *die dicta* vulgavit. quomodo omnes praeferunt codd. mei.

§. 11. *Indicta caussa in vincula ducatur*] *Indictam caussam*, sed utrobique deleta iterum litera *m*, Florent. Deinde iterum *in vincla* Voſſ. ambo, et Leid. 1. V. supra hoc cap. ad §. 4. Paullo antea *τὸ ita* deerat in Fragm. Hav. a m. 1. Insuper *habebat*, pro *habeat*, manifeſta descriptoris aberratione, Harlej. 1.

Iterum se tribunos plebis adpellare] Revocat priora Palat. sec. *iterum se sua propria bona, iterum tribunos.* GEBH. *Ceterum sua propria bona iterum se tribunos* Leid. 2. Haverk. et Lipsiens. Supra praeceſſerat hoc cap. §. 9. *in vincula ducatur. Ceterum sua propria bona maluque.* Quorum verborum tria priora hic etiam repetuntur. Illis autem exaratis quum librarii pergere vellent, eorum oculi ab hoc loco aberrantes in priorem inciderunt. Errorem vero deprehendentes, poſtquam jam scripſiſſent *Ceterum sua propria bona*, ea delere noluerunt, ne codicem lituris deformando emtorem deterrerent; sed perperam scriptis subjunxerunt, quae hic sequuntur, *iterum se tribunos.* Alia exempla hujus moris librariorum supra v. 2, 34, 9. hoc lib. c. 2, 9. hoc cap. §. 3. 7, 2, 13. Ceterum vox *iterum* deeſt in Gaertn. Tum *tribunos appellare*, omiſſa voce media, praefert Portug. *tribunos pl. appellare* Haverk. *tribunos plebis appellare* Voſſ. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. et C. *tribunos plebejos appellare* Fragm. Hav. V. infra ad 34, 56, 9. *tribunos plebi appellare* Leid. 2. quod ferri posset, si plures codd. firmarent. V. ad 2, 42, 6. *tribunos plebei appellare* Florent. Voſſ. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Klockian. quod Cl. Jac. Gronov. jam recepit, et optimorum codd. consensus

12 *quos oderint. Quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur tollendae adpellationis caussa, in quam conspirasse decemviros criminati sint; aït se provocare ad populum: inplorare leges de provocatione, et consulares,*
13 *et tribunicias, eo ipso anno latas. Quem enim provocaturum, si hoc indemnato indicta caussa non liceat?*

verum esse evincit. V. supra ad 2, 33, 2.

§. 12. *Tollendae adpellationis caussa*] Nonnihil suspectum est *caussa*. Valerius Max. 7, 4, 3. *Ad pactionem omittendae obsidionis compulerunt.* Saepe inculcatum esse *caussa*, nemo ignorat. DUK. *caussam* est in Lipsiens.

In quam conspirasse decemviros criminati sunt] Scribendum *criminati sint*. RHENAN. *criminati sunt* primus edidit Aldus, cum quo faciunt Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Vetustiores autem excusi habent *criminati sint*, ut Rhenan. malebat. Et illis consentiunt reliqui codd. Paullo ante vocula *si* deerat in Leid. 1. *se* in Portug. sed *τὸ in* in Leid. 2. *in qua decem conspirasse viros* praefert Gaertn. [*in qua conspirasse* Veith.]

Aït se provocare] *Τὸ aït* suspectum, tamquam ex eo genere, de quibus affatim 2. Observ. 14. J. FR. GRON. Omnibus modis importunum est *τὸ aït*; non tamen ita suspectum, ut aboleri totum debeat. Lege, *Quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur*, etc. *at se provocare ad populum.* Infra 9, 1. *Quod si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi; at ego ad Deos vindices superbiae confugiam.* Vide sis paterna ad 24, 37. JAC. GRON. Illud J. Fr. Gronovii sententiam verisimilem reddit, quod passim *aït*, *inquit*, *dixit*, et similia a male feriatis inculcata deprehendantur. V. infra ad 23, 45, 6. Potius tamen viri Cel. Jac. Gronovii emendationi subscribo, cui etiam quorumdam codd. scriptura favet. In Voss. enim pr. pro varia lectione in margine est *ut se provocare*. Voculae autem *ut* et *at* saepe commutantur. V. supra ad 1, 18, 9. et Nic. Heinsium ad Nason. Ep. 12. Heroïd. 1. Verum *haud se provocare*, pro *aut*, praefert Fragm. Hav. a m. 1. Solent etiam *τὰ aut* et *at* in Mstis confundi. V. Broekh. ad Propert. 4. Eleg. 3, 5. et viros doctos Ovid. 3. Amor. Eleg. 7, 1. [*aut se* Veith.]

Leges de provocatione, et consulares, et tribunicias] *et consulares tribunicias* Haverk. et a m. 1. Portug. in quo postea emendatum *et consulares tribuniciasque.*

§. 13. *Si hoc indemnato*] Vet. lib. *si huic indemnato.* SIG. Cogitabam, legendum *hoc*, nempe *provocare:* quum inspectis libris intellexi, Sigoniani cod. eam esse mendam. Ipsa indemnati indicta persona sat habet ponderis. Appii persona in sequenti membro utetur. J. FR. GRON. *hoc indemnato* etiam omnes nostri praeter Portug. qui a m. 2. *huic* praefert, et mox omittit voces *et humili.*

Et adpellatio provocatioque adversus injuriam magistra-

cui plebejo et humili praesidium in legibus fore, si Ap. Claudio non sit? se documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas firmata sit: et adpellatio provocatioque adversus injuriam magistratuum ostentata tantum inanibus literis, an vere data sit.

LVII. Contra ea Virginius, unum Ap. Clau- 1

tuum] Hinc habent jurisperiti, quod distinguant: neque enim temere conjuncta videri possunt. Quidam *appellationem* inter aequales existimant, ut a decemviro ad decemvirum, a consule ad consulem, cujus rei multa sunt apud Livium exempla, maxime in hac actione. *provocationem* vero a minore ad majorem, ut a consule aut quovis alio fere magistratu ad populum. *intercessionem* autem inter utrosque, ut tribuni contra tribunum, et tribunorum contra consules aut senatum. CLAR. Tota haec periodus male exsulat a Leid. 2. *provocatioque ei adversus* habent Voss. 1. et Klockian. Copula *que* non adparet in Gaertn. ut nec praepositio *adversus* in Voss. 2. Deinde *magistratuum injuriam*, trajectis dictionibus, legunt Voss. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante *damnatio*, pro *dominatio*, perperam est in Harlej. 1. In sequentibus *an vero data sit* habet Gaertn. pro *vere*. V. ad Liv. 40, 9, 8.

§. 1. *Contra Virginius* etc. *ajebat*] Ita demum editum exhibet postrema Gruteri; quod in uno tantum inveni Gaertn. Omnes priores *Contra ea Virginius*. et ita praeferunt etiam Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Fragm. Hav. et, quos Hearne Oxonii excussit, L. 2. et N. *Contra haec Virginius* Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Hearnii codex B. Voculam igitur *ea* restitui. Supra 2, 60, 1. *Contra ea in Aequis inter consulem ac militem comitate et beneficiis certatum est.* ubi etiam turbant codd. antiqui. 4, 52, 6. *Superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque, legati prohibiti commercio sunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti.* 41, 24, 8. *Opportuni propinquitate ipsa Macedoniae sumus, an infirmissimi omnium, tamquam quos nuper subjecit, Dolopes? Immo contra ea vel viribus nostris Deûm benignitate, vel regionis intervallo tuti.* ubi alia vide. Virgil. 1. Aen. 76.

Aeolus haec contra: tuus, o regina, quod optes,
Explorare labor; mihi jussa capessere fas est.

Ubi male excerpta codicis Msti apud me *Aeolus econtra*. Similiter *adversus ea* et *adversus haec* infra 4, 10, 2. *Adversus ea consul, victis conditiones accipiendas esse, non ferendas respondit.* c. 41, 1. *Adversus haec Tempanii oratio incomta fuisse dicitur.* Praeterea *agebat*, pro *ajebat*, Florent. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 8, 33, 23. Insuper *legem expertem* Harlej. 1. *legum expertum* Haverk. *legum expartem* Lipsiens. quod etiam voluisse videtur librarius Florent. qui tamen male, transpositis literis, dedit *expertam*. Sane quum *dispartiri*,

dium et legum expertem et civilis et humani foe-
2 deris esse, ajebat. *Respicerent tribunal homines, castellum omnium scelerum: ubi decemvir ille perpetuus, bonis, tergo, sanguini civium infestus, virgas securesque omnibus minitans, Deorum hominumque contemtor;*
3 *carnificibus, non lictoribus, stipatus, jam ab rapinis et caedibus animo ad libidinem verso, virginem ingenuam in oculis populi Romani, velut bello captam, ab com-*

impartiri, et similia dicta sint, cur non etiam *expars* scribere permissum foret? V. ad 38, 36, 8.

§. 2. *Bonis, tergo, sanguini civium infestus*] *bonis terror, sanguini civium infestus* Gaertner. Male. *tergo*, et ideo virgas minitabatur; *sanguini*, et ideo secures. [mox *stipatus non lictoribus jam* Veith.]

§. 3. *Jam ab rapinis et caedibus*] *jam a rapinis* Voss. 2. Lipsiens. et Gaertn. Mox voces *populi Romani* deficiunt in Leidens. 2.

A complexu patris abreptam ministro cubiculi sui clienti dono vindiciis dederit] Ablativus *vindiciis* supervacaneus est in ed. Asulanica, quae nunc sola est ad manum. RHEN. *vindiciis* exstat etiam in Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. *vinditiis* in Portug. *indiciis* in Leid. 1. Reliqui nostri cum edd. antiquioribus emendationem Rhenani firmant. Insuper *ab complexu patris* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. uterque, Lipsiens. Portug. et Haverk. quos secutus sum. Denique *arreptam* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod errantium est scribarum. V. supra ad 2, 33, 7. *acceptam* Lipsiens. quod sive vitiatum est ex voce *arreptam*. V. ad 5, 47, 4. sive ex voce *abreptam*. V. ad 5, 50, 6. Qui autem *minister cubiculi* vocatur, supra *minister libidinis* dicitur c. 44, 6. *Virgini venienti in forum minister decemviri libidinis manum injecit.*

§. 4. *Crudeli decreto nefandisque vindiciis*] Ita primus edidit Aldus, concinentibus omnibus libris meis. Priores excusi legunt *crudeli judicio nefandisque indiciis*, vel *vindiciis*. Praeterea *dextram*, pro *dexteram*, Voss. 2. Leidens. ambo, Fragm. Hav. et Florent.

Tollentes corpus semianime virginis sponsum avunculumque] Miror, cur hoc loco legatur *avumque* in volumine scripto. RHEN. Eadem lectio non modo superest in omnibus codd. quibus usus sum, insuper apud Hearnium in Oxon. N. et C. et in Neapolit. Latinii, sed etiam in priscis edd. usque ad Sabellicum, qui supra c. 45, 4. ubi idem error erat, *avunculus* emendandum monuit, unde lectio illa etiam hoc loco recepta est. Eumdem codicis sui errorem Rhenanus supra quoque loco memorato adnotavit, sed ibi scripturam illam probavit. Vide, quae ibi viri docti monuerunt. Praeterea *tollentis* Florent. Voss. 1. Leid. uterque,

plexu patris abreptam, miniſtro cubiculi sui clienti dono
dederit. Ubi crudeli decreto nefandisque vindiciis dex- 4
teram patris in filiam armaverit: ubi, tollentes corpus
semianime virginis, sponsum avunculumque in carcerem
duci juſſerit; ſtupro interpellato magis, quam caede,
motus. et illi carcerem aedificatum eſſe, quod domicilium
plebis Romanae vocare sit solitus. Proinde, ut ille ite- 5
rum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius judicem

Harlej. 1. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. more antiquo. Mox *jusserit* non adparet in Voſſ. 1. et Leid. 2. et poſtea *interpellatus*, pro *interpellato*, male praeferunt Voſſ. 2. Gaertn. et a m. 1. Fragm. Hav. [*magis interpellatus quam caede* Veith.] *interpellato stupro* eſt inpedito. 4, 50, 4. *Ad interpellantes poenam vecors de tribunali decurrit.* 9, 14, 13. *Apud infensos ob interpellatam dulcedinem irae confestim oratio habita est.* 41, 23, 9. *Quod vivo Philippo exspectatum, morte ejus interpellatum est, id post mortem Philippi futurum.* Juſtin. 15, 3. *Propter salutationis Persicae interpellatum morem.*

Quod domicilium plebis Romanae] Cicero 5. in Verrem [55.] *Carcer ille, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae Lautumiae vocantur, in ipsius imperio domicilium civium Romanorum fuit.* J. FR. GRON. Theophraſtus Charact. 6. *Τὸ δεσμωτήριον πλείω χρόνον οἰκεῖν, ἢ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν.* ubi v. Casaubonum. DUK. *qui domicilium* Harlej. 2. Paullo ante *illic* Lipsiens. Sed ultima litera adhaeſiſſe videtur ex initiali vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8. (* v. Serv. ad Virg. 1. Aen. 140.)

§. 5. *Proinde ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius judicem illi ferre*] *Deinde* Voſſ. 1. Leid. 2. et Klockian. (* v. ad 8, 23, 9.) Hinc *ille ut iterum*, transpositis vocabulis, Gaertn. *ut ille provocet, sic se*, tribus vocabulis exsulantibus, Haverk. Denique *iterum et saepius judicium* Voſſ. 1. et Leid. 2. Non recte. V. Gronov. ad cap. praec. §. 4.

Judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit] Lege procul dubio, pro *ni vindicias*, *vindiciasne*. Sensus eſt, se ferre illi judicem, qui videat, vindicias ille, decemvir cum eſſet, contra libertatem dederit, nec ne. SIG. Sigonius ex conjectura *vindiciasne*. Sed non bene. Nihil enim elegantius, non rectius tantum, veterum librorum scriptura, *ni vindicias ab libertate in servitutem dederit.* Provocat hac sponsione ad judicem Virginius Appium: ejusmodi sponsionis formula integra haec eſt, *NI. VINDICIAS. AB. LIBERTATE. IN. SERVITVTEM. DEDISSET.* Ita supra hoc libro [c. 24, 5.] *Ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio judicem.* GULIELMIUS Quaeſtion. Plaut. in Bacchid. c. 2. Locum iſtum reſtitui, corruptum nuper a Sigonio, dum rescriberet, *vindiciasne ab libertate* etc. pla-

illi ferre, ni vindicias ab libertate in servitutem dederit. si ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci
6 *jubere.* Ut haud quoquam inprobante, sic magno motu animorum, quum tanti viri supplicio suamet

ne contra MSS. editosque, ut etiam praeter formulam sponsionis. GRUT. Pall. primus ac tertius *ne vindicias*, ut et Andreas, et Campanus. Secundus vero *vindiciasne*, ut protulit quoque Sigonius hac mente, se ferre illi judicem, qui videat, vindicias ille, decemvir eum esset, contra libertatem dederit, necne. Gulielmius, *ni vindicias ab libertate in servitutem dederit*, probat. GEBH. Sic hoc libro c. 24. 8, 33. 9, 1. Nota formula, *Ni hoc ita, uti dico, fecisti, quemvis tibi judicem fero.* id est, quovis judice contendere et experiri sum paratus. His dictis pecuniam deponebant, quae *sacramentum* appellabatur, atque id *sponsione provocare* dicebant: de qua formula insignis est locus Valerii Maximi 2, 3, 1. Liv. 39, 43. *Sponsionem facere* dicit Cicero 3. de Offic. [17.] *ni vir bonus esset.* Formula judicem ferendi *Si alios procas, nive eum procas*, ut dicit Festus in *Procum*. H. VALES. *ferre, ne vindicias a libertate* Voss. ambo, Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. *ferre, ne vindicias ab libertate* Florent. *ferre, ne vindicias ad libertate* Leid. 1. *ferre, vindicias ire a libertate* Haverk. *ferre, ne vindicias ire ab libertate* Portug. et apud Hearnium Oxon. N. et C. *ferre, ne vindicias ne libertate* Harlej. 1. *ferre vindiciasne libertate* Harlej. 2. *ferre, ne*, vel *ut vindicias in servitutem ab libertate* vett. editt. Ascensius deinde *ni*, pro *ne*, in marginem anno 1513. conjecit, quod anno 1530. in contextum recepit, et Froben. anno 1535. imitatus est. *ab libertate in servitutem* transpositis vocibus primus Aldus edidit, consentientibus codd. scriptis. Quae omnes lectiones, aut pleraeque earum inde natae sunt, quod librarii non adsecuti aint usum particulae *ni*, quae passim in formulis sponsionum et ferendi judicii usurpari solet. Solus hic Klockian. veram lectionem servat. Plura exempla subpeditabunt Brisson. 5. de Formul. p. 369. et 370. Budaeus annotat. ad l. 2. §. 24. ff. de Orig. Jur. et Gronov. ad Gellii 5. N. A. 4. (* J. Fr. Gronov. ad Cic. 7. ad famil. 21.) Ex quibus Budaeus insuper auctor est, neque scribas Ciceronis ejusdem particulae vim intellexisse, et ideo passim ei *in* substituisse. Ceterum tria priora loca, quae Henr. Valesius ex Livio hoc loco laudavit, inserviunt exponendae locutioni *ferre judicem*, de qua etiam v. Gronov. ad c. 56, 4. et Brisson. 5. de Form. p. 369. Praeterea *dederint* Florent. *redderit* Lipsiens.

Si ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci jubere] Palat. pr. tertiusque, *si et judicem non moveat.* GEBH. *si et ad judicem non' eat* Harlej. 2. *si et ad judicem moneat* Leid. 1. et Fragm. Hav. *si et judicem moneat* Gaertn. *si judicem moveat* Lipsiens. in contextu, pro quo *non eat* in margine emendatur. *si et ad judicem moveat* Voss. 2. [*sed et judicem moverat* Veith.] Deinde *in vincla duci* Florent. Voss. ambo, et

plebi jam nimia libertas videretur, in carcerem est conjectus. tribunus ei diem prodixit. Inter haec 7 ab Latinis et Hernicis legati gratulatum de concordia Patrum ac plebis Romam venerunt; donumque

Leid. 1. V. ad cap. praec. §. 4. [*jubetur* Veith.]

§. 6. *Sua et plebi jam nimia libertas videretur*] Corrige, *suamet plebi jam nimia libertas videretur.* RHEN. Pall. tres et edd. *sua et plebi.* GEBH. *sua et plebi* servant constanter Voss. 2. Leid. 2. Harlej. 1. Portug. et Haverk. et id etiam superest in margine Voss. 1. et a m. 2. in Fragm. Hav. quum in hoc a m. 1. et in contextu illius sit *suamet plebi*, quod etiam Leid. 1. Klockian. et Florent. praeferunt. *sua et plebis* Harlej. 2. et Gaertner. [Veith.] *sua plebi* Lipsiens. Deinde *minima*, pro *jam nimia*, Gaertn. Paullo ante *certanti*, pro *quum tanti*, idem Gaertn. qui id etiam praecedentibus *motu animorum* jungit. [Initio *haud quicquam* Veith.]

Tribunus ei diem praedixit] Legendum censet Ampl. Brissonius *tribunus ei diem prodixit*, ut ait Cicero [pro domo 17.] *Tam moderata certe judicia populi a majoribus constituta, ut ne, nisi prodicta die, quis accusaretur.* Tacitus [2. Ann. 79.] *Marsusque Vibius nunciavit Pisoni, Romam ad dicendam causam veniret. Ille eludens respondit, affuturum, ubi praetor, qui de veneficiis quaereret, reo atque accusatoribus diem prodixisset.* MOD. *prodixit* legendum ex Festo Pompejo, Varrone, non *praedixit*. H. VALES. *Producere* et *Praedicere diem* aliquot locis perperam leguntur, pro *Prodicere*; quae in Livio aliisque emendavit Scaliger ad Festum in *Prodidisse*, et *Prodicere diem*. Adde Muretum et Acidalium ad Tacit. 2. Ann. 79. Sigonius tamen 3. de Judic. 13. dicit *diem* accusationis et judicii *producere*. DUK. *produxit* Voss. 1. et Lipsiens. in contextu. Solent autem *dicere* et *ducere* infinitis locis in codd. scriptis commutari. V. infra ad 38, 43, 1. *praedixit* Voss. 2. Leid. uterque, Harlej. ambo, Lipsiens. in margine, Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] quae eadem lectionum diversitas in plerisque codd. scriptis etiam infra obcurrit cap. seq. §. 6. 6, 20, 11. et supra 2, 61, 7. ubi etiam Gebhardus Brissonii conjecturam probavit. V. etiam infra ad 38, 52, 1. et viros doctos ad laud. loc. Taciti. *prodixit* soli servant Florent. et Klockian. Eadem vox forte etiam reddenda Cic. 2. ad Q. Fratr. epist. 3. *A. d. IV. Non. Febr. Milo adfuit. ei Pompejus odvocatus venit. Dixit Marcellus a me rogatus. honeste discessimus. prodicta dies est in IV. Id. Febr.* ubi nunc etiam *producta* editur. Et postea eadem epistola. *Clodius in Quirinalia prodixit diem.* ubi similiter *produxit* circumfertur. V. F. Junium ad Cic. 2. ad Q. Fratr. Ep. 8.

§. 7. *Donumque ob eam Jovi optimo maximo*] Pall. tres et edd. habent *donumque*, non *domumque*, ut vulgatum in omnibus libris cusis. GEBH. *domum* errore operarum inrepsit in Paris. anni 1573. et per proximas edd. propagatum est usque ad postremam Gruteri, ubi iterum recte *donumque* revoca-

ob eam Jovi optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, prout res haud opulentae erant, colebanturque religiones pie ma-
8 gis, quam magnifice. Iisdem auctoribus cognitum est, Aequos Volscosque summa vi bellum adparare.
9 Itaque partiri provincias consules jussi. Horatio

tum, quod in omnibus quoque meis est scriptis, excepto cod. Haverk. qui eodem peccato *domum* praefert. V. ad Liv. 5, 20, 8. Praeterea *jam*, pro *Jovi*, habet Leid. 2. *optimo maximo Jovi* trajectis vocabulis Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. *Jovi optimo, magno, maximo*, Haverk. *optumo* habet Florent. V. supra hoc libro ad c. 17, 5. Mox *in Capitolio tulere* Fragm. Hav. a m. 1. et editi, quos vidi, usque ad Aldum, qui *in Capitolium* dedit, concinentibus reliquis scriptis, etiam Fragm. Hav. a m. 2. Paullo ante alio verborum ordine *gratulatum ab Latinis et Hernicis leguti* legit Haverk. invitis reliquis. In multis vetustiorum typis exaratorum deerat praenomen *ab*, in aliis ejus loco substitutum erat *τὸ a* usque ad Aldum, qui iterum *ab* reposuit. *a Latinis* praefert etiam Gaertn. Vox *gratulutum* autem deerat in Lipsiens.

Prout res haud opulentae erant] *prout res haud tum opulentae erant* Harlej. 2.

§. 8. *Iisdem auctoribus cognitum est*] Varii codd. *Hisdem* vel *Hiisdem* dederunt. at *Hiis auctoribus* Lipsiens. Tum verbum substantivum deficit in Harlej. 2. et Haverk. Quod quum alii omnes tueantur, existimo potius, per compendium scriptum fuisse unica litera *ē*, ut saepe solet; eam autem interceptam esse a proximae vocis *Aequos* litera prima, quae in multis codd. simplex *e* est loco diphthongi. Quin et alibi a librariis *τὸ est* omissum esse, ubi eadem negligentiae eorum caussa dari nequit, supra vidimus ad 2, 33, 5. Mox vocula *vi* non adparet in Voss. 2. Pro ea *in* habet Haverk. facili errore ob ductuum similitudinem, praesertim in scriptura Longobardica. V. supra hoc libro c. 49, 6. Praeterea *apparere*, pro *apparare*, Lipsiens. Ita nonnumquam lapsi sunt scribae. V. ad 6, 2, 4.

§. 9. *Itaque partiri provincias consules jussi*] Suspicari possis: *Itaque partiri provincias consulibus jussis, Horatio Sabini, Valerio Aequi Volscique evenere.* Non moveo tamen vulgatum. J. FR. GRON. Omnes codd. vulgatum servant; unde fit, ne quid temere mutandum censeam. V. supra hoc lib. c. 22, 3.

Valerio Aequi evenere] Deest vox, ut sit, *Aequi Volscique evenere.* Eam vocem habent veteres libri, eandem paulo infra Livius repetit [c. 60.] eandem habet Dionys. [l. 11. p. 727.] ἐπὶ Αἰκανοὺς καὶ Οὐολούσκους. SIG. *Valerio Aequi Volscique evenere* solus Palat. sec. Sed persuadeor a vetustissimis libris abesse; quandoquidem Pall. primus, tertius, et Andreas *Valerio Aequi evenere*. Deinde Campanus id odoratus procuderit *Horatio Volsci, Valerio Aequi evenere*, parum tamen memor,

Sabini, Valerio Aequi Volscique evenere. Quum ad ea bella delectum edixiſſent, favore plebis non juniores modo, sed emeritis etiam ſtipendiis, pars magna voluntariorum, ad nomina danda praeſto fuere. eoque non copia modo, sed genere etiam militum, veteranis admixtis, firmior exercitus fuit.

quae scribuntur c. 60. *Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.* Centies dixi, nimium credulum exſtitiſſe Sigonium. GEBHARD. Tanto ſuſpectiorem codicem Sigonii reddit, quod non modo Gebhardi Palat. sec. sed etiam alii ejus adseclae ex meis Harlej. 2. et Haverk. adſtipulentur, et praeterea nullus. Nam a reliquis omnibus *τὸ Volscique* exsulat, ut et ab Oxon. L. 2. N. et C. apud Hearnium. Verumtamen in hiſtoria hujus belli non semel *Aequorum Volscorumque* infra c. 60. sed ter meminit. Modo etiam praecessit: *Iisdem auctoribus cognitum est, Aequos Volscosque summa vi bellum adparare.* An itaque credendum, hic codicibus illis fidem habendam eſſe, et in aliis vocem *Volscosque* excidiſſe ob ultimam syllabam praecedentis, cui hujus ultima similis eſt? vel an potius sub *Aequos* nunc etiam *Volscos* comprehendit Livius? [*Valerio Aequi venere.* Veith.]

Quum ad ea bella delectum edixisset] *dilectum* Florent. Leid. uterque, et Klockian. V. infra ad 37, 51, 7.

Non juniores modo, sed emeritis etiam stipendiis] *non minores modo* Gaertn. V. infra ad 6. 27, 10. Deinde *sed emeriti etiam stipendiis* Voſſ. 2. Lipsiens. Gaertn. et Neapol. Latinii. *sed emeriti stipendii* Fragm. Hav. *sed emeritis stipendiis* Portug. *sed etiam emeritis stipendiis* prisci typis inpressi usque ad Aldum, qui ita edidit, ut nunc circumfertur. quod tuentur melioris notae codices. (* v. ad 39, 19, 4.) Mox *ad nominanda praesto fuere* male Harlej. 1. *ad voluntariorum nomina danda*, trajectis dictionibus, Gaertn.

Eoque non copia modo, sed genere etiam militum] *eo*, copula neglecta, Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] *eaque* Gaertn. Tum *copiam* Voſſ. 1. et Leid. ambo. Sed ultimam literam ex principio proximae vocis perperam repetitam puto. V. alia hujus erroris exempla ad 40, 7, 8. Deinde *sed genere et militum* Haverk. V. ad 22, 47, 9.

Veteranis admistis] *admissis* Leid. 2. Solent saepe haec verba in Mſtis antiquis commutari. V. N. Heins. ad Claudiani 2. in Rufin. 1. et Brockhus. ad Propertii 4. Eleg. 7, 19. (* Bouhier. ad Cic. 1. de Nat. Deor. 13. p. 365.) *admixtis* eſt in Leid. 1. Harlej. utroque, Lipsiens. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. quomodo in omnibus codd. antiquis uno consensu scriptum reperiri, teſtis eſt Piërius ad Maronis 1. Aen. 488. Exſtat etiam eadem scriptura in multis atque optimis Livii codd. V. ad 2, 33, 8. 4, 25, 12. c. 33, 8. 5, 21, 11. 22, 43, 2. et alibi. Eamdem scripturam passim etiam tuentur marmora literata.

10 Priusquam urbem egrederentur, leges decemvirales, quibus *tabulis duodecim* est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt. Sunt, qui jussu tribunorum aediles functos eo ministerio scribant.

1 LVIII. C. Claudius, (qui, perosus decemvirorum scelera, et ante omnes fratris filii superbiae infestus, Regillum, antiquam in patriam, se con-

§. 10. *Priusquam urbem egrederentur*] *in urbem* perperam Voss. 1. et Leid. 2. Illud *in* repetitum est ex praecedentis vocis litera finali. V. ad 37, 11, 4. Vocem *urbem* vero omittit Part. Malc. *egredi urbem* inlustrabitur ad 29, 6, 4.

Quibus tabulis duodecim est nomen] Prior vox in Portugallici contextu aberat, tantum in marginem rejecta. non recte. Infra 7, 2, 6. *Vernaculis artificibus, quia hister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrianibus inditum.* ubi plura vide. [*reposuerunt* Veith.]

Aediles functos eo ministerio scribant] *scribunt* Voss. 2. Utrumque genus loquendi scriptoribus Latinis in usu fuit. Quum tamen alterum ceterorum omnium Mstorum auctoritate firmetur, et Livius ita alibi semper locutus sit, id etiam praeferendum puto. V. infra ad 42, 66, 9.

§. 1. *Et ante omnes fratris filii superbiae infestus*] *et ante omnes Patres filii superbiae infestus* Gaertn. *et ante omnes fratris filii superbiam infestus* Leid. 1. Lipsiens. et Portug. quasi *superbiam* referendum foret ad praecedens *perosus*; *infestus* autem absolute positum cum sequentibus conjungendum esset, *infestus Regillum se contulerat.* sed *et ante omnes fratris filii superbiae infestos* Voss. 2. quod vix commodum sensum reddit respectu praecedentium et sequentium. Cum reliquis igitur codicibus nihil mutandum reor. Infra 9, 38, 11. *Alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat.* 35, 12, 2. *Sed neque Boji, neque Hispani, cum quibus eo anno bellatum erat, tam inimici infestique erant Romanis, quam Aetolarum gens.* [Initio *Cor. Claudius* Veith.]

Cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos] Copulam *que* non habent Harlej. 1. et Gaertn. Deinde *pensabat* Lipsiens. et Gaertn. *prehensabat* Haverk. et vetusti excusi usque ad Sigonium, qui *prensabat* edidit, quemadmodum praeferunt reliqui scripti. V. infra ad 4, 48, 11. *in foro ipse agebat singulos* mendose Oxon. L. 2. apud Hearnium. [*in foro prae se agebat* Veith.] Paullo ante *τὰ jam* deest in Lipsiens. quod reliqui omnes servant. Infra 5, 34, 3. *Hic magno natu ipse jam exonerare praegravante turba regnum cupiens.* Deinde *rediisset* Gaertn. pro *redisset*. V. ad 36, 35, 2. et mox hoc cap. ad §. 4.

§. 2. *Ne Claudiae genti eam inustam maculam vellent*] Ex Palatinis ita solus secundus, cui accedit editor princeps Andreas: quo alludens Camp. exhibuit, sed tamen prave, *ne justam maculam vellent.* Reliqui duo *ne Claudiae genti eam ingestam*

tulerat) is magno jam natu, quum ad pericula ejus deprecanda rediſſet, cujus vitia fugerat, sordidatus cum gentilibus clientibusque in foro prensabat singulos; orabatque, *Ne Claudiae genti eam inu-* 2
ſtam maculam vellent, ut carcere et vinculis viderentur digni: virum, honoratissimae imaginis futurum ad poſteros, legum latorem conditoremque Romani juris, ja-

maculam vellent. Simile tale observavi ex l. 9. in Antiquis. GEBH. ***ne Claudiae genti eam ingestam maculam vellent*** etiam Voſſ. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Eam lectionem Gronov. in priori ed. Observat. 1, 18. probavit: verum poſtea non modo in secundis curis totum caput expunxit, et reliquis plerisque, quae eo capite notarat, alio relatis hanc tamen loci Liviani emendationem omisit; sed et vulgatam, quae nunc obtinet, scripturam defendit notis ad 9, 3, 13. ubi locutionem ***inurere maculam, ignominiam, notam, dolorem, odium***, et similia multis inluſtravit. In reliquis, quibus usus sum, codd. conſtanter ***inustam*** supereſt, nisi quod ***in justam*** sit in Lipsiens.

Virum honoratissimae imaginis futurum ad posteros] Palatini duo, duaeque itidem antiquiores impreſſiones, ***verum honoratissimae imaginis futurum ad posteros, legum latorem.*** At sec. ***ne virum honoratissimae imaginis futurum***, nullo comparente verbo, quod respondeat. GEBH. ***verum honoratissimae imaginis*** Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. ***necve virum honoratissimae imaginis*** Haverk. ***virum neve honoratissimae imaginis*** Harlej. 2. ***neve virum honoratissimae imaginis*** Fragm. Hav. a m. 2. in marg. Quod, si plures et gravioris auctoritatis codd. accederent, non displiceret; et illud ***neve*** interceptum crederem partim ab ultima praecedentis, partim a prima sequentis vocis syllaba. V. ad 39, 6, 2. Tum vero ex praecedentibus verbis repetendum foret ***vellent*** hoc modo, ***neve vellent virum honoratissimae imaginis jacere.*** Mox mutata vocabulorum serie ***legum conditorem latoremque Romani juris*** Portug. quod errantis librarii eſſe nullus non videt; licet enim perinde sit, utrum ***legum latorem***, an ***conditorem***, dicamus, tamen ***latorem juris*** non aeque commode dici poteſt.

Jacere vinctum inter fures nocturnos ac latrones] In Palat. sec. scriptum initio fuerat, ***jacere vinctum inter nocturnos ac latrones.*** Et memini, animadversum eſſe criticis noſtris, ***nocturnum*** absolute pro fure dici ab auctoribus. Pertinent huc verba Varronis ex A. Gellii 1, 18. ***Varro aït, furem ex eo dictum, quod veteres Romani furvum atrum appellarint, et fures per noctem, quae atra sit, facilius furentur.*** Hinc Mopsum quendam T. Calpurnius vocat ***nocturnum*** simpliciter, id eſt, furem, Ecloga 3, 73.

Ut mala nocturni religavit brachia Mopsi
Tityrus, et medio furem suspendit ovili.

3 *cere vinctum inter fures nocturnos ac latrones. Averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos: et potius unum tot Claudiis deprecantibus condonarent, quam propter unius odium multorum preces adspernaren-*
4 *tur. Se quoque id generi ac nomini dare, nec cum eo in gratiam rediisse, cujus adversae fortunae velit subcursum. Virtute libertatem recuperatam esse: clementia concor-*
5 *diam ordinum stabiliri posse.* Erant, quos moveret

Petronius Satyrico [15.] *Advocati tamen jam pene nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant, uti apud se utraque deponerentur.* Sed repugnat 38, 59. *Ut in carcere inter fures nocturnos et latrones vir clarissimus includatur, et in robore et in tenebris exspiret.* GEBH. Vocem *fures* in Palat. sec. culpa descriptoris deficere, nullus dubito. Eam enim et reliqui codd. Gebhardi et omnes nostri tuentur. In Voss. tantum sec. ordo verborum hoc modo mutatur *vinctum inter fures jacere nocturnos ac latrones.* [*jaceret* Veith.]

§. 3. *Averterent ab ira parumper ad cognitionem cogitationemque animos*] *cogitationes animos* Voss. 1. *cogitationesque animos* Klockian. *cogitationem animos* Portug. a m. 1. *averterent ab ira porum per cognitionem cogitationemque animos* Harlej. 2. [*parumper per agnitionem* Veith.] Mox *aspernerentur* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk.

§. 4. *Nec cum eo in gratiam redisse*} *rediisse* Gaertn. V. ad hujus cap. §. 1. Paullo ante *generis ac nomini* Florent. *generi ac nomine* Leid. 1. Mox *clementiam*, pro *clementia*, Voss. 1. et Leid. uterque. Tum *concordiam hominum*, pro *ordinum*, Klockian. Male. Intelligitur enim concordia inter patricios et plebejos. Infra 4, 60, 3. *Tribuni plebis communis ordinum laetitiae concordiaeque soli expertes.* ubi alia vide.

§. 5. *Sua magis pietate, quam ejus, pro quo agebat, caussa*] Palat. pr. *agebatur.* GEBH. *magis sua pietate* edd. usque ad Aldum, qui vocabula trajecit, ut nunc leguntur, et in omnibus exstant Mstis. Deinde *quam ejus, pro quo ajebat, caussa* Gaertn. V. ad 8, 33, 23. *quam ejus, pro quo caussa agebatur* Leid. 2. *quam ejus, pro quo agebat caussam* Portug. Librariis displicuisse videtur, *agere* simpliciter poni, pro caussam agere. Ita tamen saepe *agere in aliquem, contra aliquem*, hoc sensu dicuntur. Quinctil. 6, 3. p. 546. *Quum reus, agente in eum Calvo, candido frontem sudario tergeret.* Ibid. p. 555. *Quum ageret contra libertum Claudis Caesaris.*

Sui potius ut misererentur] *miserentur* Gaertn. quod a *miserari* declinatum foret. Id enim non tantum pro *misereri* poni solet, sed etiam eodem modo, ut illud, cum casu secundo jungitur. Vide, quae notavi ad Silii Ital. 11, 381. Verius tamen

sua magis pietate, quam ejus, pro quo agebat, cauſſa. sed Virginius, *sui potius ut misererentur*, orabat, *filiaeque: nec gentis Claudiae, regnum in plebem sortitae, sed neceſſariorum Virginiae et trium tribunorum preces audirent; qui, ad auxilium plebis creati, ipsi plebis fidem atque auxilium implorarent.* Juſtiores hae lacrimae videbantur. itaque, 6
spe incisa, priusquam prodicta dies adeſſet, Ap-

pnto, eam lectionem inde ortam eſſe, quod, quum *miser'entur* scriptum fuiſſet, librarius additam notam neglexerit: omnes enim reliqui in vulgatum conspirant. V. infra ad 40, 14, 3. Praeterea, mutato ordine, *ut sui potius misererentur* Portug. *potius sui ut misererentur* Haverk. Mox *neque gentis Claudiae*, pro *nec*, Gaertn.

Sed necessoriorum Virginii et trium tribunorum preces audirent] Caſtiga *sed necessoriorum Virginiae trium tribunorum preces audirent.* Nam ipse pater erat, L. Icilius sponsus, avunculus P. Numitorius. RHENAN. Vetus lectio, *et trium tribunorum;* ita ut altera ratio videatur, cur eorum preces sint audiendae, et quod neceſſarii, et quod tribuni eſſent. SIG. Dudum reſtituit Sigonius *sed necessariorum Virginiae et trium tribunorum preces audirent.* Sunt enim duae rationes, cur audiendi prae Appio. Primo, quod neceſſarii Virginiae: secundo, quod tribuni tres, ut et habet expreſſe Palat. sec. Reliqui duo unico elemento tantummodo deerrant, sicut et Campanus, *necessoriorum Virginii ac trium tribunorum.* GEBH. *sed necessoriorum Virginiae trium tribunorum* omnes editi, praeter Campan. usque ad Aldum, qui *Virginii et trium tribunorum* vulgavit. Scripti variant. Plerique *Virginiae* praeferunt. Pauci tantum *Virginii*, *Virgini*, vel *Virgine*. unus Florent. *Verginio*. Particula autem copulans non adparet in eodem Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. Lipſiens. et Harlej. 1. Mallem etiam abeſſe. Quamvis tamen videri poſſet, in quibus non conspicitur, elisa eſſe partim ab ultima litera vocis praecedentis, partim a prima sequentis. V. infra ad 6, 14, 13. *necessariorum Virginiae et tribunorum* eſt in Haverk. Sed vocem *trium* absorpsit sequentis initium. [*sed et necessariorum* Veith.]

Plebis fidem atque auxilium implorarent] *fidem ac auxilium implorent* Lipſiens. et Haverk. Non sequor. *To atque* non modo reliqui codd. tuentur, sed illa etiam, quae infra dicuntur ad 10, 36, 17.

§. 6. *Spe inciso, priusquam prodicta dies adesset*] *spe irrito* Gaertn. quod ex alterius expoſitione, olim margini adscripta, natum puto. *spe irrisa* Leid. 2. et a m. 2. Voſſ. 1. qui *inrisa* praefert a m. 1. Vulgatum probum eſt. Supra 2, 15, 7. *Tarquinius, spe omni reditus incisa, exsulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit.* 44, 6, 13. *Experta diffi-*

7 pius sibi mortem conscivit. Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus invidiae, quod in urbe fuerat, quum injuſtae vindiciae a collega dice-
8 rentur. Plus tamen facta injuria Oppio, quam non prohibita, invidiae fecit. teſtis productus, qui, septem et viginti enumeratis ſtipendiis, octies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conspectu po-

cultas spem omnem incidisset. c. 13, 3. *Spemque extemplo inciderunt, capi primo inpetu posse.* Ita *incidere actus* Silius 3, 78.

Si quis forte Deûm tantos inciderit actus.

ubi alia vide. *praecidere* infra dixit 4, 3, 7. *Non praeciditur spes plebejo quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris.* Et mox §. 15. *Civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit.* Praeterea *producta dies* Voſſ. 1. *praedicta dies* Voſſ. 2. Leid. 2. Harlej. 2. Lipſienſis a manu sec. Gaertner. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Sed *prodicta* Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Lipsiens. a m. 1. Klockian. et Fragment. Hav. a m. 1. V. supra ad cap. praec. §. 6. Mox *Appius mortem sibi conscivit* Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. *Appius morte sibi conscivit* Voſſ. 2.

§. 7. *Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius*] *areptus* Fragment. Haverk. a m. 1. *abreptus* a m. 2. V. ad 2, 33, 7. Deinde *a M. P. Numitorio.* V. supra ad 2, 64, 2. Deinde *S. P. Oppius* Harlej. 1. V. infra hoc lib. ad c. 70, 2.

Invidiae proximus, quod in urbe fuerat] In volumine scripto eſt *proximus invidiae.* RHENAN. In eumdem ordinem digeruntur etiam dictiones in omnibus noſtris, uno forte Florent. excepto, ex quo nihil notatur in excerptis ejus. Ita tamen, plurium fidem secutus, edi jussi. Praeterea *quorum in urbe fuerat* Voſſ. 1. et Leid. 2. *qui in urbe fuerat* Haverk. contrario errore *quod armati*, pro *qui armati*, librarii supra dederant hoc libro c. 50, 15. Occasionem varietati lectionum dedit ignorantia eorumdem, quod non adsequerentur significationem notarum, quibus *qui* et *quod* indicare solebant ταχυγράφοι. V. infra ad 37, 35, 3. Mox *ab collega* Haverk.

§. 8. *Plus tamen facta injuria Oppio, quam non prohibita, invidiae fecit*] *Plus tū facta* Haverk. V. infra ad 22, 17, 5. Deinde *invidia fecit* Leid. 1. *injuria fecit* Portug. a m. 1.

Septem et viginti enumeratis stipendiis, octies extra ordinem donatus] Hoc quid sit, docet Polybius 6, 37. et ex eo Lipsius 5. de Milit. Rom. 17. DUK. *se partem et viginti* Leid. 2. Adparet, librarium codice usum fuiſſe, in quo scriptum fuerat, vel se scriptum videre exiſti nabat *septem.* Praeterea *oties* Leid. 2. *quoties* Voſſ. 1. *toties* Voſſ. 2. et Portug. *totiens* Gaertn. et Harlej. 2. in contextu, sed o-

populi, sciſſa veſte tergum laceratum virgis oſten-
dit, nihilum deprecans, *quin, si quam suam noxam*
reus dicere poſſet, privatus iterum in se saeviret. Oppius 9
quoque ductus in vincula eſt, et ante judicii diem
finem ibi vitae fecit. Bona Claudii Oppiique tri-
buni publicavere. collegae eorum exsilii cauſſa so-
lum verterunt; bona publicata sunt. et M. Claudius, 10
adsertor Virginiae, die dicta damnatus, ipso re-

cties in marg. *tricies* Lipsiens. [*quotiens* Veith.] Mox *dona quoque ea gerens*. pro *donaque ea*, Voſſ. 2. V. infra ad 5, 27, 1.

Quin si quam suam noxam reus dicere posset, privatim in se iterum saeviret] In volumine scripto eſt *iterum in se saeviret.* RHEN. *q̃m*, pro *quin*, eſt in Haverk. Tum, *si quam noxam dicere posset privutis*, neglectis duabus vocibus, Leid. 2. In Voſſ. 2. etiam deficit *τὸ saeviret.* Tandem *iterum in se saeviret* omnes noſtri, nisi quod *iterum in senatu* praeſerat Voſſ. 2. Ordinem itaque, quem codd. probant, in contextum recepi.

§. 9. *Oppius quoque ductus in vinculæ est, et ante*] *Oppius quoque in vincula est conjectus, et ante* Hearnii Oxon. L. 1. Quae lectio ex gloſſatoris expositione nata videtur: nullus enim meorum consentit. Alibi tamen ita Livius loqui solet. 3, 13, 6. *In vincula conjici vetant.* c. 57, 6. *In carcerem est conjectus.* 6, 16, 4. *Conjecto in carcerem Manlio.* et saepe. *Oppius quoque deductus in vincula est* Leid. 2. Sed simplex sufficit. 3, 13, 4. *Virginius arripi jubet hominem, et in vincula duci.* c. 57, 4. *In carcerem duci jusserit.* cap. seq. 59, 2. *In vincula duci quemquam sum passurus.* 6, 15, 6. *In vincula te duci jubebo.* c. 16, 1. *In vincula duci jussit.* 38, 58, 2. *In vincula duci est coeptus.* c. 60, 2. *Ut prehendi damnatum, et in vincula duci, jubeat.* Et ita passim. Quin et *ducere* simpliciter, pro in vincula ducere, Livio in usu fuit, ut 4, 14, 4. *Quum adparitor jussu magistri equitum duceret.* et multis aliis locis. Vocula *est* non adparet in Voſſ. 2. et abeſſe poteſt, modo, proxima etiam delecta, legi liceret, *Oppius quoque ductus in vincula unte judicii diem finem ibi vitae fecit.* Verum reliqui vulgatum servant. In verbis sequentibus *τὸ ibi* non erat in Portug. a m. 1. nec in Lips. *ubi* ejus loco fuerat in Florent. a m. 1. V. ad Liv. 27, 5, 2.

Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere] *bona Appii Oppiique* Portug. *bona Oppii Claudiique* Voſſ. 1. Leid 2. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Mox *collegae ejus eorum* Leid. 2.

§. 10. *M. Claudius adsertor Virginiae*] *Virginiae assertor* Voſſ. 2. *assertor v'gine* Gaertn. *assertor virginis* Haverk. Alibi in hac hiſtoria saepius ita peccatum eſt. V. supra ad c. 15, 1.

Dimissus Tybur exsulatum abiit] *Tibur* et *Tiburtes* invenio scribi in antiquis libris, et in triumphis Capitolinis. SIG. Infuper eam orthographiam ex Graecorum monumentis, ubi

mittente Virginio ultimam poenam, dimiſſus Tibur
11 exſulatum abiit: Manesque Virginiae, mortuae quam vivae felicioris, per tot domos ad petendas poenas vagati, nullo relicto sonte tandem quieverunt.

nomen hoc *Τίβυρα* vel *Τίβουρα* scribitur, probari, docent idem Sigonius ad Liv. 7, 9, 1. et Cluver. in Ital. Antiq. 3, 4. p. 959.

§. 11. *Manesque Virginiae mortuae quam vivae feliciores*] *Manes* tantum mortuorum, ut vivorum *genii*. Itaque non dubito, quin verum sit, *mortuae quam vivae felicioris*. quomodo poſtea apud ampliſſimum nobiliſſimumque virum Augerium Busbequium in veteri ejus codice diserte scriptum vidi. GULIELM. Quaeſt. Plaut. in Bacchid. c. 2. Vetus cod. Busbequii *felicioris*, notante Gulielmio. GEBH. *felicioris* in uno eſt Klockian. Reliqui noſtri non modo omnes conſtanter *feliciores* servant; sed idem se quoque in Oxon. L. 1. B. et C. inveniſſe, auctor eſt Cl. Hearne. Nihilominus tamen praefero Gulielmii emendationem *felicioris*. quomodo legendum eſſe, etiam Freinshem. conjecit ad Flori 2, 5, 5.

Per tot domos ad petendas poenas vagati] Ita primus Aldus edidit, adſtipulantibus, quibuscumque utor, codicibus; nisi quod *per tot domos appetendas poenas* mendose habeat in contextu Leid. 2. in quo *ad petendas poenas* recte in margine emendatur. Aldo vero vetuſtiores, tribus vocibus expunctis, praeferunt *per tot poenas vagati*. Mox in fine capitis *tandem quievere*, pro *quieverunt*, Voſſ. 2.

§. 1. *Vultusque jam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant*] Lectio vetus *vultusque jam inde tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant*. RHEN. Andreae ed. *vulgusque jam inde tribunorum erunt*. unde Rhenanus *vultusque jam inde tribunorum erant*. At Palat. sec. *vultusque iidem in dies tribunorum erant*. GEBH. *vultusque iidem tribunorum erant* Portug. *vultusque jam idem tribunorum erant* Gaertn. et Fragm. Hav. *vultusque jam in diem idem tribunorum erat* Haverk. *vultusque jam in diem iidem tribunorum erat* Leid. 1. *vultusque jam in die tribunorum erant* Lipsiens. *vultusque jam inde tribunorum erant* Florent. Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. etiam vetuſti typis exarati usque ad Aldum, qui *idem*, pro *inde*, subſtituit; Cervicornus deinde anno 1528. *iidem*. Saepe voces *inde* et *idem* in libris scriptis culpa descriptorum commiscentur. V. ad 1, 19, 7. *jam inde* supra inluſtratur 1, 2, 3. Mox pro *qui* varia lectio in Florent. adscripta erat *ni*. Tum *τὸ fuerant* deficit in Harlej. 2. et Haverk. [*idemque vultus jam tribunorum* Veith.

Inhibito salubriter modo nimiae potestatis] Una litera deleta melius erit, *potestati*. Verbum *inhibere* scita illa significatione, qua *inhibere imperium* non semel Livio dicitur. Quod genus dicendi ridicule doctis viris magis poëticum et hiſtoricum, quam oratorium eſſe videtur. Nullum genus aut sermonis eſt aut ſtyli, cui, si res permittat, aptari nequeat. Unde Plautus, poëta scilicet, et hiſtoricus Livius sumpserunt, nisi ex medio,

LIX. Ingens metus incesserat Patres, vultus- 1
que jam iidem tribunorum erant, qui decemviro-
rum fuerant, quum M. Duilius tribunus plebis, in-
hibito salubriter modo nimiae potestatis, *Et liberta-* 2

et quia sic proprie in illa re loquebantur? An orator non est Cicero? Is tamen in Philipp. 13, 18. *Ita sibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, et, si posset, etiam Brutum Cassiumque discruciatos necaret, eademque inhiberet supplicia nobis.* Neque enim hoc verbo mendosus ille locus, (etsi videtur fuisse: *necaret, hic eadem exhiberet*, nempe Antonius) nec rarum, utique Romanis, erat dicendi genus, sed et hoc et illud ex eodem capite manant. Vides autem hic dandi casum, si plenum sit, requiri. Sic et apud Plautum in Sticho [5, 4, 18.] *Utrum Fontinali, an Libero imperium te inhibere mavis?* Est ergo perinde, ac si diceret, *imposito modo potestati.* Liv. 4, 53. *Consuli damnum æliamve coërcitionem detrectantibus militiam inhibenti.* Ubi, ne non similes essent sibi, codices Sigoniani, pro *inhibenti*, habent *ferenti:* et probat ille. Quod quidem Titium magis, quam Sigonium, judicium decuit. Ego pignus quicum lubet ponere sum paratus, ni hoc germen est indocti correctoris. Eodem lib. c. 56. *Quum primores Patrum, nequidquam conquesti, non esse in auctoritate senatus tribunos militum, postremo etiam tribunos plebis appellarent, et consulis quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam referrent.* In MSS. fuit *et Coss. quoque*, ut testatur se reperisse in suo Rhenanus, idque reddit *consulum.* Sed vera lectio est: *et consulibus quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam referrent.* itaque plane unus e Pall. alii duo *consules.* Aït justa et legitima vi laudabilique metu coactos ab tribunis consules, ut essent in auctoritate senatus. Exemplum ejus rei habes hoc ipso l. 4, 26. An aliter dicunt *inhibere supplicium*, quam damnum, coërcitionem, vim? Videtur ita quoque fuisse l. 36, 28. *Nec, Hercule, magnopere nunc curo, quid Aetoli satis ex more Graecorum factum esse censeant, dum ego imperium id habeam in deditos modo decreto suo, ante armis victos.* Membranae *imperium adhibeam.* Potius *inhibeam*, id est, exerceam, et eo utar, statuam in eos pro imperio, justo certe, quippe victos et deditos. J. FR. GRON. V. supra ad hujus libri c. 50, 12. et ad 36, 28, 5. Ceterum *inhibito* quidem a m. 1. erat in Portug. addito tamen signo notatum erat, literas *hib* delendas, atque *inito* legendum esse. *potestatis* vero in omnibus meis superest. Videtur autem aeque dici posse *inhibere modum potestatis*, quam *potestati;* quemadmodum non tantum dicitur, *abrogare imperium alicui*, sed etiam *imperium alicujus:* de quo v. ad 27, 20, 11.

§. 2. *Et libertatis, inquit, nostrae, et poenarum ex inimicis satis est*] Prima vocula non conspicitur in Lipsiens. Male. V. ad 2, 44, 3. *Ut libertatis* habet Leid. 1. frequenter obvio errore. V. ad 21, 28, 8. Tum *vestrae* Haverk. Lipsiens. Gaertn. et Leid. 2. quorum hic *nostrae* mar-

tis, inquit, *nostrae et poenarum ex inimicis satis est: itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in vincula*
3 *duci quemquam sum passurus. Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet, quum nova expiata sint decemvirorum suppliciis; et nihil admissum iri, quod vim tribuniciam desideret, spondet perpetua consulum ambo-*
4 *rum in libertate vestra tuenda cura.* Ea primum mo-

gini adscriptum praefert. Mox tamen §. seq. *Perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda cura.* Quin etiam Doujatius, si liceret, mallet *Et libertatis, inquit, nobis et poenarum ex inimicis satis est.* Praeterea *et penatum ex inimiciciis* Lipsiens. *et poenarum et inimici* Florent. a m. 2. quum a m. 1. fuisset *et inimicis.*

In vincula duci quemquam sum passurus] *in vincla* Leid. 1. quod et in Pall. primo et tertio, atque in ed. Camp. exstitisse, auctor est Gebhardus supra ad c. 56, 4. ubi vide, quae notantur. [*duci in vincula* Veith.]

§. 3. *Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet*] *neque ṽra peccata* Florent. *neque vestra peccata* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. *neque peccata vestra* Leid. 1. *neque nostra peccata* Lipsiens. *neque veterata peccata* Gaertn.

Quum et nova expiata sint decemvirorum suppliciis] In archetypo Borbetomagensi legitur *et cum nova.* Ego suspicor verbi *placet* ultimam syllabam per incuriam librarii bis scriptam fuisse. Quare et monosyllabum eradendum puto, ut legas et distinguas. *Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet, cum nova obliterata sint decemvirorum suppliciis, et nihil admissum iri.* et quae sequuntur. RHEN. Pall. tres, Campanusque, *cum et nova.* Andreas vero, *cum etiam nova expiata sint.* GEBH. Voss. uterque, Rott. Flor. Helm. *quum et nova.* J. FR. GRON. *quum et nova expiata sint* etiam Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et Oxonienses, quos Hearne excussit, L. 2. N. et C. [Veith.] Ita vero primus edidit Aldus. omnes enim priores, excepto Camp. habent *quum etiam nova.* Soli tantum meorum, Florent. et Gaertn. Rhenani conjecturam probantes praeferunt *placet, quum nova expiata sint.* Et hanc lectionem veriorem puto. Si enim τὸ *et* ex MStis recipimus, nihil habebit, quo referatur, praecedens *neque*, id est, *et non.* Cui nunc respondet sequens *et nihil.* Quod, τῷ *et* recepto, potius huic convenire deberet, ideoque in ea periodo *spondet* invitis libris mutandum foret in *spondeat.*

Nihil admissum iri, quod vim tribuniciam desideret] *nihil amissum iri* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Male. V. ad Liv. 4, 12, 11. *nihil admissum ire* pessime Harlej. 1. [*nihil omissum rei* Veith.] Tum *quo vim* Haverk. De hoc errore v. ad 36, 33, 3. Deinde *vim tribuniciam defenderet* Gaertn. sine sensu.

Spondet perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda cura] *sponde* Lipsiens.

deratio tribuni metum Patribus demsit, eademque auxit consulum invidiam; quod adeo toti plebis fuissent, ut Patrum salutis libertatisque prior plebejo magistratui, quam patricio, cura fuisset; et ante inimicos satietas poenarum suarum cepisset, quam obviam ituros licentiae eorum consules adpareret. Multique erant, qui mollius consultum 5

Deinde *perpetuo* Florent. pro quo deinde factum est *perpetuā*. Hinc *consulum ab eorum* Voss. 1. et Leid. 2. Tum *in libertate nostra* Lipsiens. Gaertn. et Harlej. 2. *τὸ vestra* aberat ab Haverk. Tandem *cura tuenda*, transpositis vocibus, Klockian.

§. 4. *Ea primum moderatio tribuni metum Patribus demsit*] *Et ea primum* Lipsiens. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. *Et a primum* Voss. 1. pro quo *Ea primum* in margine emendatur. Tum *metum Patribus dep'ssīt*, id est, *depressit*, Haverk. Male. V. supra ad 2, 2, 7.

Toti plebis fuissent, ut Patrum salutis libertatisque prior] *toti plebi fuissent* Lipsiens. et Gaertn. Sed v. ad 3,38, 11. Deinde *fuissent quidem* Haverk. qui mox cum Harlej. 1. non agnoscit voculam *ut*, quam proxime praecedentis vocis duae postremae literae ob ductuum similitudinem intercepisse videntur. V. infra ad 37, 24, 13. Praeterea *libertatumque* Voss. 2. Mox *plebei magistratui*, pro *plebejo*, Lipsiens.

§. 5. *Multique erant, qui melius consultum dicerent*] Hoc recte emendarunt nuper, *mollius* legentes, pro *melius*. Sensus autem est, non recte fecisse Patres, qui legum a consulibus latarum in senatus prope ac imperii consularis contumeliam auctores fuissent, hoc est, sua auctoritate confirmassent, quae interiturae erant turbato reipublicae statu, nisi mollius consuluissent ipsi. ergo illud *mollius* in malam partem sonat. Quamquam illud *reipublicae turbato statu* apud me dubitationem habet, quo pacto recte intelligi debeat. GLAR. Non invenio in his sententiam, quam putat Glareanus. Mihi hoc videtur dicere Livius: etiamsi Patres de his rebus cum tribunis et consulibus contendere voluissent, tamen ea tunc fuisse tempora, eumque statum reipublicae, ut non dubium sit, quin succubuissent, et tempori cedere coacti fuissent. Hoc apertius foret, si scriptum esset, *neque tamen erat dubium*. *Mollius* sic dicit, ut 30, 7. *Ne quid per metum ex recenti clade mollius consuleretur*. DUK. *melius*, pro *mollius*, legebatur in quibusdam excusis vetustis; sed omnes exarati *mollius* recte servant. Solent autem voces *melius* et *mollius* in membranis vetustis confundi. V. ad 8, 21, 6. Recte vero, *mollius* in malam partem accipi, Glareanus monuit. Ita supra 2, 27, 3. *Patres mollem consulem et ambitiosum rati, plebs fallacem*. c. 28, 5. *Quum quid ergo se facere vellent (nihil enim sequius molliusque, quam Patribus placeat, acturos) percunctarentur*. Ceterum *qui in turbato*, pro *quin*, *tur-*

dicerent, quod legum ab iis latarum Patres auctores fuissent. neque erat dubium, quin, turbato reipublicae statu, tempori subcubuissent.

1 LX. Consules, rebus urbanis compositis, fundatoque plebis statu, in provincias diversi abiere. Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bel-

bato, Florent. [*statu ipsi succubuissent* Veith.]

§. 1. *In provincias diversi abiere*] *diversi abire* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. et Lipsiens. Id ferri posset, ut verbum infinitum pro finito ponatur, de quo v. ad 1, 50, 5. Potest tamen etiam existimari, literam excidisse; quod in verbo simplici *iere* ejusque compositis frequens est. V. infra ad 45, 2, 7. Certe in Florent. ab initio scriptum fuerat *abire*, sed ab eadem manu litera *e* addita erat, ut fieret *abiere*. Insuper *in provincias diversas abiere* Gaertn. De locutione *diversi abeunt* v. ad 10, 33, 10.

Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus] Ex volumine manuscripto legendum apparet *M. Valerius*, sicut et infra [c. 61, 2.] *Sed consule M. Valerio*. Supra tamen [c. 55, 1.] lectum fuit *L. Valerius*. RHEN. Codicem Rhenani a mala manu interpolatum esse, evincit pertinax reliquorum Mstorum in omittendo cognomine consensus. In nullo enim eorum, quibus usus sum, conspicitur. Nihil etiam ex suis Hearne monuit, ut ab illis etiam exsulasse credibile sit. Quin et Livius aliique Valerio non *Marci*, sed *Lucii*, praenomen ubique tribuunt. V. supra hoc lib. c. 39, 2. c. 49, 3. c. 50, 16. c. 55, 1. Dion. Halic. l. 11. p. 688. 725. et alibi, et Zonar. 7. Annal. 18. Insuper vocula *jam* deficit in Portug.

§. 2. *Haud scio, an, qui tum animi ab decemvirorum*] Prodigiose corruptus Leid. 1. praefert *aut sotio antiquit animalib; decemvirorum*. sed *haud scio antiqui tum animi* habet Voss. 1. *haud scio, quantum animi a decemvirorum* Gaertn. De locutione *haud scio an* sensu adfirmandi v. infra ad 37, 54, 16. Vocula *ab* carent Florent. atque Harlej. 1. et mox τῷ *erant* Portug.

Magno detrimento certamen staturum fuerit] *statiturum erat* Gaertn. *statutum fuerit* Voss. 2. [Veith.] aperta scribarum aberratione. Silius Ital. 17, 81.

— — — — *sanguine quippe,*
Si renuat, blando nimium facilique marito
Statura obsequia et thalami flagrantis amores.

ubi vide, quae notavi.

§. 3. *Hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant*] *hostis complebat*, et mox *provocantique* Haverk. *hostis complebant*, et *provocantique* Harlej. 2. *provocantique* etiam Leid. 1. Portug. Lipsiens. et Fragm. Hav. a m. 1. licet *hostis complebant* servent. *provocantique Volsco ad proe-*

lum. Quod si extemplo rem fortunae commiſiſ- 2
set, haud scio, an (qui tum animi ab decemviro-
rum infelicibus auſpiciis Romanis hoſtibusque erant)
magno detrimento certamen ſtaturum fuerit. Ca- 3
ſtris, mille passuum ab hoſte poſitis, copias con-
tinebat. hoſtes medium inter bina caſtra spatium
acie inſtructa complebant. provocantibusque ad

lium habent Hearnii Oxon. L. 1. et C. sed *provocationibusque* Voſſ. 1. et Leid. 2. [*hostis complebat* Veith.] Praeterea *inter bina castra medium spatium*, mutata serie vocabulorum, Gaertn. Tum *acie constructa* idem Gaertner. a m. 1. pro quo recte *instructa* emendatum a m. 2. id enim in hac re proprium eſt. Mox hoc cap. *Instructaque acie ultro hostem lacessit.* 6, 7, 2. *Quod ubi aciem jam instruenti Camillo centuriones renunciaverunt.* et passim alibi. (* v. ad 42, 51, 3.)

Responsum Romanus nemo reddebat] Vet. lib. *Romanorum nemo.* SIG. Quae hic adnotabo, compendifacere potuissem, nisi avertiſſet me Sigonii credulitas ad se exagitandum: qui hic ex suo libro pessimae notae *Romanorum nemo.* mox, *quam virtus et arma contegerent*; iterum non longe hinc, *necdum omnes eductos*, veteri lectione extrusa, nobis supposuit, aſſentiente quidem Palat. secundo, ejus codici simillimo; sed reliquis omnibus renitentibus. Sed rogo cordatum lectorem, cum scribit idem liber *tandem fessi stando*, pro *fatigati*, spreta ceterorum auctoritate, huic novitati manus danda erat? ut mox *nec qui exierant*, ac paullo ante *egreditur castris Romanus exercitus.* quae omnia titivillitio non emptitanda sunt, parciturque a me chartae periturae. Nam Sigonius 'Οἰδίπους τοι νῦν ποτ' ἦν αἰνίγματα νοεῖ. GEBH. *Romanisis* Voſſ. 1. sed additae sunt notae duabus ultimis literis, quibus indicatur, eas delendas, atque ita scribendum eſſe *Romanis.* Sed margini ejusdem cod. adscribitur *Romanorum*, quomodo etiam praeferunt Leid. 2. Harlej. 2. Haverk. et a m. 2. Portug. Sed melius reliqui, et inter eos melioris notae codd. receptam scripturam servant. Quam etiam in Oxoniensibus exſtitiſſe inde verisimile fit, quod Hearne, vet. lib. Sigonii lectionem recensens, adsensum ullius eorum non memoret. *Nemo Romanus* autem ut infra 5, 21, 7. *Quum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus movisset.* quemadmodum ibi plures codd. praeferunt. Sic *nemo miles Romanus* infra 37, 53, 18. *Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei. nemo hostis* 36, 40, 6. *Id quemquam mirari posse, cur victor exercitus, quum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum consulis triumphum. nemo defensor* apud Juſtin. 27, 3. *Galli Asiam depopulabantur, quum interea nemo defensor inter tot praedones inveniebatur.* Ita *nemo unus* supra inluſtravimus hoc lib. c. 12, 4. Sanctius in Minerva l. 4. de Ellipsi nominum in

4 proelium responsum Romanus nemo reddebat. tandem ſatigati ſtando, ac nequidquam exspectando certamen, Aequi Volscique, poſtquam conceſſum propemodum de victoria credebant, pars in Hernicos, pars in Latinos praedatum abeunt. relinquitur magis caſtris praesidium, quam satis virium ad

voce *Homo* exiſtimat, *τὸ nemo* eſſe adjectivum, sub quo, si sine ſubſtantivo ponatur, subaudiri debet *homo*. At Cl. Perizon. notis ad eum locum proprie ſubſtantivum eſſe docet, et contracte dici pro *ne homo*, ut *nolo* pro *ne volo*: conjungi tamen saepius cum aliis ſubſtantivis, ut loco Livii modo laudato, *nemo miles*, quod exponit *nemo existens miles*. Si vero *nemo homo* obcurrat, per pleonasmum dictum putat. *reddat*, pro *reddebat*, male Lipsiens. [*dabat* Veith.]

§. 4. *Tandem fatigati stando, ac nequidquam exspectando certamen Aequi Volscique*] *pacati* Leid. 1. Lipsiens. Gaertner. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] aperto ac manifeſto errore. *fessi* Harlej. 2. et Haverk. Ita etiam praefert Portug. a m. 2. penitus erasa scriptura, quae antea exarata fuerat. Eamdem lectionem, quam in Palat. sec. codicum suorum recentissimo invenerat, recte Gebhardus damnavit; videtur enim ex interpretis gloſſa marginali recepta in contextum fuiſſe. *stando fatigati* Leid. 2. *tandem fatigatis tandem* Florent. Tum *et nequicquam* Leid. 2. *ac nequiquam* Leid. 1. V. ad 40, 47, 9. Denique *Vulsci* sine conjunctione Voſſ. 2.

Pars in Latinos praedatum abeunt] *praedatum ire* Gaertn. Quod, si certiores codd. concinerent, non displiceret: ut ita oratio per infinitum verbum conciperetur, de quo v. ad 1, 50,5.

§. 5. *Quod ubi consul sensit, reddit inlatum antea terrorem*] Ex volumine Mſto legendum apparet *quod ubi sensit consul*, non *consul sensit*. RHEN. *quod ubi consul sensit* Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *quod ubi consul sedit* Harlej. 1. mendose quidem, attamen eodem ordine verborum. In his licet non agatur salus Livii, omnes tamen mecum facile ſtatuent, aequius eſſe, nos sequi tot conspirantium codd. consensum, quam uni in diversa eunti cedere. Ne quid tamen dissimulem, cum Rhenano ſtare videtur Florent. ex quo nihil in excerptis notatum video: cum eodem etiam ſtant vetuſti typis descripti usque ad Aldum, qui, sine dubio codicum suorum secutus auctoritatem, scripturam a Rhenano damnatam priori subposuit. Praeterea *reddidit* Voſſ. ambo, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Lips. Haverk. et Fragm. Hav. *Τὸ reddit* deficiebat in Gaertn. At vulgatum *reddit* servant Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Utrum praeferendum sit, haereo; quum trium codd. optimorum consentientium auctoritas haud levior habenda videatur, quam reliquorum conspirantium turba: et illorum librarii *reddit* scripſiſſe possint, quod syllabam *di* iterare neglexerint. V. infra

certamen. quod ubi consul sensit, reddit inlatum 5
antea terrorem: instructaque acie ultro hostem la-
cessit. Ubi illi, conscientia quid abesset virium, 6
detractavere pugnam, crevit extemplo Romanis ani-
mus, et pro victis habebant paventes intra vallum.
Quum per totum diem stetissent intenti ad certa- 7

ad Epit. Liv. I. 99. borum vero *reddidit*, quod modo praecesserit *sensit*. Neque, ut vulgatum praeferatur, persuadet, quoniam mox constanter omnes servent *lacessit*, cui τὸ *reddit* vel *reddidit* proxime jungitur per voculam *que*. Enallage enim haec temporum quibuslibet scriptoribus frequens est. V. Cortium ad Sallustii Jugurth. 58, 6. ad c. 80, 2. et ad Plinii 5. Epist. 5. in princ. Adde, quae supra notavi ad hujus libri c. 46, 9. Neque tamen etiam receptam lectionem mutare audeo. Lectoris itaque, quae verior scriptura sit, existimatio esto.

§. 6. *Ubi illi, conscientia quid abesset virium, detractavere pugnam*] *Abi illi* Haverk. *Ab illa* Portug. a m. 2. erasa priori scriptura. *Nisi illa* Lipsiens. in contextu, in cujus margine a m. 2. emendatur *Ubi illi*. Tum *conscii, quod abesset virium* Gaertn. *conscientia, quid abisset virium* ed. Veneta anni 1495. et quaedam ejus auctoritatem secutae. Sed priscam lectionem Moguntini restituere. *esse* et *isse* alibi quidem saepe commutantur; v. ad Liv. 27, 44, 3. quum tamen hic scripti omnes τὸ *abesset* constanter exhibeant, eam lectionem praestare nullus dubito. Praeterea *detrectavere* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Male. V. infra ad 34, 15, 9.

Pro victis habebant paventes intra vallum] *habebantur* (nim. a Romanis, quibus animi creverant) Voss. 1. et Leid. 2. Praecessit *crevit*; ut itaque verbum sequens eadem forma subjungeretur, librarii *habebantur* in *habebant* mutasse videri possunt contra morem Livii, qui ubique, orationem variandi caussa, activa passivis, et passiva activis subjungere solet. V. infra ad 8, 34, 9. Quum tamen omnea reliqui scripti vulgatum tueantur, eam scripturam etiam veriorem, et notam, quibus ultimae literae *ur* designantur, perperam in duobus reliquis Mstis a scribis additam esse existimo; qualia plura exempla infra videnda sunt ad 39, 22, 8. Praeterea *inter vallum* Harlej. 2. sollemni errore. V. infra ad 5, 27, 2.

§. 7. *Nocte cessere*] Rott. Voss. 2. Helm. Flor. et vett. edd. *nocti*. 4, 55. *Postquam non cessere nec publicae tempestati*. 5, 2. *Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere*. J. FR. GRON. *nocti* ex meis codd. praeter Voss. 2. a Gronovio laudatum, servant quoque Leid. 1. Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. quod editorum primi mutarunt Basileenses anno 1539. *nocte* substituentes. Verum altero Livius supra usus est 3, 17, 9. *Nox certamina coepta oppressit: tribuni cessere nocti, timentes consulum arma*. Silius 5, 677.

Sic fatus cessit nocti; finemque dedere

men, nocti ceſſere: et Romani quidem pleni spei corpora curabant. Haudquaquam pâri hoſtes animo nuncios passim trepidi ad revocandos praedatores dimittunt. recurritur ex proximis locis; ulterio-
8 res non inventi. Ubi inluxit, egreditur caſtris Romanus, vallum invasurus, ni copia pugnae fieret. et, poſtquam multa jam dies erat, neque moveba-

Caedibus infusae, subducto sole, tenebrae.

cedere Fortunae 4, 450.

Stabat, Fortunae non cedere certus, et acri
Mole retorquebat, crudescens caedibus, haſtas.

Salluſt. in Catil. 34. *Quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunae cedere, Massiliam in exsilium proficisci.* ad quem locum v. Cl. Cortium in Excursu 4. et Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 6, 16. et ad Phaedr. 3. fab. 9, 4. *cedere adpellationi* Liv. 3, 34, 8. ubi vide. *cedere religioni* Cic. 1. ad fam. Ep. 1. *Hortensii, et mea, et Luculli sententia cedit religioni de exercitu. cedere tempori* 4. ad fam. Ep. 8. *Si sit aliqua respublica, in ea te esse oportere judicio hominum neque principem, necessitate cedentem tempori.* (* Liv. 24, 22, 11. ubi vide.) *decedere nocti* Virgil. dixit Ecl. 8, 88.

— — nec serae meminit decedere nocti.

Paullo ante *per totam diem* Gaertn. At reliqui omnes vulgatum tuentur. Et recte. V. infra ad 27, 13, 1.

Nuncios passim trepidi ad revocandos praedatores dimittunt] Duae priores voces deficiunt in Portug. quae tamen melius in reliquis omnibus superſunt. Male etiam pro *praedatores* Voſſ. 1. in contextu *procuratores*, in margine autem pro varia lectione *praecurritores* praefert. Mox etiam *et recurritur ex proximis* addita prima vocula Haverk. *recurritur e proximis* Voſſ. 2. et Gaertn. Paullo ante vox *pari* deerat in eodem Gaertn.

§. 8. *Egreditur castris Romanus*] *Romanus exercitus* voce auctiorem praeferre Palat. sec. teſtis eſt Gebhardus supra hoc cap. ad §. 3. sed simul eam lectionem damnavit. Et recte. Similis enim interpolatio eſt, ac supra 3, 2, 11. *Romanus miles*, pro *Romanus*, ante Gebhardum et Gronovium datum fuerat, ubi plura vide. Mox *postquam jam multa dies* Portug. *post multa jam dies* Harlej. 1. Deinde *Aequos Volscosque*, pro *Aequos et Volscos*, Gaertn.

Victores exercitus vallum potius, quam virtus et arma, tegerent] Vet. lib. *contegerent.* SIG. *victores exercitum* Florent. An forte voluit *victorem exercitum*? ut eſt in Neapolit. Latinii. Sed, reliquis omnibus receptam lectionem servantibus, eam praeferendam puto: duorum enim populorum Aequorum et Volscorum exercitus juncti

tur quidquam ab hoste, jubet signa inferri consul. motaque acie, indignatio Aequos et Volscos incessit, si victores exercitus vallum potius, quam virtus et arma tegerent. igitur et ipsi efflagitatum ab ducibus signum pugnae accepere. Jamque pars 9
egressa portis erat, deincepsque alii servabant ordinem, in suum quisque locum descendentes, quum

iisdem castris consederant. Supra hoc cap. *Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.* Praeterea *contegerent* Harlej. ambo, Haverk. et Portug. a m. 2. neque multum abludunt Voss. 2. et Lipsiens. praeferentes *congerent*, aut Leid. 2. in quo est *cogerent*. *contegerent* etiam in Palat. sec. inventum Gebhardus damnavit supra hoc cap. §. 3. vulgatum servans. Et sane vulgatum superest in Florent. Voss. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Id firmat etiam Leid. 1. priori litera omissa *egerent* exhibens, in qualem codicem videtur etiam incidisse librarius Portug. qui, scripturam eam mendosam videns, illius loco a m. 1. dedit *ageretur*; quum forte scriptum invenisset *egerét*. Priscam igitur scripturam, a Sigonio mutatam, revocavi. [*regerentur* Veith.]

Efflagitatum ab ducibus signum pugnae] *flagitatum* Lipsiens. Ita *flagitator pugnae* 2, 45, 13. *Centurio erat M. Flavolejus, inter primores pugnae flagitator.* Sed vulgatum reliquorum omnium codd. auctoritate defenditur. Et recte. Plerumque enim *efflagitare* est flagitando inpetrare, obtinere. Cic. 2. ad Q. Fratr. Ep. 11. *Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui.* Orat. 2. Agrar. 2. *Honos non ad alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate inpetratus.* ubi v. Turneb. Insuper *a ducibus* Fragment. Hav. et Gaertn. Mox *accipere*, pro *accepere*, Haverk. V. supra hoc cap. ad §. 1. et 4. Uni tamen, et quidem huic, codici fidem habere vix audeo.

§. 9. *Deinceps alii servabant ordinem*] MS. *deincepsque.* Lego *deincipes.* KLOCK. *deincepsque*, ut Klockius in suo invenit, servant omnes mei. Eam autem scripturam jam Aldus, et postea recentiores recte receperunt. Pro eo autem legendum censens Klockius *deincipes*, eumdem errorem committit, quem jam supra notavimus hoc lib. ad c. 39, 4. Ceterum Cl. Jac. Gronov. Respons. ad Cavillat. Fabretti observat, in cod. Flor. legi *seriebant*; unde conjicit, scribendum esse *sarciebant. sarcire* pro reparare, compensare Livius infra utitur 9, 23, 13. *Damna vestra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum praeda sarcientur.* Omnes tamen reliqui codd. constanter τὸ *servabant* tuentur. Quare potius scribam MS. Florent. aberrantem *servabant*, quam *sarciebant*, dare voluisse arbitror. Ita *servare ordinem* infra est 26, 51, 6. *Hunc ordinem laboris quietisque, quoad Karthagine mo-*

consul Romanus prius, quam totis viribus fulta con-
10 ſtaret hoſtium acies, intulit signa: adortusque nec
omnes dum eductos, nec, qui erant, satis explica-
tis ordinibus, prope fluctuantem turbam trepidan-
tium huc atque illuc, circumspectantiumque se ac
suos, addito turbatis mentibus clamore atque inpe-
11 tu, invadit. Retulere primo pedem hoſtes. deinde,

rati sunt, servarunt. [Initio *Jam pars* Veith.]

Quum consul Romanus prius, quam totis viribus fulta constaret hostium acies] *cum*, pro *quum*, plerumque in Mſtis exaratur. Hinc proclive fuit illud in *tum* mutare: quod factum in Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Portug. a m. 1. V. infra ad Epit. l. 48. in fine, et mox ad §. 11. Deinde alio ordine *fulta totis viribus* Portug. Insuper *staret hostium acies* Gaertn. a m. 1. Ita 10, 27, 8. *Quum instructae acies starent.* Verum nullus praeterea codex ita praefert, et in ipso illo eadem manus mox *constaret* emendavit. *contrastaret hostium acies* Florent. quemadmodum *contra consistere* Caesar 2. Bell. Gall. 17. *Futurum, ut reliquae contra consistere non auderent.* et *contra intueri* supra 1, 16, 6. *Petens precibus, ut contra intueri fas esset.* ubi vide, quae notantur. Quamvis autem id admodum blandiatur, tamen nec vulgatum, quod in reliquis omnibus codd. supereſt, damnare audeo. Infra 6, 29, 3. *Postquam nullo loco constabat acies.* 7, 10, 1. *Ubi constitere inter duas acies.*

§. 10. *Adortus nec omnes dum eductos*] Vet. lib. *necdum omnes eductos.* SIG. *necdum omnes eductos* etiam Voſſ. 1. Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. Quod Gebhardus etiam in Palat. sec. inventum damnavit supra hoc cap. §. 3. Omnes etiam reliqui, inter quos optimi commatis Mſti, receptum ordinem servant. Male ergo editiones Ascensii τὸ *nec* expunxerunt; ita tamen, ut, quae anno 1513. et triennio poſt prodiere, in margine tamen exhibeant.

Nec qui erant] Scilicet, educti. Non intellexit librarius Haverk. ideoque dedit *nec qui exierant.* Idem in Palat. sec. obvium recte damnavit Gebhard. supra hoc cap. §. 3. [*nec qui erat* Veith.]

Prope fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc, circumspectantiumque se] *propter fluctuantem turbam* Gaertner. quomodo etiam alibi variant codd. V. ad Epit. Liv. l. 49. Deinde *huc et illuc* Haverk. Mox *circumspectantium se* omiſſa conjunctione Voſſ. 1. Leid. 2. et Lipsiens.

Addito turbatis mentibus clamore atque inpetu] Diſtinguo, *addito, turbatis mentibus, clamore atque impetu.* DUK. *adito* Gaertn. De hoc errore v. ad 4, 57, 11. Deinde *calore atque impetu* Harlej. 2.

§. 11. *Deinde quum animos conlegissent*] *tum animos* Harlej. 1. V. supra ad §. 9. Paullo poſt *victis nec cessuri essent*

quum animos conlegissent, et undique duces, *victisne cessuri essent*, increparent, restituitur pugna.

LXI. Consul ex altera parte Romanos *meminisse* 1
se jubebat, *illo die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare. Sibimet ipsis victuros, non ut decemvirorum victores praemium essent. Non Appio duce rem* 2
geri, sed consule Valerio, a liberatoribus populi Ro-

Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. *invictis nec cessuri*, omisso etiam verbo *essent*, Gaertn. Adparet, primam literam τοῦ *cessuri* perperam in fine voculae praecedentis repetitam fuisse. *victis nunc cessuri essent* Lipsiens. Sed passim *ne* et *nc* sive *nunc* confunduntur. V. ad 6, 37, 6. Deinde *increperent* Lipsiens. *instreperent* Gaertn. Malc. Eodem modo *crepitus* et *strepitus* commutantur. V. ad 38, 17, 4.

§. 1. *Romanos meminisse jubebat, illo die primum liberos pro libera urbe Romanu pugnare*] Prima vox non est in Lipsiens. Deinde *meminisse jubet* idem Lipsiens. et Harlej. 2. Tum *illa die* Portug. Deoique vox *Romana* apud Hearnium deficit in Oxon. L. 1.

Sibimet ipsis victuros] Hanc lectionem servant omnes codd. praeter Voss. 1. in quo *sibi nec ipsis* manifesta scribae aberratione. Quare noo probo conjecturam magni Gronovii, qui supra ad 2, 19, 5. *sibimet ipsos victuros* malebat. Vide, quae pluribus ad eum locum notavi.

§. 2. *Sed consule Valerio, a liberatoribus populi Romani orto*] Rhenanus supra ad cap. praec. §. 1. *sed consule M. Valerio* ex Volumine Msto legebat. Et ita forte dare voluit librarius optimi Florent. in quo ab initio scriptum erat *sed consulem Valerio*. Verum recte postea litera *m* in eo erasa est. Non modo enim omnes nostri praenomine carent; sed etiam Valerius hic oon *Marci*, sed *Lucii* praenomen habuit, ut ibidem dictum. Praeterea *ab liberatoribus* Haverk. et Lipsiens. cujus lectionis vestigia supersunt etiam in Leid. 1. et Portug. in quibus *ac liberatoribus* scriptum obfendi.

Prioribus proeliis per duces, non per milites, stetisse] *prioribus bellis* Haverk. Harlej. 2. et apud Hearnium Oxon. B. saepissime haec vocabula inter se commutantur io codd. scriptis et vetustis editt. Plurima in Livio exempla passim obcurrunt. V. supra ad 1, 12, 10. 2, 12, 11. c. 19, 10. 3, 5, 15. infra 4, 17, 8. c. 29, 3. 5, 8, 8. 10, 5, 13. (* c. 36, 11.) 25, 19, 4. 26, 6, 13. 29, 31, 11. ad Epit. Liv. l. 24. et alibi; etiam viros doctos ad Valer. Max. 1, 7, 1. Et quidem *proelium* ac *bellum* apud Latinos, ut μάχη et πόλεμος apud Graecos, differunt, quemadmodum pars ac totum: uno enim bello plura proelia committi possunt. aliquando tamen *bellum* pro proelio sumitur. Ita apud Flor. 3, 5, 11. *Mox, quum Euboea otque Boeotia praesidia regis depulisset, omnes copias uno apud Chaeroneam, apud Orchomenon altero bello dissipavit.* Frontin. 1, 11, 2. *Unde etiam praeclara victoria, com-*

mani orto, liberatore ipso. Ostenderent, prioribus proeliis per duces, non per milites, stetisse, ne vincerent.
3 *Turpe esse, contra cives plus animi habuisse, quam contra hostes: et domi, quam foris, servitutem magis ti-*

misso statim bello, patrata est. Lucan. 4, 43.

— — — *vidit lapsura ruina*
Agmina dux, equitemque jubet succedere bello.

Silium Italic. 1, 621.

— — *hic, Punica bella,*
Aegates cernas, fusuque per aequora classe,
Exactam ponto Libyen testantia rostra.

Valer. Max. 3, 2, 19. *Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore restituit.* Hic tamen vulgatum praefero, tum ob reliquorum codd. id defendentium auctoritatem, tum quod *bellum* pro proelio vix aut quam rarissime Livii aevo in usu fuisse existimem; quae eaedem rationes inpellunt, ut omnibus superius memoratis locis, in quibus has voces commutari in membranis Livii monui, receptam lectionem veriorem esse existimem; (nam ibi quoque integriores codd. eam servant) praesertim quum inferioribus saeculis passim *bellum*, *bellum publicum*, *bellum campestre*, *bellum campale* pro proelio, *bellum* etiam pro pugna singulari ac monomachia occurrat. V. Du Cange Gloss. med. Latin. ea voce, et Matthaeum ad Anon. bella Campestria, qui subjungitur Anonymi bello Covord. p. 185. Hinc verisimile fit, librarios, *bellum* pro *proelium* dantes, sui saeculi lingua abreptos fuisse, quo Latine scribentes ita loqui soliti erant. V. etiam doct. Oudendorp. ad Frontini 2, 1, 12. Novi equidem, Casaub. ad Polyb. p. 148. etiam optimos linguae Latinae auctores *bellum* pro proelio usurpasse, ex duobus Livii ac totidem Jul. Caesar. locis adstruere voluisse. Qui tamen exempla ab eo laudata (Livii loca exstant 21, 8, 2. et 41, 3, 4. Caesaris utraque 1. belli Gall. 41.) diligentius examinat, facile deprehendet, *bellum* ibi pro proelio capi non posse. Livium nihilominus ita locutum esse probari posse videtur ex 8, 10, 7. *Inter omnes cives sociosque praecipua laus ejus belli penes consules fuit.* (* 22, 51, 1.) Varro etiam ita luquitur 6. de Ling. Lat. p. 75. *Rorarii dicti a rore: qui bellum committebant ante. Ideo quia ante rorat, quam pluit.* V. Cortium ad Sallust. Catil. 9, 4. Sed, ut dixi, talia exempla quam rarissima occurrunt, et nondum evincunt, vera esse, quae Keuchen. Casauboni scrinia loco laudato expilans ad Front. 1, 11, 8. notat, Livio, Caesari et ceteris Romanis vetustioribus nihil frequentius esse, quam harum vocum *belli* et *pugnae* invicem positionem. Ceterum *vinceretur*, pro *vincerent*, verbis proximis perperam Gaertn. V. infra ad 39, 22, 8.

§. 3. *Domi, quam foris, servitutem magis timuisse*] *domi quam fortes* perperam Haverk. a m. 1. sed nec recte *quam fortis* in eo a m. 2. emendatur. *quam foris magna virtute timuisse* Lipsiens. Paullo ante *Turpe es-*

muisse. Unam Virginiam fuisse, cujus pudicitiae in pace 4
periculum esset: unum Appium civem periculosae libidinis. at, si fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot millibus hostium periculum fore. Nolle ominari, quae

set, pro *Turpe esse*, Gaertn. [Veith.] *Turpe est* Haverk.

§. 4. *Unum Appium civem periculosae libidinis*] Haec verba perperam omittuntur in Harlej. 1. ut enim *uni Virginiae* obponuntur *omnium liberi*, ita *uni Appio* etiam *tot millia hostium*.

At si fortuna belli inclinet] *ac*, pro *at*, male Harlej. 2. et Portug. Solent hae voculae passim a librariis confundi ob similitudinem literarum c et t in scriptura Longobardica. V. supra ad 2, 45, 5. hoc lib. ad c. 17, 3. infra ad 4, 57, 5. 6, 15, 11. c. 19, 1. 7, 4, 5. (* c. 40, 8. 9, 41, 7. 10, 26, 3. c. 29, 3. 21, 40, 10.) et aliis locis. V. etiam quae notavi ad Silii 6, 190. Praeterea vox *belli* abest a Portug. Cic. ad Brut. Epist. 10. *Hujus belli fortuna, ut in secundis, fluxa; ut in adversis, bona.* Verum *fortuna bellum inclinet* Lipsiens. *fortuna belli se inclinet* Leid. 2. De quo posteriori loquendi genere infra v. ad 4, 55, 4. Hic tamen vulgatum non moveo. Non modo enim ab altera lectione stant reliqui codices, sed Livius etiam saepissime *inclinare* absolute sine casu posuit. Supra 1, 27, 11. *Quo postquam fuga inclinavit.* 2, 20, 11. *Tum demum inpulsi Latini, perculsaque inclinavit acies.* Infra 4, 37, 9. *Clamor indicium primum fuit, quo res inclinatura esset.* c. 26, 12. *Dubii quoque inclinent ad nomina danda.* 6, 32, 8. *Ut semel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat.* 7, 19, 8. *Inclinavit deinde pars major curae in Etruscum bellum.* c. 32, 3. *Eo namque omnem belli molem inclinaturam censebunt.* 23, 33, 4. *Postquam tertia jam pugna, tertio victoria cum Poenis erat, ad fortunam inclinavit, legatosque ad Hannibalem misit.* 24, 8, 9. *Restat, ut pauca de eis, in quos praerogativae favor inclinavit, dicam.* c. 28, 3. *Si enim uno animo omnes vel ad Romanos vel ad Karthaginienses inclinent.* 28, 25, 15. *Inclinavit sententia, quod tutius censebant, universos ire.* ad quem locum v. Gronovium. 32, 16, 11. *Quum et muri partem eversam operibus hostium cernerent, ad deditionem inclinarunt.* 37, 43, 10. *Primorum fuga in castra maxime inclinavit.* et alibi saepe. Alia verba, quibus Livius similiter absolute usus est, supra videri possunt ad 1, 17, 6.

Omnium liberis ab tot millibus hostium periculum fore] Duae priores dictiones exsulant a vetustis plerisque edd. quas demum ab Aldo additas video. Easdem servant etiam omnes scripti, nisi quod minus recte *omnibus liberis* legat Haverk. Sunt etiam sensui necessariae. Quemadmodum enim, ut modo dictum est, voces *tot millibus hostium* obponuntur praecedentibus *unum Appium*, ita *omnium liberis tot unam Virginiam*. Praeterea *a tot millibus* Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed reliqui receptae lectioni favent, nisi quod *ad tot millibus* habeant Leid. 1. et *ob tot millibus* Harlej. 1. in quorum manifestis aberrationibus alterius ta-

*nec Jupiter, nec Mars pater paſſuri sint iis auspiciis
conditae urbi accidere.* Aventini Sacrique montis ad-
monebat, *ut, ubi libertas parta eſſet paucis ante men-*
6 *sibus, eo imperium inlibatum referrent: oſtenderentque,
eamdem indolem militibus Romanis poſt exactos decem-
viros eſſe, quae ante creatos fuerit: nec, aequatis legi-
bus,*

men lectionis veſtigia agnoscas. *ab tot millium hostibus* Lipsiens. *ab tot militibus hostium* Klockian. et Voſſ. 2. sed librarios ita saepe peccaſſe infra dicam ad 23, 41, 10.

§. 5. *Nec Mars pater passuri sint iis auspiciis conditae urbi accidere*] *Mars potest*, pro *pater*, male Harlej. 2. Tum *iis auspiciis conditae urbis* Voſſ. ambo, Leid. 1. Harlej. 1. [Veith.] *his auspiciis condite die urbis* Gaertn. et Lipsiens. utrumque minus recte. Paullo ante etiam perperam *Nolle comminari* Voſſ. 2. *Nollo minari* Harlej. 1. Cicero 2. de Offic. 21. *Sin qua necessitas hujus muneris alicui reipublicae obvenerit; malo enim, quam nostrae, ominari.* [*Nolo ominari* Veith.]

Sacrique montis admonebat] *adveniebat* Harlej. 2. *admovebat* Florent. solito errore scribarum, de quo infra v. ad 9, 38, 12. Mox *libertas parata esset*, pro *parta*, Lipsiens. Et haec lectionis varietas infinitis locis in Mſtis obcurrit. V. infra ad 5, 6, 1.

Eo imperium inlibatum referrent; ostenderentque] Gratia sit doctis de reſtituto hoc loco. Nam in antiquioribus libris adhuc verbi defectu hiat, *eo imperium illibatum. referrentque eandem indolem.* Andreas inversu ordine edidit, *eo imperium illibatum ostenderent, referrentque.* GEBH. Ut Gebhardi antiquiores habent, in uno tantum meorum Voſſ. 2. inveni. Reliqui editam lectionem servant. Praeterea *inperium illibertum* Leid. 1. et Portug. a m. 2. in quo altera manu repositum *illiberatum.* Sed *imperium in libertatem referrent* Harlej. 1. Male. *imperium inlibatum* eſt nulla clade inminutum. Infra 42, 30, 6. *Si liberum inde arbitrium fortunae esset, neutram partem volebant potentiorem altera oppressa fieri; sed, inlibatis potius viribus utriusque partis, pacem ex eo manere.*

§. 6. *Ostenderentque, eamdem indolem militibus Romanis post exactos decemviros esse, quae ante creatos fuerit*] *ostendentque* Lipsiens. errore librarii, qui, quum scriptum fuiſſet *ostend'entque*, compendiariae scripturae signum non animadvertit. V. ad 2, 47, 6. *ostenderentque eamdem in dolorem* Leid. 1. *ostenderentque in eamdem indolem* Harlej. 1. *ostenderentque eamdem indocilem* Haverk. Mox etiam *quae ante exactos fuerit* Leid. 2. *quae ante eos creatos fuerit* Harlej. 1. Sed edita lectio vera eſt. Deinde *minutam virtutem*, pro *inminutam*, Gaertn. Sed omnes reliqui receptam lectionem tuentur.

§. 7. *Advolat inde ad equites*] *avolat* Leid. 1. et Harlej. 1. Quod

bus, imminutam virtutem populi Romani esse. Haec 7
ubi inter signa peditum dicta dedit; avolat deinde
ad equites, *Agite, juvenes,* inquit, *praestate virtute*
peditem, ut honore atque ordine praestatis. Primo con- 8
cursu pedes movit hostem. pulsum vos, inmissis equis,
exigite e campo. Non sustinebunt inpetum: et nunc cun-
ctantur magis quam resistunt. Concitant equos, permit- 9

non displicet. Ita supra ex iisdem duobus codd. quos inter optimos numero, emendandum docui 1, 57, 8. *Citatis equis avolant Romam.* ubi genus loquendi aliis exemplis inlustrare conatus sum. At supra tamen similiter Livius locutus est 2, 20, 10. *Tum ad equites dictator advolat.*

§. 8. *Primo concursu pedes movit hostem*] Est in Pall. primo ac tertio, *primo concursu pedes movebit hostem:* ut ediderat quoque Andreas, quasi esset vaticinium Valerii. GEBH. *movebit* etiam Neapolit. Latinii, Leid. 2. Voss. 2 (in quo posteriore tamen additis notis literas *eb* delendas esse librarius indicavit) et priscae, quas adhibui, edd. *movet* Portug. In prima Aldina *movit* inveni, quod ob reliquorum codd. auctoritatem genuinum esse puto. Praeterea *primo occursu* Gaertn. Alibi etiam *concurrere* et *obcurrere* in Mstis commutari solent. V. ad 36, 24, 4.

Pulsum vos inmissis equis exigite e campo] *inmissis equis* est incitatis. V. postea hoc lib. ad c. 70, 9. Infra 4, 47, 2. *Primo statim proelio quum dictator equitatu inmisso antesignanos hostium turbasset.* Mox dicet Livius, *concitant equos, permittuntque in hostem.* [*inmisso equo* Veith.] Deinde *exigite a campo* Leid. 2. quod eodem modo dictum esse posset, quo *exstare ab aqua, erumpere a porta,* et similia alia, de quibus v. ad 22, 2, 10. Silius Ital. 8, 482.

Tunc quos a niveis exegit Luna metallis.

Dissensus tamen reliquorum Mstorum, qui in servanda lectione vulgata uno ore conspirant, efficit, ne quid mutandum esse censeam. Quare neque vetustiores typis excusos hic audiendos puto, qui praepositionem omittunt. [ut Veith.] Videtur autem a litera finali vocis praecedentis intercepta esse. Similem ob caussam nonnumquam etiam praepositionem *a* elidi, infra dicemus ad 5, 52, 10. Τὸ *e* primus Aldus recte in contextum recepit. Infra 4, 15, 3. *Ex qua urbe reges exactos sciret.* 6, 37, 10. *Tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges et stabilem libertatem suam existimaturum.* 10, 27, 8. *Cerva, fugiens lupum, e montibus exacta, per campos inter duas acies decurrit.* Mox *et non cunctantur magis* Haverk. errore librarii. Primo enim ultimam literam τοῦ *nunc* absorpsisse videtur prima sequentis vocis *cunctantur.* Ex *nun* vero deinceps factum esse *non* contra apertam Livii mentem. [*et nec cunctantur* Veith.]

§. 9. *Concitant equos, permit-*

tuntque in hostem, pedestri jam turbatum pugna: et, perruptis ordinibus, elati ad novissimam aciem, pars libero spatio circumvecti, jam fugam undique

tuntque in hostem] *praemittuntque hostem* Gaertn. Male. V. infra hoc lib. ad c. 70, 9.

Et perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem] Prima vocula, quam servant omnes scripti, abest a plerisque vetustioribus inpressis. Eam Aldus recte loco, quem in codicibus constanter obtinet, restituit. Aldi autem lectionem recentiores fere omnes sequuntur. Deinde *praeruptis ordinibus* Gaertn. quomodo etiam Basileenses anno 1539. vulgarunt. Eorum exemplum postea secuti sunt Curio, Lugdunenses anno 1553. et Basileenses anno 1555. Origo erroris deducenda est ex similitudine compendii, quo voculae *per* et *prae* notari solent, quae caussa est, ut saepius a librariis inter se commutentur. V. ad 9, 10, 7. Ex eadem caussa in praecedentibus proxime verbis Gaertner. idem *praemittuntque* praefert, pro *permittuntque*. Ejus loco *pars ruptis ordinibus* editum video a Basileensibus anno 1554. *Rupti ordines* etiam infra est 6, 13, 3. *Rupti inde multis locis ordines, motaque omnia, et fluctuanti similis acies erat.* Verum nulli codicum huic lectioni favent: quare omnino vulgatum servandum. *Perrumpere ordines*, ut *perrumpere cuneos, agmen, aciem*. Infra 8, 10, 6. *Tantaque caede perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hostium.* c. 30, 6. *Aliquoties inpetu capto perrumpere non poterat hostium agmen.* Frontin. 2. Strateg. 8, 10. *Detractis frenis concitatisque equis procurrere, et perrumpere aciem jussit.* Ad quem locum vide Doct. Oudendorp. (* Duker. ad 7, 24, 7. v. etiam ad 3, 18, 8.) *perrumpere ordines* est rumpendo usque ad ultimam aciem pervenire, ut Livius addit. Cur vero *pars ruptis* Basileenses dederint, mox ad verba sequentia videbimus. Insuper *elatis* Voss. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. a m. 1. Non recte. De voce *elati* infra v. ad 37, 16, 4. Paullo post *circumventi*, pro *circumvecti*, Portug. [Veith.] Et hoc perperam. (* v. ad 10, 2, 4.) Simili errore *subvenit*, pro *subvehit*, in uno cod. supra erat hoc lib. c. 23, 3. ubi vide, quae notantur.

Praeter equitantes, qui absterrent peditum acies] Sic lege, *praeterequitantesque absterrent peditum acies*, etc. RHEN. Alii, *equitantes qui absterrent*. MS. *praeter equitantes que obsternent*. Colon. ed. *praeterequitantesque, qui absterrent peditum acies. Et consul ipse visque* etc. Lego, et suppleo, *pars perequitantes proximum* (vel *obvium*) *quemquem sternunt*. Fuit enim sine dubio in MS. aliquo veteri exemplari *pars perequitantes obviumque sternunt*. postea transpositum hoc modo *pars perequitantesque obsternunt*. Vel lego, *pars trepidantes obvios sternunt*. vel, *pars trepidantes obvium quemquem sternunt*. KLOCK. *praeterequitantes abstinent* Voss. 1. *praeterequitantesque abstinerent* Lipsiens. *praeterequitantesque absterrent* Voss. 2. *praeequitantesque absterrent* Florent. et Leid. 2. *praeterequitantes qui absterrent peditum acies* Harlej. 2. et Fragm. Hav. *praeter-*

capessentes plerosque a castris avertunt, praeterequitantesque absterrent. Peditum acies, et consul ipse, visque omnis belli fertur in castra: captis-

equitantes peditum acies Gaertn. *praeterequitantes qui absterrerent peditum acies* Haverk. Quae autem Rhenanus ad hunc locum notavit, indicare videntur, cum etiam hanc distinctionem verborum Livii probasse. Ita *τὸ acies* numero plurali dictum erit, quia Aequorum et Volscorum exercitus in Algido juncti erant, adversus quos Valerius rem gessit: unde etiam *victores exercitus* memorantur supra c. 60, 8. Haec tamen distinctio omnino ferri nequit. *plerosque* enim, quod praecessit, non tantum referendum ad verbum *avertunt*, sed etiam ad alterum *absterrent*. Contra *τὰ Peditum acies* ad periodum sequentem pertinent, qua a Livio refertur, quid pedites Romanorum egerint, postquam equitatus hostes fugam capientes a castris avertisset, atque praeterequitando inpedisset, ne eo fuga inclinaret. Sed, ut verum fatear, in adnotatione Rhenani ad hunc locum aliquid ab operis typographorum contra ejus mentem commissum puto. Verba enim Livii, quae adnotationi illi praemittuntur, in nulla editione eodem modo concepta inveni; sed in octodecim, quas ejus notis vetustiores consului, vel vulgatum vidi *praeter equitantesque absterrent peditum acies*, vel *praeterequitantesque absterrent peditum acies*, vel *praeterequitantesque qui absterrent peditum acies*. At Frobeniana anni 1535. quae prima ejus notas exhibuit, prima etiam recte ita interpungit, *praeterequitantesque absterrent. Peditum acies* etc. quod recentiores omnes servarunt. Hinc suspicor, typographos omisisse verba Liviana, quae Rhenanus tamquam mendosa capiti adnotationis praefixerat: illa vero, quae nunc praefiguntur, continere lectionem, quam in membranis suis invenerat; quoniam ita mihi quoque, ut dixi, in nonnullis meorum obvium fuit: his deinde Rhenanum adjecisse, quemadmodum legendum censebat; verum operas majorem distinctionem, quam post *τὸ absterrent* admittendam censebat, et Frobenius in contextum ex Rhenani praescripto emendatum recepit, perperam omisisse. Quae suspicio si vera est, vera hujus loci lectio Rhenano accepta referenda est. Klockii emendationes hic nihil moramur, quem, ut tot modis Livium tentaret, illud permovisse videtur, quod displiceret *τὸ pars* distributive in praecedentibus semel tantum positum, quasi illud alteri membro etiam addendum foret: quod idem etiam caussa exstitit, ut editor Basileensis anno 1554. in verbis praecedentibus *pars ruptis ordinibus*, pro *perruptis ordinibus*, vulgarit. At novisse oportuerat, hunc morem Livio esse, ut similia distributiva in membro priori omitteret. V. supra ad 3, 37, 8. Quin etiam si Livius, ut alibi solet, utramque vocem etiam hoc loco exprimere voluisset, alteram non ubi Klockius, sed potius, ubi editor Basileensis existimavit, addidisset. Sensus enim Livii est, quosdam equitum per mediam aciem perrupisse, quosdam a latere pugnantium ordines circumvectos esse. [*equitantes qui absterrerent*. Veith.]

§. 10. *Captisque cum ingenti*

que cum ingenti caede, majore praeda potitur.
Hujus pugnae fama perlata non in urbem modo,
11 sed in Sabinos ad alterum exercitum. In urbe lae-
titia modo celebrata est; in castris animos militum
12 ad aemulandum decus accendit. Jam Horatius eos,
excursionibus sufficiendo, proeliisque levibus expe-

caede, majore praeda potitur] *captisque castris* Harlej. 2. Si quid mutandum est, legere mallem *captis quibus potitur.* ut librarii ex *qb*; fecerint *q*; levi errore; quem tanto facilius commiserunt, quod pronomen *quibus* non recte, nisi in initio orationis, poni posse sibi persuaderent. V. infra ad 28, 12, 13. [*captisque ingenti* Veith.] Mox *Hujus pugnae famam perlatam*, pro *fama perlata*, Lipsiens. Deinde *nec in urbem modo*, pro *non in urbem modo*, Portug. [*non in urbe* modo Veith.]

§. 11. *In urbe laetitia*] Revocanda est distinctio minima ante haec verba, ut est in aliis edd. DUK.

§. 12. *Jam Horatius eos excursionibus sufficiendo*] Non scio, quid sit *excursionibus aliquem sufficere.* Puto distinguendum post *eos*, ut id conjungatur cum *adsuefecerat*, et *excursionibus sufficiendo* esse, quum viderent, se in excursionibus sufficere, et pares esse hosti, eumque sustinere posse: qua significatione obvium est *sufficere.* DUK. Vocula *Jam* deficit in Leid. 2. Deinde *concursionibus* male praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. Denique *assuefaciendo*, pro *sufficiendo*, Haverk. Sed id per errorem repetitum esse ex verbis sequentibus patet. Cl. Clericus locum, si sanus est, ita exponit, Horatium suppeditando milites iis, qui excursiones in hostile solum facere vellent, eos exercitasse. De verbo *sufficere* hoc sensu vide, quae notavi ad Silii 1, 36. Doujatius vero *sufficere* exponit per inficere, imbuere, et metaphoram ductam putat a tinctoribus, qui non statim colores vividos ac mansuros lanae pannisve incoquunt, sed levioribus antea ad eos praeparant. De qua significatione plura erudite, ut omnia, notat J. Fr. Gronov. in Diatr. Stat. c. 10.

Proeliisque levibus experiundo] *lenibus* Voss. ambo, et Harlej. 1. passim obvio errore. V. ad 36, 31, 8. Tum *experiendo* Voss. 2. Haverk. Fragm. Hav. et a m. 2. Portug. in quo tota vox a m. 1. exsulat. V. ad 6, 3, 6. Praeterea *assuefecerat sibi potius fidem*, pro *fidere*, Lipsiens. Gaertn. et Haverk. errore scribarum; qui, quum forte scriptum fuisset *fid'e* dederunt *fidē*, quemadmodum adhuc exstat in Haverk. Inde autem postea factum est *fidem.* [*si potius fidem* Veith.]

In summam totius profecerant spei] *in summa* Voss. 2. Leid. 1. Lipsiens. et Fragment. Hav. [Veith.] Male. Livius 31, 37, 5. *Quod si modum in insequendo habuissent, non in praesentis modo certaminis gloriam, sed in summam etiam belli profectum foret.* 34, 3, 5. *Id modo quaeritur, si majori parti et in summam prodest.* Seneca praefat. 1. Controv. *Quo plura*

riundo adsuefecerat sibi potius fidere, quam meminisse ignominiae decemvirorum ductu acceptae; parvaque certamina in summam totius profecerant spei. Nec cessabant Sabini, feroces ab re priore 13
anno bene gesta, lacessere atque instare, rogitantes, *Quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque*

exempla inspecta sunt, plus in eloquentiam proficitur. ubi videndus est Gronov. Plinius 16. H. N. 36. *Quum igitur annum permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.* et 35, 11. *Erigonus tritor colorum Nealcae pictoris in tantum ipse profecit, ut celebrem etiam discipulum reliquerit Pasiam, fratrem Aeginetae fictoris.* Tacit. 2. Hist. 16. *Corsicam prope adflixit D. Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli, nihil in summam profutura, ipsi exitiosa.* ubi v. Freinshem. *Proficere ad mortem* infra dixit auctor Epit. Liv. l. 102. *Quum veneno sumto parum profecisset ad mortem.* ubi vide, quae notentur. Ceterum eadem exempla evincunt, male *perfecerant* esse in Voss. 2. Similitudo ductuum, quibus *per* et *pro* compendiaria nota indicantur, quemadmodum saepe alibi accidit, errori caussa exstitit. V. infra ad 9, 10, 7. Similiter *perfectus* et *profectus* saepe commutantur. V. infra ad 37, 6, 7.

§. 13. *Sabini feroces ab re priore anno bene gesta*] Quartus hic locus est ad ostendendum, recte nos tertium decemvirorum annum, quo in tyrannide fuere, alium fecisse ab Horatii Valeriique consulum anno. Addetur quintus locus idem probans 9, [34, 1.] in oratione Sempronii tribuni plebis contra Appium censorem. Quod ideo toties admonemus, quod quidam, Consulum nomenclaturam texentes, hos duos annos in unum confuderunt, qua ratione moti, ipse hercule scire non possum. GLAR. V. supra ad hujus libri c. 38, 1. *gesta bene* trajectis vocibus praeferunt Voss. 1. et Leid. 2. et infra *atque rogitantes instare* Harlej. antiq. qui etiam paullo ante scriptum exhibet, *ne cessabant Sabini.* Sed ultima litera τοῦ *nec* intercidit ob primam sequentis *cessabant.* Alia exempla v. ad 5, 6, 13.

Quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque tererent tempus] Vet. lib. *recursantesque.* SIG. *recurrentesque tererent tempus* omnes libri vetustiores, excepto secundo, (quem ego et codicem Sigonii diu post inventam typographiam scriptum certissimis gravissimisque argumentis existimo) repraesentante *recursantesque.* GEBH. *quid latrocinio modo* Leid. 1. et Portug. a m. 1. quod ferri posset, si *modo* pro tantummodo accipiamus. At potius vulgatum praefero. Deinde *procursantes tererent tempus* reliquis omissis Oxon. L. 1. quem Hearnius consuluit. *procursantesque tererent tempus* Leid. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 2. in quo penitus erasa est, quae prius exstiterat, lectio. Praeterea *parci,* pro *pauci*, Fragm. Hav. a manu emendatrice. Verum, eas voces nonnumquam inter se a scribis in codd. vetustis confundi, con-

tererent tempus, et in multa proelia parvaque carperent
14 *summam unius belli? Quin illi congrederentur acie, inclinandamque semel fortunae rem darent?*

1 LXII. Ad id, quod sua sponte satis conlectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur. *Jam alterum exercitum victorem in urbem*

ſtat ex illis, quae notat Inl. N. Heinſius ad Naſon. 3. Amor. El. 6, 9. Denique *recursantesque* non alii ex meis habent, quam Harlej. 2. et Haverk. quorum perpetuus cum vet. lib. Sigonii et Palat. sec. Gebhardi consensus hanc lectionem tanto ſuſpectiorem reddit. *recursantesque* autem dederunt, quia id exigere putabant praecedens *procursantes*. Sed male. Liv. 22, 16, 2. *procursando recipiendoque sese pugnavere.* [*et multa praelia* Veith.]

§. 14. *Quin illi congrederentur acie*] Inl. N. Heinsius curis secundis ad Vellej. Pat. 2, 28, 2. opinatur, peſſime adhuc *illi* circumferri, quum *co* iterandum fuerit e primis literis proxime subsequentis vocabuli, scribendumque *quin illico congrederentur acie.* Eamdem Heinſii conjecturam diu ante, quam curae secundae, quas Cel. Burmanno acceptas referimus, editae forent, etiam Cel. Graevius inseruit, sed ipsius auctoris nomine, notis ad Flori 2, 11, 1. Attamen omnes codd. conſtanter in editam lectionem conspirant.

§. 1. *Indignitate etiam Romani accendebantur*] Exhibet Pal. tertius *indignitateque Romani accendebantur.* GEBH. Omnes mei, scripti et editi, receptae lectioni adhaerent, nisi quod *indignitate essent Romani accendebantur* praeferat Haverk. Paullo ante *satis collectum erat animorum* Gaertn. qui verbis sequentibus praefert, *quando autem non sunt pares hostibus fore.* At Lipſiens. *quando autem sensitum non sint, pares hostes fore* in contextu, pro quo recte in margine a m. 2. reposita vulgata lectio.

§. 2. *Consilio collegae, virtute militum victoria parta est*] Palat. pr. tertiusque *consultu collegae.* Tale quid in suis invenit Andreas, et ne alterutrum omittendo peccaret, edidit *consilio consultu collegae.* GEBH. Ex duobus melioribus Pall. recepi *consultu collegae*, quam lectionem eos non temere servaſſe putabam. Nam et Romae Andreas dedit, *consilio consulto collegae*, ex libro, ut videtur, qui utramque lectionem expreſſerat. Et Voſſ. Rott. Helmſtadianusque *fuit. consulto collegae.* Plautus Trinummo [1, 2, 130.] *inconsultu meo.* Plin. 3, 20. *Sed interdictum id vetere consultu Patrum, Italiae parci jubentium.* Cicero ad Attic. 4. epiſt. 2. recitat decretum pontificum, in quo eſt, *neque populi jussu, neque plebiscitu.* Sic reſtituimus 25, 16. *Et ab occultis cavendum hominibus consultisque.* Ad sensum facit, quod 5, [20, 3.] *Deûm immortalium benignitate, suis consiliis, et patientia militum Vejos jam fore in potestate populi Romani.* Quo tamen ne veterem lectionem impugnes. Nam et in aliis noſtro ἡ ποικιλία τερ-

rediturum; sibi ultro per contumelias hostem insultare. quando autem se, si tum non sint, pares hostibus fore? Ubi haec fremere militem in castris consul sensit, concione advocata, *Quemadmodum*, inquit, *in Algido res gesta sit, arbitror vos, milites, audisse; qualem liberi populi exercitum decuit esse, talis fuit. con-* 2

κνόν. J. FR. GRON. *consultu collegae* se quoque Hearne invenisse testatur in Oxon. L. 2. B. et C. *consulto collegae* in L. 1. et N. Quod ad meos adtinet codices, *consilio collegae*, ut ante Gronovium vulgabatur, tantum superest in Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *consulto collegae* in Voss. utroque, Leid. 1. Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Klockian. et Fragm. Hav. *consilio consulto collegae*, utraque lectione juncta, in Florent. Priscis scriptoribus multa nomina quartae declinationis in usu fuisse, quae hodie rariora sunt, haud diffiteor. V. infra ad Liv. 4, 9, 6. Agnosco etiam, inter ea fuisse *consultus*; ideoque non male Cl. Cortium, auctoritatem non contemnendorum codicum secutum, edidisse in Sallust. Catil. 42. *Ex eo numero complures Q. Metellus Celer praetor ex senati consultu, caussa cognita, in vincula conjecerat.* pro, *ex senatusconsulto.* ubi vide, quae notavit. quin et Livium interdum hujus formae vocibus usum fuisse; immo in nonnullis ejus codd. etiam *senatus consultus*, pro *senatus consultum* obcurrere. V. infra ad 5, 13, 5. Attamen quum locis ibi memoratis integerrimi codd. pro *consultus* et *consultu*, constanter *consulti* et *consulto* servent, vix hoc loco etiam paucioribus contra plures fidem habere audeo. Vulgatum *consilio* a Livio non profectum esse, nullus dubito: non enim nisi in recentissimis obcurrit, et ex alterius expositione marginali receptum videtur, vel ex eo quod supra praecessit c. 60, 1. *Valerius adversus conjunctos jam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bellum.* Pronior itaque sum in alterum *consulto collegae.* Hac forma enim vocem illam pro *consilio* Livius etiam alibi usurpat. Ipse Gronovius ex omnibus Mstis eam restituit infra 25, 16, 4. et ex Livio aliisque inlustravit. Similiter Silius, perpetuus Livii imitator, 6, 455.

— — — quaenam consulta senatus,
Quasve viri voces extremum curia moerens
Audierit, placido nobis ipse edidit ore.

Ita enim verisimiliter legendum conjecit N. Heinsius, pro *quae consultata.* Et in frequenti usu olim fuisse ostendit vox *senatusconsultum*, pro quo etiam saepe *consultum senatus* dixere. Silius 1, 240.

Utque dati rerum freni, nunc arte paterna
Conciliare viros, armis consulta senatus
Vertere, nunc donis.

vers. 675.

Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.

3 *sultu collegae, virtute militum victoria parta est. Quod ad me adtinet, id consilii animique habiturus sum, quod vos mihi effeceritis. et trahi bellum saluhriter, et matu-*
4 *re perfici potest. Si trahendum est, ego, ut in dies spes virtusque vestra crescat, eadem, qua institui, disciplina*

lib. 2, 12.

Hos ut depositis portum contingere velis
Allatum Hannibali, consultaque ferre senatus.

Gellius 1, 23. *Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus consultum facit.* Et ita in loco Plinii, quem Gronov. laudavit, in omnibus, quas consului, edd. constanter *vetere consulto Patrum* exhibetur. Florus 3, 21. *Ex consulto senatus adversariis hostibus judicatis.* ubi videndus Cl. Dukerus. Nolui tamen lectionem, judicio Gronovii receptam, et nonnullis codd. firmatam, iterum ex contextu ejicere. Praeterea *virtute victoria militum experta est* Haverk. *virtute militum victoria militum parta est* Portug. *virtute militum victoria parata est* Lipsiens. V. infra ad Liv. 5, 6, 1. [Initio *milites in castris* Veith.]

§. 3. *Id consilii animique habiturus sum, quod vos milites mihi effeceritis*] Nescio, quis hunc locum ausus sit interpolare, quum in antiquo libro simpliciter legatur, *id consilii animique habiturus sum, quod vos, milites, geritis.* RHEN. Miratur Rhenanus, hunc locum interpolatum, nam scribi in vet. libris, *id consilii animique habiturus sum, quod vos, milites, geritis.* Si licet verum fateri, nihil mihi prae vulgata, cui Pall. primus et tertius, excluso hi τῷ *milites*, Andreasque per singula favent, illa lectio videtur. Palat. sec. et Campani ed. *quod vos, milites, feceritis.* GEBH. Τὸ *milites* ignoratur a Voss. Rott. Helm. Etiam Gudianus *quod vos mihi feceritis.* J. FR. GRON. Quamvis omnes mei a vulgata lectione dissentiant, in nullo tamen, nisi in Florent. et Neapolit. Latinii, exstitit, quod se in antiquo libro invenisse Rhenanus professus est. *quod vos milites feceritis mihi* habet Haverk. *quod vos, milites, vel tetigeritis mihi* Lipsiens. in contextu. *quod vos, milites, vel effeceritis mihi* a m. 2. pro varia lectione in margine. *quod mihi effeceritis* Voss. 1. et Leid. 2. *quod vos tegeritis* Harlej. 1. *quod vos mihi tetegeritis* Leid. 1. *quod vos mihi tetigeritis* Portug. in contextu, [Veith.] *quod vos mihi effeceritis* Voss. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. Gaertn. Klockian. et Portug. in margine. Hinc patet, tantum non omnes in eo consentire, vocem *milites* a mala manu additam esse: quae odiose hic repetitur, quum modo praecesserit *arbitror, vos, milites, audivisse.* Eam igitur expungendam judicavi.

§. 4. *Spes virtusque crescat*] Locupletius Pall. editionesque priscae *virtusque vestra crescat.* GEBH. Eadem vox etiam superest in omnibus meis scriptis et excusis usque ad Gruterum; quam Gronovius iterum restituit, in priori notarum ed. testatus, eo eam, quae non nisi incom-

efficiam. Si jam satis animi est, decernique placet, agitedum, clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic, indicem voluntatis virtutisque vestrae. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus, *Quod bene vertat, gesturum se illis morem, posteroque die in*

modo aberat, ex scriptis editisque priscis interjecisse. Ceterum *utriusque*, transpositis literis, pro *uirtusque*, Lipsiens. praefert.

Si jam satis animi est] Vocula *jam* omittitur in antiquissimis editionum, quas vidi; et demum apud Aldum obvia fuit. Aldo vero consentiunt omnes manu descripti. Deinde *satis est animi* trajectis dictionibus habent Harlej. 1. et Portug.

Agite eum clamorem, quem in acie sublaturi estis, tollite hic, indicem voluntatis] Scribe, *agitedum, clamorem, qualem in acie sublaturi estis, tollite hic.* Sic infra [c. 68, 1.] *Agitedum, ubi hic curiam circumsederitis.* 5. [52, 9.] *Recordamini, agitedum, quoties sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentia casuve praetermissum est.* RHEN. Τῷ *agite* omisso, *eum clamorem, quem in aciem sublaturi estis, tollite hinc* Fragm. Hav. *agite, eum clamorem, quem in aciem sublaturi estis, tollite hinc judicem voluntatis* Haverk. *agite conclamorem*, (vel *conclamore* m. 2.) *qualem* etc. Portug. *agite, eum clamorem, qualem in aciem sublaturi* Leid. 1. *agite cum clamore, qualem in aciem sublaturi estis, tollite hunc indicem* Harlej. 2. *agite cum clamore* etiam est in Lipsiens. Sed recte vidit Rhenanus, legendum esse *agitedum, clamorem* etc. Et ita non tantum praeferunt Florent. Klockian. Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. 1. et Gaertn. sed etiam editi Aldo vetustiores; primus enim Aldus, prisca lectione mutata, excudit *agite, eum clamorem.* Est autem τὸ *agitedum* et *agedum* Livio frequens. Ita infra 6, 35, 9. *Agitedum, comitia indicite, Patres, tribunis militum creandis.* 7, 9, 8. *Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat, agedum, ad pugnam.* c. 33, 10. *Agitedum, ut me videritis, quacumque incessero, in aciem hostium ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite.* c. 34, 14. *Agitedum, ite mecum, ut, dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.* c. 35, 12. *Quibus haec salutaria videntur, agitedum, in dextram partem pedibus transite.* 9, 16, 18. *Agedum, lictor, excide radicem hanc.* 44, 38, 4. *Recognoscat, agedum, mecum, si videtur, quam multa pro hoste et adversus nos fuerint. in aciem* habent etiam, praeter codd. modo memoratos, Voss. 2. Gaertn. et ed. Aldina, ex qua id propagatum est per recentiores plerasque usque ad Gronov. anno 1667. *in acie* restituentem, quem nuperi editores, praeter Hearnium et Londinenses, secuti sunt. *in acie*, quum nempe ad pugnam instructi in acie stabitis, antequam proelium incepturi eritis. [*placet, eum clamorem, qualem in aciem* Veith.] Praeterea *tollite hinc* etiam Voss. 2. Gaertn. et Klockian. Sed vul.

aciem deducturum, adfirmat. Reliquum diei adparan-
6 dis armis consumtum est. Postero die simul instrui
Romanam aciem Sabini videre, et ipsi, jam pri-

gatum praestat. *hic* et *hic*, sive *hinc*, alibi saepe confunduntur. V. infra ad 26, 13, 13. *index* etiam et *judex* ob similitudinem literarum, quae saepe tanta est, ut in Mstis discerni nequeant, passim permutantur. V. ad 5, 26, 6.

§. 5. *Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus*] Reciso vocabulo Pall. primus tertiusque *ingens clamor est sublatus*. GEBH. *postquam ingente alacritate clamor est sublatus* Leid. 1. *postquam ingenti clamor est sublatus* Portug. Sed margini vox *alacritate* a m. 2. adscripta est. *postquam ingens clamor est sublatus* Voss. 1. et Fragm. Hav. pro quo in marg. emendatur a m. 2. *postquam ingenti alacritate ingens clamor est sublatus*. [Veith.] Vulgatum mutandi caussam non video.

Posteroque die in aciem deducturum adfirmat] Malim *educturum*. 27, [2, 5.] *Addidit et aliam fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit*. J. FR. GRON. Supra 1, 23, 6. *Haud adspernatus Tullus, tametsi vana adferebantur, in aciem educit*. hoc libro c. 60, 10. *Adortusque nec omnes dum eductos, nec, qui erant, satis explicatis ordinibus*. 4, 17, 12. *Postero die in aciem eduxit*. 8, 9, 1. *Romani consules, priusquam educerent in aciem, inmolaverunt*. 9, 12, 11. *Itaque in aciem copias educunt*. Ita ibi recte, pro *ducunt*, Gronov. restituit. 27, 13, 8. *Vos crastina die in aciem educam, ut victores potius, quam victi, veniam inpetretis, quam petitis*. c. 42, 8. *Romanus, in aciem copiis eductis, postquam neminem signa contra efferre vidit, spolia legi caesorum hostium jussit*. 39, 30, 2. *Paullatim omnes copiae in aciem eductae sunt*. 44, 38, 8. *In aciem plenum virium, vigentem corpore et animo educas*. c. 39, 7. *Ego autem, neque mansurum eum, neque in aciem copias educturum fuisse, certum habeo*. V. etiam infra ad 40, 25, 10. *educere in aciem*, intellige ex castris. Eodem modo *educere exercitum*, nempe ex urbe, supra hoc lib. c. 20, 2. *Quaerendo, quonam modo exercitum educturi consules essent*. Similiter *educere in castra*, nempe ex urbe, infra obcurrit 4, 5, 2. *Tu statim consul sacramento juniores adiges, et in castra educes*. (* 7, 39, 1.) *emittere hastam in fines hostium*, scilicet ex manu emittere, 1, 32, 13. *Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat*. ubi plura vide. (* *efferre in terram* 29, 14, 10.) *ad spem praedae evocare*, nempe ex urbe, 4, 9, 9. *Urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis, multitudine opificum ad spem praedae evocata, obsidere parat*. Ea vero pari ratione dicuntur, qua *avocare Romam*, et similia, de quibus v. ad 1, 57, 8. Alibi vero saepe *educere* et *deducere* commutantur. V. Gronov. ad Liv. 32, 11, 3. 34, 16, 9. et ad Quinctil. Declam. 348. p. 735. etiam Keuchen. ad Frontin. 4. Strateg. 4, 1. Quin et aliis vocabulis saepe librarii perperam literam *d* praefigere soliti fuerunt. Exempla infra v. ad 38, 25, 8. Doujatius existimat, non idcirco damnandum *deducere in aciem*, quia *educere* re-

dem avidi certaminis, procedunt. Proelium fuit, quale inter fidentes sibimet ambo exercitus, veteris perpetuaeque alterum gloriae, alterum nuper

ete dicitur. *educere* enim esse e castris, quod sine pugna non raro fit, *deducere* in locum proelii, atque animo proeliandi, qua de re hic agitur. Non video, utrum id pronunciarit de tota locutione *educere in aciem* et *deducere in aciem*, an tantum de potestate ac significatione solorum *educere* et *deducere*. Si prius, non intelligo, cur *deducere in aciem*, magis animum proeliandi indicaret, quam *educere in aciem*. Si posterius, *deducere* simpliciter, etiam ubi de exercitu agitur, alio quam pugnandi sensu accipitur. Ita apud Frontin. 1, 6, 3. *Iphicrates in Thraciam quum propter conditionem locorum longum agmen deduceret.* quod recte de agmine in longitudinem extenuato, sive de agmine longiore quam latiore, accipiendum esse, Doct. Oudend. ad eum loc. et Gronov. ad Liv. 5, 38, 1. docuerunt. Fateor tamen. omnes codd. meos in editam lectionem conspirare.

§. 6. *Simul instrui Romanam aciem Sabini videre*] τῷ *instrui* caret Voss. 2. Praeterea *videre Sabini* priscae editt. usque ad Aldum, qui accinentibus scriptis *Sabini videre* substituit.

Et ipsi jam avidi certaminis procedunt] Omnes uberiores *et ipsi jam pridem avidi certaminis.* GEBH. Rott. Voss. duo, Gud. Flor. *et ipsi jam pridem avidi.* J. FR. GRON. Vocula *et* a solis abest Haverk. et Lipsiens. *certaminis* autem a Fragm. Hav. a m. 1. Praeterea *jam pridem avidi* praeferunt non modo omnes, quibus usus sum, codd. et cum illis, quos Hearne Oxonii excussit, L. 1. et N. verum etiam omnes antiquiores typis descripti usque ad Frobenium, qui anno 1535. τὸ *pridem* omisit.

Inter fidentes sibimet ambos exercitus] *ambo exercitus* Florent. Klockian. Voss. uterque, Leid. uterque, et Harlej. antiquior; quod se quoque in vetusto Livii codice hoc loco invenisse, testatus est Pierius Valerianus ad Maron. Ecl. 6, 18. unde in contextum recipere non veritus sum. Plura exempla, unde saepissime Livium aliosque casu quarto *ambo* et duo formasse constat, videri possunt infra apud Gronov. ad 35, 21, 5. ubi alia ab eo omissa addidi.

Veteris perpetuaeque alterum gloriae, alterum nuper nova victoria elatum] Mirum est, neminem sensisse, hic deesse vocem, sine qua vix constare oratio potest: quae est in vet. lib. *gloriae avidum, alterum* etc. SIG. Lego *veteri perpetuaque alterum gloria, alterum nupera victoria elatum.* Vel suppleo *veteris perpetuaeque alterum gloriae memorem, alterum* etc. KLOCK. Furcillis praecipitem ejeci vocem, quam sic immiserat Sigonius; *gloriae avidum, alterum.* Etsi enim ipse eam invenerit in vet. lib. at ego testificor, haud etiam videri in Pall. nec in vett. edd. et ne requiri quidem. quis enim neget, egregie dici, *exercitum veteris perpetuaeque gloriae?* at *avidus veteris gloriae* mihi sordet. GRUT. Numquam tam maccum esse credidi Sigonium, antequam ad hunc locum pervenerim, ut praeceps abiret ad corrigendum, quae non statim ipsi forent ob-

7 nova victoria elatum. Consilio etiam Sabini vires adjuvere. nam quum aequaſſent aciem, duo extra ordinem millia, quae in siniſtrum cornu Romano-

via. Quippe hic injicit *veteris perpetuaeque gloriae avidum, alterum*, sine quo, aït, orationem conſtare non poſſe. At, quaeso, quid deeſſe poteſt, si *veteris perpetuaeque gloriae* referas ad τὸ *fidentes*. An non Latinum eſt *fidens gloriae?* 4, 42. *Ubi illi patricii spiritus, ubi subnixus et fidens innocentiae animus esset.* 8, 22. *Pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nuuciabatur, fidens.* Et eſt elegantiſsima oppoſitio, Romani inibant proelium, *fidentes veteris perpetuaeque gloriae*, Sabini vero *nuper nova victoria elati.* Dein ineptum eſt dicere, aliquem eſſe *avidum veteris gloriae*, nedum *perpetuae*. Similis locus eſt apud Curtium 6, 1. *Lacedaemonii vetera, Macedones praesentia decora intuebantur.* Denique vulgatae lectioni patrocinium accommodant omnes libri calamo picti et vetuſtiſſima editio. Campanus cum hic hallucinaretur, audaciae nobis maluit, quam modeſtiae, documentum relinquere hac lectione, *veteri perpetuaque alterum gloria*. GEBH. E silentio Gronovii adparet, eum hoc supplementum libri Sigoniani in suis non inveniſſe. Nec neceſſarium eſt. Similis eſt usus genitivi in his supra c. 38. *Cesserant in agros, suarumque rerum erant, amissa publica.* 27, 18. *Levium armorum Baleares et Afros.* 30, 29. *Tumulus longinquae aquationis erat.* 28, 5. *Mons est in ingentem altitudinem cacuminis editi.* Plautus Mercat. 4, 5, 13. *Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.* Et in iis, quae viri Cl. Perizonius ad Sanctium 4, 4. in ellipsi vocis *Ens*, et Burmannus ad Ovidium 3. Metam. 53. 14. Metam. 252. et ad Quinctilianum Declam. 8, 3. adnotant. Ex his multa etiam in ablativo dici poſſunt. V. Servium ad Virgil. 1. Aen. 75. et 317. et 3. Aen. 286. et 688. DUK. Ex omnibus meis unus tantum Harlej. recentior vet. lib. Sigonii accinens *veteris perpetuaeque alterum gloriae avidum*, *alterum* exhibet, quod recte Gruterus ac Gebhardus rejecerunt, partim auctoritate aliorum omnium codd. vocem *avidum* ignorantium, partim quod ipsum loquendi genus *avidus perpetuae gloriae* diſpliceret, neque commode dici poſſe videretur. Adde, modo praeceſſiſſe *avidi certaminis*, unde ea vox a librariis, qui conſtructionis rationem non adsequebantur, huc veriſimiliter revocata eſt. Quemadmodum autem recte lectionem Sigonii viri docti rejecerunt, ita nondum eos pervidiſſe puto, quo verba *veteris perpetuaeque alterum gloriae* referenda sint, vel unde pendeant. Non *fidens gloriae* Latinum eſſe nego, sed *fidens veteris gloriae*. ita enim dicendum foret *fidens veteri gloriae;* quomodo dixit hic *fidentes sibimet*. Et ita supra c. 18, 8. *Trepidare tum hostes, nec ulli satis rei, praeterquam loco, fidere.* 33, 38, 2. *Quia parum moenibus armisque ac juventuti fidebant.* Et ita in locis, quos Gebhardus laudavit, *innocentiae* et *pestilentiae* non secundo, sed tertio casu accipi debent. Neque placet Gruteri expoſitio *exercitus veteris gloriae*, pro veteri gloria inclitus, quemadmodum dicitur *homo priscae fidei*, *mulier praestantis for-*

rum in ipso certamine inpressionem facerent, tenuere. quae ubi, inlatis ex transverso signis, de- 8
gravabant prope circumventum cornu; equites dua-

mae, et infinita similia: quam expositionem etiam Doujatius adoptavit. Si quid video, locutio *alter exercitus sibimet fidebat veteris perpetuaeque gloriae* suppleri debet vocula *causso*, ut sit, *sibimet fidebat veteris perpetuaeque gloriae causso.* Eam autem saepissime omitti tum a Livio tum ab aliis notissimum est. Exempla infra v. ad 31, 12, 4. Ceterum *allatum*, pro *elatum*, est in Haverk. *elevatum* in Lipsiens. Malc. *elatus*, est ferox, inflatus. Vide, quae infra notantur ad 37, 12, 4. Insuper *τὸ perpetuaeque* omittitur in Gaertner.

§. 7. *Consilio etiom Sabini vires adjuvere*] *Consilium etiam Sabini* perperam praefert Gaertner. At vocem *etiam* omisit librarius Leid. 2. quemadmodum mox *τὸ in* Voff. 1. et *τὸ inpressionem* Voff. 2. Sed voces *inpressionem facerent, tenuere. quae ubi inlatis ex transverso signis* insigni scribae negligentia non comparent in Harlej. antiquiori. Insuper *aequossent acie*, pro *ac.*..*m*, est in Lipsiens. Tum *tenuerunt*, pro *tenuere*, in Gaertn.

§. 8. *Degravabant prope circumventum cornu*] *circumventum cornū*, id est, *cornuum*, duo optimi meorum Leid. 1. et Harlej. antiq. Veteres *cornus*, pro *cornu*, genere masculino dixisse, viri docti observarunt. V. Salmasium in Exercit. Plin. p. 86. Doctiss. interpretes, inprimis Inl. N. Heinsium ad Nason. 2. Met. 874. et Broeckhus. atque Oudendorp. ad Lucani 7, 217. Saepius hoc modo Plinius locutus est. 13. 11. N. 25. *Quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, et cacuminibus rubentes.* et mox, *Sentire eum se capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri.* Et alibi. Marcell. Empir. c. 1. *Cornus cervini exusti cinis, inlitus fronti ex aceto et rosaceo prodest.* Quum tamen virgula, quae literae *m* nota esse solet, saepe in Mstis pro arbitrio librariorum vel addita vel detracta sit, vereor, ne illud *cornū* ex eodem fonte profluxerit.

Equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt] Vet. lib. habent vocem unam praeterea, *sexcenti fere propere ex equis desiliunt.* SIG. *sexcenti fere ex equis* sola antiqua editio. Nam Palat. pr. tertiusque, *equites duarum legionum ac fere ex equis desiliunt.* sec. omisso numero, *equites duarum legionum properē ex equis desiliunt.* Campanus, *equites duarum legionum propere cc. fere ex equis desiliunt.* GEBH. *equites duarum legionum a conferte inter fere ex equis desiliunt* Lipsiens. *equites duarum legionum* $\overline{x}$ *fere ex equis desiliunt* Klockian. *equites duarum legionum In ferre ex equis* Voff. 1. *equites duarum legionum mille fere ex equis* Leid. 2. *equites duarum legionum ac fere ex equis* Harlej. 1. et Gaertn. *equites duarum legionum ac fere ex equis* Voff. 2. et Leid. 1. *equites duarum legionum propere ex equis* Harlej. 2. Portug. Haverk. Neapolit. Latinii, et Fragment. Hav. a m. 2. erasis prioris lectionis vestigiis, ne amplius legi possint. [Veith.] Adparet, omnes has varietates scri-

rum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum; simulque et hosti se obponunt, et, aequato primum periculo, pudore deinde animos peditum accendunt.

9 Verecundiae erat, equitem suo alienoque marte pugnare: peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.

1 LXIII. Vadunt igitur in proelium ab sua parte omissum; et locum, ex quo cesserant, repetunt:

pturae inde ortas esse, quod librarii inperiti τοῦ *sexcenti* notas *DC.* vel *IↃC.* non intellexerint, in quibus saepissime peccare soliti fuerunt modo hac, modo alia ratione. V. infra ad 38, 37, 6. Omnino vera est prisca lectio *equites duarum legionum sexcenti fere ex equis*, ad quam proxime accedunt Hearnii Oxon. B. et C. qui tantum voculam *fere* omittunt. Sed integram eam servat Florent.

Cedentibusque jam suis provolant in primum] Vocula *que* deficit in Harlej. 2. et Portug. τὸ *jam* in prioribus excusis, quod primus Aldus, cui omnes mei manu exarati adstipulantur, interseruit. *cedentibusque suis jam provolant in primum* Harlej. 1. *in prelium*, pro *in primum*, habent Lipsiens. et Gaertner. Male. De locutione *in primum* v. infra ad 10, 14, 17.

Simulque et hosti se obponunt] *simul quoque et hosti* Voss. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. [Veith.] Ita saepe scribas variasse in codd. vetustis, constabit ex illis, quae infra notantur ad 5, 27, 1. Τὸ *se* abest a Voss. 1. et Leid. 2. Mox trajectis vocibus *peditum animos accendunt* Harlej. 2. Haverk. et Lipsiens.

§. 9. *Ne od pedes quidem degresso equiti*] *digresso* male Portug. Haverk. Gaertn. Neapolit. Latinii, et excusi vetustiores usque ad Aldum, qui recte *degresso* re..tuit. V. infra ad 29, 2, 14.

§. 1. *Locum, ex quo excesserunt, repetunt*] Corrige, *ex quo cesserant*. RHEN. Liv. 2, 47. *Gravi vulnere ictus ex acie cessit*. Curtius 10, 7. *Cesserat ex concione Aridaeus*. DUK. *cesserant* etiam omnes mei, praeterquam solus Haverk. qui male exhibet *cessarant*. Etiam Aldus *cesserant* vulgavit ante Rhenanum, quem nemo audivit, nisi Colonienses anno 1525. Cap. praec. dixerat, *Equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt. cedentibusque jam suis provolant in primum*. Paullo ante *a sua parte omissum*, pro *ab sua parte*, Leid. 2. et Gaertn. qui etiam praefert *amissum*. De commutatione eorum verborum v. supra hoc lib. ad c. 38, 11.

Inclinatur etiam Sabinis cornu] *Sabini cornu* Lipsiens. *Sabinum cornu* Gaertn. Optimi aliique omnes stant pro vulgato. Et recte. Nam *cornu inclinatur Sabinis* dictum est eadem forma, qua *vires augentur hosti*,

momentoque non reſtituta modo pugna, sed incli-
natur etiam Sabinis cornu. Eques inter ordines 2
peditum tectus se ad equos recipit. transvolat inde
in partem alteram, suis victoriae nuncius; simul
et in hoſtes jam pavidos, quippe fuso suae partis
validiore cornu, inpetum facit. non aliorum eo
proelio virtus magis enituit. Consul providere om- 3
nia, laudare fortes, increpare, sicubi segnior pu-
gna eſſet. Caſtigati fortium ſtatim virorum operam

similiaque alia, de quibus infra v. ad 7, 7, 4. [*inclinatur in Sabinum cornu* Veith.]

§. 2. *Inter ordines peditum tectus*] *tectus* si abeſſet, nemo deſideraret. Nec solet addere Livius, quum de his, qui se inter ordines recipiunt, loquitur. DUK. An forte, pro *tectus*, legendum *tutus*? Ita fere supra 2, 65, 2. *Ab tergo erant clivi, in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fuit.* (* 28, 14, 12.) *Tectus* autem et *Tutus* interdum confundi solent. V. Cel. Burmann. ad Nason. 1. Art. Amat. 276. *tutus se recipit*, pro *tuto*. V. ad 22, 12, 7.

Transvolat inde in partem alteram, suis victoriae nuncius] In margine Voſſ. 1. emendatur *transvolat inde in partem alteram sonus, victoriae nuncius.* quod ineptum eſſe sequentia docent. *transvolat inde jam partem alteram* Haverk. [*ad partem alteram* Veith.]

Quippe fuso suae partis validiore cornu, inpetum facit] *quippe fusos* Voſſ. 1. Leidens. uterque, Lipsiens. et Portug. a m. 1. Sed prima vocis *suae* litera fini praecedentis perperam adhaesit, quod in litera sibilante frequentius factum. V. ad 28, 25, 2. *faciunt* etiam Voſſ. 2. Sed praeceſſit *transvolat*, *nuncius.* Mox τὸ *magis* non adparet in Gaertn. [*virtus* omittit Veith.]

§. 3. *Castigati fortium statim virorum opera edebant*] Conſentiunt Palatini tres, Campanique ed. *operam edebant.* Vereor, ut recte. Andreas edidit, *castigatique fortium statim opera edebant*, excluſo τοῦ *virorum.* GEBH. Scribe cum tribus Pall. Voſſiano altero, et Campano *operam edebant.* Sic 5, [4, 7.] *An, si ad calculos eum respublica vocet, non merito dicat? annua aera habes, annuam operam ede.* M. Seneca in Ter forti [1. controv. 8.] *Dixit enim, se non negare reipublicae viri fortis operas, sed ad necessorios usus reservare.* Seneca de otio sapientis [32.] *Res appetere sine ullo virtutum amore et sine cultu ingenii, ac nudas edere operas.* De Providentia [2.] *Ferrum istud, etiam civili bello purum et innoxium, bonos tandem et nobiles edet operas.* Sueton. Tib. 35. *In opera scenae arenaeque edenda.* Frontinus Strateg. 1, 9, 4. *Exauctoratos poenitentia coëgit satisfacere imperatori, obsequentioresque in reliquum operas edere.* Sic *edere operas*, et *editionem operarum* legas apud

edebant tantumque hos pudor, quantum alios lau-
4 des excitabant. Redintegrato clamore, undique omnes connisi hostem avertunt, nec deinde Romana vis

JC. Ulpianum, Cajum, alios in titulo D. de operis libertinorum et de statu liberis; apud Paullum etiam Julianumque *reddere operas*. Cicero ad Tironem Famil. 16. Epist. 10. *Tu Musis nostris para, ut operas reddas.* Ubi laborat vir doctus, ut nobis persuadeat, legendum *ut ora sua reddas*. At Cicero jubet maturare Tironem, ut praesens quam primum de more studiis ejus inserviat. Quomodo? vel Tullii ipsius, vel quorum illi libuisset scripta recitando, evolvendo, examinando, bibliothecam curando. Hae enim erant operae, quas Tiro edebat Ciceroni. Mela 1, 12. *Literas et literarum operas, aliasque etiam artes commenti Phoenices.* Paullo aliter Cato in praefatione Justini, *et otii reddendam operam putat*, id est, ita exigendum otium, ut etiam, quod per illud feceris, opus appareat. J. FR. GRON. Ex meis praeter Voss. 2. *operam* etiam praeferunt Gaertn. et Fragm. Hav. Ex libris vero, quos Hearne Oxonii consuluit, idem servant L. 1. et N. Sueton. in Vitell. 10. *Centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat, exposcentium praemia ob editam in caede Galbae operam, conquiri, et supplicio adfici imperavit.* (* Sed supra 1, 16, 1. *His inmortalibus editis operibus.*) Praeterea *Castigatis* etc. *edebat* Voss. 1. a m. 2. et Lipsiens. Sed ultima litera τῷ *Castigatis* adhaesit ex similitudine primae in voce sequenti. V. infra ad 4, 33, 10. *Castigat* habet Florent. *edebat* etiam Leid. 2. Tum *statim fortium virorum*, vocabulis alio ordine propositis, Portug. Vetusti typis descripti, quos vidi, non tantum *virorum*, sed et proxima voce *statim* carebant. insuper, quum more ejus seculi *aedebunt* excusum fuisset, Veneti anno 1495. errore operarum dederunt *adebunt*, pro quo Ascensius anno 1510. *audebant* reposuit; sed postea id in marginem ablegavit, prisco *edebant* in contextum recepto. Moguntini deinde addiderunt vocem *statim*, Aldus vocem *virorum*. Utramque servant codd. scripti.

Tantumque hos pudor, quantum alios laudes excitabant] *tamque hos pudor* Haverk. *tantumque eos pudor* Fragm. Hav. Hinc *quam alios laudes* Portug. Similiter τῷ *tantum* subjungitur vocula *quam* infra 37, 51, 9. *Non tantum gaudium ab recenti metu adtulerunt, quam averterunt famam.* (* v. ad 26, 1, 3.) uni tamen codici auscultare periculosum est. Praeterea *laudes alios exitabant*, trajectis vocibus, Voss. 2.

§. 4. *Undique omnes connixi hostem avertunt*] Est in cod. antiquo, *undique omnes consii*. Suspicor legendum *connisi*, quod in edd. vulgatis est *connixi*. RHENAN. Vox *omnes* deest in Leid. 2. at saepe ea cum *undique* jungi solet. (* Liv. 22, 40, 8. *omni undique frumento in urbes munitas convecto.*) Cic. pro Sextio 56. *Non sum tam ignarus, judices, caussarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos car-*

vis ſuſtineri potuit. Sabini, fusi paſſim per agros, caſtra hoſti ad praedam relinquunt. ibi non sociorum, sicut in Algido, res, sed suas Romanus, populationibus agrorum amiſſas, recipit. Gemina vi-

pam. Flor. 4, 2, 38. *Contractis in unum undique omnibus copiis, positisque cominus castris, diversa erant ducum consilia.* Tum *consii* habet etiam Florent. at *conisi* Leid. 1. *connisi* Fragm. Hav. Gaertn. et a m. 1. Voſſ. 1. V. supra ad 2, 39, 11. et ad c. 60, 9. [*omnes contra* Veith.]

Nec deinde Romana vis sustineri potuit] Pall. primus *vis teneri*; tertius *vis tenere*. GEBH. *visus teneri potuit*, unius literae repetitione neglecta, et inperite in voces distributis literis, quae olim continua serie scribi solebant, Leid. 1. inde ab aliis poſtea factum eſt *vis teneri potuit*, quod praeferunt Voſſ. 2. Portug. et Fragm. Hav. Reliqui recte servant *sustineri*. Supra 2, 10, 7. *Primam periculi procellam, et quod tumultuosissimum pugnae erat, parumper sustinuit.* c. 47, 3. *Ni consul alter, cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus, rem inclinatam sustinuisset.* Et paulo poſt eodem cap. §. 7. *Sustineri deinde vis nequit.* Infra 4, 18, 8. *Sustinuere inpetum Romanorum.* 10, 14, 17. *Nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset.* c. 20, 14. *Proelium jam profligatum integratum est, nec diutius sustineri potuit.* 34, 2, 2. *Quia singulas sustinere non potuimus, universas horremus.* Curtius 4, 15, 12. *Sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque inpetum.* ubi v. Cellar. 9, 5, 18. *Hic quoque graviter saucius tantam vim hostium ultra sustinere non poterat.* Frontin. 2. 8, 14. *Veritus, ne inpetum Scytharum sui non sustinerent.* 3, 15, 6. *Superesse ipsis copias, quibus diuturnam sustinerent obsidionem.* Florus 4, 2, 58. *Quamvis exigua manu ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit.* Virgil. 10. Aen. 808.

— — sic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet, omnem
Sustinet.

V. Jac. Perizon. ad Liv. 39, 31, 10.

Castra hosti ad praedam relinquunt] *Ta ad praedam* non comparent in Voſſ. 1. et Leid. 2.

Suas Romanus, populationibus agrorum amissas, recipit] *recepit* Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et edd. quas vidi, usque ad Aldum, qui *recipit* vulgavit, conſentientibus reliquis meis manu ſcriptis, niſi quod *recipi* sit in Lipsiens.

§. 5. *Maligne senatus in unum diem supplicationes* etc. *decrevit*] In margine Voſſ. 1. pro *maligne*, emendatum eſt *benigne* contra sensum Livii, qui indicat, vel invide, vel nimis parce a senatu actum fuiſſe, quum oportuiſſet, ut cujuslibet conſulis nomine in unum diem supplicatio decerneretur. Infra 8, 12, 12. *Materiam autem praebebat criminibus ager in Latino Falernoque agro maligne plebei divisus.* 39, 9, 6. *Maligne omnia praebentibus suis, meretriculae munificentia sustinebatur.* Juſtin. 5, 2, 14. *Gra-*

ctoria duobus bifariam proeliis parta, maligne senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decrevit. Populus injussu et altero die frequens iit supplicatum. et haec vaga popularisque suppli-
6 catio studiis prope celebratior fuit. Consules ex

ta oratio Tissapherni fuit: itaque commeatus maligne praebere, classem regiam non totam mittere. Eo sensu *malignus* est apud Silium Ital. 3, 280.

Sed mensis asper populus,
victuque maligno.
Nam calida tristes epulae
torrentur harena.

Plinium 2. Ep. 17. *Hortum morus et ficus frequens vestit; quarum arborum illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris.* Et *malignitas* apud Liv. 2, 42, 1. *Accensaque ea cupiditas est malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volscis Aequisque, militem praeda fraudavere.* 5, 20, 2. *Ne quam inde aut militum iram ex malignitate praedae partitae, aut invidiam apud Patres ex prodiga largitione caperet, literas ad senatum misit.* V. Ciofan. ad Nason. 4. Trist. El. 10, 126.

Populus injussu iit supplicatum] Sic 7, [12, 12.] *Si quis injussu in hostem pugnasset.* Et 10, [4, 9.] *Nec tamen injussu movere se auderent.* SIG. V. infra ad 7, 12, 12. Vox *populus* male abest ab Haverk.

Injussu et altero die frequens iit supplicatum] Omnes libri, qua scripti, qua cusi, *et altero die iit, supplicatumque est.* GEBH. Ita, ut notis praescribitur, primum editum vidi apud Frobenium anno 1531. omnes priores praeferunt *frequens init, supplicatumque est*, (quod forte ex errore operarum vel librariorum natum est, pro *frequens iuit*) nisi quod Aldus, et unus aut alter eum secuti interim vulgarint *frequens iit, supplicatumque est.* Et Aldina lectio exstat in Florent. utroque Voss. utroque Leid. utroque Harlej. Lipsiens. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. [Veith.] Neque inde differunt vel Haverk. nisi quod *id*, pro *iit*, praeferat, vel Gaertner. nisi quod legat *it*, vel Portug. nisi quod a m. 1. careat voce *iit*, a m. 2. autem in margine eam transponat hoc modo, *injussu iit et altero die frequens, supplicatumque est.* Margo etiam Leid. 2. habet aliam lectionem *Populus injussu et altero die frequentiusque supplicatum est.* quod ferri posset, si legeretur *frequentiusque supplicatum iit.* Sed veriorem vulgatam scripturam puto, quam librarii, quod non intelligerent, corruperunt. Passim tamen obvium supinum prius cum verbo *ire.* Infra 32, 22, 6. *Obtestatus filium, ut consulere Achaeos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem universam perditum iret.* 39, 10, 4. *Vitricus ergo tuus pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.* Terent. Andr. 1, 1, 107.

Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?

in Eunucho 5, 2, 53.

Nutricem arcessitum iit, quae illam aluit parvulam.

composito eodem biduo ad urbem acceſſere, senatumque in Martium campum evocavere. ubi quum de rebus ab se geſtis agerent, queſti primores Patrum, senatum inter milites dedita opera terroris cauſſa haberi. itaque inde conſules, ne criminationi 7

Plaut. in Casin. Prolog. 86.

Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.

Aulul. 2, 2, 69.

Nam si opulentus it petitum
pauperioris gratiam,
Pauper metuit congredi.

Juſtin. 38, 5. *Quia ultum ierit se, ab ipsis ventum obviam.* Ipsum illud *supplicatum ire* habes infra 10, 23, 2. *Supplicatum iere frequentes viri feminaeque.* 22, 10, 8. *Supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis.* apud Caton. in fragmento apud Feſtum v. *Sub corona. Ut populus suus sua opera potius ob rem bene gestam supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veneat.* Et ita passim aliis verbis motum ad locum notantibus jungi haec supina solent. V. Ger. Joh. Vossium 5. Gramm. 12. Ceterum vox *die* deficit in Lipsiens.

Vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratio fuit] Lege *prope celebratior fuit.* nam inepte vulgatum eſt novissimis edd. *celebratio.* GEBH. Ita vitio typographorum editum fuit a Grutero anno 1608. quem errorem superſtitiose servarunt Parisienses anno 1625. at jam ipse Gruterus anno 1628. eum emendavit.

§. 6. *Senatumque in Martium campum evocavere*] Rectius Pall. primus tertiusque *campum Martium.* GEBH. Similiter Voſſ. 2. Portug. et Fragm. Hav. Cur tamen id rectius, quam vulgatum, judicet Gebhardus, nullam caussam video. Certe ordo vocabulorum displicere non debuerat. Supra 2, 5, 2. *Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit.* 3, 27, 3. *Armati cum cibariis in dies quinque coctis vallisque duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent.* (* v. Suet. Calig. 34.) Praeterea praepoſitio *in* deficit in Harlej. antiquiore, quae excidit ob proximae vocis literam primam *m*, cui ductibus similis eſt. alia exempla v. ad 8, 33, 6. (* lege: 37, 1, 2.) Hinc argumentum peti poteſt, jam olim eo ordine vocabula scripta fuiſſe. Ad hoc in verbis praecedentibus *dubio*, pro *biduo*, transpositis syllabis praefert Lipsiens.

De rebus ab se gestis agerent] *a se gestis* Leid. 2. Gaertn. Lipsiens. et Haverk. cum edd. ante Aldum, qui *ab se* reposuit, consentientibus reliquis scriptis; nisi quod manifeſto errore *ad se* sit in Voſſ. 1. Mox *terroribus*, pro *terroris*, Leid. 1. Gaertn. et Voſſ. 2. quod genus peccati in scriptis admodum frequens eſt. V. ad 22, 8, 7. *terrori* Lipsiens.

§. 7. *Ne criminationi locus esset*] Pall. duo *comminationi.* GEBHARD. *comminationi* etiam Voſſ. sec. nolente cetera Mſtorum turba, qui conſtanter *criminationi* exhibent, nisi quod

locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes A-
pollinis est, (jam tum Apollinarem adpellabant)
8 avocavere senatum. Ubi quum ingenti consensu
Patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus ple-

perperam *criminatione* sit in Harlej. antiq.

In prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est, (circum jam tum Apollinarem adpellabant) avocavere senatum.] Accusativus *circum* non est in cod. manuscripto. RHEN. Paullo ante [c. 54, 15.] sic. *In pratis Flaminiis, quem nunc circum Flaminium appellant.* SIG. Pall. omnes *advocare.* Iidem et edd. priscae ignorant τὸ *circum*, scribuntque *jam tum Apollinarem* (Pall. prim. *Apollinare*) *appellabant.* GEBH. *circum* hunc fabricavit nobis Aldus. Qui proxime illum praecessere Magontiaci, dedere cum omnibus ab Andrea: *ubi nunc aedes Apollinis, jam tum Apollinarem appellabant.* Neque aliter membranae, nisi quod addunt τὸ *est*, quidam etiam *Apollinare.* Fuisse censeo: *ubi nunc aedes Apollinis est (jam tum Apollinar appellabant) advocavere senatum. Apollinar*, ut *Lupercal, Erucinal, Bacchanal.* Sed maluerunt *Apollinar*, ne litera *L* repetita insuavis auribus accideret. Quod spectarunt etiam, qui *Parilia* maluerunt scribere, quam *Palilia.* J. FR. GRON. Non Aldus hunc *circum* fabricavit, sed ab indoctis librariis fabricatum probavit. Nam *Appollinis est, circum jam tum Apollinarem appellabant* habet Florent. *Apollinis est, circum tum Apollinarem appellabant* Harlej. 2. *Apollinis est, circum Apollinarem appellant* Fragm. Hav. a m. 2. quum etiam *jam tum*, pro *circum*, a m. 1. scriptum fuisset. *Apollinis est, jam tum Apollinarem appellabant circum* Portug. margo. Reliqui omnes, ut Gronovius in suis reperit, legunt *Apollinis est, jam tum Apollinarem appellabant,* nisi quod *jam tamen* habeat Lipsiens. (V. ad 22, 17, 5.) *Apollinare* Haverk. Circo fabricando librariis ansam dedisse puto locum Livii, a Sigonio hic laudatum. Indicat autem Livius, consules senatum habuisse in loco, ubi postea demum aedes Apollinis constructa fuit: sed qui tamen jam eo tempore ex nomine Apollinis appellabatur. Et quidem aedes illa sedecim annis post vota, et biennio, postquam vota foret, dedicata est. Votae aedis meminit Liv. 4, 25, 3. *Pestilentia eo anno aliarum rerum otium praebuit. Aedes Apollinis pro valetudine populi vota est.* dedicatae autem c. 29, 7. *C. Julius consul aedem Apollinis, absente collega, sine sorte dedicavit.* Ejusdem aedis meminit etiam Asconius, docens eam unam Apollinis aedem Romae exstitisse, donec Augustus Palatinam exstrueret, ad Cic. orat. in toga candida: *Ne tamen erretis, quod his temporibus aedes Apollinis in Palatio sit nobilissima, admonendi estis, non hanc a Cicerone significari, ut puto* (forte legendum *utpote*) *quam post mortem etiam Ciceronis multis annis Imperator Caesar, quem nunc divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit; sed illam demonstrari, quae est extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium et circum Fla-*

bis tulit ad populum de triumpho consulum, multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio vociferante, *De Patribus, non de hostibus, consules tri-* 9
umphare velle; gratiamque pro privato merito in tribu-

minium; ea enim sola tum demum Apollinis aedes. Puto igitur recte Gronovium emendasse *jam tum Apollinar appellabant.* Voce *circum* extrita, *jam tum Apollinarem appellabant* edidit Doujatius. Id postea etiam fecit Clericus, qui hanc caussam addidit, nihil opus esse, contextum mendosum edere, ne lector haerens cogatur ad notas confugere, quas legere interdum operae pretium non est. Verum non video, hac lectione recepta, quo vox *Apollinarem* referenda sit: neque magis, ut puto, alii cuiquam lucebit; unde lectori adtento, velit, nolit, ad notas recurrendum erit. Et tamen, ne conjecturas in contextum recipiam, eamdem lectionem servavi. Ceterum Gronovius etiam *advocavere* legendum censet, quomodo est in Voss. 2. Leid. 2. Portug. Lipsiens. Klockian. Haverk. et Voss. 1. a m. 2. *advocare* habet Harlej. 2. Saepius has voces in Mstis commutari, supra dictum est ad 1, 6, 1. Codices tamen melioris notae vulgatum servant. Praeterea *prata plumina* Lipsiens. a m. 1. in contextu, *prata fulmina* a m. 2. in margine.

§. 8. *Ingenti consensu Patrum*] *assensu Patrum* Harlej. 1. Mox *Licilius*, praenomine cum nomine coalescente, Florent. De hoc errore infra v. ad 38, 35, 2. Tum alio ordine *ad populum tulit* Leid. 2.

Multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio] *desuasum* Harlej. 2. et Haverk. Tum *maxime Cor. Claudio* Voss. 2. et Fragm. Hav. *maxime Cornelio Claudio* Gaertn. V. ad 5, 52, 3. *maxime coram Claudio* Mediolanenses ediderunt annis 1495. et 1505. ac Veneti anno 1498. Sed, intelligi C. Claudium Appii decemviri patruum, non obscure patet ex Dionys. Hal. 11. Antiq. p. 728.

§. 9. *Gratiamque pro privato merito in tribunum*] *in tributum* Voss. ambo, Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. Lipsiensis in contextu, Florent. a m. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Leid. 2. a m. 2. [Veith.]

Aestimationem arbitriumque ejus honoris] Pall. primus et tertius *extimationem.* At sec. *examinationem;* in ora tamen exteriore *existimationem.* GEBHARD. *examinationem* etiam Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et in margine Portug. *existimationem* Gaertn. *extimationem* Leid. 2. et Fragm. Hav. quomodo pro *existimationem* passim in Mstis exstat. Voces autem *existimatio* et *aestimatio* inter se confundi, infra dicetur ad 34, 2, 5. Paullo ante *numquam ante populum triumphum actum* male Portug. *numquam ante de triumpho per populum actum esse* Gaertn. addita ultima voce, quae in omnibus aliis deficit.

§. 10. *Ne ita omnia tribuni potestatis suae inplerent*] *potestati suae* Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. 2. et Lipsiens. Sed prima litera τοῦ *suae* ultimam vocis praecedentis absorpsit. V. ad 37, 29, 5. Eadem constructione infra obcurrit 7, 7, 5. *Spei animorumque inplevere.* 10, 14,

num, non pro virtute honorem, peti. numquam ante de triumpho per populum actum, semper aeſtimationem
10 *arbitriumque ejus honoris penes senatum fuiſſe. ne reges quidem majeſtatem summi ordinis imminuiſſe. ne ita omnia tribuni poteſtatis suae inplerent, ut nullum publicum consilium sinerent eſſe. Ita demum liberam civitatem fore, ita aequatas leges, si sua quisque jura ordo, suam*
11 *majeſtatem teneat.* In eamdem sententiam multa et a ceteris senioribus Patrum quum eſſent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum,

20. *Fugae formidinisque Samnites inplevit.* Ante haec verba omnia illa *ne reges quidem majestatem summi ordinis imminuisse* exſulabant a Leid. 2. *nec reges quidem* praeferunt Harlej. 2. Portug. et Gaertn. [Veith.] Malc. V. ad 1, 10, 3.

Ita demum liberam civitatem fore] *liberatam* Voſſ. 1. et Leid. 2. Ita alibi peccaſſe librarios, exemplis infra docetur ad 36, 17, 13. Inſuper *civitatem esse* Leid. 2.

Si sua quisque jura ordo, suam majestatem teneat] Vox *jura* deficit in Leid. 2. *si suo quisque jure ordo suam majestatem* Lipſiens. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. *suamque majestatem* Portug. a manu interpolatrice. Adparet, librarios ferre non potuiſſe, particulam connectentem a Livio omitti; quod tamen ipsi frequentiſſimum eſt. Supra 2, 45, 1. *Nihil praeterea aliud, quam suas vires, sua arma horrebant.* ubi vide, quae notantur.

§. 11. *Multa et a ceteris senioribus Patrum quum essent dicta*] In cod. manuscripto tantum eſt *multa et ceteris senioribus Patrum cum essent dicta.* RHEN. Similiter etiam exaratum inveni in Leid. 1. et Portug. a m. 1. V. infra ad 6, 11, 4.

Tum primum sine auctoritate senatus populi jussu triumphatum est] Vox *primum* exſulat a Lipſiens. Tum *sine auctore senatus* Voſſ. 2. Librarius saltem dediſſet *sine auctore senatu;* ita lectio aliquo modo defendi poſſet. Sed vulgatum praeſtat ob codicum in id conſentientium auctoritatem. V. ad 2, 56, 6. Praeterea *τὸ est* abeſt ab Haverk.

§. 1. *Haec victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit*] *verti* Leid. 1. et Harlej. 1. oratione per infinitivum concepta; de qua v. ad 1, 50, 5. *Haec victoria tribunos plebemque prope in haud salubrem luxuriam vertit* Harlej. 2. Malc. Displicuiſſe librariis puto, *verto* vel absolute vel passive poni; quod tamen Livio frequens eſt. V. supra ad 2, 62, 2. Et hinc jam etiam *verti*, pro *vertit*, natum videri poteſt; quamvis, ut verum fatear, vix ea lectio librariis, ubique eam tollere conatis, adscribi queat. Paullo poſt alio vocabulorum ordine *quo minus sua cupiditas* Leid. 2.

sine auctoritate senatus, populi juſſu triumphatum eſt.

LXIV. Haec victoria tribunorum plebisque 1
prope in haud salubrem luxuriam vertit, conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur, et, quo sua minus cupiditas emineret, consulibus quoque continuarent magiſtratum. Consen- 2
sum Patrum cauſſabantur, quo per contumeliam consulum jura plebis labefacta eſſent. *Quid futu-* 3
rum, nondum firmatis legibus, si novos tribunos per fa-

§. 2. *Consensum Patrum caussabantur*] *consensu Patrum* Gaertn. Tum *criminabantur* Harlej. 2. Male. *caussari* eſt praetextum pro vera cauſſa adducere. V. supra ad 2, 32, 1.

Jura plebis labefactata essent] In cod. manuſcripto eſt *jura plebis labefacta essent.* nam *labefacere* et *labefieri* dicimus, non minus quam *labefactare.* RHEN. MS. *labefacta essent.* Lego *labefactassent*, vel *labefactati essent.* KLOCK. Rhenanus legendum e suo codice monet *labefacta essent*, ut habet Pal. sec. solus. neque ego diſſentio, modo locupletior accedat auctor. GEBH. Satisfactum sibi eſſe confeſſus fuiſſet Gebhardus, si sciviſſet, ex omnibus noſtris solos Voſſ. 2. Harlej 2. Gaertn. et Haverk. *labefactata* servare, ceteros omnes *labefacta* praeferre. Eamdem tamen lectionem Hearnium, si diligenter id egit, in omnibus suis reperiſſe, inde colligo, quod *labefactata* tantum in edd. Aler. et Sigon. inventum memoret. Passim autem haec vocabula commutantur. Apud Valer. Max. 4, 3. ext. 3. *Phryne pulchritudine sua nulla ex parte constantissimam ejus abstinentiam labefecit.* ubi, ut Doct. Torrenius monuit, in uno cod. erat *labefactavit.* 9, 12. ext. 10. *Nimio et subito incursu aquae labefacta ea et ruente, ceteris comitibus fuga periculum egressis, solus restitit.* ubi iterum in uno *labefactata ea* ipsi obvium fuit. apud Quinctil. 8. Inſtit. Orat. 4. *Hic et Catilina Graccho, et status reipublicae orbi terrarum, et mediocris labefactatio caedi et incendiis] et vastationi, et privatus consulibus comparatur.* Ita vulgo editur. Sed Cel. Burmann. auctor eſt, Voſſ. 1. praeferre *labefactio.* apud Cic. de Senect. 6. *Maximas respublicas ab adolescentibus labefactas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis.* Ubi Ald. Manutius hanc lectionem quatuordecim codicum auctoritate firmat, quum ante *labefactatas* ederetur. Ex scriptis poëtarum, ubi metri legibus adſtricti librarii non ita facile vocabula haec confundere potuerunt, τὸ *labefactus* pluribus inluſtravit N. Heinſius ad Silii 12, 18. Librarii, scribentes *labefactata*, poſtremam syllabam male repetierunt; quod genus erroris et in aliis similibus dictionibus frequens eſt. V. infra ad 10, 37, 2.

ctiones suas consules adorti eſſent? non enim semper Valerios Horatiosque consules fore, qui libertati plebis
4 *suas opes poſtferrent.* Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis praeeſſet, potiſſimum M. Duilio sorte evenit, viro prudenti, et ex continuatione magi-
5 ſtratus invidiam inminentem cernenti. qui quum ex veteribus tribunis negaret ullius se rationem habiturum, pugnarentque collegae, ut liberas tribus in

§. 3. *Libertati plebis suas opes postferrent*] *praeferrent* perperam Voſſ. 2. Gaertn. et Lipſiens. a m. 1. in contextu. Malc. Silius Ital. 2, 700.

Audite, o gentes, neu rumpite foedera ferro;
Neu regnis postferte fidem.

ubi Dausquejus et ego aliis exemplis hoc verbum inluſtravimus. Adde Plinium, qui frequentius eo usus eſt, 3, 4. *Agrorum cultu, virorum morumque dignatione, amplitudine opum nulli provinciarum postferenda.* 4, 4. *Peloponnesus, Apia ante adpellata et Pelasgia, peninsula haud ulli terrae nobilitate postferenda.* et alibi saepe.

§. 4. *Forte quadam utili ad tempus*] Vet. lib. *ad id tempus.* SIG. Solus sec. *ad id tempus*, succinens Sigoniano. GEBH. Juſto liberalior eſt liber Sigonii. Infra 28, 42. *Militari suffragio ad tempus lectus.* Ibidem c. 43. *Oratione ad tempus parata.* 31, 29. *Ejusdem linguae homines ad tempus ortae caussae disjungunt conjunguntque.* 32, 19. *Neque ex iis, quae tum ad tempus faceret, aestimantes.* DUK. *ad id tempus* etiam Hav. et Hearnii Oxon. B. *adeptus tempus* Voſſ. 1. *ademptus tempus* Leid. 2. Nihil muto. Supra 1, 35, 2. *Instare, ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus indictis sub tempus pueros venatum ablegavit.* hoc lib. c. 46, 6. *In eo verti puellae salutem, si postero die vindex injuriae ad tempus praesto esset.* Ita *post tempus* Phaedr. 4. fab. 18.

Qui fert malis auxilium, post tempus dolet.

V. Vorſtium de Latin. falso susp. 20. Praeterea *Forte quadam* Voſſ. 1. pro quo in margine emendatum *Sorte quadam*; quod etiam praefert Harlej. 2. Contra verbis sequentibus *forte evenit* Voſſ. 2. Leid. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et a m. 1. Voſſ. 1. [Veith.] Utrumque et hic et poſtea etiam receperat Aldus, sed iterum in erratis mutavit. De hoc librariorum errore su ra v. ad 1, 4, 4. Praeterea *potiſſime* Gaertn.

Invidiam inminentem cernenti] Pall. duo, *invidiam eminentem.* GEBH. *eminentem* etiam Voſſ. 2. Portug. et Fragm. Hav. Malc. Supra hoc lib. c. 38, 6. *Citari jubent in curiam Patres, haud ignari, quanta invidiae inmineret tempestas. inminens nox* supra erat hoc lib. c. 2, 9. *In noctem inminentem aciem instruitis.* ubi alia vide.

§. 5. *Negaret, ullius se ratio-*

suffragium mitteret, aut concederet sortem comitiorum collegis, habituris e lege potius comitia, quam ex voluntate Patrum; injecta contentione, 6
Duilius, consules ad subsellia adcitos quum interrogaſſet, quid de comitiis consularibus in animo haberent, respondiſſentque, se novos consules creaturos, auctores popularis sententiae haud populares nactus, in concionem cum iis processit.

nem hobiturum, pugnarentque collegoe] *se ullius rotionem*, in alium ordinem digeſtis vocabulis, Voſſ. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lips. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Mox *τὸ que* deficit in Leid. 1. Lipsiens. et Portug. Tum *mitteret*, *et concederet*, pro *aut concederet*, male Haverk. [*ut concederet* Veith.]

Hobiturus e lege potius comitio, *quom ex voluntote Patrum*] Iidem duo codd. *concederet sortem comitiorum collegis*, *habituris elegit potius comitia*, *cum ex voluntote Patrum*. admodum mendose. GEBH. *habituris* scribendum eſſe, mirum, non vidiſſe Gebhardum; quum non modo id sensus requirat, sed et omnes mei srripti, ac forte ejus tertius, de duobus reliquis enim fatetur, praeferant. *hobiturus* operarum errore vulgatum fuerat in Francofurtana ed. anni 1578. idque propagatum eſt per proximas omnes usque ad Gronovianam anni 1665. ubi iterum recte *hobituris* emendatum eſt. *elegit*, pro *e lege*, Voſſ. 2. *lege* Haverk. qui etiam male caret *τῷ quom*.

§. 6. *Injecta contentione Duilius consules*] *ellecto contentione* Gaertn. a m. 1. *illecta* a m. 2. *inlecta contentione* Lipſiens. *iniectus* et *illectus* etiam alibi commutantur. Vide, quae notantur ad Silii 6, 32. *conjecta contentione* Voſſ. 2. *dimisso contentione* Haverk. in margine. Verum eſt id, quod vulgo circumfertur. Infra 10, 6, 3. *Tamen ne undique tronquilloe res essent, certamen injectum inter primores civitatis potricios plebejosque ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis.* Vellej. Paterc. 1, 2. *Inmixtusque castris hostium de industria, inprudenter, rixam injiciens, interemtus est.* Ita Cel. Burmann. (* lege: Rhenanus) ex veſtigiis primae edit. pro *rixom ciens*, legendum conjicit. Ejus generis sunt *injicere metum*, *terrorem*, *trepidotionem*, *pavorem*, pro excitare. V. ad Liv. 2, 36, 3. *injicere mutotionem* 5, 27, 10. In verbis sequentibus *τὸ se* exſulat ab Fragm. Hav. [*respondissetque novos se consules* Veith.]

Auctores populoris sententiae haud populares nactus] Lego *ouctores haud popularis sententiae populares noctus*. KLOCK. An non poſſes etiam *ouctores populores sententioe houd populoris noctus?*

In concionem cum iis processit] *comitiis*, pro *cum iis*, in margine praefert Voſſ. 1. sed *cum iis in concionem processit*, ordine vocabulorum transposito, Portug. [*cum his* Veith.]

7 Ubi quum consules, producti ad populum, interrogatique, si eos populus Romanus, memor libertatis per illos receptae domi, memor militiae rerumque gestarum, consules iterum faceret, quidnam facturi essent, nihil sententiae suae mutassent;
8 conlaudatis consulibus, quod perseverarent ad ul-

§. 7. *Memor libertatis per illos receptae domi, memor militiae rerumque gestarum*] Deleo copulam post τὸ *rerum*. *Rerum militiae gestarum*. ut 5, 12. *Resque militiae ita prospere gererentur*. 7, 3. *Nullis domi militiaeque ad conciliandam gratiam meritis*. Nam et in nostro hoc loco praecedit *domi*. *Res gerere* proprium temporibus belli. JAC. GRON. Copula trajecta Neapolit. Latinii exhibet *memor libertatis per illos receptae, domi memor militiaeque rerum gestarum*. ut sit, *memor rerum domi militiaeque gestarum*. ut 2, 8, 9. *Haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno*. V. ad 1, 34, 12. Ea autem lectio, quamvis prima specie placere possit, minus tamen proba videtur, non tantum quod nullus codicum, quibus usus sum, Neapolit. consentiat, sed etiam quod res a consulibus domi gestae a libertate per eos restituta distingui nequeant. Nihil aliud enim domi gessisse memorantur, quam quod plebis libertatem variis legibus firmarint, c. 55. supra enumeratis. Si quid igitur mutandum, verius puto, ut copulativa *que* cum Cl. Jac. Gronovio deleatur. Solet enim alibi saepe haec particula alieno loco a librariis interponi. V. infra ad 41, 23, 6. Exemplum aliud sequitur §. hoc, et proximo.

Consules iterum faceret] *interim faceret* Voss. 1. alibi obvio errore, cujus exempla alia infra videri possunt ad 10, 18, 1. Mox *nihilque sententiae*, addita copula, Florent.

§. 8. *Conlaudatis consulibus, quod perseverarent ad ultimum dissimiles decemvirorum esse*] *collaudatisque consulibus* Haverk. perperam interjecta copula, de quo modo ad §. praec. dictum. Hinc *qui perseverarent* Haverk. et Gaertn. qui error ex compendio scribendi ortus est. V. supra ad c. 58, 7. [*perseveraverant* Veith.] Denique *consimiles*, insigni librariorum contra mentem scriptoris peccato, Leid. 2. Voss. 1. et Klockian.

Quinque tribunis plebis creatis] Ea lectio non nisi in minoris auctoritatis codicibus Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. obvia fuit. Nam *tribunis plebi* Leid. uterque, Harlej. 1. Gaertner. Fragm. Hav. et a m. 1. Voss. 1. *tribunis plebeis* Voss. 2. Vel prius recipiendum, v. ad 2, 42, 6. vel ex vestigiis posterioris lectionis formandum *tribunis plebei*, ut librarius *plebeis* scribens indicare voluerit, duplicem se invenisse lectionem *plebei* et *plebis*: de quo more dictum est ad hujus lib. c. 44, 4. Ita mox hoc cap. *Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos plebei feceritis:* etc. V. ad 2, 33, 2.

Prae studiis aperte petentium novem tribunorum] *petentium numerum tribunorum* Gaertn.

timum dissimiles decemvirorum esse, comitia habuit: et, quinque tribunis plebis creatis, quum prae studiis aperte petentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit; nec deinde comitiorum caussa habuit. Satisfactum legi 9
ajebat, quae, numero nusquam praefinito tribunis,

et Neapol. Latinii. *petentium noem tribunorum* Portug. a m. 2. Adparet, dare voluisse scribam *petentium nomen tribunorum*, quod est in Voss. utroque, et Leid. 2. Sed unice verum est vulgatum. Intelliguntur enim novem tribuni plebis, collegae Duilii, comitia novorum tribunorum habentis: hi enim aperte honorem sibi continuari petebant.

Alii candidati tribus non explerent] Quid sit *tribus explere*, etiam atque etiam secum consideret lector, quum hoc tempore haud minus viginti quinque tribus essent. Utrum *tribus* pro classe accepit? Cautum enim erat anno CCXCVII. ut bini ex singulis classibus crearentur. An tributa intelligemus comitia, quibus aberant Patres? ut supra libro praecedente [c. 56.] de Voleronis lege patuit. GLAR. *Tribus non explere* est, non posse legitimum ac necessarium suffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus *tribus* pro classe accipiendum ait, cum tribuni plebis tributis comitiis fierent. Alibi, *legitima suffragio non conficere* dixit. †,,Glareanus non definit, sed dubitat, ut lectorem excitet. Hoc Sigonius in calumniam trahere videtur." †. SIG. V. Gruchium 1. de Comit. 4. p. 136. et 2, 4. p. 237. DUK. Infra 37, 47, 7. *Fulvius consul unus creatur, quum ceteri centurias non explessent.* ubi vide. Ceterum *alii ac alii candidati* Leid. 2. et Voss. 1. in marg. quum in contextu foret *alii colii condidoti.* utrumque male. Puto, quum librarius vocem *candidati* scribere incepisset, ejus literam secundam ipsi vocabulum praecedens in memoriam revocasse, quod aliud cogitans iterum exaravit: postea non multo doctiorem, ut apertam aberrationem emendaret, substituisse *olii ac alii.* quod, praeterquam quod hic sensui non bene conveniat, etiam admitti nequit ob illa, quae notantur ad 10, 36, 17. Mox *consilium* Haverk. Male. Intelliguntur enim comitia tributa; quae *concilium*, non *consilium*, vocanda esse, docet J. Fr. Gronovius ad Liv. 44, 2, 5.

Nec deinde comitiorum coussam habuit] Emenda *nec deinde comitiorum caussa habuit.* subaudi, *concilium.* RHENAN. *coussom*, recte Rhenano damnatum, servant tamen Harlej. 1. Haverk. et Neapol. Latinii. *nec deinde comitiorum curom hobuit* Oxon. L. 1. et C. apud Hearnium; quam perpetuam fere scribarum aberrationem esse, docet Cel. Burmannus ad Nemes. Ecl. 2, 40. (* v. ad Liv. 9, 29, 1.) Reliqui codd. mei optime cum Rhenano praeferunt *comitiorum causso.* Gronovius etiam priori ed. notarum eam lectionem probavit, testatus, ita libros integriores habere. [*coussa haud satisfoctum* Velth.]

§. 9. *Satisfoctum legi ojebot, quae, numero nusquom praefi-*

modo ut relinquerentur, sanciret; et ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet. Recitabat-

nito, tribuni modo ut relinquerentur, sanciret] Quae sit illa lex, non satis liquet ex superioribus. Plebiscitum fuit a M. Duillio rogatum [supra c. 55, 14.] *Qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.* Sed vix huc congruit. Quidam etiam hoc loco *tribuni* nominativum mutarunt in dativum, postposita distinctione. GLAR. Placet *quae, numero nusquam praefinito, tribuni modo ut relinquerentur,* quemadmodum laudari video a Klockio in Sylloge Epistolar. Burm. tom. 1. p. 393. DUK. Sane illud plebiscitum, c. 55, 14. memoratum, huc non congruit, quia ibi nulla cooptationis a collegis, si decem tribunorum numerus creari non posset, mentio fit; nisi dicendum, ibi Livium tantum partem plebisciti descripsisse. Multo minus huc referri potest, ut Doujatius fecit, lex memorata Diod. Sicul. 12. Bibl. p. 300. *'Εν δὲ ταῖς ὁμολογίαις προσέκειτο, τοῖς ἄρξασι δημάρχοις τὸν ἐνιαυτὸν ἀντικαθιστάναι πάλιν δημάρχους τοὺς ἴσους. ἢ τοῦτο μὴ προσάξαντας, ζῶντας κατακαυθῆναι.* Si enim *ἴσους totidem* tribunos creare juberentur, qui honore abibant, Duilius contendere non potuisset, numerum nusquam praefinitum fuisse. Forte itaque carmen rogationis a Duilio recitatum pars extitit legis aut plebisciti, eo tempore lati, quum vel decem tribuni primum creabantur, de quo supra hoc libro c. 30. vel quum quinque tribunorum creatio plebi concessa est, de quo l. 2, 33. et 58. ita ut tum renovata ea lex fuerit, quum numerus augeretur, quia hic expresse decem tribunorum mentio fit. Ceterum *satisfactum legi habebat* Leid. 2. *satisfactum legi agebat* Klockian. Florent. Lipsiens. et Fragm. Haverk. a m. 1. Alibi saepe *ajebat* et *agebat* scribae confuderunt. V. ad 8, 33, 23. *tribunis*, quomodo nunc pro *tribuni* in excusis est, primus recepit Aldus, cum quo faciunt omnes codd. nostri. Hinc *modo relinquerentur*, exsulante particula *ut*, Gaertn. *modo ut relinquerent* Voss. 2. et Haverk. Sed saepe notam, qua literae *ur* finales per compendium scribuntur, librarii omiserunt. V. ad 10, 10, 1. et mox ad §. seq. hujus cap. [*relinqueretur* Veith.] Denique *sanxisset* Gaertn. et prisci typis descripti, pro quo iterum Aldus *sanciret*, consentientibus omnibus reliquis scriptis. idque praestat.

Et ab iis, qui creati essent, cooptari collegas juberet] Videtur legendum, *ut ab iis, qui creati essent*, etc. F. URSIN. Fulv. Ursinus *ut ab iis* e conjectura. GEBH. Voculas *et* atque *ut* alibi commutari, infra dicam ad 21, 28, 8. Verum hic non modo omnes codd. in vulgatam lectionem conspirant, eaque optimum sensum habet, sed etiam, emendatione Ursini recepta, quemadmodum locus commode intelligi atque explicari possit, nondum video. Ceterum *coaptari*, pro *cooptari*, optimi codicum Leid. 1. et, Harlej. 1. et ita etiam Gaertn. sed aberratione scribarum, qui alibi in verbis his (* eorumque similibus *aptare* et *optare*) confundendis lapsi sunt. V. Servium ad Virgilii 1. Aeneïd. 552. Pierium ad 1. Aen. 425. Juretum ad Paull. vit. Martini 3, 170. N. Heinsium ad Claudiani Cons. Olyb. et Prob. 241.

que rogationis carmen, in quo, *Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos ple-*

ad 2. de Laudib. Stilic. 185. et Bentlej. ad Horat. 1. Epist. 1, 62. (* Burm. ad Virgil. Aen. 1, 552. 3, 109. ad Suet. Aug. 27.) Ita et mox cap. seq. §. 1. 5, 10, 11. c. 12, 2. et alibi.

§. 10. *Recitabatque rogationis carmen, in quo*] *Recitaturque* Lipsiens. Vide modo ad §. 9. hujus cap. *in quo erat* una voce auctiores Harlej. sec. Haverk. et margo Portug. At verbum hoc satis commode subintelligi potest.

Si tribunos plebis decem rogabo] De cooptatione verba prisca quidem sunt; quam vero emendate legantur, non equidem definio. In plerisque codd. legebatur: *Si tribunos plebis fecerint, decem rogabo.* Verbum *fecerint* alii sustulerunt: nec causam, cur fecerint, habeo; nisi quia mox sequitur idem verbum. GLAR. Palat. sec. *tribunos plebei.* recte. GEBH *tribunos plebis* Gaertn. Voss. 2. Leid. 2. et Portug. *tribunos plebejos* Harlej. 2. et Haverk. *tribunos plebi* Fragm. Hav. a m. 1. *tribunos plebei* a m. 2. quomodo et optimi codd. praeferunt Florent. Voss. pr. Leid. 1. et Harlej. 1. quod jam recte Gronovius recepit. V. supra ad 2, 33, 2. Per codices autem Glareano memoratos, qui praeferunt, *si tribunos plebis fecerint, decem rogabo*, intelligendi quidam typis descripti. Et sane eam lectionem offendi in utraque Tarvis. quibusdam Venetis, Ascensianis, Moguntina, et nonnullis aliis edd. Contra vero, si non omnes vetustiores, certe pleraeque edd. et nominatim prima Aleriana, teste Cl. Hearnio, (Gebhardus tamen ad verba sequentia alteram lectionem ex eo profert) Mediolanenses annorum 1480. 1495. 1505. et Veneta anni 1498. quas ipse consului, exhibent *si tribunos plebis decem rogabo*, omissa voce *fecerint*, quae in nullo etiam cod. scripto exstat, et propterea recte iterum ab Aldo expuncta est, quem hic Glareanus innuit, memorans alios esse, qui verbum *fecerint* sustulerint. At si, priores excusos et manu exaratos libros consulens, eos omnes τῷ *fecerint* carere animadvertisset, non dubito, quin incertior haesisset, si ratio reddenda fuisset, cur alii eam vocem, quae tamen mox obcurrit, invitis omnibus interjiciendam censuerint.

Si qui vos minus hodie decem tribunos plebis fecerint, hi tum utique, quos sibi collegas cooptassent, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint] Video legi posse, *si quo minus hodie decem tribunos plebis fecerint, tum ut ii, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint.* Certe exemplar Wormaciense habet *ii tum uti quos*, non *utique*. Quare legendum aut *ii tum quos*, aut *ut ii quos*. Porro *cooptassint*, esse scribendum, pro *cooptassent*, facile admittet doctissimus quisque, et mihi pro hoc loco restituto gratiam habebit. Usurpavit autem antiquitas *cooptassint*, pro *cooptarint*. Cujus generis multa verba adnotat Festus, quemadmodum et nos indicavimus in castigationibus nostris in libellum Ciceronis de Senectute, emendantes Ennianum carmen, quo suum opus exorsus est Tullius, quod vulgo mendose legitur,

O Tite, si quid ergo adjuto,
curamve levabo.

bei feceritis: hi tum uti, quos sibi collegas cooptassint,

quum ex vetustis codd. scribendum sit,

O Tite, si quid ego adjuuro, curamve levasso.

RHEN. Lectio haud dubie inquinatissima, cui B. Rhenanus, vir summus et optime de Livio meritus, medicas admolitur manus. Sed nescio, an in totum persanet. Mihi, consultis hinc inde exemplaribus, legendum videtur, *si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis.* pro, si qui vos minus, quam decem tribunos, feceritis; aut, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis. NANN. Vetus lectio, *si quos minus hodie decem tribunis* etc. Deinde veteres libri, *hi tum, quos sibi*, et pro *ut illi legitimi, ita illi legitimi.* Porro autem pro *cooptassent*, apparet legendum esse *cooptassint*, antique dictum, pro *cooptaverint.* SIG. In aliis aliter, deterius etiam. Certe ego Atellanas tricas citius, quam hoc, extricavero. Confirmo tamen (possum falli, ut humanus) scribendum: *Si tribunos plebei rogasso, si minus quinos hodie tribunos plebei faxitis*, (vel *facitis*,) *ut hi tum utique, quos sibi collegas cooptassint, legitimi ea lege tribuni plebei sirint, ut illi, quos hodie tribunos plebei faxitis.* (vel *facitis.*) *faxitis* et *sirint* de conjectura feci, quia illa aetate haud fere aliter, maxime legibus scribundis. Sciunt, qui antique non ignorant. Sed hoc levius. Sensum autem loci quod attinet, fefellit bonos emendatores, Duillium non eam allegare legem, quam ipse et collegae Q. Minutio Augurino C. Horatio Pulvillo consulibus de decem tribunis posthac creandis tulerunt; sed supra legem, quae in monte Sacro per plebis secessionem lata est, repetere. Jam tum enim statim ab initio duo creati tribuni tres sibi adscivere collegas. Clare Livius l. 2, [33.] Hinc institutum mansit, ut, si minus quinque (qui tum justus tribunorum esse numerus coeperat) tribunos sibi plebs fecisset, iis, qui creati erant, perinde ut primis tribunis, liceret hactenus collegas cooptare, dum legitimus numerus impleretur. Eam fuisse Duillii mentem, eo mihi verosimilius fit, quod collegae novem legis simul a se latae interpretem Duillium haud tulissent. Deinde quia ipsius Duillii verba contra sunt. *Satisfactum legi ajebat, quae, numero nusquam praefinito, tribuni modo ut relinquerentur, sanxisset* etc. Sed fallor? an nusquam praefinitus numerus his vulgo verbis non est? *Si tribunos pl. decem rogabo.* etc. quasi, quinque tribunos per tribus creari, quinque a creatis sumi, necesse fuisset. quod falsum est. Vel etiam lego: *Sei treibunos plebei rogasso, sei meinus queinos hodie treibunos plebei facitis, uti ei tom* [*uteique*] *quos seibi colegas cooptasint, legitimei ea lege tribunei plebei sirint, utei illei, quos hodie tribunei plebei facitis.* *Facitis* pro *faxitis.* V. Festum Scaligeri voce *Topper.* KLOCK. quem etiam v. in Syllog. Epist. quas Cel. Burmann. edidit, tom. 1. p. 393. Depravata citra controversiam lectio, cui Rhenanus, optime meritus ut de Plinio ac Tertulliano, sic et de T. Livio, medicam quidem manum adhibet, at non persanat. Sic enim conatur e vestigiis Wormaciensis codicis, ***si quo minus hodie decem tribu-***

ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi,

nos plebis fecerint, tum ut ii, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebeji sint. cooptassint autem, pro quo editur *cooptassent*, reponi vult, gratiamque hoc nomine sibi habitum iri confidit. ἀρχαϊκῶς, pro *cooptarint.* qualia in Festo Pompejo occurrunt complura, et Cicero initio Catonis Majoris de vetere poëta illud est mutuatus,

O Tite, si quid ego adjuto, curamve levasso,

pro *levavero.* Nos, consultis hinc inde exemplaribus vetustis, locum esse mutilum rati, tentabamus: *si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis, ut ii, quos sibi collegas* etc. Pro, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis, vel si quomodo vos minus quam decem tribunos feceritis. Arbitrentur doctiores, quanam ratione expediri melius queat nodus. AND. SCHOTT. 3. Observ. Human. 38. Haec sunt obscurissima, quibus et emendandis et enucleandis opera et oleum perit. Rhenanus vidit legi posse, sed unde, nescio, *si quo minus hodie decem tribunos plebis fecerint, tum ut ii, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebeji sint.* Ante illum vero Andreas, *Si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem tribunos plebis fecerint, utique quos sibi collegas cooptassent, ut illi.* Paullo post Campanus, *Si qui vos minus hodie x. tribunos plebis fecerint; litum uti quos sibi collegas cooptassent.* credo, ut invenerat in vetusto libro. Denique Andreas Schottus Observ. 3, 38. consultis hinc inde exemplaribus vetustis, locum mutilum ratus, tentabat, *Si tribunos plebis fecerint, decem rogabo. Si qui vos minus hodie decem feceritis, ut ii, quos sibi collegas.* Pro, si qui vos minus hodie decem tribunis feceritis. vel, si quomodo vos minus, quam decem tribunos, feceritis. Istae sunt fere doctiorum sententiae de hoc loco. Ego despero meliorem fieri posse e Pall. quorum primus ac tertius, *Si qui nos minus hodie decem tribunos plebis fecerint: hii tum uti quos sibi collegas cooptassent.* Sec. *Si quo minus hodie decem tribunos pleb. fecerint. Hi tum quos collegas cooptassent. ita illi legitimi.* GEBH. Carmen hoc rogationis olim de tribunis decem latae tentaverunt varie et vetusti editores, et Rhenanus, Sigonius, Schottus. E quibus hi tres ut singuli aliquid boni attulerunt, ita et in partibus defecerunt. MSS. lectio est: *Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos plebis fecerint, hii tum uti quos sibi collegas cooptassent.* Sit igitur universum tale: *Si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos feceritis, hi tum uti quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint, ut illi, quos hodie tribunos plebei feceritis.* Principium cur mutet Schottus, caussa nulla est. Recte autem ille *Si qui*, id est, si qua ratione, si quo numero. Male Sigonius *Si quos*, quum illa non modo scriptorum, sed et veterum edd. lectio sit. Construendum: *Si qui tribunos plebei feceritis minus decem*, id est, τοῖς δέκα. Repetitio τοῦ *uti*, quod abesse posset, elegans et alibi quoque nobis adserenda.

11 *quos hodie tribunos plebei feceritis.* Duilius, quum ad ultimum perſeveraſſet, negando quindecim tribunos ple-

Male hoc delet Rhenanus. Recte autem idem et Sigonius *cooptassint.* Sed male alter, offenſus repetitione τοῦ *ut*, ſubſtituit *ita illi legitimi.* Vide, quae ad 28, 9. et 36, 1. J. FR. GRON. Codicum meorum lectionem addam. *si qui vos* (*si quo* Haverk. *si quos* Harlej. 2. et Portug. a m. 2. *si quos nos* Gaertn. *si qui nos* Lipsiens. *si quinos* Voſſ. ambo, sed prior in margine, poſterior in contextu) *minus hodie decem tribunos plebis* (*plebeis* Portug. a m. 1. *plebi* Fragm. Hav. a m. 1. *pl.* Haverk.) *fecerint* (*fecerunt* Voſſ. 1. *fecerit* Fragm. Hav. a m. 1. *feceritis* a m. 2.) *hi* (*ii* Leid. 1. et Florent. *hii* Fragm. Hav. et Gaertn. *iis* Harlej. 1.) *tum* (*cum* Portug.) *uti* (deeſt hoc vocabulum in Harlej. 2. Haverk. et Portug. a m. 1. *utique* praeferunt Voſſ. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 2.) *quos sibi* (poſterior vox exſulat ab Harlej. 2. et Haverk.) *collegas cooptassent*, *ut* (*ita* Harlej. 2. et Haverk.) *illi legitimi eadem lege tribuni plebei* (*plebi* Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *plebis* Portug.) *sint* (*sunt* Fragm. Hav. a m. 1.) *ut illi*, *quos hodie tribunos plebei* (*plebejos* Voſſ. 2. *plebeis* Leid. 1. et Portug. *plebis* Leid. 2. et Gaertn.) *feceritis* Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Portug. Lipsiens. Gaertn. Klockian. Haverk. et Fragm. Hav. [*tribuni plebis sunt ne illi quos hodie* Veith.] Omnium virorum doctorum sententias atque emendationes excutere ac refellere, locus et ratio adnotationum non patitur. Breviter dicam, lectionem Gronovii veriſſimam videri. Unde et in contextum recepi. Ipse olim in prima Observat. ed. 1, 18. quaedam verba aliter conſtituebat, et quidem hoc modo, *si quos minus hodie decem tribunos plebei fecerint*, puta, tribus: quibus in ultima notarum ed. (in repetita enim Observ. editione totum hoc caput omiſsum eſt) ſubſtituit, *si qui vos minus hodie decem tribunos feceritis.* Servavi *tribunos plebei feceritis.* Illud *si qui vos* in plerisque eſt codicibus, aliorum autem veſtigia eo nos manifeſte ducunt: ſupereſt etiam in priscis edd. usque ad Basileensem anni 1539. ubi errore typothetarum datum eſt *si quis vos.* Et tamen id pleraeque proximarum servarunt usque ad Basileensem anni 1554. quae ſubſtituit *si quos.* Id deinceps Sigonius male probavit. *si qui* recte Gronov. exponit, si qua ratione; vel, ut Schottus malebat, si quo modo. *qui* enim casus sextus eſt antiquus. V. infra ad 28, 43, 18. *feceritis*, consultis hinc inde exemplaribus, etiam Nannius, ejusque pennis superbiens Schottus, probarunt. in uno etiam meorum a manu emendatrice inveni. Eam autem scripturam probat, quod sequitur, *ut illi*, *quos hodie tribunos plebei feceritis.* Non neceſſarium tamen videtur, ut conſtruas *si qui tribunos plebei feceritis minus decem.* Nam *minus decem tribunos* Liviana locutione eſt, pro pauciores quam decem tribunos, pauciores deceem tribunis. Infra 10, 25, 15. *Duas seibi legiones Romanas reliquisse*, *et minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio venisse.* (* c. 37, 3. ubi vide.) 24, 16, 4. *Minus duo millia hominum ex tanto exer-*

plebei rempublicam habere posse, victa collegarum cupiditate, pariter Patribus plebique acceptus, magistratu abiit.

citu, et ea major pars equitum, cum ipso duce effugerunt. 29, 34, 17. *Inter eos satis constabat, non minus ducentos Karthaginiensium equitum fuisse.* c. 36, 9. *Paullo minus trecenti vivi capti.* 30, 12, 5. *Minus dimidium ejus hominum captum est.* 42, 57, 7. *Minus quingentos passus ab castris aberant.* c. 58, 5. *Minus quingentos passus a vallo instruxerat Perseus suos.* 44, 33, 1. *Minus trecentos passus uberat.* Ita et Plautus in Trinumm. 2, 4, 1.

Minus quindecim dies sunt, cum pro hisce aedibus
Minas quadraginta accepisti a Callicle.

Pariter *plus* et *amplius* accipiuntur pro *plures*, eodemque modo construi solent. V. ad 41, 12, 8. Recte etiam substitutum est *cooptassint.* V. supra hoc lib. c. 55, 5. In vocibus *ut illi legitimi, τὰ ut illi* repetita sunt ex praecedentibus *hi tum uti.* De repetitione *τοῦ ut* v. ad 22, 11, 4. De repetitione pronominis autem ad 25, 27, 1. Klockii conjectura inmane quantum a codd. scriptorum lectione discedit; in qua etiam prorsus ἀπροσδιόνυσον est *τὸ sirint*, quod antique dictum, pro *siverint.* V. ad 1, 32, 7. Quare putassem, qui epistolam ejus ex autographo descripsit, manum scribentis non adsecutum esse, quum forte loco *τοῦ sirint*, dederit *sient*; nisi ipse quoque ad marginem Livii ab eo ita scriptum vidissem. Denique nota Rhenani, omnibus aliorum hic praeposita, non exacte convenit iis, quae ex illa viri docti laudarunt. Ubi enim hic legitur *eadem lege tribuni plebei sint*, Schottus et Gebh. adferunt *tribuni plebeji sint.* neque adparet, ipsum, *τὸ ut* repetitum altero loco expungendum esse, censuisse; quod Gronovius ei adscribit. Verum viris doctis inposuerunt vitiosae notarum illarum ἐκδόσεις. In illis enim et *tribuni plebeji* exstat, et insuper vulgatur: „Quare legendum aut *ii tum quos*, aut *ii quos.*„ pro, aut *ut ii quos.* Sed et hic et alibi primas earum editiones, quae vivente Rhenano in lucem prodierunt, secutus sum.

§. 11. *Perseverasset, negando XII. tribunos plebei rempublicam habere posse*] *XII.* in *XV.* mutatum perplacet. Duillius enim quinque novos creaverat; prioris autem anni, connumerato Duillio, x. erant. Notandum autem hoc loco, etiam patricios, atque adeo consulares, factos tribunos plebis. Nam hi duo consules fuere anno ab urbe condita ecc. GLAR. Lego, *XIV. tribunos plebei.* Nam quinque a Duillio creati. Ceteri novem collegae Duillii eum magistratum sive honorem competebant. KLOCK. quem etiam v. in Syllog. epist. quas Cel. Burmann. edidit, tom. 1. p. 393. *XV.* pro *XII.* substituerunt primi Moguntini. Et ita etiam omnes mei exhibent. Error inde natus est, quod primi editores inciderint in codicem, in quo numeri quinarii nota *V.* minus perite depicta, binarii *II.* figuram referret. Saepius ita scribae lapsi sunt in Mstis. V. infra ad 37, 22, 4. Praeterea *perseveraret* Haverk. Deinde *tribunos plebis* Voss. 2.

1 LXV. Novi tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum voluntatem foverunt. duos etiam patricios consularesque, Sp. Tarpejum et A. Aterium,
2 cooptavere. Consules creati, Lar Herminius, T.

Leid. 2. Lipfiens. Haverk. et Voff. 1. a m. 2. *plebis tribunos* Portug. *plebes tribunos* Gaertn. *plebejos tribunos* Fragm. Hav. Reliqui *tribunos plebei*, quod et in Voff. 1. fuerat a manu pr. ut et in omnibus edd. praeterquam Gronovianis annorum 1678. et 1679. in quibus editum *plebi*, quod et in suis Mftis effe Hearne auctor eft. V. ad 2, 33, 2. In fine autem hujus capitis, ubi *Patribus plebique* editur, *Patribus plebeique* praeferunt Florent. Leid. 1. Harlej. ambo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 2, 42, 2.

§. 1. *Patrum voluntatem foverunt*] *fovere* Harlej. 2. et Haverk. *foverent* Gaertn. Mox *duos et patricios*, pro *duos etiam*, idem Haverk. V. ad 22, 47, 9. Voce autem *patricios* caret Harlej. 1. Tum *consulesque*, pro *consularesque*, Lipsiens.

Sp. Tarpejum et A. Aeternium cooptavere] *A. Aterium*, ut supra. SIG. Pall. pr. ac tert. *Etrinium*. GEBH. *A. Ternium* Harlej. 2. *A. Tremum* Haverk. *A. Aerium* Portug. *A. Aeternum* Harlej. 1. *A. Aeternium* Florent. et Leid. 1. *Aeternium*, omiffo praenomine, Lipfiens. *A. Eternium* Voff. uterque, Leid. 2. et Fragm. Hav. *A. Aterinum* Gaertner. V. supra ad 3, 31, 5. Insuper *coaptavere* Haverk. et a m. 1. Portug. V. ad cap. praec. §. 9.

§. 2. *Consules creati Sp. Herminius, T. Virginius*] *Sp. Herminium* consulem Dionysius [11. Antiq. p. 729.] *Λάρον Ἑρμίνιον* vocat, Diodorus [12. Bibl. p. 301.] *Λαρῖνον Ἑρμίνιον*, Valerius in Praenominibus *Lartem Herminium*. Ergo non *Sp.* sed *Lar Herminius* hoc loco reftituendum eft, ut etiam dixi in praenominibus a me editis multo latius. SIG. Si Livius priori consulum *Lartis* praenomen dedit; error, quo ei *Spurius* subftituitur, bene antiquus effe debet, quum non modo in omnibus Mftis meis similiter peccetur, nisi quod *Sulpicius*, pro *Spurius*, sit in Gaertn. verum etiam, ut Pighius in Annal. ad ann. cccv. p. 157. observat, jam in Chron. Caffiodori et Mariani *Sp. Herminius* eadem aberratione vocetur. [ita etiam Veith.] Sufpicio itaque nafci poffet, alios Livium auctores secutum effe, quam Dionys. Diodor. et Valer. quod tamen non nimis urgeo. De hoc praenomine etiam infra v. ad 4, 58, 7. Mox *et T. Virginius* Voff. 2. et priscae editt. usque ad Aldinam, quae prima *τὸ et* omisit: et recte. Reliqui enim codd. eam vocem ignorant. V. supra ad 2, 17, 1.

Caelimontanus] *Coelimontanus*, quia *Coelius*, non *Caelius* scribitur. SIG. Lapides eruditi utroque modo *Caelius* et *Coelius* pro nomine gentili scribunt, sed nummi tantum vel *Coelius*, vel *Coilius*. An tamen inde cognomen deducendum sit, dubitatur. Potius videtur, ut nomen acceperit ab uno septem montium urbis Romae, in quo forte aedes habuit, atque habitavit. Inde autem deducta nomina primis his temporibus frequentia obcurrunt. Ita consulis, cui *Esquilino* cognomen fuit, qui anno CCLXXV. in locum C. Servilii

Virginius Caelimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis caussam inclinati, otium domi ac foris habuere. L. Trebonius tribunus plebis, infestus 3 Patribus, quod se ab iis in cooptandis tribunis frau-

Structi Ahalae in magistratu mortui factus est, memoratur in Fastis Capitol. Cognomen *Capitolini* in gentibus Quinctiorum, Sestiorum et Manliorum, etiam antequam M. Manlius Gallos Capitolium scandentes dejiceret, ex Livio et aliunde notum est. *Sp. Turpejus Montanus Capitolinus* consul memoratur in Fastis Capitol. anno ccxcix. *P. Maelius Capitolinus* tribunus militum consulari potestate ibid. anno ccclIII. *T. Romilius Rocus Vaticanus* consul ibidem anno ccxcvIII. Ita *Aventinensis* Genuciorum cognomen fuit. De orthographia autem nominis hujus montis non convenit. Apud scriptores enim Latinos varie, nunc *Caelius*, nunc *Coelius*, editur. Verum apud Dionys. 2. Antiq. p. 104. mons, ut et is, unde mons nomen habet, vocatur *Καίλιος*, et *CAELIVS* in tabula aerea apud Gruter. in corpore Inscr. p. 502. Pighius etiam in Annal. ad ann. cclxxxiv. p. 117. inscriptionem refert, suo tempore in hortulo Jac. Sadoleti Cardinalis exstantem, dedicatam *HERCVLI. IVLIANO. IOVI. CAELIO. GENIO. CAELIMONTIS.* unde Virginiorum cognomen *Caelimontanus*, non *Coelimontanus*, scribendum contendit: quod etiam verisimilius videtur. Eam itaque scripturam, a Sigonio ejectam, iterum recepi. (* *Caelius* praefert optimus Memm. apud Suet. Tib. 48.) Ceterius *Celius Montanus* dicitur in Gaertn.

Nihil magnopere ad Patrum aut plebis caussam inclinati] Primo *magno opere* Lipsiens. V. infra ad 28, 18, 4. Unius tamen illius codicis auctoritatem sequi, periculosum puto. Deinde *a Patrum ad plebis caussam* Voss. 1. a m. 2. *ad Patrum aut ad plebis* Haverk. quod quidem stilum Livii sapit: v. ad 6, 28, 6. ejus tamen unius auctoritas levior est, quam ut receptam lectionem mutare audeam. Immo quum videam, Voss. 1. a m. 1. et Lipsiens. habuisse *ad Patrum ad plebis caussam*, potius puto, librarium cod. Haverk. utramque illam lectionem *aut* et *ad* junxisse. quod eos saepissime fecisse, supra dictum est hoc lib. c. 44, 4.

§. 3. *In cooptandis tribunis fraude captum, proditumque a collegis ajebat*] *captum prodi a collegis* Pall. pr. ac tertius. GEBH. Particulam connectentem, quae in edd. prioribus supererat, omisit Gronovius, eumque secuti recentiores editores, quam tamen servant Leid. 2. Harlej. ambo, Portug. Haverk. Fragment. Hav. et apud Hearnium Oxon. B. [Veith.] Tum praepositio *a* exsulat a Leid. 2. Praeterea verbis prioribus *Tribonius*, pro *Trebonius*, perperam praefert idem Leid. 2. *Trebunius* Florent. *agebat* autem, pro *ajebat*, Leid. 1. Klockian. et Fragment. Hav. a m. 1. V. ad 8, 33, 23.

§. 4. *Qui plebem Romanam tribunos plebei rogaret*] Ita Cl. Clericus edidit; qua autem auctoritate, incertum est. Forte ita legendum censuit, quoniam verbis sequentibus similiter editum videret, *dum decem tribu-*

de captum, proditum a collegis, ajebat, rogatio-
4 nem tulit, *ut qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret, is usque eo rogaret, dum decem tribunos plebi faceret*; insectandisque Patribus, unde Aspero etiam

nos plebei faceret. Sed de eo mox. Cel. Jac. Gronovius vulgari curavit *tribunos plebi*, ut praeferunt Florent. Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. et, ut Hearne monuit, Oxon. B. L. 1. 2. et N. Reliqui excusi habent *tribunos plebis*: quibus concinunt Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. *tribunos pleb.* ambigue est in Leid. 2. Restitui itaque Gronovii lectionem, quam et plures et optimi tuentur. V. ad 2, 42, 6. [*plebi* omittit Veith.] Tum *rogasset* male Haverk.

Is usque eo rogaret] *is usque rogaret*, una voce deficiente, Voss. 1. et Leid. 2. Sed omnes hac quatuor voces desunt in Gaertn. *isque usque eo rogaret* habet Lipsiens.

Dum decem tribunos plebis faceret] Vet. lib. *plebi*. SIG. *plebi* etiam Voss. 1. Harlej. uterque, Lipsiens. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. L. 1. N. et C. *plebis*, quod Sigonio displicuit, ab Aldo obtinuerat, et in duobus tantum codicibus Leid. 2. et Gaertn. mihi obvium fuit. Aldo antiquiores habent *plebei*, quod Cel. Jac. Gronovius revocavit, eumque secutus Clericus. Sed consentit unus tantum meorum Mstorum Florent. Reliqui enim Voss. 2. Leid. 1. Portug. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. ea voce carent. Hinc *plebi* etiam, quod plurium calamo descriptorum auctoritas defendit, recepi: licet nec *plebei*, ob integerrimum codicem praeeuntem, temere rejiciendum existimem.

Unde Aspero etiam inditum est cognomen] Sollemni lapsu Pall. primus ac tertius *indictum*. Moneo propter quosdam, hinc facile suis conjecturis ad frivolam correctionem grassaturos. GEBH. *indictum* etiam Voss. 2. Saepius ita librarii peccarunt. V. ad 1, 32, 14. 2, 13, 1. 6, 20, 11. 7, 2, 6. (* 4, 29, 6. 6, 39, 5. 21, 31, 4. 29, 37, 4.) atque alibi. Et ita passim commutantur *additus* et *addictus*. V. ad 6, 15, 9. *editus* et *edictus*. V. infra ad 21, 62, 7. *induitum est* habet Voss. 1. (* an librarius eo modo conjungere voluit duplicem lectionem *inditum* et *indutum*?) Praeterea *Aspero inditum etiam est* Lipsiens. et Haverk. Mox *tribunum gessit*, pro *tribunatum*, Harlej. 1.

§. 5. *Inde M. Geganius Macrinus et C. Junius consules facti*] Hunc alii *Macerinum* vocant, qui bis antea consul fuit. Sed *C. Julius* alii recte pro *Junio* emendarunt. Junii enim omnes post Bruti mortem plebeji fuere, auctore Dionysio [l. 5. p. 292.] nec umquam consules facti, nisi donec licuit ex plebe alterum fieri consulem. GLAR. Graeci et Capitolini scriptores *Macerinum* cognomen addunt *Geganiis*, non *Macrinum*. SIG. *M. Geganius M. Agrinus* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Lipsiens. *M. Geganius Marcus Acrinus* Voss. 2. *M. Geganius. ... aginio* Portug. *Cn. Gaganius M. Acrinus* Florent. *Cn. Greganius Macrinus* Leid. 2. *M. Greganius Agrius* Haverk. *M. Greganius M. Agnus* Gaertn. *M.*

inditum est cognomen, tribunatum gessit. Inde M. Geganius Macerinus et C. Julius, consules facti, coïtiones tribunorum, adversus nobilium juventutem ortas, sine insectatione potestatis ejus, con-

Geganius Agrinas Harlej. 2. *M. Geganius Magninus* Fragment. Hav. *Geganios* saepe librariorum lapsu *Greganios* vocari, infra docetur ad 4, 17, 7. Praeterea, *Macerinum* Geganiorum cognomen esse, monet etiam Pighius in Annal. ad ann. CCCVI. p. 158. idque infra 4, 8, 1. c. 22, 7. et alibi sine illa varietate ipsis, etiam in Mstis, tribuitur. V. quoque Rhenanum ad Liv. 4, 12, 6. *Julius*, pro *Junius*, ut antiquiores edd. habebant, primus restituit Aldus. Et ita praeferunt omnes codd. *et Concordius Julius*, est in Voss. 2. Recte autem *C. Julius* editum esse, constat ex Liv. 4, 21, 6. ubi *iterum consul* memoratur. Ejus enim prior consulatus in alium, quam hunc, annum conferri non potest.

Conciones tribunorum adversus nobilium juventutem ortas sine insectatione ejus potestatis etc. *sedavere*] Quid est *sedare conciones ortas*? Quando umquam alias dixit, *oriri conciones*? Quis est, qui non videat, aut *coïtiones*, aut *contentiones* esse legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. SIG. Palatinus ex correctione (nota priori parti literae tertiae vocis *contiones* supposita) indigetat, placuisse exscriptori *coïtiones*, ut volebat Sigonius, negans recte dici *contiones oriri*. Sed *contiones ortas* hic intelligo criminationes, in contione contra vim injuriamque nobilium juventutis sese exserentes, in ipso principio oppressas fuisse ab consulibus. Campanus quoque offendit in hoc loco, objiciens nobis *contentiones*. GEBH. *contiones tribunorum* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Ex Harlej. utroque nihil in excerptis notatum video, quamvis mihi vix persuadeam, eos ambos hic ab aliis omnibus dissentientes *coïtiones* exhibere. *contemtiones tribunorum* habet Fragm. Hav. in margine. *contentiones tribunorum* Latinius se in Neapolit. et Hearne in Oxon. N. reperisse profitentur. Doujatius vulgatum tueri conatur, testatus, se quidem absolute non dicturum *conciones ortas*, sed *conciones tribunorum adversus nobilium juventutem ortas* non multo magis damnaturum, quam *tibi a me nulla orta est injuria*, quod dixit Terentius [in Adelph. 1, 1, 35.] aut *facinus ex te ortum*, quod Plauti est [in Poenul. 4, 2, 67.] quae utraque exempla ipsi Calepinus subgessit. Sed quisque sponte videt, nullam convenientiam esse inter locutionem *injuria orta a me*, aut *facinus ortum ex te*, et *concio tribunorum orta adversus juventutem*. Possetne, quaeso, ferri, *Oratio*, vel *concio Ciceronis orta adversus Catilinam*? haud puto. Neque melius Gebhardus receptae lectionis patrocinium suscepit, *conciones* exponens criminationes in concione sese exserentes, ne Sigonio adsentiendum foret; quem tamen recte *coïtiones tribunorum* emendasse puto. Alibi saepe librarii Liviani τῷ *coïtio* vel vocem *concio* vel vocem *contentio* substituerunt. Vide, quae notantur ad 4, 13, 9. et mox hoc

6 servata majestate Patrum, sedavere. plebem, decreto ad bellum Volscorum et Aequorum delectu, sustinendo rem, ab seditionibus continuere: urbano quoque otio foris omnia tranquilla esse adfirmantes,
7 per discordias civiles externos tollere animos. Cura pacis concordiae quoque intestinae caussa fuit. Sed alter semper ordo gravis alterius modestiae erat.

cap. ad §. 8. Praeterea *juventutem hortasse inspectatione* Klockian. *juventutem ortas sine intessatione* Florent. a m. 1. sed recte *insectatione* deinde emendatum est. Id enim in hac re proprium verbum. Ita paullo ante hoc cap. habuimus *insectandisque Patribus tribunatum gessit.* 22, 34, 2. *Insectatione principum popularibusque artibus conciliatum.* (* 40, 12, 6.) 2, 27, 10. *Furente Appio et insectante ambitionem collegae.* 3, 33, 7. *Ut plebicola repente omnisque aurae popularis captator evaderet. pro truci saevoque insectatore plebis.*

§. 6. *Sedavere plebem decreto*] In prioribus edd. foede laboravit hic locus a distinctione prava, quam nunc ita digessimus. JAC. GRON. Non modo major distinctio post vocem *sedavere* perperam omissa erat in ed. Gronoviana anni 1665. verum etiam in verbis sequentibus pleraeque edd. ita interpungebant: *delectu sustinendo, rem ab seditionibus continuere.* quod recte Cl. Jac. Gronovius mutavit, ut nunc editur. Prava, quae olim obtinuerat, distinctio inter alios etiam Doujatium in errorem perduxit, et effecit, ut crederet, hunc Livii sensum esse: consules continendo plebem metu delectus, ad bellum Volscorum et Aequorum indicti, rempublicam seditionibus vacuam habuisse, quasi nempe constructio verborum illa foret *continuere rem,* id est, rempublicam, *ab seditionibus, sustinendo plebem delectu decreto ad bellum.* At, recepta nova distinctione, patet, Livium id velle: quum delectus ad bellum Volscorum et Aequorum decretus esset, consules, sustinendo rem, plebem ab seditionibus continuisse. *sustinendo rem*, id est, morando, differendo delectum decretum. quem si ursissent, plebs militiam detrectans a seditione contineri non potuisset. Eo sensu *sustinere* Livio frequens est. Infra 5, 45, 7. *Vix temperavere animis, quin extemplo inpetum facerent: compressique a Caedicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant, rem in noctem sustinuere.* et alibi. Ovid. Ep. 1. Heroïd. 114.

Extremum fati sustinet ille diem.

Ubi v. Cel. Burmann. Ceterum, pro *delectu*, est *dilectum* in Voss. 1. et Leid. 1. *delectos* in Harlej. 1. *dilectu* in Florent. et Lipsiens. V. ad 37, 51, 7. *delecto* in Gaertn. V. ad 2, 27, 10. Mox *a seditionibus* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. et inferius alio ordine *tranquilla omnia* idem Voss. 2.

§. 7. *Cura pacis concordiae quoque intestinae caussa fuit*]

quiescenti plebi ab junioribus Patrum injuriae fieri
coeptae. ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in 8
primis parum proderat: deinde ne ipsi quidem inviolati erant, utique postremis mensibus, quum et per coïtiones potentiorum injuria fieret, et vis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset: jamque plebs ita in tribunatu po- 9

concordiaeque intestinae caussa Leid. 2. [Veith.] sollemni errore. V. infra ad 5, 27, 1. *discordiae quoque* Portug. a m. 2. priori lectione penitus erasa. [*Sed aliter semper* Veith.] Praeterea *plebei a junioribus Patrum injuriae fieri coeptae*, pro *plebi ab junioribus*, Gaertn.

§. 8. *In primis parum proderat*] *in primis patrum* Voss. 1. Harlej. 2. et Haverk. *inprimis primum proderat* Leid. 2. Sed nihil mutandum. *in primis* nempe humiliorum, quibus tribuni auxilio erant.

Deinde ne ipsi quidem inviolati erant, utique postremis mensibus, etc.] Ex volumine veteri colligo, scriptum fuisse, *in primis parum proderat, dein ne ipsi quidem inviolati erant.* RHEN. Hic sensus misere laceratur ab iis, qui, ejus ignari, verba inscite dispunxerunt. facile restituetur in integrum, si ita interpunxeris, ut *utique postremis mensibus* cum *inviolati erant* jungas sic, *ne inviolati quidem erant utique postremis mensibus*, id est, praesertim postremis mensibus, cui orationi caussas subnectit statim duas. SIG. Infinitis locis Livium *dein* scripsisse, aut certe codd. Livianos hanc vocem praeferre, ubi vulgo *deinde* editur, supra dictum est ad 3, 3, 6. hic tamen omnes nostri constanter *deinde* servarunt. Praeterea interpunctio, quam hic carpit Sigonius, orta fuisse videtur ab Aldo, qui majori distinctione verba *utique postremis mensibus* a prioribus divisit.

Quum et per coïtiones potentiorum injuria fieret] Vocula *et* omittitur in Haverk. V. ad 2, 44, 3. Deinde *per cūctōes* Gaertner. *per contentiones* Leid. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. Oxon. L. 1. apud Hearnium, et Voss. 1. in marg. qui in contextu praefert *contiones*, quod etiam habet Portug. *conciones* et *coïtiones* in cod. N. se invenisse testatur idem Hearne. V. supra hoc cap. ad §. 5.

§. 9. *Jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei*] *jamque ita plebs* trajectis vocibus Gaertn. (*jam plebs* Veith.) Tum *poneret* Fragm. Hav. [Veith.] et, quas vidi, cdd. *usque* ad Aldum, quasi penderet ex praecedenti vocula *quum*. Sed solita inscitia librarii lectionem infinitivam ferre non potuerunt. V. ad 1, 50, 5. Ex eodem fonte profluxit, quod quidam codd. mox §. seq. *crederent*, pro *credere*, exhibeant. Non posse referri ad *τὸ quum* inde constat, quod his verbis non redditur ratio, quemadmodum proximis factum est, cur tribuni utique ultimis mensibus inviolati non essent. Praeterea *spei aliquid* eaedem edd. pro quo Aldus *aliquid spei* dedit, transpositis vocabulis: quod

nere aliquid spei, si similes Icilio tribunos habe-
10 ret: nomina tantum se biennio habuisse. Seniores
contra Patrum, ut nimis feroces suos credere ju-
venes esse; ita malle, si modus excedendus esset,
11 suis, quam adversariis, superesse animos. adeo mo-
deratio tuendae libertatis, dum aequari velle si-
mulando ita se quisque extollit, ut deprimat alium,
in difficili est: cavendoque ne metuant homines,

omnes codd. mei probant. Mox *similes tribunos* media voce omissa Portug. a m. 1. *similes Sicilio tribunos* Leid. 1. et Florent. a m. 1. *similes Ilicio tribunos* transpositis syllabis Lipsiens. V. supra ad 2, 58, 2.

Nomine tantum se biennio habuisse] *nomina tantum se biennio habuisse* Graevius e MSS. et vett. edd. ad Ciceronem 5. ad Attic. Ep. 15. et 4. Paradox. Sine dubio recte. DUK. Locutio capi posset, quasi plebs quereretur, sibi eo biennio tantum nomine non re tribunos fuisse, quomodo et Doujatius exposuit. Verum non modo quidquid codicum consului, sed et omnes vetustae edd. legunt *nomina tantum* usque ad Basileenses, qui anno 1539. *nomine* vulgarunt. Quamvis vero Vascos. subinde, Gryphius, Sigonius, et nonnulli alii *nomina* loco restituerint, altera tamen lectio reliquis editoribus placuit usque ad Hearnium, qui iterum *nomina* dedit. Optime. Saepe ita Livius locutus est. 5, 18, 4. *Me jam non eumdem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis.* 7, 29, 5. *Campani magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires, quum adtulissent.* 29, 1, 21. *Praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani haberent, exercitum quoque veterem inde deductum.* 44, 41, 4. *Elephanti in acie nomen tantum sine usu fuerunt.* Etiam Mela. 2, 3. *Thoricos et Brauronia, olim urbes, jam tantum nomina.* Et Silius 1, 239.

Magnanimis regnata viris,
nunc Ardea nomen.

ubi vide, quae olim notavi. Similiter quoque ex antiquis membranis et editis hic legendum monentem v. Academiae Trajectinae decus J. G. Graevium literis ad Inl. N. Heinsium in Syll. epistol. quas edidit Cel. Burmann. tom. 4. p. 540.

§. 10. *Ut nimis feroces suos credere juvenes esse*] *et nimis feroces* Voss. 2. saepius obcurrente errore. V. ad 21, 28, 8. Deinde *crederent* Leid. pr. et Fragm. Hav. V. ad §. praec. Denique *τὸ esse* deest in Voss. utroque, Fragm. Hav. et Portug. a m. 1. [Veith.] exsulat etiam ab excusis ante Aldum, qui adjecit. Servant autem reliqui codd. nisi quod *essent* praeferant Leid. 1. et Gaertn. *esset* Lipsiens.

Malle, si modus excedendus esset] Terentius Adelphis [2, 1, 20.] *Non innueram; verum in istam partem potius peccato tamen.* J. FR. GRON. *exercendus esset* perperam Voss. 1. Leid. 2. Fragm. Hav. et Gaertn.

metuendos ultro se efficiunt: et injuriam a nobis repulſam, tamquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.

LXVI. T. Quinctius Capitolinus quartum et A- 1
grippa Furius, consules inde facti, nec seditionem domi, nec foris bellum, acceperunt: sed inminebat utrumque. Jam non ultra discordia civium reprimi 2
poterat, et tribunis et plebe incitata in Patres,

§. 11. *Dum aequari velle simulando ita se quisque extollit*] *extollat* Voſſ. 2. Leid. 1. Portug. Lips. Gaertn. et Haverk. [Veith.] atque ita voluiſſe videtur scriba Harlej. 2. qui exhibet *extollant*. Tum *in difficile est* Voſſ. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. V. supra hoc lib. ad c. 8, 9. [*in discrimen est* Veith.]

Metuendos ultro se efficiunt] Prima vox male deficiebat in Voſſ. 2. et Fragm. Hav. in quo tamen poſteriore a m. 1. licet alio loco, adscripta erat hoc modo, *ultro se metuendos efficiunt*. Sed *metuendos se ultro efficiunt* habent Voſſ. 1. et Leid. 2. Mox *injuriam ab nobis repulsam*, pro *a nobis*, Harlej. 1. et Florent.

§. 1. *T. Quintius Capitolinus IIII. et A. Furius consules inde facti*] Hoc loco satis diligenter Livius Capitolini consulis annos numeravit, quod libro secundo omiſſum bis ante [ad 2, 64, 2. et ad 3, 2, 2.] teſtati sumus. Pro *A.* autem *Agrippa* repoſitum eſt ab aliis, ut sit *Agrippa Furius*, quod non diſplicet. Nam in pugna ad Corbionem [c. 70.] *Agrippae* consuli nomen eſt. GLAR. *Quinctius* Leid. 1. V. supra ad 1, 30, 2. Hinc *quarto* Voſſ. 2. Harlej. 2. Portug. et Haverk. Tum *Agrippa* probanti Glareano adsentit Pighius in Annal. ad ann. CCCVII. p. 159. docens, praenomen *Agrippa* errore librariorum in vulgatis aliquot exemplaribus mutatum eſſe in *Aulus*. Certe *Aulus* habent omnes excusi ante Aldum, qui ejus loco *Agrippa* ſubſtituit. Eumdem errorem in Livii codd. Mſtis obtinere, Hearne profitetur: quem tamen Pighii verba descripsiſſe, licet eum non nominet, et male *Mstos* pro *editionibus* memoraſſe, puto. Omnes certe codices, quibus utor, in praenomen *Agrippa* conspirant. Inſuper consulis nomen *Furius* perperam abeſt ab Haverk. et Lipsiens. Denique eaedem edd. non agnoscunt voculam *inde*, quam iterum Aldus interjecit, concinentibus etiam hic codd. manu exaratis, nisi quod pro ea *deinde* habeant Harlej. 2. et Haverk.

§. 2. *Quum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus conciones turbaret*] Videat lector, verba hoc loco ut intelligenda. GLAR. Dum nimirum factionibus potentiores eripiebant populo reos. Palat. tertius *conditiones turbaret*. GEBH. Noſtri codd. vulgatum recte servant, nisi quod *turbant* sit in Leid. 2. et in margine Voſſ. 1. *conciones* et *conditiones* alibi confunduntur. V. ad 4, 12, 7. Cl. Ant. Perizon. margini adscripserat, forte legendum *tur-*

quum dies alicui nobilium dicta novis semper cer-
3 taminibus conciones turbaret. ad quarum primum ſtrepitum, velut signo accepto, arma cepere Aequi ac Volsci: simul quod persuaserant iis duces, cupidi praedarum, biennio ante delectum indictum haberi non potuiſſe, abnuente jam plebe imperium.
4 *eo adversus se non eſſe miſſos exercitus. diſſolvi licentia*

barent; ad quorum primum strepitum. Verum, ut conſtructio conſtet, tum etiam legendum foret *die dicta. quarum* tuentur omnes codices. *quorum* tamen non displicet, ut referatur ad vocem *certaminibus.* Sed nec vulgatum damno. Paullo ante in verbis praecedentibus *Jam vero non ultra*, addita secunda voce, praefert Gaertn.

§. 3. *Ad quarum primum strepitum, velut signo accepto, arma cepere*] *ad quarum pristinum strepitum* Fragm. Hav. Deinde *arma accipere* Haverk. *arma accepere* Harlej. 2. et Lipsiens. Et ita Palat. sec. praeferre, auctor eſt Gebhardus supra ad 1, 7, 6. unde legendum opinatur *occipere.* Sed nihil muto. *arma capere* hic eſt bellum movere. Salluſt. in Catil. 33. *Deos hominesque testamur, imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum homini faceremus.* Tacit. 2. Ann. 52. *Valida ea gens, et solitudinibus Africae propinqua, nullo etiam tum urbium cultu, cepit arma, Maurosque adcolas in bellum traxit.* 3, 38. *Coelaletae, Odrusaeque, et alii, validae nationes, arma cepere.* Et saepissime alibi. *arma capere*, sed alio sensu, pro arma sibi induere, inluſtravi ad Silii 4, 98. *sumere arma*, quemadmodum hic *capere arma*, supra Livius dixit 2, 43, 1. *Eo anno non segnior discordia domi, et bellum foris atrocius fuit. Ab Aequis arma sumta.* pro quo *bellum sumere* Silius dixit 1, 272.

Bellaque sumta viro belli majoris amore.

ubi vide etiam. Alibi quoque *arma accipere*, pro *capere*, librarii dederunt. V. infra ad 22, 19, 8. Et quidem hic tanto facilius, quod ea vox modo praeceſſerat, et adhuc memoriae librarii inhaerebat. Mox *Aequi et Volsci* Harlej. 2. cum priscis edd. *Aequi aut Volsci* Klockian.

Cupidi praedarum, biennio ante delectum indictum haberi non potuisse] *praedarum cupidi* Haverk. *cupidi praedae* Leid. 2. Hinc *biennio autem* idem Leid. 2. solito errore. V. infra ad 27, 35, 7. Utramque lectionem exprimere conatus eſt librarius Fragm. Hav. qui *biennio ante autem* dedit. V. ad 3, 44, 4. *biennio ac* Lipsiens. Tum vox *delectum* aberat ab Fragm. Hav. a m. 1. sed *dilectum* habent Florent. Voſſ. 1. Leid. ambo, et Portug. a m. 1. V. ad 37, 51, 7. Deinde *habere* Voſſ. 2. Leid. 1. Lipsiens. Gaertn. et Portug. Denique *annuente jam plebe* Leid. 1. V. ad 36, 34, 6.

§. 4. *Quidquid irarum simultatumque cum exteris fuit*] *simultatiumque* Palat. primum ha-

militandi morem. nec pro communi jam patria Romam esse. quidquid irarum simultatumque cum externis fuerit, in ipsos verti. obcaecatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem esse. Conjunctis exercitibus Latinum primum agrum perpopulati sunt: deinde postquam ibi nemo vindex obcurrebat, tum vero, exsultantibus belli auctoribus, ad moenia ipsa Romae populabun-

bere, et tertium ab initio habuisse, testatur Gebhardus supra ad 2, 14, 9. Eadem lectio superest in Florent. Et hanc scripturam firmare etiam videtur lectio Leid. 1. et Lipsiens. a m. 1. in contextu *simul tocitumque*. V. infra ad 9, 38, 12. [*simultatumque causa cum* Veith.] Paullo ante *nec pro communi jam patria Romono esse* Lipsiens. *esse Romam* transpositis dictionibus Gaertn. Praeterea mox τὸ *in ipsos* desunt in Gaertn.

Obcaecotos lupos intestino rabie opprimendi occosionem esse] *occasionem rati esse* Voss. 2. Male. Pendent enim haec simul cum superioribus a praecedenti *persuaserunt*. [*opprimendi occasione conjunctis* [Veith.]

§. 5. *Conjunctis exercitibus Lotinum primum agrum*] Scriptum fuerat *ċjunctis*, vel *9junctis*. Hinc, nota initiali omissa, factum est *Junctis*, ut praeferunt Harlej. 2. et Haverk. quod mox mutatum in *Cunctis*, quemadmodum exstat in Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. Soleot enim passim haec vocabula confundi. Vide, quae notavi ad Silii 9, 641. et quae viri docti ad Plinii 1. Ep. 9. in princ. Mox *Latium primum ogrum*, pro *Latinum*, Gaertn. Tum *perpopulati*, pro *populati*, Florent. V. infra ad 23, 36, 7. [*populoti* Veith.] Deinde *nemo ibi vindex* alio ordine Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. *sibi*, pro *ibi*, praeferunt edd. priscae, pro quo Aldus *ibi* reposuit, concinentibus omnibus manu exaratis. Alibi non raro hae voces commutantur. V. supra ad 1, 55, 4.

Ad moenio ipsa Romae populabundi regione portoe Esquilinae accessere] *regionem portae* Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. Male. Indicat enim, ea parte hostes ad moenia Romae accessisse, qua erat porta Esquilina. Infra 5, 8, 7. *Ea regione, qua M.' Sergius tribunus militum praeerat, castra adorti sunt.* (* 10, 43, 11.) 25, 25, 8. *Portis regione plateorum potentibus stationes praesidioque disposuit.* V. Cl. Jac. Gronov. ad Liv. 25, 9, 10. Dicere etiam potuisset *populobundi ob porto Esquilino accessere.* quomodo infra locutus est 31, 24, 8. *Ab Dipylo accessit.* Deinde *portae Equilinoe* Voss. 1. et Leid. 2. *portae Exquilinoe* Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. Reliqui vulgatum servant. V. infra ad 45, 15, 6.

Vostationem agrorum urbi per contumeliam ostentantes] In volumine veteri est, *vastationem ogrorum per contumeliom urbi ostentontes*. RHEN. Erratum hoc typographicum *vastationem agrorum ubi per contumeliam ostentantes* novissimas

di regione portae Esquilinae accessere, vastationem
6 agrorum per contumeliam urbi ostentantes. unde postquam inulti, praedam prae se agentes, retro ad Corbionem agmine iere, Quinctius consul ad concionem populum vocavit.

1 LXVII. Ibi in hanc sententiam locutum accipio; *Etsi mihi nullius noxae conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in concionem vestram proces-*

edd. omnes obsedit. Legendum ex tribus Pall. editionibusque priscis *vastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes.* Sic in illis perperam vulgatur, *ad quartum primum strepitum*, pro *ad quarum primum*. GEBH. *ubi*, pro *urbi*, editum tantum exstat in prioribus Gruteri, qui errorem in postuma emendavit. Similiter peccatum fuerat in Mediol. anni 1480. pro quo in utraque Tarvis. et Veneta anni 1495. exstat *ibi.* sed *urbi* receperunt Mediol. anni 1495. et Veneta anni 1498. quomodo etiam legunt omnes nostri, nisi quod vocem transponant, quemadmodum Rhenanus in suo sibi obvium fuisse monet. quem ordinem etiam verborum recepi.

§. 6. *Inulti praedam prae se agentes*] *multi praedam prae se agentes* dederunt scribae Harlej. 2. et Haverk. editi etiam Aldo antiquiores, solito errore duabus prioribus literis vocis *inulti* in literam *m* coalescentibus. Vide, quae supra notata sunt hoc lib. c. 38, 3. Praeterea *praedam* male deficit in Voss. 1. et Leid. 2. Denique mox *ire*, pro *iere*, praeferunt Haverk. et Lipsiens.

§. 1. *Etsi mihi nullius noxae conscius, Quirites, sum*] Ultima voce caret Fragm. Hav. a m. 1. *sim* habet Voss. 2. Ita Livium infra, aliosque alibi locutos esse videbimus ad 5, 42, 7. Reliqui tamen in vulgatum conspirantes eam lectionem hoc loco tuentur.

Cum pudore summo in concionem vestram processi] *accessi* Lipsiens. Male. Supra hoc lib. c. 64, 6. *Auctores popularis sententiae haud populares nactus in concionem cum iis processit.* Infra 44, 45, 8. *Perseus, una tantum spe Bisaltarum auxilii tentata, in concionem processit.* Et ita saepe.

Hoc vos scire, hoc posteris memoriae traditum iri] *Haec*, pro *Hoc*, utroque loco legit Portug. *hic* posteriori Haverk. Tum *hoc poteritis*, pro *hoc posteris*, Klockian. *hoc potestis* Lipsiens. a m. pr. in contextu. Mox *iri* exsulat a Leid. 2. et Voss. 2. [*scite*, et *traditum est* Veith.]

Vix Hernicis modo pares, T. Quinctio quartum consule] Voces *modo pares* a m. 1. aberant a Portug. sed postea margini adscriptae sunt. *modo praestito Quintio* Leid. 1. una tantum litera trajecta et duabus vocibus in unam coalescentibus. Hinc *quarto consule* Voss. sec. Harlej. 2. Portug. *Quiritium consule* Gaertn. Paullo post vox *Romae* non comparet in eodem Portug.

si. Hoc vos scire, hoc posteris memoriae traditum iri, Aequos et Volscos, vix Hernicis modo pares, T. Quinctio quartum consule, ad moenia urbis Romae inpune armatos venisse. Hanc ego ignominiam, (quamquam 2
jam diu ita vivitur, is status rerum est, ut nihil boni divinet animus) si huic potissimum inminere anno scissem, vel exsilio, vel morte, si alia fuga honoris non esset, vitassem. Ergo, si viri arma illa habuissent, quae 3

§. 2. *Quamquam jam diu ita vivitur*] *quamdiu vivitur* Portug. a m. 1. in quo deinceps emendatum *quamquam diu ita vivitur*. Posterior autem haec lectio exstat etiam in Lipsiens.

Si huic potissimum inminere anno scissem] *huic potissimo inminere anno* Voss. 2. Male. Livius supra hoc lib. c. 64, 4. *Forte quadam utili ad tempus, ut comitiis praeesset, potissimum M. Duilio evenit.* Et passim. *inminere agnoscissem* Leidens. 2. *inminere a quo scissem* a m. 2. emendatum est in Florent.

§. 3. *Ergo si arma illa viros habuissent*] Sincera lectio *Ergo si viri arma illa habuissent.* RHEN. Sustentatur haec lectio omnium codicum MSS. fide. Nihilominus maluit olim Andreas *Si illa arma viros habuissent.* GEBH. Rhenani lectionem firmat etiam auctoritas omnium meorum codd. ut et Neapol. Latin. *si viri*, id est, viri fortes, arma illa habuissent. Supra 1, 41, 3. *Tuum est, inquit, Servi, si vir es, regnum.* c. 58, 8. *Sex. est Tarquinius, qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium.* 2, 38, 5. *Bellum vobis indictum est, magno eorum malo, qui indixere, si viri estis.* 3, 50, 12. *Imperium si quis inhiberet, et viros, et armatos se esse respondetur.* Mox hoc ipso cap. *In nos viri, in nos armati estis.* 25, 18, 10. *Si vir esset, congrederetur.* quorum exemplorum quaedam observavit etiam Cel. Graevius ad Flori 3, 3, 9. Ovid. Epist. 9. Her. 106.

Quod tu non esses jure, vir illa fuit.

Justin. 11, 13. *Quemadmodum Dario majorem turbam hominum esse, sic virorum sibi.* Sallust. in Catil. 40. *At ego, inquit, vobis, si modo viri esse voltis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis.* ubi videndus Cl. Cortius. Adde Doct. Snakenb. ad Curtii 9, 7, 17.

Quae in portis fuere nostris] Voce inter versus adscripta, *quae prope in portis* praefert Portug. Ita supra 2, 59, 5. *Hostem victorem paullo ante prope in portis ac vallo fuisse.* infra 9, 22, 4. *Quum jam prope in portis castrorum esset hostis.* 26, 41, 12. *Adde ultimum terrorem ac pavorem, visum prope in portis victorem Hannibalem.* 27, 18, 3. *Signaque Romana portis prope ipsis inlata.* 30, 30, 8. *Sed et vos in portis vestris prope ac moenibus signa armaque hostium vidistis.* Hic tamen

in portis fuere noſtris, capi Roma me consule potuit? satis bonorum, satis superque vitae erat: mori consulem
4 *tertium oportuit. Quem tandem ignavissimi hoſtium contemsere? nos consules? an vos Quirites? Si culpa in nobis eſt, auferte imperium indignis; et, si id parum*

eam vocem addidiſſe scriba videtur, ne nimio dedecori foret, hoſtem tam proxime accessiſſe, ut *in portis fuisse* dici poſſet. At cogitare debuiſſet, conſuli potius propositum fuiſſe, dedecus augere, quam minuere; ut ejus magnitudine cives ad arma adversus hoſtes arripienda incitaret. Alibi etiam librarii hac voce addenda vel omittenda variant. V. infra ad 6, 27, 11. Etiam *vestris*, pro *nostris*, Haverk. [Veith.] ita mox quidam codd. *nos*, pro *vos*, praeferunt §. 5.

Satis honorum, satis superque vitae erat] Pall. primus, tertius, Campanusque, *satis honorum, superque vitae erat.* At sec. *satis honorum, satisque supererat vitae.* Vulgatae adsiſtit Andreas. GEBH. In tribus codd. non reperio poſterius *satis.* Si cui placet delere, poterit confirmare loco Taciti 4. Ann. [39.] *Nam sibi multum superque vitae fore, quod tali cum principe explevisset.* J.FR.GRONOV. Tres codd. Gronovio memoratos, duos manu, unum typis exaratum fuiſſe, notae Gebhardi indicant. Iis nullus meorum consentit. Nam *satisque honorum, superque vitae erat* habet Voſſ. 2. *satis honorum satisque supererat vitae* Haverk. *satis honorum, satis superque erat vitae* Harlej. 2. et Lipsiens. Reliqui omnes receptam scripturam tuentur. Neque ullam etiam varietatem ex codd. suis vel Latinius vel Hearne adduxerunt. Videtur itaque *τὸ satis* poſteriori loco a scribis omiſſum eſſe, quia modo praecesserat. Neque video etiam, quemadmodum locus Taciti, a Gronovio laudatus, trium codd. lectionem confirmare poterit, quum magis vulgatae ſtabiliendae facere videatur. Quod enim Tacitus *multum superque*, id Livius hic *satis superque* dixit. et hoc unice verum puto, quo et ipse Gronovius inclinare videtur. Ita supra 2, 42, 6. *Patres, satis superque gratuiti furoris in multitudine credentes esse, largitionestemeritatisque invitamenta horrebant.* hoc lib. c. 53, 9. *Satis superque humilis est, qui jure aequo in civitate vivit.* 25, 32, 6. *Et spes erat, satis superque ad id virium esse.* Salluſt. in Jugurth. 75. *Tanta repente coelo missa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret.* Cicero 1. Tuscul. 45. *Vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur.* 16. ad Att. Ep. 6. *Cur ego tecum non sum? cur, ocellos Italiae, villulas meas non video? Sed id satis superque.* et alibi. Ovid. 4. Metam. 429.

Quidve furor valeat, Penthea caede satisque
Ac super ostendit.

Horat. Epod. 17, 19.

Dedi satis superque poenarum tibi.

Mox *mori me consulem tertium* praeferunt Harlej. 2. Haverk. et

est, insuper poenas expetite. Si in vobis, nemo Deorum nec hominum sit, qui vestra puniat peccata, Quirites; vosmet tantum eorum poeniteat. Non illi vestram ignaviam contemsere, nec suae virtuti confisi sunt; quippe toties fusi fugatique, castris exuti, agro multati, sub

Fragm. Hav. a m. 2. Elegantius tamen in reliquis τὸ *me* non comparet. Satis enim patet, Quinctium non de alio, quam de se tertium consule loqui.

§. 4. *Quem tandem ignavissimi hostium contemsere*] Pall. primus cum tertio: *Quid tandem ignavissimi hostium contemsere?* GEBH. *Quid tandem* etiam Voss. 2. Quales locutiones inlustravit Cel. Burmann. ad Nason. Epist. 9. Her. 106. Aliis tamen omnibus pro vulgato stantibus, nihil mutandum existimo. Mox *an nos Quirites*, pro *vos*, Florent. errore librarii. V. infra ad 34, 2, 2.

Si culpa in nobis est] Pall. primus cum tertio, *Si culpa in nobis, auferte imperium indignis.* GEBH. Verbum *est* etiam deest in Voss. 2. invitis reliquis omnibus. In dictionibus sequentibus τὸ *id* non comparebat in vetustis impressis. Primus Aldus addidit, consentientibus codd. meis, nisi quod *ad*, pro *id*, perperam praeferat Harlej. antiquior, obvio errore: de quo v. infra ad 21, 10, 12. Denique *et, si id parum, insuper*, omisso hic iterum τῷ *est*, Haverk.

§. 5. *Si in vobis, nemo Deorum*] *Sin vobis* Voss. 1. Harlej. 1. et Klockian. *expetites. In vobis* Leid. 1. *expectetis. In vobis* Lipsiens. a m. 1. in contextu. *expetite. In vobis* a m. 2. in margine. *ex petite. In nobis* Portug. a m. 1. pro quo a m. 2. emendatum, *expetite. Si in nobis.* quomodo etiam praefert Voss. 2. Patet, librarios titubasse, quod sensum non adsequerentur, neque viderent, ex praecedentibus repetendum esse, *Si in vobis culpa est.* Gaertn. hic praefert *expetite. Qualis si in vobis.* mox autem *nec hominum ut qui nra puniat peccata.*

Vosmet tantum poeniteat] Rott. Voss. uterque, Flor. et vett. edd. *vosmet tantum eorum poeniteat.* J. FR. GRON. *To eorum* etiam superest in omnibus meis manu exaratis, ut et Hearnii Oxon. B. L. 1. 2. et C. Veterum autem editionum pleraeque, certe a Mediolan. anni 1480. id omisere usque ad Aldum, qui adscivit. Inde tantum non omnes servant usque ad postremam Gruteri, in qua iterum expunctum erat.

Non illi vestram ignaviam contemsere, nec suae virtuti confisi sunt] Mendose *ignouiam* praefert Florent. Ex quo errore deinde ulterius locum corrumpendi, atque *ignominiam* scribendi occasio data esse videtur, quemadmodum praefert Haverk. [Veith.] Praeterea una voce auctior Gaertn. [et Veith.] obfert *contemsere, sed nec suae virtuti.* Sed reliqui omnes auctarium illud non admittunt.

Agro mulctati, sub jugum missi, et se et vos novere] *multati* Florent. a m. 1. Leid. 1. et Fragm. Hav. Supra 1, 15, 5. *Agri parte multatis in centum annos induciae datae.* Pariter eo loco praeferebat Leid. 1. V. etiam ad 4, 15, 4. c. 30, 3. 6, 38,

6 *jugum missi, et se et vos novere. Discordia ordinum est venenum urbis hujus; Patrum ac plebis certamina: dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum taedet vos patriciorum, hos plebejorum magistratuum,*

9. (* 8, 14, 9. c. 33, 17. 10, 3, 5.) et alibi. Certe ita in vetusto Livii codice passim *multam*, *multare*, *multatitium*, et similia absque *c* litera scripta esse, testatur Pierius ad Virgil. 11. Aen. 839. ubi nescio cur N. Heinsius eumque secutus Emmenesf. *mulcatam morte*, pro *multatam*, ediderint, exemplo Germ. Valentis: alterum mihi praeferendum videtur. Nam *multare morte* apud Cic. aliosque frequens est. Certiora docebunt viri Inlustriss. commentaria, quae ex tenebris eruta Cel. Burmann. orbi literato promisit. Praeterea *et se, et nos novere* Fragm. Hav. et Neapolit. Latinii. Simili errore *vestris*, pro *nostris*, habuimus supra hoc cap. §. 3. V. infra ad 34, 2, 2. *et se et vos vovere* Haverk. Pari errore *uotus* et *notus*, quae ductibus literarum parum differunt, saepe confunduntur. V. ad 1, 5, 3.

§. 6. *Discordia ordinum est venenum urbis hujus*] Supra 2, 44, 8. *Fremebant, aeternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant. id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent.* [*Discordia hominum* Veith.]

Dum taedet vos patriciorum, nos plebejorum magistratuum, sustulere illi animos] *hos*, pro *nos*, optimae notae aliaeque membranae Florent. Voss. ambae, Leid. ambae, Harlej. 1. Fragm. Hav. Klockian. Lipsiens. et Gaertn. Neque aliud offendi in priscis excusis usque ad Frobenium, qui anno 1531. dedit *nos plebejorum*: id vero tantum apud me exstitit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Alterum itaque *hos*, quod ad proxime praecedens *patriciorum* referendum, restitui. Praeterea vocem *illi* ignorant primae editt. quam deinde recepit Aldus. Et ita etiam legunt omnes mei manu exarati, nisi quod alio ordine *sustulere animos illi* legant Voss. 2. et ed. Mediolan. anni 1505. Id demum Cl. Clericus mutavit in *illis*. Inpense ea lectio placeret, quam, quod tamen ipse ne monito quidem lectore fecit, in contextum recipere non dubitarem, modo vel unius codicis consensu firmaretur. At simul, quod a Clerico animadversum non esse miror, totus locus ita foret interpungendus: *Discordia ordinum est venenum urbis hujus: Patrum ac plebis certamina, dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum taedet vos patriciorum, hos plebejorum magistratuum, sustulere illis animos.* Ut caussa locum corrumpendi librariis fuerit, quod non viderint, jungenda esse *Patrum ac plebis certamina sustulere illis* (nempe ignavissimis hostium) *animos.* Eos itaque, ne nude *sustulere animos* poneretur, *illis* mutasse in *illi*. *Certamina* autem *sustulere illis animos* dictum est, pro effecerunt, ut animos tollerent. Similiter locutus est Justin. 1, 4. *Ne paterna maternaque nobi-*

tuum, sustulere illi animos. Prô Deûm fidem, quid 7
vobis vultis? Tribunos plebis concupistis. concordiae caus-
sa concessimus. Decemviros desiderastis. creari passi su-
mus. Decemvirorum vos pertaesum est. coëgimus abire
magistratu. Manente in eosdem privatos ira vestra, 8

litas nepoti animos extolleret. et quidem *sustulere animos illis*, nun *illorum*, ut nun modo dicto loco Justin. sed et Livius infra 7, 7, 3. *Dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensu erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad aemulandas virtutes acuit.* Vide, quae notautur ad 28, 25, 2.

§. 7. *Pro Deûm fidem*] Recte. ideo miror, exstare in duobus Palat. *Per Deûm fidem!* Pejus longe vero in Campani ed. *Propter Dñi fidem.* GEBHARD. *Per Deûm fidem* etiam Voss. uterque. *Proh Deûm fidem* praeter antiquiores edd. etiam codex Haverk. Prior lectio ex non intellecta nota *p*, id est *pro*, nata videtur. V. infra ad 9, 10, 7. altera ex vitiosa seculi ejus orthographia. V. Cl. Cortium ad Sallustii Catil. c. 20. §. 10. *pdem fidemque* praefert Gaertn. Mox *quid vultis vobis* Voss. 2. V. ad 32, 25, 10.

Tribunos plebis concupistis. concordiae cuussa concessimus] Palat. pr. *Tribunos plebis quid cupistis.* sec. *Tribunos plebis concupiscitis.* Tertius, *Tribunos plebis qua cupitis.* Eleganter admodum. GEBH. Id sane ferri, et commodo sensu accipi posse, non diffiteor; uniustamen codicis auctoritate admitti, periculosum puto. Immo reliqua, quae subjunguntur, evincunt, vulgatum verius esse. In iis enim omnia eodem processu et eadem compositione orationis proponuntur, ut secundum receptam lectionem hoc loco fit. Et hinc neque audiendum arbitratus sum codicem Voss. 2. qui praefert, *quod cupistis.* Nam et haec scriptura non ineptum sensum habet hoc modo: cuncordiae caussa concessimus tribunos plebis, quod cupistis, scil. ut concederemus.

Decemvirorum vos pertaesum est. coëgimus abire magistratu] *Decemviros vos pertaesum est* Voss. 2. reliquis dissentientibus. *Decemvirorum vos perosum est* pro varia lectione in margine ostentat Voss. 1. Sed *pertuesus* et *perosus* etiam alibi commutantur in libris scriptis. V. viros doctos ad Valer. Max. 3, 3, 1. V. etiam ad Liv. 3, 39, 4. Insuper *pertuesum est. abiere magistratu* edd. antiquae usque ad Aldum, qui substituit *coëgimus abire magistratu.* Neque aliter supererat in omnibus meis, nisi quod *coëgimus ab urbe magistratu* praeferat Gaertn. *coëgimus abire magistratum* Flurent. Sed ultima litera postremae vocis perperam repetita est ex initio sequentis. V. ad 40, 7, 8.

§. 8. *Mori atque exsulare nobilissimos viros honoratissimosque passi sumus*] *exsulari* Florent. Voss. ambo, Leid. ambo, Harlej. 2. Portug. Lips. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. At viri docti observarunt, *exsulare*, pro in exsilium mittere, non nisi apud posterioris aevi scriptores reperiri: ex quibus id inlustra-

mori atque exsulare nobilissimos viros honoratissimosque
9 *passi sumus. Tribunos plebis creare iterum voluistis. creastis. Consules facere vestrarum partium, etsi Patribus videbamus iniquum; patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus. auxilium tribunicium, provocationem ad populum, scita plebis injuncta Patribus. sub*

vit Munker. ad Hygini Fab. 26. Et ita usurpavit Dictys Cret. 5, 4. *Decernitur, primum omnium, Antimachum ex omni Phrygia exsulandum, scilicet auctorem tanti mali.* Errori itaque scribarum id hoc loco adscribendum. Praeterea *nobilissimos viros atque honoratissimos* antiquitus excusi usque ad Aldum, qui restituit *nobilissimos viros honoratissimosque*, ut hodie circumfertur. Et haec etiam lectio in omnibus apud me codd. exstat. [*nobiles viros ac honorat.* Veith.]

§. 9. *Tribunos plebis creari iterum voluistis*] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus. Et eadem scriptura obvia fuit mihi in Fragm. Hav. et Harlej. 1. Hearnio autem in Oxon. N. et C. Reliqui scripti cum prioribus editis legunt *creare iterum voluistis*, quorum auctoritati cedens eam lectionem revocavi. Id enim requirere videtur, quod subjungitur, *creastis*: ceteroquin enim dixisset potius, *creati sunt*. Praeterea *iterum creare* Haverk. et vetustiores typis descripti. Aldus primus edidit *creare iterum*, quem vocabulorum ordinem reliqui manu exarati probant.

Consules facere vestrarum partium, etsi Patribus videbamus iniquum] Pall. *videbatur*. GEBHARD. *videbatur* etiam Voss. 2. Leid. 2. Haverk. Neapolit. Latinii, et Hearnii Oxon. C. in cujus codice L. 1. tota ea vox deficiebat. Vulgatum iterum praestare puto, quod mox sequatur *vidimus*. ad primum autem membrum hujus periodi *Consules facere vestrarum partium* ex praecedenti subintelligendum *voluistis*. Porro *iniquos*, pro *iniquum*, praeferunt Leid. 1. et Harlej. 1. Tota autem illa vox non comparet in Gaertn.

Patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus] *plebi iniquum donum fieri* Harlej. 1. Forte vox *iniquum* pro varia lectione adpicta erat margini codicis, in quo verbis praecedentibus *iniquos*. pro *iniquum*, scriptum erat; quali etiam scriba Harlej. 1. usus est, qui nesciens deinde, quo illa vox pertineret, eam huc referendam esse existimavit. Praeterea *plebis donum fieri* Latinii Neapol. ut nempe plebs donaret, cui patriciorum vellet. Sed eodem sensu et vulgatum intelligi potest. Veteribus enim *plebi*, pro *plebei*, in usu fuisse, supra dictum est ad 2, 42, 6. *plebi domi fieri* habet Gaertn.

Scita plebis injuncta Patribus. sub titulo] Recte editio Hearnii *injuncta Patribus*, *sub titulo*. DUK. *invicta Patribus* Voss. 2. Ita saepe inter voces *iictus*, sive *junctus*, et *uictus* ob ductuum adfinitatem turbarunt librarii. Vide, quae infra notantur ad Epit. Liv. l. 68. De ipsa locutione v. infra ad 8, 32, 15.

§. 10. *Qui finis erit discordia-*

titulo aequandarum legum, nostra jura oppressa tulimus et ferimus. Qui finis erit discordiarum? Ecquando unam 10
urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licebit? Victi nos aequiore animo quiescimus, quam vos victores. Satisne est, nobis vos metuendos esse? Adver- 11
sus nos Aventinum capitur, adversus nos Sacer occupa-

rum] *Quis finis erit* Portug. *Quis erit finis* Haverk. Male. V. ad 1, 7, 9. et ad 5, 40, 7.

Ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc esse patriam licebit?] *Et quando* utroque loco praeferunt omnes codd. et vetustae edd. nisi quod Voss. 2. posteriori loco *τὸ quando* omiserit. Frobenius demum anno 1531. utrobique restituit *Ecquando*. V. infra ad 5, 44, 2. Praeterea *eandem communem hanc esse patriam licebit* voce auctior Gaertn. contra, una omissa, *communem esse patriam licebit* Leid. 2. et Portug. At vocibus transpositis *communem hanc patriam esse licebit* Voss. 2. et editi Aldo priores. *communem esse hanc patriam licebit* Haverk. [*habere et communem* Veith.]

Victi nos aequiore animo quiescimus, quam victores] Pall. et edd. priscae *quam vos victores*. GEBH. Eamdem voculam servant omnes scripti mei et edd. ante Curionem, qui eam primus omisit. Inde expunxerunt plerique editores, praeter Sigonium et paucos alios, usque ad Gronov. Praeterea *aequiori animo* Haverk.

§. 11. *Satisne est, nobis vos metuendos esse*] Palat. sec. *Satis estne*. GEBH. *Satis estne vobis, vos metuendos esse?* Harlej. 2. *Satisne est nobis, nos metuendos esse?* Gaertn. *Satisne est vobis, vos metuendos esse?* Leid. 1. Lipsiens. a m. 2. Fragm. Hav. et editi ante Aldum, qui eam lectionem primus recepit, quae nunc vulgo obtinet, et etiam verior est. Non enim consul interrogat plebem, utrum sufficiat, sui metum incussisse, sed singulariter incussisse patriciis?

Adversus nos Aventinum capitur] Haec verba perperam omittebantur in contextu Portug. Sed in margine tamen adscripta exstant. *Adversum nos* habet Voss. 2. V. ad Epit. Liv. l. 47. Deinde *Aventinus capitur* Leid. 2. Portugall. in margine, Haverk. Fragment. Hav. a m. 2. et Neapol. Latinii. Sed male. *Aventinum* casu recto, ut reliqui integerrimi codd. servant, etiam supra dixit 1, 33, 2. *Aventinum novae multitudini datum.* et postea eodem cap. *Quibus, ut jungeretur Palatio Aventinum, ad Murciae sedes datae.* Doujatius notat, *Aventinum* montem masculino genere plerumque efferri, hic neutro, quasi subintelligatur *jugum*. Verum ita statuendum foret, *Aventinus* nomen adjectivum esse, quod genere masculo adhiberetur, subintellecta voce *mons*; neutro vero, subintellecto *τῷ jugum*. (* Ita statuit etiam Menkenius in Miscell. Lipsiens. Vol. 2. P. 1. p. 137. sed ex nullis nisi poëtae Ovidii locis adjectivum esse probare potuit.) At esse substantivum, unde formatur adjectivum

tur mons. Esquilias quidem ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. in nos viri, in nos armati estis.

LXVIII. *Agitedum, ubi hic curiam circumsederitis, et forum infestum feceritis, et carcerem impleveritis*

Aventinensis, discere potuisset ex Sigonio ad 1, 6. in fine. Id ergo effertur duplici forma, vel *Aventinus*, vel *Aventinum*. Ita non tantum *Saguntus*, sed etiam *Saguntum* dicitur. Vide, quae notavi ad Silii 17, 329. Similiter non tantum *Ilion*, sed et *Ilios* in usu fuit. V. N. Heinsium ad Nason. Epist. 1. Heroïd. 48. ubi inter plura docet, quod huc facit, Ithacae montem non modo *Neriton*, sed et *Neritos* vocari. (* Ceterum *Aventiniensis* ex Mstis Val. Max. 7, 3, 1. quos consuluerunt Pighius, Vorst. et Torren. et ex Gronov. ad Liv. 28, 26, 1. non *Aventinensis* legendum putat Menken. d. l. quem redarguunt Fasti Capit. ad annum 388. et 391. Praeterea neque Sigonius neque ego umquam diximus, apud Valer. Max. legi debere *Aventinensis.*)

Esquilias quidem ab hoste prope captas, et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit] Pall. duo legunt, *et candentem in aggerem hostem nemo submovit*. Sed sibilus non recte truncatus est. At rectius videtur *τὸ Volscum* abesse, quippe nemo ignorare poterat, quos hostes intelligeret Quinctius. GEBH. Observatio Mureti: Nota insigne exemplum verbi, quod in utrumque non convenit. Certe enim Exquiliae *summoveri* non poterant. Apponit quasi locum similem ex 42, [13, 5.] *Cum ille vobis bellum, vos ei securam pacem praestaretis.* Sic ille. Mihi aliter agendum videtur. Duo Pall. et Voss. alter ignorant *τὸ Volscum*. Male hi: sed tamen aliquid superest, *hostem* nimirum: et scribendum: *Aesquiliae quidem ab hoste prope captae, et scandentem in aggerem Volscum nemo summovit*. Eandem rem dicit, sed mutatis verbis, ut invidiam augeat. Aesquilinus collis ab illa parte aditur per aggerem Tarquinii Superbi. Idem hostis Volscus, quum scandere conatus est in aggerem, propemodum cepit Aesquilias. Itaque quemadmodum, ubi Aesquilias memorat, nihil addit de *aggere*, nec ubi *aggerem*, ibi de *Aesquiliis*: sic etiam ubi *hostem* appellavit, non adstruxit *Volscum*, nec ubi *Volscum* nominavit, adjecit *hostem*. J. FR. GRON. *Aesquilias* Florent. et Leid. 1. *Exquilias* Fragm. Hav. V. ad 45, 15, 6. *Esquilias quidem captas*, tribus mediis vocibus omissis, Leid. 2. Tum etiam conjunctio *et* deficit in Portug. Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Postea *cadentem* habet Voss. 1. [Veith.] *candentem* Voss. 2. et Klockian. *prope capta se scandentem* Leid. 1. Hinc *in aggere* Portug. Lipsiens. et Harlej. 2. Tandem *Volscum* praeter Voss. 2. reliqui mei agnoscunt. Hae sunt omnes alicujus momenti lectionum varietates, quae mihi in codd. meis obcurrerunt: earum tamen vix ulla satis ponderis habere videtur, ut oculos advertere aut detinere possit. nisi quod forte ex Leid. 1. et aliorum vestigiis ejecta copula legendum sit, *Esqui-*

principibus; iisdem istis ferocibus animis egredimini ex- 2
tra portam Esquilinam: aut, si ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos, praedam abigi, fumare incensa passim tecta. At enim com- 3
munis res per haec loco est pejore: ager uritur, urbs ob-

lias quidem ab hoste prope captas, escendentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. Tantum autem conjecturis tribuendum non puto, ut invitis omnibus membranis cum Gronovio, viro tamen sagacissimo et subacti judicii, si quis umquam, *Esquiliae captae*, pro *Esquilias captas*, legere, et vocem *hostem* expungere audeam. Nihil propius itaque video, quam ut Mureto adsentiam, qui existimat, duplici orationis membro unum tantum verbum additum esse, quod non utrique, sed ultimo tantum, convenit. Id genus loquendi quum omnibus aliis scriptoribus, tum etiam Livio familiare est. Vide, quae infra notantur ad 40, 42, 12.

§. 1. *Principibus impleveritis*] MS. *impleveritis principibus.* Lego *principum.* KLOCK. *impleveritis principibus* jam Aldus edidit. Et ita omnes scripti mei. Ceterum quum Livius τὸ *inplere* non tantum secundo, sed et sexto casu jungere solitus fuerit, ut infra videbimus ad cap. seq. §. 2. nimis pro arbitrio egit Klockius, invitis libris conjiciens *principum* legendum esse. Paullo ante *curiam hic circumsederitis*, aliter ordinatis vocibus, Portug.

§. 2. *Iisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Esquilinam*] Palat. sec. *ferocissimis animis egrediamini.* GEBHARD. Palatino sec. Gebhardi consentit Haverk. *ferocissimis* autem etiam est in Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. Deinde *egredimini portam* sine praepositione Portug. idem. Solet ita saepe Livius loqui. Infra 29, 6, 4. *Ab iis egressi quidam urbem Locrenses circumventi.* ubi plura vide. Aliis tamen vulgatum servantibus, unius, ejusque non optimi, codicis auctoritate a recepta scriptura recedendum non existimo. (* v. ad 10, 11, 5.) Denique *Esquiliam* Voss. 1. Leid. 2. Portug. et Gaertn. *Exquilinam* Lipsiens. Voss. 2. Haverk. et Fragment. Hav. *Aesquilinam* Florent. V. ad 45, 15, 6.

Aut si ne hoc quidem audetis] *aut sive hoc* Haverk. *aut si non haec* Portug. *aut si non hoc* Voss. 1. in contextu, sed *aut si nec hoc* in margine: quod posterius mihi quoque in Leid. 2. Gaertn. et Lipsiens. obvium fuit. Male. V. ad 1, 10, 3. [*ne haec quidem* Veith.]

Ex muris visite agros vestros] *videte* Leid. 2. et Voss. 1. in margine, quum corrupte in contextu exaratum foret *ex muri sui fide*; quae tamen scriptura manifesta vestigia vulgatae lectionis servat. Et ea etiam vera est. V. supra ad 1, 31, 2. *site*, pro *visite*, est in Gaertn. spatio tamen ac lacuna paucarum literarum relicta. Mox *ferro ignique vastos* Lipsiens. V. ad 23, 30, 7.

Fumare incensa passim tecta] Claudian. 1. in Eutrop. 243.

— — — — incendia fumant.
Muris nulla fides. squallent populatibus agri.

sidetur, belli gloria penes hostes est. Quid tandem? privatae res vestrae in quo statu sunt? Jam unicuique ex agris sua damna nunciabuntur. quid est tandem domi,

Hic Livii locus videtur quoque stabilire emendationem Propertianam 4. Eleg. 3, 63.

> *Ne, precor ascensis tanti sit gloria Bactris.*

Palat. codex habet *accensis*. Livius vetus Tragicus apud Nonium Marcellum in *Aequiter*. *Nam ut Pergama accensa et praeda per participes aequiter partita est.* GEBH. Lectio, quam unus Propertii codex praefert, non ipsius poëtae manus, sed librarii aberratio censenda est. Passim enim *ascensus* et *accensus* confunduntur. Vide, quae notavi ad Silii 3, 671. Broeckhus. etiam ibidem vulgatum praeferendum docet.

§. 3. *At enim communis res per haec loco est pejore*] Non aliter Andreas atque Campanus. At Palat. pr. et tertius, *At enim communis res per hoc loco est pejor*. Sec. *praeter haec loco est pejor*. GEBH. *propter haec loco est priore* Haverk. *per hoc loco est pejore* Leid. 2. Harlej. 2. Gaertn. et Portug. *per hoc loco est pejor* Voss. 2. Sed, quod vulgo circumfertur, praestat. Terent. in Adelph. 3, 2, 46.

> *Pejore res loco non potis est esse, quam in quo nunc sita est.*

Cic. de Harusp. Resp. 28. *Ut meliore simus loco, ne optandum quidem est, illo inpunito. deteriore autem statu ut simus, unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitus.* ad Brutum Epist. 3. *Nostrae res meliore loco videbantur. hoc* et *haec*, sive, ut recentiores codd. scribunt, *hec* saepe in Mstis confunduntur. Ita modo §. praec. V. infra ad 21, 52, 10. Mox *obsedetur* Florent. V. infra ad 9, 2, 3.

Quid tandem privatae res vestrae quo in statu sunt?] Vetustius cod. habet *quo statu sunt?* RHENAN. Rhenanus *quo statu sunt?* Pall. pr. ac tert. *res nostrae in quo statu sunt?* GEBH. Praepositionem non habent boni libri, ut jam monuit Rhenanus. Sic 22, [22, 10.] *In secretum abductum, velut ignorantem, monet, quo statu sit res.* 23, [24, 2.] *Ut ex iis praesentibus noscere Patres possent, quo statu esset respublica.* Cicero in Paradox. [2.] *Consecutus sum, ut eo statu essem, quem neque fortunae temeritas, neque inimicorum labefactaret invidia.* J. FR. GRON. Praepositio etiam apud me exsulat a Florent. Leid. 2. Voss. 1. et Harlej. 2. Et ita loquitur infra 31, 29, 12. *Furor est, si alienigenae homines, plus lingua, et moribus, et legibus, quam maris terrarumque spatio discreti, haec tenuerint, sperare, quidquam eodem statu mansurum.* 34, 22, 11. *An aequum censeatis, nobilissimam vetustissimamque civitatem, in media Graecia sitam, repeti in libertatem, et eodem statu, quo ceteras urbes Peloponnesi et Graeciae esse.* Ita et Cic. 2. de Offic. 1. *Atque utinam respublica stetisset, quo coeperat, statu.* in Orat. de Harusp. Resp. 28. loco ad verba praecedentia laudato. Et saepe eamdem locutionem Livio ope veterum librorum Gronovius reddidit; quem v. ad 22, 22, 10. 26, 28, 1. 37,

unde ea expleatis? Tribuni vobis amissa reddent ac re- 4
stituent? vocis verborumque quantum voletis, ingerent,
et criminum in principes, et legum aliarum super alias,

53, 6. Sciendum tamen, praeter unum Florent. reliquos optimos et plerosque codd. meos praeferre *in quo statu sunt*. Ita sane habent Leid. 1. Voss. 2. Harlej. 1. Portug. Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Etiam Hearnii Oxon. B. et N. Quibus apud Gebhardum accedunt duo melioris notae Palatini. Tot itaque codicum conspiratio me permovit, ut praepositionem, quam Gronov. ejecit, iterum revocarem, ac Livio restituerem, alio tamen loco, quam quo exhibent priscae e 'd. Nam illam etiam Livius interdum addere solitus est. Infra 35, 8, 2. *Is in senatu quum de rebus ab se gestis disseruisset, quoque in statu provincia esset, questus est cum Patribus conscriptis*. ubi videnda, quae notantur. Praeterea τὸ *vestrae* deficit in Lipsiens. et Portug. *nostrae* habent Voss. 2. et Haverk.

Quid est tandem domi, unde ea expleatis] Palat. sec. alio ordine, *Quid est tandem, ea unde domi expleatis?* non insuavi trajectione. GEBH. *tandem, unde domi ea* Voss. 1. et Leid. 2. *tandem, ea unde domi* Lipsiens. et Haverk. Praeterea *expellatis* emendatum in margine Voss. 1. Librarius non intellexit vim verbi *explere*. *Explere damnum* hic videtur eodem modo dici, quo *explere desiderium* 1, 9, 15. *Quod adnisurus pro se quisque sit, ut, quum suam vicem functus officio sit, parentum etiam patriaeque expleat desiderium*. *explere famem* apud Phaedr. 4. Fab. 17, 5.

Fimoque turpi maximam explerent famem.

explere sitim apud Ovid. 3. Trist. El. 11, 57.

Utque sitim nostro possis explere cruore.

explere contumelias Justin. 5, 4. *Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes precibus*. In his omnibus *explere* habet significationem contrariam τῷ *implere*, ac notat minuere; quam egregie inlustravit Cel. Burmann. ad Nason. Remed. amor. 129.

§. 4. *Tribuni vobis amissa reddent ac restituent?*] Ex Pall. primo ac tertio restitue, *Sunt tribuni. Vobis amissa reddent ac restituent?* Nam illa *Sunt tribuni* est elegans μίμησις, populo quasi illa verba subjiciente. GEBH. Duo MSS. per fictam responsionem: *expleatis? Sunt tribuni. vobis amissa reddent ac rest.* Quasi diceret: nempe tantorum damnorum pretium habetis tribunos. rem praeclaram! sed an illi detrimenta rei familiaris sarcient, et pensabunt? J. FR. GRON. Eadem scriptura apud me superest in Voss. sec. Fragm. Hav. a m. 1. et apud Hearnium in Oxon. L. 1. [Veith. sed omisso *ac*.] *Tribunine vobis amissa reddent* Gaertn. At, optimae notae codd. vulgatum tuentibus, nihil mutandum puto.

Vocis verborumque quantum voletis, ingerent] *vocis verborum* sine particula connectente Fragm. Hav. a m. 1. Mox etiam *ingerent, criminum*, omisso τῷ *et*, Leid. 2. Priorem intercepit vocis sequentis initium, posterius vocis praecedentis, quae per compendium *ingeret* scripta

et concionum. Sed ex illis concionibus numquam vestrum quisquam re, fortuna, domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad conjugem ac liberos, praeter odia, offensiones, simultates publicas privatasque? a quibus sem-

erat, finis. Utriusque erroris frequentia in Mstis exempla obcurrunt.

Quisquam re fortunaque domum auctior rediit] Vetustus cod. habet, *re fortuna domum auctior rediit.* Arbitror vero posterius, scilicet *fortuna*, prioris vocis expositionem fuisse. Nam *res* hic fortunam significat, sive fortunas, id est, divitias. RHEN. Arbitratur Rhenanus, τὸ *fortuna* prioris vocis *re* esse interpretamentum. Sed contra Pall. tres ejerant τὸ *re*, subjicientes oculis, *numquam vestrum quisquam fortuna domum auctior rediit.* GEBH. Τὸ *re* etiam deest apud me in levioris auctoritatis scriptis Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. *quisquam fortuna re domum* habent Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. quod *fortuna vel re* habet a m. 2. *quisquam re fortuna* Voss. 1. Leid. 2. Klockian. et Florent. a m. 1. in quo illud *que* alia manu postea additum est. Copulam etiam omiserunt omnes typis descripti ante Aldum, qui *re fortunaque* primus substituit, invitis omnibus membranis meis, ut et Rhenani ac Gebhardi. Recte itaque copulam Gronovius anno 1665. ejecit; idque se, non modo scriptis, sed omnibus etiam inpressis ante Aldum auctoribus, fecisse monet ad 4, 3, 12. Livio nihil frequentius est, quam passim particulas, quae orationem connectunt, omittere. mox §. seq. *Ecquis retulit aliquid ad conjugem et liberos, praeter odia, offensiones, simultates.* Supra 1, 59, 1. *Juro, vosque, Dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum cum scelerata conjuge et omni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsecuturum.* ubi etiam vide. 2, 31, 10. *Discordiae intestinae, bellum externum fecere, ut hoc magistratu egeret respublica.* ubi etiam quidam inferunt τὸ *et.* 3, 9, 4. *Quippe duos, pro uno, dominos acceptos, immoderato, infinito potestate.* 4, 3, 12. *Serv. Tullium post hunc, captiva Corniculana natum, patre nullo, matre serva, ingenio, virtute, regnum tenuisse.* c. 28, 5. *Qui visuri domos, parentes, conjuges, liberos estis, ite mecum.* 5, 20, 3. *Deûm immortalium benignitate, suis consiliis, patentia militum, Vejos jam fore in potestate populi Romani.* ubi male etiam vet. lib. Sigonii *et patientia.* c. 27, 11. *Fides Romana, justitia imperatoris in foro et curia celebrantur.* Eodem cap. *Ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, sicut Vejos, vincam.* 35, 44, 5. *Omnem se Graeciam armis, viris, equis, omnem oram maritimam classibus completurum.* (* ubi vide.) 41, 3, 1. *Nequaquam eadem est tum rei forma apud Romanos: terra, mari trepidatur.* Quibus locis plura notavi. ut et ad 35, 34, 4. 36, 23, 5. 38, 18, 12. et c. 53, 2. Utrum vero *re*, *fortuna*, an *fortuna*, *re* legendum sit, lectoris sit existimatio. Pro utroque enim stant non contemnendi codd. Denique *redit* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. V. infra ad 36, 35, 2. *rediet* erat a m. 2. in Florent.

per non vestra virtute innocentiaque, sed auxilio alieno tuti sitis. At, Hercules, quum stipendia, nobis consu- 6 *libus, non tribunis ducibus, et in castris, non in foro, faciebatis, et in acie vestrum clamorem hostes, non in*

§. 5. *Ecquis retulit aliquid ad conjugem et liberos, praeter odia*] Pall. duo *Ac quid retulit aliquis ad conjugem ac liberos.* Sec. *At quid.* GEBH. *Et quis retulit aliquid* Voss. 1. et Leid 2. V. ad 5, 36, 5. *Ac quis retulit aliquid* Leid. 1. et Fragm. Hav. Et ita etiam Lipsiens. nisi quod insuper omittat το *aliquid. Ac quis retulet aliquid* Harlej. 1. *At quis retulit aliquid* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk *Ac quid retulit aliquis* Voss. 2. *Ac quis retulit aliud* Portug. *aliud praeter odia*, ut infra 38, 21, 5. *Nec tela jam alia habebant, praeter gladios.* ubi vide. Uni tamen codici fidem habere non audeo. Praeterea *ad conjugem ac liberos* Voss. uterque, Leid. uterque, Portug. Lipsiens. Haverk. et Fragm. Hav. quibus quum Gebhardus duos integerrimos Palatinos consentire testetur, licet nihil intersit, attamen recipiendum duxi.

A quibus semper non vestra virtute innocentiaque] Sensus est obscurus, nisi quis in tribunos hoc cum amara ironia totum contendat. Sed deficit orationis consecutio. Nam, ut sequentia prioribus cohaereant, non satis planum est. GLAR. Fateor, me nihil eorum in his verbis videre, quorum ea Glareanus accusat. *a quibus*, nempe odiis, etc. Indicat Quinctius, ideo tribnnos odia, offensiones, simultates erga patricios plebejorum animis injicere, ut ex voluntate eorum, quorum auxilio tuti sint, id est, tribunorum, toti pendeant. *non semper vestra virtute*, transpositis vocibus, Haverk. quod menti Quinctii non convenit; qui plebi persuadere conatur, eam numquam sua virtute innocentiaque tutam esse.

§. 6. *At, Hercules, quum stipendia, nobis consulibus, non tribunis ducibus*] *At, Hercule* Voss. pr. Leidens. sec. Harlej. sec. Lipsiens. et Haverk. *Aut, Herculae* Harlej. pr. Vide infra ad 5, 4, 10. Tum *indicibus*, pro *ducibus*, Leid. 2. Paullo post *non in foribus* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. Haverk. Gaertn. et Portug. a m. 1.

In acie vestrum clamorem hostes] Sumsit a Demosthene de Chersoneso. [p. 79. edit. Francof.] Ἐχρῆν, τοὐναντίον ἢ νῦν, ἅπαντας τοὺς πολιτευομένους ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις πρᾴους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι, ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς ἐπιδεικνύναι. J. FR. GRON.

Domum ad Penates redibatis, nunc oneratum vestris fortunis] *rediebatis* Voss. 1. Leid. ambo, Harlej. ambo, Portug. Lipsiens. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Mirum, tot codices in hunc errorem conspirare. Hinc *honeratum* Voss. 1. Leid. uterque, et Fragm. Hav. *honoratum* Haverk. Saepe ita librarii errare soliti fuerunt. V. infra ad 36, 40, 9.

§. 7. *Sequitur vos necessitas militandi*] Ultima vox exsulat ab Haverk. qui ut et Lipsiens. mox praeferunt *repellitur*. [*Ad portas* Veith.] Hinc *inter moe-*

concione Patres Romani horrebant, praeda parta, agro ex hoste capto, pleni fortunarum gloriaeque, simul publicae, simul privatae, triumphantes domum ad Penates
7 *redibatis. nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis. Haerete adfixi concionibus, et in foro vivite: sequitur vos necessitas militandi, quam fugitis. Grave erat in Aequos et Volscos proficisci? Ante portas est bellum. si inde non pellitur, jam intra moenia erit, et arcem et Capitolium*
8 *scandet, et in domos vestras vos persequetur. Biennio ante senatus delectum haberi, et educi exercitum in Algidum jussit. sedemus desides domi, mulierum ritu inter nos altercantes; praesenti pace laeti, nec cernentes, ex*

nia erit Portug. sollemni aberratione. V. ad 5, 27, 2.

Et in domos vestras vos persequetur] cum *domos vestras*, pro *et in domos*, Portug. Tum *persequitur* Haverk.

§. 8. *Biennio ante senatus delectum haberi*] *dilectum* Leid. 1. et Portug. V. ad 37,51,7. *haberi delectum* Harlej. 2.

Praesenti pace laeti, cernentes ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum] Deest *nec*, ut sit sententia, nec cernentes ex otio; quod in aliis codd. reperitur. NANN. Voculam *nec* primi omiserant Basileenses anno 1539. quorum errorem unus alterve sequentium editorum adoptarunt. Sed non tantum reliqui excusi, verum etiam manu exarati eam recte agnoscunt. Deinde *brevi*, quod reliqui omnes servant, in uno deficit Lipsiens. Paullo ante *altercantes inter nos*, alio ordine vocabulorum, editi antiqui. Aldus primus vulgavit *inter nos altercantes.* Et ita omnes mei, nisi quod *altricantes* habeant Leid. 2. et Gaertn. [*clientes* pro *cernentes* Veith.]

§. 9. *His ego gratiora dictu alia esse scio*] *go*, id est, *ergo*, pro *ego*, Leid. 1. *His ergo* Gaertner. qui error et alibi in Mstis committitur. V. ad 37, 53, 11. *His gratiora ego dictu alia* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 2. et Haverk. *His ego gratiora alia dictu scio* editi ante Aldum, a quo repositum, quod nunc vulgo exstat. Mox *moveret*, pro *moneret*, Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. V. ad 9, 38, 12. *monet* typis descripti usque ad Aldum, qui concinentibus reliquis scriptis *moneret* vulgari curavit. Infra 5, 42, 7. *Etsi omnia flammis ac ruinis aequata vidissent.* ubi vide.

Vellem equidem vobis placere] Palat. sec. *Vellem me quidem.* GEBH. Similiter Harlej. 2. Lipsiens. et Portug. V. mox ad §. 11. Sed male ultima litera vocis *vellem* repetita est in capite sequentis. V. ad 40, 7, 8. *Vellet me quidem* Florent. a m. 1. pro quo etiam *Vellem me quidem*

otio illo brevi multiplex bellum rediturum. His ego 9
gratiora dictu alia esse scio: sed me vera pro gratis loqui,
etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites; sed multo malo
vos salvos esse, qualicumque erga me animo futuri estis.
Natura hoc ita comparatum est, ut, qui apud multitu- 10
dinem sua caussa loquitur, gratior eo sit, cujus mens
nihil, praeter publicum commodum, videt. nisi forte adsentatores publicos, plebicolas istos, qui vos nec in
armis nec in otio esse sinunt, vestra vos caussa incitare
et stimulare putatis. Concitati, aut honori, aut quaestui 11
illis estis: et quia in concordia ordinum nullos se usquam

manus recentior emendavit. *Velle me quidem* habet Leid. 1. *Vellem me vobis quidem placere* Haverk. Servius ad Virgil. 1. Georg. 193. *Bene autem ait, equidem; quod multi pro ego accipiunt, id est, ego quidem.* V. eumdem Servium ad 1. Aeneid. 576.

Malo vos salvos esse, qualicumque erga me animo futuri estis] *malo salvos vos esse* Haverk. Tum *qualicumque animo erga me* Voss. 2.

§. 10. *Qui apud multitudinem sua caussa loquitur*] Lego *suas caussas*, id est, gratas, blandas, acceptas plebi, populares. KLOCKIUS. *apud multitudinem caussa sua loquitur* Haverk. *apud multitudinem suam caussa loquitur* Leid. 1. *apud multitudinem suam caussam loquitur* Fragm. Hav. [Veith.] Quod non displicuisset Klockio, si in cod. suo invenisset; nam vel invitis Mstis *suas caussas* emendandum censet. Malc. Nam *loqui sua caussa*, id est, ob privatum commodum atque utilitatem: mox enim obponitur *nihil praeter publicum commodum videre.*

Adsentatores publicos, plebicolas istos] Lego *assentatores publicolas et plebicolas istos.* KLOCK. *assentatores publicos, publicolas* Haverk. et ed. Mediol. anni 1480. Malc. Supra hoc lib. c. 33, 7. *Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente omnisque aurae popularis captator evaderet pro truci saevoque insectatore plebis.* *assentatores istos publicos plebicolas* habet Voss. 2.

Qui vos nec in armis nec in otio esse sinunt] *nec in armis, neque in otio* Haverk. V. ad 9, 9, 14. At reliquorum consensus vulgatum verum praestat. *nec in armis, nec otio* Leid. 2. et Gaertner. Male. V. ad 6, 28, 6. *To esse* exsulat ab Haverk.

§. 11. *Malae rei se, quam nullius, turbarum ac seditionum duces esse volunt*] Usitata ellipsis τοῦ *magis*, sequente *quam*, et aliis quibusdam, de qua quum alii agunt, tum Gronovius ad Liv. 1, 25, 13. et 5, 21,

esse vident, malae rei se, quam nullius, turbarum ac
12 *seditionum, duces esse volunt. Quarum rerum si vos taedium tandem capere potest, et patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere, nulla supplicia*
13 *recuso; nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero, et a portis nostris moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc vos adtoniti estis, transtulero.*

15. et Perizonius ad Sanctium 4, 7, 4. DUKER. *Tò se* deest in Gaertn. Male. Dictum enim eodem modo, quo apud Cic. 2. de Offic. 20. *Illis, a quibus exspectat, gratum se videri studet.* Terent. in Phorm. 5, 2, 2.

Dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.

Sallust. in Catil. 1. *Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus.* ubi v. Cl. Cortium. Praeterea *mallunt* Haverk. pro *malunt.* Scribas alibi has voces commutasse, infra dicam ad 37, 54, 2. Sed vulgatum longe praestat. Librario autem id displicuit, quod crederet, non recte deesse *magis*, vel *potius.* Saepe tamen hae particulae per ellipsin reticeri solent. V. infra ad 34, 49, 10. Ita Homerus *τὸ μᾶλλον* similiter omisisse censetur in notissimo illo versu Iliad. A, 117.

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

ubi videndus Scherpez. et Vigerus de Idiotism. 7, 8, 5. Paullo ante *in concordia hoium ordinum* Gaertn. Verum illud *hoium* per errorem scriptum est pro *oium*, id est *omnium.* Et id quidem natum videtur ex varia lectione vocis sequentis *ordinum.* V. infra ad 4, 60, 3.

§. 13. *Populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero*] *vestrorum agrorum* Haverk. *agrorum vestrorum* Lipsiens. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Insuper *fusos fatigatosque* Harlej. pr. Tandem *exuero* deest in Haverk. *exuere* praeferunt Lipsiens. Voss. 1. et Leid. 2. quorum duo proximi mox *transtulere* exhibent una cum Harlej. 1. ita tamen ut Voss. 1. pro varia lectione in margine ostentet *transferre.* Etiam praepositio *a* non adparet in Portug. [*a portis vestris* Veith.]

§. 1. *Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi*] *alia* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. ambo, Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Voss. 1. a m. 2. et Portug. a m. 1. [Veith.] Sed *alias* praestat, cui mox obponitur *tunc. raro alias* junguntur etiam infra 45, 20, 3. *Ut raro alias quisquam, rex aut privatus, tanto favore tantoque omnium adsensu est auditus.* Mox *sacratissimi consulis* Voss. pr. *serenissimi consulis* Lipsiens. culpa librarii. Solent et alibi hae voces commutari. V. N. Heins. ad Claud. 1. de laud. Stilic. 67. et Cel. Burm. ad Nemes. Ecl. 1, 56.

§. 2. *Inter tales metus detrectationem militiae*] Mihi quoque in mentem venerat *motus*,

LXIX. Raro alias tribuni popularis oratio ac- 1
ceptior plebi, quam tunc severissimi consulis, fuit.
Juventus quoque, quae inter tales metus detracta- 2
tionem militiae telum acerrimum adversus Patres
habere solita erat, arma et bellum spectabat: et
agreſtium fuga spoliatique in agris et vulnerati,
foediora iis, quae subjiciebantur oculis, nuncian-
tes, totam urbem ira inplevere. In senatum ubi ven- 3

quod ex *uno* scripto adnotavit Hearnius. Sed nihil mutandum eſt. *inter tales metus* eſt, dum foris hoſtes, domi tribuni plebis et turbae civiles metuuntur. Supra c. 16. *Multi et varii timores. Inter ceteros eminebat terror civilis.* DUK. *inter tules motus* Neapol. Latinii. [*in tales motus* Veith.] Sed alterum verius eſt. Supra 3, 16, 4. *Nemo tribunos aut plebem timebat. Mansuetum id malum* etc. *tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur.* Alibi etiam scribae in his vocibus commutandis turbare soliti sunt. V. Gruter. et Graevium ad Cic. orat. 2. Catilin. 2. Cortium ad Salluſt. Catil. 42. et quae supra notantur 2, 41, 3. hoc lib. c. 24, 3. infra ad cap. seq. §. 11. 4, 40, 2. (*8, 29, 3. 10, 3, 2. c. 41, 2.) 28, 46, 8. 30, 28, 8. et alibi saepe. Tum *detrectationes* Fragm. Hav. *detractionem* Florent. Voſſ. ambo, Leid. ambo, Lipsiens. Gaertn. et Portug. [Veith.] *detractutionem* Harlej. 1. quomodo saepissimo hoc verbum in membranis Livianis exaratum obcurrit. Vide, quae infra notantur ad 34, 15, 9. [*solita esse* Veith.]

Bellum et arma spectabat] In vetuſto cod. eſt *arma et bellum spectabat.* RHEN. Debuit ab novis editoribus bene monenti Rhenano dudum geſtus esse mos. nam tres Pall. *arma et bellum spectabat.* Neque aliter Campanus. GEBH. *arma et bellum spectabat* apud me praeferunt Florent. Voſſ. uterque, Leid. uterque, Harlej. uterque, Lipsiens. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Livius modo *bellum et arma*, modo, inverso ordine, *arma et bellum* dicere solitus eſt. Prius supra habes 1, 27, 3. *Pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur.* Infra 4, 1, 5. *Delectus haberi, bellum armaque vi summa adparari jubent.* 21, 2, 5. *Hospitiis regulorum magis, quam bello aut armis, rem Karthaginiensem auxit.* Alterum infra 4, 9, 11. *Parum parti utrique domi armorum bellique est visum.* (* c. 37, 5.) 9, 10, 5. *Arma cuncti spectant et bellum.* Quum itaque utrumque apud Livium obcurrat, tot codicum auctoritate accedente, Rhenano et Gebhardo morem gessi, atque ex eorum voluntate ordinem verborum mutavi. Voces *et arma* perperam deficiunt in Oxon. C. ut Cl. Hearne nobis auctor eſt. Mox *et agrestium fugam* Voſſ. 1. Lipsiens. et Portug. a m. 1. *agrestium fuga*, sine copula *et*, Portug. Male. Non viderunt librarii *agrestium fuga* pro agreſtibus fugientibus poni, et quidem casu primo: jungendum autem non praecedentibus, sed sequentibus.

tum est, ibi vero in Quinctium omnes versi, ut unum vindicem majestatis Romanae intueri; et primores Patrum *dignam* dicere *concionem imperio consulari*,

Spoliatique in agris et vulnerati foediora iis, quae subjiciebantur oculis] *et violati vulnerati* Voss. 1. Videtur altera vox alterius explicandae caussa primo margini adscripta, deinde ab indocto librario in contextum recepta esse. V. supra hoc lib. c. 44, 4. *violare* enim saepe pro *vulnerare* ponitur; unde ambo haec vocabula in Mstis etiam permutantur. Vide, quae notavi ad Silii 10, 261. Ita Ovid. Epist. 15. Heroïd. 79.

Molle meum, levibusque cor est violabile telis.

Et ita *invulneratus inviolatusque* junguntur apud Cic. pro Sextio 67. *Spoliataque in agris et vulnerata* perperam Harlej. 1. Insuper *quaeque subjiciebantur* Voss. 1. et Leid. 2. *quamque subiciebantur* Lipsiens. *quoque subjiciebantur* Gaertn. [*foedioraque his quae* Veith.]

Totam urbem ira inplevere] MS. optime *irae*. KLOCK. Voce *ira* carent Voss. 1. Leid. 2. et Portug. *ire*, sive *irae*, habet Haverk. Saepius quidem Livius verbum *inplere* ita construere solitus est. V. ad 29, 14, 2. Hic tamen, ob ceterorum codd. in vulgatam scripturam conspirationem, eam etiam praestare censeo; praesertim, quum alibi Livius casum sextum quoque huic verbo junxerit. ut 1, 56, 4. *Ipsius regis non tam subito pavore perculit pectus, quam anxiis inplevit curis.* hoc lib. c. 68, 1. *Carcerem inpleveritis principibus.* ubi Klockius sine caussa *principum* conjicit. 5, 21, 12. *Urbs hostibus inpletur.* c. 39, 4. *Totam urbem lamentis inpleverunt.* 7, 16, 3. *Militemque praeda inplevit.* 26, 50, 13. *Inplevit populares laudibus meritis Scipionis.* 36, 29, 3. *Nicander inplevit exspectatione vana multitudinem.* 41, 5, 2. *Omnia terrore ac tumultu inpleverunt.* Denique *implere* Harlej. 2.

§. 3. *Ibi vero in Quinctium omnes versi, ut unum vindicem*] *ubi vero* Harlej. antiq. sed *ubi* modo praecessit. V. ad 27, 5, 2. *ibi tum* Harlej. 2. et Haverk. [Veith.] quod videtur ex glossa natum. *vero* enim abundat, *ibi* autem pro *tum* ponitur. Mox cap. seq. §. 4. *Ancipiti terrore dissipasset hostem, ni suo proprio eum proelio equites Volscorum et Aequorum exceptum aliquamdiu tenuissent. Ibi vero Sulpicius negare cunctandi tempus esse.* Tum *versi, ut virum vindicem* Lips. *versi, ut unum virum vindicem* Gaertn. *versi, et ut virum unum vindicem* Hav. Male. *unum vindicem* est solum vindicem. Saepe *unus* hoc sensu et apud alios et apud Livium obcurrit. Supra 1, 18, 3. *Quove praesidio unus per tot gentes, dissonas sermone moribusque, pervenisset.* c. 54, 5. *Quando quidem ut omnia unus Gabiis posset, ei Dii dedissent.* 2, 12, 9. *Nec unus in te ego hos animos gessi.* c. 33, 9. *Nisi foedus cum Latinis columna aenea insculptum monumento esset, ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum.* 3, 11, 8. *Unus inpetus tribunicios popularesque procellas sustinebat.* 5, 38, 2. *Eaque res ut initium pavoris ac fugae, sic una salus fugientibus fuit.* 7, 35, 9. *Ergo una est salus erumpere hinc.* 22, 31, 9. *Coelium*

dignam tot consulatibus anteactis, dignam vita omni, plena honorum saepe gestorum, saepius meritorum. Alios 4 *consules aut per proditionem dignitatis Patrum plebi*

et ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris. c. 35, 2. *C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegae.* 38, 53, 11. *Punici tamen belli perpetrati unus praecipuam gloriam tulit.* 39, 9, 3. *Via una corruptelae Bacchanalia erant.* 40, 54, 6. *Hujus fratris filius Antigonus ex honoratis Philippi amicis unus incorruptus permanserat.*

Dignam tot consulatibus anteactis, dignam vitu omni plena honorum] *dignam tot consularibus* Haverk. Tum *consulatibus antedutis* Voss. 1. et Leid. 2. Sed reliquis in receptam lectionem conspirantibus eam etiam veriorem puto. *anteactis* est antea gestis. ita *acto honore* Liv. infra 8, 26, 7. *Duo singularia haec ei viro primum contigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.* ubi v. Sigonium. Vellej. Paterc. 2, 95. *Censura Planci et Paulli acta inter discordiam, neque ipsis honori, neque reipublicae usui fuit.* c. 99. *Duobus consulatibus totidemque triumphis actis, tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto.* Deinde *dignam vitam omni plenam honorum* Harlej. 1. *dignam vitam omni plenam honorum* Leid. 1. et Voss. 1. in contextu. *dignam vitam omnium plenam honorum* Leid. 2. Gaertn. et Voss. 1. in margine. *omnium*, pro *omni*, est etiam ex interpolatione in Florent. sed *vita omni* est vita tota. V. ad 3, 15, 8. *digna vita omni plenam honore* Lipsiens. *dignam vita omni plena honore* Portug. *dignam omni vita plena honorum*, alio ordine, priscae edd. Supra 2, 33, 10. *Eodem anno Agrippa Menenius moritur, vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus.* ubi vide. Ordinem mutavit, et *vita omni* primus dedit Aldus. Neque aliter praeferunt eodd. scripti.

Saepius gestorum, saepius meritorum] Haec verba aberant a Portug. adscripta sunt tamen margini. Desunt etiam in Fragm. Hav. in quo haec eorum loco substituta sunt: *que senatus a consulibus tribunisque plebis exposcat dilectus.* Vocem *senatus* autem manus altera deinde mutavit in *senatum.* Verum his verbis continetur duplex lemma marginale, quorum prius pertinet ad §. 5. posterius, sive ultima vox *dilectus*, ad §. 6. Saepo alibi lemmata in contextum demigrasse ex margine, infra videbimus ad 7, 40, 4. [*dignam vita plena omnium honorumque senatum a consulibus tribunisque plebis exposcat. delectus alios consules aut per* Veith.]

§. 4. *Alios consules aut per proditionem*] *Decem alios consules* Gaertn. At prima vox *Alios* non comparet in Leid. 2. qui insuper praefert *consules ante per proditionem.* (* v. ad 9, 34, 2.) Praeterea *vita*, pro *jura*, Lipsiens. Tum mox pro *domando* vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecerat *dominando.* Verum non vidit, τὸ *domando* hic non eum effectu capiendum, ita enim non asperior, sed mansuetior fieret, verum de conatu domandi. A vulgata lectione stant omnes codd.

adulatos, aut acerbe tuendo jura ordinis asperiorem domando multitudinem feciſſe: T. Quinctium orationem memorem majeſtatis Patrum, concordiaeque ordinum, et temporum in primis habuiſſe. Orare eum collegamque,

mei, nisi quod *dampnando* sit in Gaertn.

T. Quinctium orationem memorem majestatis Patrum etc. *habuisse*] Vox *memorem* deficiebat in contextu Portug. Sed ita sensus non conſtabit Livio, nisi scribatur *rationem*. Melius tamen, quod manus sec. eam, tamquam a librario male neglectam, margini adscripserit. Eleganter dixit Livius *orationem memorem majestatis*, quod Doujatius inluſtrare conatus eſt Virgiliano 1. Aen. 4. *memorem Junonis ob iram*. et Horatiano 1. od. 13; 12, *Inpressit memorem dente notam*. quae utraque, licet parum huc facientia, insuper debet Calepino suo. Melius lectorem rejeciſſet ad illa, quae Gronov. notat ad 33, 12, 5. ubi locum apprime huic convenientem laudatum vidiſſet ex 4, 48, 7. *Si temporum interdum potius, quam majestatis, memor adhibeatur oratio.*

§. 5. *Orare tribunos, ut uno animo cum consulibus*] Haec acta sunt in senatu anno urbis 308. unde patet, tribunos plebis tum senatui interfuiſſe. Sed et jam ante hoc tempus illis licuisse in senatum venire, ex eo confici poteſt, quod in anno Urbis 263. de Coriolano, qui in senatu sententiam dixerat, plebem fame premendam eſſe, ut pateretur aboleri novum magiſtratum, scribit Livius l. 2, 35. *in exeuntem e curia impetus factus esset:* neque enim apparet, quomodo plebs resciscere potuerit, quae in senatu dixerat Coriolanus, nisi a tribunis plebis. Idem oſtendit alius locus supra c. 9. hujus libri in anno urbis 291. ubi in senatu ad Tribunos plebis: *Vos, inquit Fabius, ceteri tribuni plebis oramus.* Et libro 4. crebra illius rei mentio eſt, cap. 1. 2. 3. 6. 26. 36. 43. 44. et 48. Nec tamen valde credibile eſt, Patres in tenuibus illis initiis tribuniciae poteſtatis hoc jugum recipere voluiſſe, et magiſtratum plebis quasi arbitrum et moderatorem deliberationibus suis adponi paſſos fuisse. Neque enim vel plebem id poſtulaſſe, vel de eo quidquam in legibus, quibus concordia inter eam et Patres reſtituta eſt, ex iis, quae de his rebus Livius ac Dionysius prodiderunt, conſtat: quos rem tanti in republica momenti silentio praeterire voluiſſe, nequaquam probabile eſt. Ac ne ullum quidem in his indicium eſt, unde intelligi possit, tribunos plebis ſtatim ab eo tempore, quo inſtituti sunt, hoc jure usos fuiſſe. Puto diſtinguenda eſſe tempora, et ita dicendum: tribunis plebis, quum primum creati sunt, et deinceps aliquamdiu, non licuiſſe in senatum venire jure tribuniciae poteſtatis, sed ita demum, si a consulibus vocati fuiſſent: deinde autem, poſt sublatos e republica decemviros et reſtitutam poteſtatem tribuniciam, eos jure poteſtatis suae et in senatum venire, et senatusconsultis intercedere potuiſſe. Etenim Dionysius Halic. l. 7, 25. scribit, tri-

que, ut capesserent rempublicam: orare tribunos, ut uno animo cum consulibus bellum ab urbe ac moenibus propulsari vellent, plebemque obedientem in re tam trepida Patribus praeberent: adpellare tribunos communem patriam, auxiliumque eorum inplorare, vastatis agris, ur-

bunos a consulibus in senatum vocatos fuisse, quum de frumento inter plebem dividendo deliberabatur, quo tempore atrocem illam sententiam dixerat Coriolanus. Et rursus eodem libro c. 39. idem factum a consulibus, quum in senatu de judicio Coriolani agebatur. Ac denique l. 10, 34. in anno Urbis 299. tribunos eodem tempore concilium plebis habuisse, quo senatus in curia consultabat. E quibus omnibus liquet, eos tum nondum jure potestatis in senatum venisse. Et sic etiam accipi potest, quod in eodem l. 10, 2. in anno Urbis 293. legitur, senatum παρόντων καὶ δημάρχων habitum fuisse, nec non loca Livii l. 2, 35. et l. 3, 9. Sed quum post sublatos decemviros tribunicia potestas non modo restituta, verum etiam Valeriis et Horatiis legibus multis rebus aucta fuisset, inter eas hoc quoque institutum fuisse videtur, ut tribuni plebis jure potestatis in senatum venire, et senatusconsultis intercedere possent. Livius quidem l. 3, 55. nihil nominatim de eo prodit, sed ex eo colligi potest, quod C. Claudius apud Dionysium l. 11, 49. auctoritatem senatus eorum legibus imminutam dicit, quod hac re praecipue factum est, certe multo magis, quam aliis illorum legibus, quas l. d. memorat Livius. Accedit, quod post hoc tempus Dionysius l. 11, 54. 57. seqq. et Livius fere ubique ita de hac re loquuntur, ut ex eorum verbis satis appareat, tribunos plebis jure potestatis suae, non vocatu consulum, senatui interfuisse; et quod ille l. 11, 54. hic l. 4, 6. non multo post pulsos decemviros, eos senatusconsultis intercessisse tradunt, cujus juris ante decemviros nec vola nec vestigium apud illos exstat. Adversatur tamen huic sententiae, quod Dionysius l. 7, 49. in oratione de judicio Coriolani dicentem inducit Ap. Claudium, jam tum tribunos plebis, se multum reclamante, in senatum, εἰς τὴν βουλὴν, admissos fuisse. Sed dubia est illius loci scriptura. nam Lapus, qui vertit *in rempublicam*, in suo exemplari videtur legisse, vel legendum conjecisse εἰς τὴν πόλιν, quod et Portus probat, et sententiae melius convenire facile omnes, qui verba Dionysii accurate considerare volent, videbunt. Nam, quum de tribunis plebis creandis ageretur, non quaesitum fuerat, an in senatum admittendi, sed an omnino in rempublicam recipiendi essent; quod ceteris ad extremum probantibus solus Appius improbarat. DUKER. *et*, pro *ut*, praeferunt Voss. 2. et Harlej. 2. quasi vellent, Livium dedisse, *orare eum collegamque* etc. *orare tribunos et*, pro etiam. Sed inepte. Voculae *et* atque *ut* non raro confunduntur. V. ad 21, 28, 8. Praeterea vox *cum* male abest a Portug. sed intercepta est a prima syllaba vocis sequentis. V. supra ad 2. 43, 3. hoc lib. ad c. 7, 7. et ad c. 40, 3. (* 8, 28, 7. c. 37, 7. 22, 53, 9. 26, 39, 19.) Adde Gronov. 2. Ob-

6 *be prope obpugnata.* Consensu omnium delectus de-
cernitur habeturque. Quum consules in concione
pronunciassent, *Tempus non esse caussas cognoscendi;*
omnes juniores postero die prima luce in campo Martio
7 *adessent; cognoscendis caussis eorum, qui nomina non*
dedissent, bello perfecto se daturos tempus; pro desertore
futurum, cujus non probassent caussam: omnis juven-

serv. 6. p. 256. quemadmodum contra *cons.* sive *consul*, excidit ob sequentem particulam *cum.* V. ad 2, 59, 9. Nec multum hinc abit, quod ex *conscribitur* datum sit *cons. scribitur*, vel *consul scribitur.* V. supra hoc libro ad c. 18, 4. Mox *urbe hac moenibus* male idem Portug. Denique *propulsare* Basileensis anni 1555. et Sigonii edd. Non sequor. Primores Patrum orabant tribunos plebis, ut *bellum propulsari vellent*, nempe per consules, non inpediendo delectu, aut non ferendo auxilio, si quis ad nomen non responderet.

§. 6. *Consensu omnium delectus decernitur*] *dilectus* Florent. Voss. 1. et Leid. 1. V. ad 37, 51, 7.

Consules quum in concione pronunciassent] In vetusto cod. est, *Cum consules in concione pronunciassent.* RHEN. Rhenani vetusto codici ex meis consentiunt Lipsiens. et Harlej. antiq. *Quum conso in contione* habet Florent. a m. 1. in quo postea illud *conso* erasum est. In Leid. 1. etiam non comparet vox *consul.* Reliqui omnes Voss. uterque, Leid. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] servant ordinem, in quem ante Rhenanum voces digestae erant. Ceterum Gebhardus supra ad 2, 14, 4. auctor est, Palat. sec. et vett. edd. Andreae et Campani habere *in concionem.* Eadem lectio superest in Haverk. Verum aberratione librarii. Paullo post *omnesque juniores* Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. [Veith.] At reliqua membra ejus sermonis, quem consules in concione pronunciarunt, proposita sunt §. 7. seq. sine particula copulante; quare melius eam reliqui codd. etiam hoc loco omiserunt.

§. 8. *Cohortes sibi quaeque centuriones legerunt*] *sibi quoque centuriones* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Lipsiens. et Haverk. *cohortes quoque sibi* Gaertn. Ita et alibi lapsi sunt scriptores librarii. V. ad 40, 5, 6. Insuper Lipsiens. ita distinguit *affuit. Postero die cohortes.* Verum §. 6. edicunt consules, *omnes juniores postero die adessent.* quibus haec respondent. Quare vulgata interpunctio servanda est. Ipsae autem cohortes hic sibi centuriones extra ordinem legunt, quod ceteroquin faciebant consules, aut eorum jussu et arbitrio tribuni militum. V. Lipsium de Milit. Rom. 2. Dial. 8.

Haec omnia adeo mature perfecta accepimus] *accipimus* Voss. 1. At vulgatum, a quo alii omnes stant libri manu exarati, tuentur loca Liv. hoc lib. supra c. 39, 1. *Magis obedienter ventum in curiam, quam obnixe dictas sententias accepimus.* 5, 34, 1.

tus adfuit poftero die. Cohortes sibi quaeque centuriones legerunt: bini senatores singulis cohortibus praepositi. Haec omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa, eo ipso die a quaeftoribus ex aerario promta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo sint: exercitusque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate sequenti- 8

De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus. 38, 47, 1. *Manlium in hunc maxime modum respondisse accepimus.* Eodem modo ut hic Voff. 1. etiam infra unus et alter codex 5, 22, 6. *Motam certe sede sua parvi molimenti adminiculis sequentis modo accipimus levem ac facilem translatu fuisse.* ubi nunc quoque editur *accepimus.* Nihilominus *accipio* in eadem re saepe dixit. V. infra ad 4, 41, 7.

Signa eo ipso die a quaestoribus ex aerario promto] Nota morem. Dionysius l. 10. p. 645. Ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ σημεῖα καταφέρειν. hoc eft, *ex templo.* Gelenius *ex aerario* vertit. Idem eft. Aerarium enim populi Romani erat in aede Saturni, tefte Plutarcho in Poplicola [p. 103.] Hinc *ἱερὰ σημεῖα* vocantur Dionysio non semel, quae magna religione observata, magnoque in cultu habita fuiffe a militibus Romanis idem docet, ut l. 11. p. 723. et l. 6. p. 375. non minori religione culta fuiffe, quam simulacra Deorum immortalium. Sub Imperatoribus etiam Romanis semper aedicula erat in caftris, in qua signa posita erant, quae adorabantur etiam ab Imperatoribus, tefte Herodiano in Caracalla [4, 4, 12.] Similiter et Labarum Francorum, quod Auriflammeum dicebatur, olim in aede D. Dionysii ad Lutetiam servabatur, et, cum Rex copias movebat, proferre mos erat, nec nisi nobili viro ferendum dabatur; sed puditum eft, cum illud auriflammeum amisimus, seu Auriflammulum mavis. Liv. 4, [22, 1.] Sed et Galli Insubres signa quaedam aurea, quae Immobilia vocabant, habebant in templo Minervae condita, unde non, nisi ad gravissima bella, promebantur, tefte Polyb. l. 2. p. 119. [c. 32.] H. VALES. Livius 7, 23, 3. *Quum omnes extra portam Capenam ad Martis aedem convenire armatos juniores jussisset, signaque eosdem quaestores ex aerario deferre.* De *Auriflammeo* autem v. Du Cange in Glossar. med. Latin. v. *Auriflamma.* Ceterum *eo die*, neglecta voce media, Harlej. 2. Male. V. ad 2, 5, 5. Tum *ab quaestoribus ex aerario promtu* Haverk. *quaestoribus ex aerario promtu* sine praepositione *a* vel *ab*, Harlej. 1. V, ad 6, 11, 4.

Paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus] Vir doctus ad oram edit. Curionis conjecerat scribendum *voluntarie sequentibus.* Verum ea vox neque Liviana eft, neque etiam hujus aevi. Contra *voluntate* pro sponte Livio frequens eft. Infra 5, 17, 9. *Si qui juventutis suae voluntate ad id bellum eant.* ubi plura vide.

§. 9. *Hostem in conspectum dedit*] *in conspectu* Gaertn. Ha-

9 bus, manserit ad decimum lapidem. Insequens dies hostem in conspectum dedit, castraque ad Corbio-
10 nem castris sunt conjuncta. Tertio die, quum ira Romanos, illos quum toties rebellassent, conscientia culpae ac desperatio irritaret, mora dimicandi nulla est facta.

1 LXX. In exercitu Romano quum duo consules essent potestate pari; quod saluberrimum in admini-

verk. Fragm. Hav. et priscae editt. ante Aldum. Utrumque probum atque in usu est. V. infra ad 9, 27, 4. Quum ergo plures ac gravioris auctoritatis libri vulgatum malint, inde discedere religio est.

Castraque ad Corbionem castris sunt conjuncta] *castra ad Corbionem* Harlej. sec. Deinde *conjecta* Haverk.

§. 10. *Tertio die quum ira Romanos, illos, quum toties rebellassent*] *Tertio die quia Romanos cum illis totiens rebellassent* sine sensu Gaertn. Voces *sunt conjuncta. Tertio die quum ira Romanos, illos* desunt in Lipsiens. Praeterea *Tertia die* Harlej. 2. et excusi usque ad Aldum, cui *Tertio* reponenti reliqui omnes codd. consentiunt. V. infra ad 8, 11, 15.

Conscientia culpae ac desperatio irritaret] *cum scientia* Harlej. 1. sollemni errore scribarum. V. infra ad 4, 24, 7. Mox *mora dimicandi nulla fuit facta* Haverk.

§. 1. *Quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est*] Pal. sec. non agnoscit periodi hujus aut vocem primam, aut ultimam. et profecto si absint, resultet eadem sententia, nec paullo nitidior. Interim isthaec ita distinxi, non ut accedant superioribus verbis, sed subsequentibus. Nihil enim salubrius in potestate pari, quam si collegarum alter secundas agit. Hinc Liv. 4, 31. *Tres delectu habito profecti sunt Vejos, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset.* GRUT. Toties Gebhardus, qui etiam Palatinis Mstis usus est, eorum secundo fidem abrogavit, idque non sine caussa, ut ei uni tuto credi nequeat. Omnes autem mei libri constanter editam lectionem servant, nisi quod solus Voss. 2. mutato ordine verborum habeat *magnarum est rerum*. Gruterum vero codicis ejus lectionem probasse non miror, quum alibi non semel, etiam ex sola conjectura, nullarum membranarum auctoritate accedente, pronomen relativum cum verbo substantivo expungere solitus sit. V. infra ad 23, 34, 15. Verum hujusmodi orationis contextus melius Sallustii ac Taciti brevitati, quam ubertati Livianae convenit. Ceterum vera est interpunctio, quam dedit; ne contra sensum communem Livius dicat, in administratione magnarum rerum saluberrimum esse, duos in exercitu pari potestate esse. Miror itaque Cl. Hearnium eam non recepisse.

Et praelatus ille facilitati sub-

ſtratione magnarum rerum eſt, summa imperii, concedente Agrippa, penes collegam erat: et praelatus ille facilitati submittentis se comiter respondebat, communicando consilia laudesque, et aequando inparem sibi. In acie Quinctius dextrum cor- 2
nu, Agrippa siniſtrum tenuit: Sp. Poſtumio Albo legato datur media acies tuenda; legatum alterum Ser. Sulpicium equitibus praeficiunt. Pedites 3

mittendis se comiter respondebat] Ante ſeculum sic quidem edidere. In libris vero noſtris omnibus conſpicitur *praelatus ille facilitate submittentis se comitem respondebat.* Sed tamen vulgata lectio reſpondet egregie sequentibus, modo legas *submittentis se.* GEBH. Latinius, teſtatus in nonnullis cdd. eſſe *praelatus illi*, se in Neapol. *praelatus ille* reperiſſe monuit, quam lectionem etiam servant omnes scripti et editi, quos vidi. Deinde *facilitati* non tantum praeferunt libri, qui seculo ante Gebhardum excusi sunt, sed ita jam vidi in Mediolan. anni 1480. et poſtea in omnibus recentioribus. Neque aliter habent plerique manu exarati. *facilitate* enim tantum super eſt in Florent. Leid. 1. Harlej. 1. Gaertner. et Fragment. Hav. idque tum ad praecedentia referendum, *praelatus ille facilitate submittentis se.* Et ita *respondere* absolute sine casu ponetur, ut apud Senecam Epiſt. 47. *Ut quidque non ex voluntate respondit, iram evocat.* (* v. Burm. ad Suet. Caes. 46.) *praelatus facilitate* autem, ut *praelatus suffragiis* 4, 16, 8. *Praelatus suffragiis Quinctio Mam. Aemilius, vir summae dignitatis.* Utraque lectio probari poteſt. Et quidem ab altera ſtant plures, ab altera notae melioris codd. Incertus itaque haereo, quam praeferam. *submittendis* error eſt operarum in ed. Gruteri, quod tamen jam poſtrema ejus emendavit. Denique vir doctus ad oram edit. Curionis pronomen *se* induci malebat: sed sine ratione. Supereſt enim in omnibus scriptis et editis. neque id delendi ullam cauſſam video. Ut enim *submittere se*, ita *submittere imperium* 6, 6, 7. [*se comitem* Veith.]

Communicando consilia laudesque, et aequando inparem sibi] Vocula *que* abeſt a Fragm. Hav. Tum *exaequando* Haverk. Sed prima syllaba ex vocula praecedente repetita videtur. Deinde *aequando sibi inparem* transpositis dictionibus Portug. *parem*, pro *inparem*, eſt in Gaertn.

§. 2. *Sp. Postumio Albo legato datur media acies tuenda*] *S. P. Postumio* Leid. 2. quomodo in Mſtis saepe peccatur. V. supra ad Liv. 2, 43, 3. hoc lib. c. 31, 5. c. 58, 7. et alibi. Deinde *legato ciato datur* Lipsiens. et Gaertn. *legato dato datur* Leid. 2. et Portug. a m. 1. sine dubio negligentia scribarum. Tribus enim prioribus literis vocis *datur* exaratis, quarum secunda et tertia etiam junctae in voce praecedenti memoriae ipsorum obversabantur, iis

ab dextro cornu egregie pugnavere, haud segniter
4 resistentibus Volscis. Ser. Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. unde quum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret, terga inpugnare hostium satius visum est. momentoque temporis, in aversam

literam finalem ejusdem vocis addiderunt. Similes errores in scriptis passim obvii sunt.

Alterum legatum P. Sulpicium] *Ser. Sulpicium*, ut supra dixi. SIG. V. supra hoc libro ad c. 31, 8. et ad c. 50, 15. Attamen omnes mei [etiam Veith.] et hic et mox §. 4. constanter ei *Publii* praenomen tribuunt. Praeterea *Suplicium*, et §. 4. ac 5. *Suplicius* Lipsiens. V. supra hoc lib. ad c. 10, 5.

§. 3. *Pedites ab dextro cornu egregie pugnavere*] *a dextro cornu* Voss. 2. et Gaertn. *a dextero cornu* edd. Aldina priores. Tum *pugnare* est in Voss. 1. Paullo post *se sistentibus*, pro *resistentibus*, Harlej. 1.

§. 4. *Per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit*] Voce *hostium* carent Voss. 1. et Leid. 2. Tum *percurrit* Voss. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Eamdem scripturam Hearne Oxonii reperit in L. 1. utramque autem *perrupit* et *percurrit* in N.

Quum eadem reverti posset ad suos] *ab eadem* Florent. *eodem* Voss. 2. Leid. 2. Fragm. Hav. Male. Infra 4, 30, 2. *Interclusi equites nec perrumpere eadem, qua transierant, posse; ibi maxime confertis hostibus, qua viam fecerant. eodem* est in eumdem locum, quod non una via fieri poterat: at *eadem* est eadem via, qua venerant, nempe per mediam hostium aciem. Id vero requirunt sequentia, *priusquam hostis turbatos ordines reficeret*. Ita *qua* est qua parte, qua via. V. ad 10, 14, 4. *posset reverti*, alium ordinem obtinentibus vocabulis, Haverk.

Priusquam hostis turbatos ordines reficeret] *hostes reficerent* editt. principes usque ad Aldum, qui substituit *hostis reficeret*, concinentibus omnibus scriptis meis. V. ad 5, 50, 2.

Terga inpugnare hostium satius visum est] *satis visum est* Leid. 2. Fragm. Hav. et a m. 1. Portug. Eadem scripturae varietas infra est 37, 4, 8. ubi vide. [*visum fuit*. Veith.]

In aversam incursando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes] Duae priores dictiones exsulant a Leid. 2. *in adversam* habent Voss. ambo, Leid. 1. Portug. Gaertn. Lipsiens. Haverk. Fragm. Hav. et edd. ante Moguntinam; qui error infinitis locis in codd. priscis obvius est. V. supra ad 2, 31, 6. *incursare in aciem aversam* est eam a tergo adgredi. Infra 22, 48, 4. *Aversam adoriuntur Romanam aciem*. (* 30, 35, 1.) 33, 8, 11. *Praeterquam quod caedebantur aversi*. ubi v. Gronov. Frontin. 2, 2, 12. *Circumducto pedite ab ea parte, ex qua decur-*

incursando aciem, ancipiti terrore dissipasset hostes,
ni suo proprio eum proelio equites Volscorum et
Aequorum exceptum aliquamdiu tenuissent. Ibi vero 5
Sulpicius negare, *cunctandi tempus esse, circumventos
interclusosque ab suis* vociferans, *ni equestre proelium
connisi omni vi perficerent. Nec fugare equitem inte-* 6

sus in aversam hostium aciem ferebat, inopinantium terga adortus cecidit. ubi v. Doct. Oudendorp. Similiter *aversum hostem invadere*, est cum invadere a tergo. 4, 27, 8. *Locum maxime secretum ab tumultu petit, unde ex necopinato aversum hostem invadat.* 5, 21, 10. *Pars aversos in muris invadunt hostes.* Ubi male in quibusdam codd. est *adversos*. Tum *ancipi terrore* Voss. 2. *ancie terrore* Portug. in contextu, pro quo margo praefert *ancipiti*. Denique *dissipasset hostem* Harlej. 2.

Ni suo proprio eum proelio] *nisi suo proprio* Portug. V. ad 23, 1, 8. *I suo proprio* Haverk. cujus librarius similiter errat §. seq. V. ad 38, 50, 1. *ni suo proprio cum proelio* Voss. 1. Leid. 2. et Haverk. [Veith.] De hoc etiam errore v. ad 4, 19, 2.

§. 5. *Circumventos interclusosque ab suis vociferans*] Ἀμφίβολον est. Sed de *suis*, hoc est, Romanis, loquitur Sulpicius, ut sequentia indicant. GLAR. Si τὰ *ab suis* ad solum proximum *interclusos*, non etiam ad remotius *circumventos*, referendum noscamus, nullum hic ἀμφίβολον superest. Et ita recte locum intellexit Donjatius. *Interclusus* autem *a suis* dicitur, cui reditus ad suos interceptus est. Liv. 27, 42, 4. *Metum, ne intercluderentur a castris, injecissent.* 44, 7, 7. *Dubitatione omnibus exemta, quid intercluso ab Thessalia patiendum fuisset.* (* v. ad 34, 39, 12.) *a suis* habent Lipsiens. et Gaertn.

Ni equestre proelium connisi omni vi perficerent] *in equestre proelium connixi* Haverk. et Lipsiens. V. ad §. praec. [*ut equestre* Veith.] *connixi* praeter Haverk. etiam praeferunt Voss. 1. in contextu (qui *commixti* in margine habet,) Leid. ambo, Harlej. 2. et Fragm. Hav. *conissi* Portug. Sed praestat *connisi*. V. supra ad 2, 50, 9. Deinde *omni perficerent* Voss. 1. in contextu, pro quo in margine emendatum est *omne perficerent*. Sed *omnium perficeret* Voss. 2. Voculam *vi* interceperant ultimae literae praecedentis vocis. At non modo τὰ *omni vi* exsulant in Gaertn. sed etiam *perstringerent* praefert, pro *perficerent*.

§. 6. *Nec fugare equitem integrum satis esse*] Hic ego scio, vocem illam *integrum* nihili esse, natamque ex verbo *integraret*, quod sequitur. Pro ea igitur repono *interdum*. Confirmant hanc emendationem, quae praecedunt. MODIUS in Novantiq. Lection. Epist. 30. *Nec fugare equitem interdum satis esse* habent Pall. duo, editioque Andreae. Palatinus vero sec. *Nec fugare equitem in tutum satis esse.* GEBH. Modius *Nec fugare equitem interdum satis*

grum satis esse, conficerent equos virosque, ne quis reveheretur inde ad proelium, aut integraret pugnam. non posse illos resistere sibi, quibus conferta peditum acies
7 *cessisset.* Haud surdis auribus dicta: inpressione una totum equitatum fudere, magnam vim ex equis praecipitavere, ipsos equosque spiculis confodere.

esse. integrum e sequente *integraret* natum putat. Haec nullam rationem habent. Sulpicius dicit, non impressione fugandum esse equitatum hostium, quod saepe sine multo sanguine et caede fit, sed vulnerandos et interficiendos esse viros equosque ob caussam, quam addit. *Integri* mille locis opponuntur *fessis* et *sauciis*. DUK. *Nec fugare equitem tutum satis esse* Lipsiens. Gaertn. et Portug. *Nec fugare equitem interdum satis esse* Voss. ambo, Leid. 2. Harlej. uterque, et Klockian. Neque aliter fere Leid. 1. in quo est *Nec fugare equitem intertum satis esse.* Vulgatum vero superest in Haverk. et Fragm. Hav. Quibus nunc etiam accedit Florent. cujus in primis auctoritate permotus ei scripturae controversiam non moveo. *integer* enim Livio saepe est non vulneratus. 8, 29, 13. *Ingenti ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer proelio excesserat.* 10, 27, 9. *Hinc victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit.* Curtius 5, 4. *Integros quoque, antequam discrimen experirentur, in fugam avertit.* ubi v. Cellar. Tacit. 1. Ann. 68. *Arminius integer, Inguiomerus post grave vulnus, pugnam deseruere.* et 15, 11. *Peditum si quis integer, longinqua et avia; vulnerati, castra repetivere.* Neque caussa, cur vulgatum displiceat, satis justa videtur, quod *integrare* mox sequatur. Vide, quae notavi ad 1, 3, 9.

Conficerent equos virosque] Id est, interficerent, occiderent. Supra 1, 25, 10. *Prius itaque, quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium confecit.* 2, 40, 13. *Ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus, haud minus pernicioso, quam pertinaci certamine confecit.* 6, 8, 7. *Longa caede conficienda multitudo tanta fesso militi erat.* c. 13, 5. *Justa caede conficere hostem.* 25, 18, 13. *Ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret.* 42, 16, 1. *Latrones, quum brevi circuitu maceriae decurrere ad conficiendum saucium possent, velut perfecta re, in jugum Parnassi refugerunt.* Frontin. 4, 7, 32. *Quum in partibus Pompejanis magna equitum Romanorum esset manus, eaque armorum scientia milites conficeret.* ubi videndus est Tennul. Florus 3, 1. *Pari audacia et venit, et competitorem imperii Masinissae Massivam inmisso percussore confecit.* ubi vid. Cel. Dukerus.

Ne quis reveheretur inde ad proelium] *revereatur* Leid. 1. et Harlej. 1. *revertatur* Voss. uterque, Leid. 2. et Fragm. Hav. *reverteretur* Harlej. 2. Lipsiens. Gaertner. Portug. et Haverk. [Veith.] Vulgatum exstitisse vi-

is finis pugnae equeſtris fuit. Tunc, adorti pedi- 8
tum aciem, nuncios ad consules rei geſtae mittunt, ubi jam inclinabatur hoſtium acies. nuncius deinde et vincentibus Romanis animos auxit, et referentes gradum perculit Aequos. In media primum acie 9
vinci coepti, qua permiſſus equitatus turbaverat or-

detur in Florent. et Klockian. ex quibus in excerptis nihil notatur, omnibusque excusis; idque satis commadum eſt. Supra 2, 47, 6. *Manlius consul revectus in castra, ad omnes partas milite obposito, hostibus viam clauserat.* Praeterea τὸ *inde* non comparet in Harlej. 2.

Aut integraret pugnam] Palat. sec. *redintegraret.* GEBH. *interragaret* Voſſ. 1. Sed in margine dein emendatum eſt *iteraret.* Ita quidem sensus, at non verba Livii reſtituta sunt. Idem tamen habet et Leid. 2. Sed verius puto *integraret*, quo Livius delectatus eſt. Supra 1, 29, 5. *Conspectus aliarum mutua miseratione integrabat lacrimas.* 5, 25, 11. *Integrant seditionem tribuni plebis.* 6, 24, 4. *Integrant et illi pugnam, qui simulata cesserant fuga.* 9, 22, 6. *Orando hortandoque equites proelium integravit.* (* c. 43, 17.) 10, 20, 14. *Proeliumque jam profligatum integratum est.* 28, 15, 10. *Integrata fuga in castra pavidi compelluntur.* Solent autem *integrare* et *iterare* commutari. V. ad Livii ultima loco laudatum l. 28, 15, 10. Probum etiam et Livio non inſolitum foret *redintegraret*, quod Palat. sec. apud Gebhardum praefert, sed meliorum codd. judicia ſtandum puto.

Non posse illos resistere sibi, quibus conferta peditum acies cessisset] *non posse alios resistere* Harlej. 2. quomodo saepe lapsi sunt scribae. V. infra ad 23, 7, 3. Deinde *conserta peditum acies* Harlej. 1. Et haec aberratia librariorum alibi quoque in libris scriptis obeurrit. Vide, quae infra dicuntur ad 22, 28, 10.

§. 7. *Inpressione una totum equitatum fudere*] *inpressione vana* Harlej. 1. Multis loeis ita peccatum eſt in membranis. V. infra ad 8, 27, 2. [*magna vis ex equis praecipitare* Veith.] Deinde *ipsas equos spiculis confadere* Harlej. 2. Perperam. Supra enim consul suis praeceperat, *conficerent equos virosque.*

§. 8. *Ubi jam inclinabatur hostium acies*] *ubi jam inclinatur* Portug. a m. 1. Mox *pertulit*, pro *perculit*, Harlej. 2. et Lipsiens. V. infra ad 35, 27, 16. [ante *peditum acies* Veith. qui etiam *pertulit. Equi in media*]

§. 9. *Qua praemissus equitatus turbaverat ordines*] Scribendum eſt *permissus*, id eſt, effuso eursu immiſſus. Et sic praeter MSS. Voſſ. utrumque, ac Rott. Romana Andreae. Sed proximae ſtatim mutarunt praeter Aldinam. Supra [c. 61, 9.] *Concitant equos permittuntque in hostem.* Reſtituimus et alibi Livio. J. FR. GRON. *praemissus* Harlej. 2. [Veith.] *praemis-*

10 dines. Sinistrum deinde cornu ab Quinctio consule pelli coeptum; in dextro plurimum laboris fuit. Ibi Agrippa, aetate viribusque ferox, quum omni parte pugnae melius res geri, quam apud se, videret,

sis Haverk. *praemissus* etiam Voss. 1. a m. 2. quum a m. 1. recte *permissus* haberet: quod posterius etiam superest in reliquis omnibus meis, nisi quod pro eo *premissa* a m. 2. interpolatum sit in optimo Florent. Editiones vetustae varie praeferunt. Praeter Andreanam et Aldinam Gronovio memoratas *permissus* etiam obviam fuit in Tarvis. utraque, Venetis annorum 1495. et 1506. Ascensiana anni 1510. Coloniensi anni 1525. Frobenianis annorum 1531. et 1535. ac Vascos. Eas secutae *praemissus* adoptarunt, quod etiam in prioribus nonnullis exstiterat. Postea Gronovius iterum anno 1665. *permissus* revocavit, et recte, effuso cursu inmissus, exposuit. Infra 8, 30, 6. *Detraxit frenos equis, atque ita concitatos calcaribus permisit.* 9, 22, 7. *In quem, insignem inter suos cientem pugnam, magister equitum Romanus infesta cuspide ita permisit equum, ut uno ictu exanimem equo praecipitaret.* 10, 5, 6. *Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent.* 29, 2, 8. *Imperat, equites per patentes in hostium acie vias permittere equos jubeat.* ubi v. Gronov. 40, 40, 5. *Permittite equos in cuneum hostium, quo nostros urgent.* Et ita Nonius Marc. *Permittere, pro mittere, incitare, vel praecipitare. Sisenna Histor. lib. 3. Et inde equum incitatum princeps ad hostium permittit aciem. Idem lib. 4. Multi praemissis armis ex summo se permitterent.* V. etiam Gronov. supra ad 2, 56, 2. Eodem sensu etiam *admittere equum* Livius supra dixit 2, 19, 6. *In Postumium Tarquinius Superbus, quamquam jam aetate et viribus erat gravior, equum infestus admisit.* Ubi alia hujus locutionis exempla videri possunt. Neque aliter etiam *inmittere equum.* V. Gronov. ad Senecam 3. de ira 6. et Graevium Lection. Hesiod. c. 19. *Permittere* et *Praemittere* alibi in Mstis commiscentur. V. ad 3, 61, 9. De commutatis voculis *per* et *prae*, quod librarii non satis diligenter notarent compendia, quibus in Mstis indicari solebant, vide infra ad 9, 10, 7. Praeterea *perturbaverat* Harlej. 2. quod verbum in hac re etiam usurpavit (* Liv. 35, 5, 11.) Frontin. 2, 4, 4. *Quo facto, perturbatis Antiochi copiis, utrimque inrupere Romani.* et ex. 13. *Eodem modo elephantis ad perturbandam aciem usus est.* et ita *perturbatio ordinum* obcurrit apud eumdem 2, 3, 16. *Manipulis inter se distantibus spatium dedit, per quod elephanti ab hostibus acti facile transmitti sine perturbatione ordinum possent.* Verum et ipsum simplex *turbare* in eadem re non minus frequens ac probum est. Modo hoc cap. supra, *Quum eadem reverti posset ad suos, priusquam hostis turbatos ordines reficeret.* Tacit. 12. Ann. 35. *Sed eo quoque inrupere ferentarius gravisque miles, illi telis adsultantes, hi conferto gradu, turbatis contra Britannorum ordinibus.* Hirtius in bello Afric. 15. *Quum animadverteret or-*

accepta signa ab signiferis ipse inferre, quaedam jacere etiam in confertos hostes coepit. Cujus igno- 11
miniae metu concitati milites, invasere hostem. ita aequata ex omni parte victoria est. Nuncius tum

dines suorum in procurrendo turbari. Quum itaque reliqui codd. *turbaverat* tueantur, id etiam hic servandum puto. Denique *turbaverat ordinem* vetustiores excusi; pro quo Aldus *ordines* dedit. Et id servant constanter scripti omnes. V. ad 2, 46, 3.

§. 10. *Aetate viribusque ferox, quum omni parte pugnae melius rem geri*] *aetate et viribus ferox* Portug. Tum vox *pugnae* non est in Leid. 2. Postea *res melius geri* Portug. *melius res geri* Voss. uterque, Leid. 1. Harlej. uterque, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Utrumque rectum est, et apud Livium obcurrit, *rem gerere*, et *res gerere*. De priori infra v. ad 25, 22, 1. de posteriori supra ad hujus lib. c. 64, 7. Videtur itaque tutius, codicum auctoritati cedere, et τὸ *res* recipere. Paullo ante *pelli* deerat in Voss. 1. et Leid. 2. *a Quintio consule* habet Portug. *a consule Quintio* Gaertn.

Accepta signa ab signiferis ipse inferre] Non moveo quidem controversiam huic scripturae; sed tamen Livius fere aliis verbis in hac re utitur. 25, 14. *Quum signifero signum ademisset: et arreptum vexillum trans vallum hostium trajecit.* 26, 5. *Signum ademtum signifero in hostes infert.* 34, 46. *Signa ademta signiferis in hostes jecerunt.* Frontin. 2, 8, 1. *Raptum signum in hostem misit.* Et ibid. ex. 2. de hoc proelio: *Signum militare ereptum signifero in hostes Hernicos* (*Volscos* debuit scribere, quod non praeteriit Doct. Oudendorpium) *et Aequos misit.* Livius supra hoc lib. c. 48. *Arrepto ab lanio cultro.* Suetonius in Caes. 32. *Rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen. capere* et *rapere* saepe permutantur. V. Cl. Drakenborch. ad Silium 15, 659. et quae ad Florum 2, 2, 2. adnotata sunt. *arripere* et *accipere* apud Valerium Max. 3, 3. ex. ext. 1. DUK. *a signiferis* Leid. 2. Lipsiens. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et editt. ante Aldum, qui *ab signiferis* vulgavit, ut est in reliquis scriptis.

Quaedam jacere etiam in confertos hostes coepit] *et* pro *etiam*, praefert Voss. 2. *et jam* Gaertn. V. ad 39, 10, 6. *in confertos etiam hostes* Harlej. 2. et Haverk. *confertissimos hostes* vetustiores excusi: pro quo Aldus *confertos* substituit, adprobantibus Mstis.

§. 11. *Cujus ignominiae metu concitati milites*] *motu* Harlej. 2. et Lipsiens. facili errore. V. supra ad cap. praec. §. 2. Mox *ex omni parte* aberat a Portug. Sed altera manu deinde ad marginem adscriptum est.

Nuncius tum a Quinctio venit] Vocula *tum* deficit in Voss. 2. pro ea *tn̄*, id est, *tamen*, praefert Fragm. Hav. V. ad 22, 17, 5. *e Quintio* est in Harlej. 1. *ab Quintio* in Haverk. et Lipsiens. Mox τὸ *jam* non com-

a Quinctio venit, victorem jam se inminere hostium castris; nolle inrumpere, antequam sciat debellatum
12 et in sinistro cornu esse. Si jam fudisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus prae-
13 da potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad victorem collegam castraque hostium venit, ibi paucis defendentibus, momentoque fusis, sine certamine in munitiones inrumpunt: praedaque ingenti compotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quae populatione agrorum amissae erant,
14 reducunt. Triumphum nec ipsos postulasse, nec delatum iis ab senatu, accipio; nec traditur caussa
15 spreti aut non sperati honoris. Ego quantum in

paret in Portug. neque *τό et* in Voss. 2. [*in dextro cornu* Veith.]

§. 12. *Si jam fudisset hostes, conferret ad se signa, ut simul omnis exercitus*] *fudissent* Portug. Lipsiens. Gaertn. et Haverk. [*Sed jam* Veith.] Hinc *conferrent* Harlej. 2. Lipsiens. et Haverk. Deinde *in se* Klockian. Tum *ut omnis simul exercitus* transpositis dictionibus Leid. 2. Voss. 1. et Lipsiens.

§. 13. *Momentoque fusis, sine certamine in munitiones inrumpunt*] *munimentoque* Leid. 2. V. infra ad 4, 27, 4. Tum *erumpunt* Portug. Paullo ante *ubi paucis defendentibus*, pro *ibi*, Lipsiens. V. ad 27, 5, 2.

Suis etiam rebus recuperatis, quae populatione agrorum amissae erant] *suis et rebus* Portug. *suis et recuperatis*, una voce perperam omissa, Leid. 2. qui idem etiam non agnoscit vocem *agrorum*.

§. 14. *Nec delatum iis ab senatu, accipio*] Ultima vox deficit in Leid. 2. V. infra ad 4, 41, 7. *a senatu* habet Gaertn.

Nec traditur caussa spreti aut non sperati honoris] MS. *aut non spreti honoris*. Lego, *aut non delati honoris*. KLOCK. *non speratum honorem* existimat Livius, quem non postularunt, aut postulare ausi sunt prae verecundia pro parte dimidia rerum gestarum. Pall. duo hic habent *aut non impetrati honoris*, quia respexerunt ad ista *ne etiam, si impetrassent*. GEBHARD. *spreti aut non spreti honoris* Voss. 1. *spreti aut non impetrati honoris* Voss. 2. *spreti aut non süpti honoris* Portug. a m. 1. *spreti aut non supati honoris* a m. 2. et Lipsiens. in contextu. *spreti honoris* reliquis omissis Leid. 2. Sed vulgata lectio proba est. *spreverant honorem* triumphi, quem petere neglexerant, *non speraverant*, quem petere ausi non erant.

§. 15. *Quum Valerio atque Ho-*

tanto intervallo temporum conjicio, quum Valerio atque Horatio consulibus, qui praeter Volscos et Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, negatus ab senatu triumphus esset, verecundiae fuit pro parte dimidia rerum consulibus petere triumphum. ne etiam, si inpetrassent, magis hominum ratio, quam meritorum, habita videretur.

LXXI. Victoriam honestam, ex hostibus par- 1
tam, turpe domi de finibus sociorum judicium populi deformavit. Aricini atque Ardeates de ambi- 2
guo agro quum saepe bello certassent, multis in vicem cladibus fessi, judicem populum Romanum cepere. Quum ad caussam orandam venissent, conci- 3

ratio consulibus, qui praeter Volscos et Aequos] *ut Valerio* Leid. 2. Tum *Aequos et Volscos* Haverk.

Verecundiae fuit] *verecundia fuit*] Gaertn. Quomodo supra hoc lib. c. 40, 5. *Claudium interpellandi verecundia fuit.* et fere infra est 44, 6, 3. *Auratis statuis omnibus raptim, ne praeda hosti essent, in classem congestis.* non *praedae essent.* ubi alia vide. Sed tamen aliorum, in vulgatum conspirantium, consensum sequor. Ita hoc lib. cap. 62, 9. *Verecundiae erat, equitem suo alienoque marte pugnare.* V. ad 3, 29, 2. *verecundiae fuerit* Haverk. V. ad 40, 14, 11. [*fuit* omittit Veith.]

§. 1. *Victoriam honestam ex hostibus partam*] Pall. duo omittunt τὸ *hostibus.* Sed sec. *Victoriam honeste partam.* GEBHARD. *honeste ex hostibus partam* etiam Haverk. *Victoriam honestam partam,* vocibus *ex hostibus* deficientibus, Leid. 1. Harlej. 1. Voss. 2. Portug. et Fragm. Hav. Sed nihil mutandum docet oppositio, quam continet alterum sermonis membrum. Ut enim opponuntur *Victoria honesta* et *turpe judicium,* ita et *de hostibus parta* et *domi de finibus sociorum.* Omnis autem illa peribit, si cum quibusdam codd. vel *honeste,* pro *honestam,* reponatur, vel voces *ex hostibus* expungantur. [*populi Romani deformavit* Veith.]

§. 2. *Multis in vicem cladibus*] *multis etiam cladibus fessi* Voss. 1. Leid. 2. et Lipsiens. *multis et cladibus fessi* Harlej. 2. *cladibus belli fessi,* voce inserta, Haverk. [Veith.] Infra 4, 9, 10. *Nec ulla species cladesque belli abest.* 6, 3, 10. *Oppidum ante noctem redditum Sutrinis inviolatum integrumque ab omni clade belli.* 22, 4, 1. *Quod agri est inter Crotonam urbem Trasymenumque lacum, omni clade belli pervastat.* Sed reliqui

lio populi a magistratibus dato, magna contentione actum. jamque editis testibus, quum tribus vocari, et populum inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu: et, *Si licet*, inquit, *consules, de republica dicere, errare ego populum in*
4 *hac caussa non patiar.* Quum, ut vanum, eum ne-

codd. vocem illam non agnoscunt. [*bello* omittit et pro *cepere* habet *recepere* Veith.]

§. 3. *Et populum inire suffragium oporteret*] *ire in suffragium* Harlej. 2. Ita Livius infra loquitur 34, 2, 5. *Utrum e republica sit, nec ne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est, qui in suffragium ituri estis.* Verum et alterum, quod est in reliquis libris, similiter Livio frequens fuit. Ita supra hoc lib. c. 17, 4. *Velut quum otium superat, senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt.* c. 25, 4. *Quum e docuissent populum, quid fraudis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire.* Tum *oportet*, pro *oporteret*, Lipsiens. V. ad 40, 14, 3.

Consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Etsi licet, inquit, consules] Inconsequens oratio videatur, si ita legas: neque enim vox subsequitur, quae illi praecedenti *etsi* reddatur. Intelligendum est autem orationem incipere a voce *Si licet.* vocem autem *Et* esse historici, qui ait, *P. Scaptius consurgit, et inquit: Si licet, consules* etc. quare ita dispunge, *magno natu, et, Si licet, inquit, consules.* SIG. In editionibus ante Sigonium fere omnibus nihil commissum erat reprehensione dignum, nisi quod post voces *magno natu* major, quam par erat, distinctio recepta fuerit. contra earum pleraeque post *et* distinguentes aperte testabantur, *etsi* hic unam vocem capiendam non esse. Et in Mstis etiam distinctis dictionibus exaratum erat *et si licet.* Quin et Harlej. antiq. ac Florent. a m. 1. alio modo peccantes atque exhibentes *et scilicet*, eo ipso indicarunt, eorum librarios, τὸ *et* a voce sequenti divisisse. *scilicet* autem una voce eodem errore, quo *scilicet*, pro *si liceat*, librarius cod. Haverk. infra dedit 4, 3, 8. Similiter hic etiam erravit scriba Gaertner. praeferens *et s. inquit.* Illud autem *s.* pro *scilicet* poni solet. Contrarium hoc mendum est, ac *si licet*, pro *scilicet*, quod supra habuimus 3, 19, 9. Ita codd. antiqui confuderunt *et jam* atque *etiam* supra 1, 47, 9. ubi quaedam similia vide. *ne scirem* atque *nescirem* 2, 45, 12. *quam* tñ. sive *quam tamen*, et *quantum* infra 4, 49, 8. *servi erant* et *servierant* 5, 1, 5. *qua triduo* et *quatriduo.* V. ad 40, 22, 7. Quae autem ad hunc locum notarat Modius de formula, *si licet de republica dicere*, expunxi, quod satis videatur, ea legi apud Brisson. de Formul. l. 2. p. 167. et non magis ad expositionem hujus loci faciant, quam aliorum omnium, ubi eadem locutio occurrit. Ceterum *Captius*, pro *Scaptius*, Voss. 2. Harlej. 2. Leid. 1. Portug. et Fragm. Hav. a m. 1. *Staptius* Gaertn. Apud Dion. Halic. l. 11.

garent consules audiendum esse, vociferantemque, *pro'i publicam caussam*, submoveri jussissent, tribunos adpellat. Tribuni, ut fere semper reguntur a 5
multitudine magis, quam regunt, dedere cupidae audiendi plebi, ut, quae vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, *Annum se tertium et octogesimum agere, et* 6

p. 729. *Κάτλιος* vocatur, pro quo in cod. Vat. *Κάπτιος* esse Cl. Hudson. mónuit. Sylburg. autem legendum *Σκάπτιος* ex Livio censuit. Infra certe hoc et sequenti capite plerique libri, ante omnes melioris notae Florent. Leid. 1. Harlej. antiq. et Klockian. *Scaptius* praeferunt. Nota etiam Romae fuit gens *Scaptia*, ex qua duos *M. Scaptios* memorat Cic. 6. ad Attic. Ep. 1. 2. et 3. et *P. Scaptius P. F.* in lapide apud Gruter. p. 150. num. 8. Ibidem insuper nota fuit tribus *Scaptia*, quae tamen *a nomine Scaptiae urbis, quam Pedani incolebant, appellata* est, teste Festo in ea voce. *Capsiorum* mentionem alibi fieri non memini.

§. 4. *De republica dicere, errare ego populum in hac caussa non patiar*] Tò *dicere* perperam omisit Leid. 1. Pronomen *ego* autem non comparet in Haverk. In verbis sequentibus τὸ *caussam* omisit Lipsiens.

§. 5. *Ut, quae vellet, Scaptius diceret*] *Captius* Voss. 2. et Fragment. Hav. a m. 1. *ut quae captus vellet, diceret* Leid. 2. Paullo ante *quam regant* Voss. 2. et Haverk. [Veith.]

§. 6. *Ibi infit*] *Ibi inquit* Leid. 2. Harlej. 2. et Lipsiens. Vide, quae supra notantur ad 1, 28, 4.

Annum se tertium et octogesimum agere] In quibusdam exemplaribus legi *nonagesimum*, satis indicat marginaria annotatiuncula in codice Borbetomagensi. RHEN. Quidam *octogesimum* restituere. At Corioli oppugnati sunt anno ab Urbe condita 261. Sp. Cassio iterum et Posthumio Cominio consulibus. Hic autem ab eadem Urbe condita annus est 309. Intersunt igitur anni 48. Quod si non juvenis, sed vicesima jam stipendia merens militavit Scaptius, ut hic ipse fatetur, malim *nonagesimum* legere, quam *octogesimum*. Quamquam haec prope de lana caprina speculatio est, quam lubens omisissem, si alios non tam sedulo atque absque caussa haec mutasse vidissem. GLAR. Nescio, cur in mentem venerit Glareano probare *tertium et nonagesimum* potius, quam *tertium et octogesimum*: praesertim vero cum hunc numerum et libri veteres habeant, et diligens annorum summa eum postulet. Nam ab hoc anno, qui est ab Urbe condita 308. ad annum 261. quo Corioli capti sunt, numerantur anni 47. Quibus si addantur anni 20. quos se ante militasse Scaptius ait, erunt anni 67. a quo anno usque ad annum 83. numerantur anni 16. quo anno aetatis tyrocinium de more deposuit Scaptius. Ita ut anno aetatis 16. militare coeperit, post annos 20. ad Coriolos fuerit anno ab urbe condita 261. anno vero 308. haec loquatur,

in eo agro, de quo agitur, militasse, non juvenem, vicesima

annos natus 83. † „Glareanus nihil prorsus hoc loco asserit, sed scrupulum injicit. Aït autem tantum de lana caprina esse." † SIG. Adde Dodwellum de Cyclis dissert. 10. §. 96. DUK. *nonagesimum annum se tertium et octogesimum agere* Leid. 1. et Fragm. Hav. duplici lectione in contextum recepta. Id occultare conatus librarius Port. *nonagesimum annum seu tertium et octogesimum agere* scripsit. Reliqui omnes vulgatae scripturae cum Sigonio adhaerent, nisi quod alio ordine verborum *se tertium et octogesimum annum agere* habeat Haverk. Eidem vulgatae adhaesisse etiam videntur codd. quos Oxonii consuluit Hearne. Certe, alteram lectionem memorans, de suis tamen codicibus nihil adjecit. *annum se tertium et nonagesimum agere* est in vetustioribus excusis usque ad Aldum, qui *octogesimum* substituit. Ceterum Sigonius nondum omnem dubitationem, utra lectio praeferenda sit, ex animo exemit. Licet enim ratio annorum enumerata commode conveniat, tamen scire velim, utrum de plebe hominibus necesse fuerit, ex quo aetatis militaris erant, quotannis nomina militiae dare, sine ulla interposita unius vel plurium annorum a bello quiete. Praeterea, an nihilominus milites conscripti sint, licet nullus hostis foret, nullumque bellum gereretur; quod puto neminem adfirmaturum. Jam autem ab anno Urbis conditae 245. quo reges ejecti sunt, et Scaptius, si hoc tempore 83. annorum fuerit, per aetatem quarta vel quinta stipendia facere potuit, usque ad annum 261. quo Scaptius se vigesima stipendia fecisse testatur, et Corioli expugnati sunt, plures intercesserunt anni, quo nullum a Romanis bellum gestum esse ex Livio et Dionys. colligi potest. Ita anno 246. refert Dionys. l. 5. p. 293. Ἐφ' ὧν οὐδὲν ἄλλο ἄξιον ἐπράχθη λόγου· τιμήσεις δὲ ἐγίνοντο τῶν βίων. anno 248. ibid. p. 304. Ἄνευ πολέμου τὴν ἀρχὴν διετέλεσαν. Nullius etiam belli meminit anno 253. ibid. p. 316. et seqq. Anno etiam 257. a bello quies fuit. ibid. l. 6. p. 341. Ἄλλο μὲν οὐδὲν οὔτε πολεμικὸν οὔτε πολιτικὸν ἱστορίας ἄξιον ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς ἔπραξαν· αἵ τε γὰρ πρὸς Λατίνους ἀνοχαὶ πολλὴν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πολέμων παρέσχον εἰρήνην. et p. 342. Τούτοις μὲν δὴ τοῖς ὑπάτοις εἰρήνης, ὥσπερ ἔφην, βαθείας ἐξεγένετο ἀπολαῦσαι. Apud Livium etiam plures obcurrunt anni, quibus nulla itidem belli mentio fit. ut l. 2. 16. Expresse additur c. 19, 1. *Consules Ser. Sulpicius, M'. Tullius. Nihil dignum memoria actum* c. 21, 1. *Triennio deinde nec certa pax, nec bellum fuit.* Jam vero si ab anno Urbis conditae 245. usque ad annum 261. anni intercesserint, quibus nullum bellum fuit, ideoque nulli milites conscripti sunt, Scaptius, qui anno 261. vicesima stipendia fecit, hoc tempore annos 83. natus esse non potest, nisi forte ante militarem aetatem atque annum vitae 16. militare incepisset. Sed forsitan dicendum est, bellum quidem re gestum non fuisse, metum tamen, ne populi vicini, haud bona fide pacati, necopinati bellum inferrent, effecisse, ut Romani, nisi inparati opprimi vellent, milites conscribere debuerint. Quod etiam ex eo confirmari posse videtur, quod omni illo tempore

cesima jam stipendia merentem, quum ad Coriolos sit bellatum. Eo rem se vetustate obliteratam, ceterum suae

templum Jani, qui pacis bellique index erat, patuerit: id enim a tempore Numae usque ad T. Manlium consulem post Punicum primum perfectum bellum numquam clausum fuisse, Livius supra testatur 1, 19, 3.

In eo agro, de quo agitur] Sic et paullo post *agrum, de quo ambigitur*. quum oratio hujusmodi plerumque subjunctivum habeat: ut hic, *quum ad Coriolos sit bellatum*; *usurpaverint*, et alia. V. supra ad c. 2, 3. DUK.

Non juvenem, sed vicesima jam stipendia merentem] Sic inter meos primus Frobenius. Andreas et caeteri Juntam usque, qui proxime Aldum secutus est, *non juvenem, vicesima jam stipendia merentem*. Ita ut particula, quam infulserunt isti, subaudiatur. Magis hoc intelligitur in pronunciando, et si auribus percipiatur, quam dum legimus. Sed sic saepe solere Livium, notavimus ad 28, 39. et 36, 19. et 39, 8. V. etiam notas ad M. et L. Senecas. J. FR. GRON. *Tò sed* inter meos ante Frobenium jam receperunt Colonienses anno 1525. Cervicornus anno 1528. et Ascensius anno 1530. quem Frobenius proxime secutus est. At ea vocula non modo carent vetustiores excusi, verum et omnes, quos consului, vel quorum excerptis utor, scripti, quod de suis etiam testatur Hearne. Recte itaque eam expunxit iterum Gronovius. V. plura supra ad 1, 25, 3. *jam vigesima stipendia merentem*, transpositis duabus prioribus vocibus, Harlej. 2. *vicensima* habet Florent. a m. 1. Sed altera literam *n* expunxit. V. infra ad 5, 54, 5.

Quum ad Coriolos sit bellatum] Vet. lib. *debellatum*, quod placet: quia tum Corioli in potestatem populi Romani venerunt. SIG. Illud *debellatum* unus tantum Sigoniani perpetuus suffragator Haverk. praefert. Reliqui mei nihil mutant. Neque Hearne etiam, postquam codicis Sigonii lectionem recensuisset, ullius suorum consensum memorat. quare etiam hic Mstos plerosque sequor. Solent autem librarii alibi has voces commutare. V. infra ad Epit. Liv. l. 37.

Eo se rem vetustate obliteratam, ceterum suae memoriae infixam adferre] *Eo rem se vetustate* Voss. 1. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. quibus obsecutus sum. Eodem enim ducunt reliquorum codd. vestigia. Nam *Eorum se vetustate obliteratum* etc. *infixum adferre* est in Portug. *Eorum se vetustate obliteratum* etc. *infixam adferre* in Voss. 2. *Eorum se vetustate oblitatam* etc. *infixam adferre* Lipsiens. *Eorum se vetustatem obliteratam* etc. *infixam adferre* Gaertn. *Eorum se vetustate obliteratam* etc. *infixa adferre* Harlej. 2. Cujus tamen margini adscripta est lectio, quae vulgo circumfertur, nisi quod deficiat *tò se*. Ejus autem lectioni marginali consentit illa, quae est in Haverk. *Eorum rem se vetustate oblitam* etc. *infixam adferre* est in Leid. 2. *oblitam* etiam habet Voss. 1. cujus praeterea in ora adpictum *Eorum se*, pro *Eo rem se*. *oblitam* ex compendio scribendi, non observato a negligenti scriba, originem ducere videtur. Primo scriptum erat *oblit'atam*. Hinc, neglecta nota, *oblitatam*, ut Lipsiens.

7 *memoriae infixam, adferre: agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis, jure belli publicum populi Romani factum. Mirari se, quonam more Ardeates Aricinique, cujus agri jus numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo*

habere vidimus, et ita *oblitam.* nisi forsitan malis *oblitam* glossatoris interpretationem esse, quae ex margine contextum invasit, genuina lectione ejecta. *obliteratam* probum est, eoque sensu Livio saepe usurpatur. Supra hoc libro c. 59, 3. *Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet, quum et nova expiata sint decemvirorum suppliciis.* 21, 29, 7. *Multitudo timebat quidem hostem, nondum obliterata memoria superioris belli.* 26, 41, 8. *Adversae pugnae in Hispania nullius in animo, quam meo, minus obliterari possunt.* 27, 8, 10. *Tribuni rem, inertia flaminum obliteratam, ipsis, non sacerdotio, damno fuisse quum aequum censuissent.* 29, 15, 4. *Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei, prope jam obliteratae, quam ira irritata est.* 39, 20, 10. *Non tamen obliterare famam rei male gestae potuit.* 41, 24, 11. *Quid Perseus novus rex, omnis injuriae insons, suo beneficio paternas simultates obliterans, meruit?* 43, 2, 12. *Ita praeteritis silentio obliteratis, in futurum consultum ab senatu Hispanis.*

§. 7. *Captisque Coriolis jure belli publicum populi Romani factum*] Conjunctio connectens *que* non comparet in Portug. Tum *publicum populo Romano* Voss. 1. *publicum po. Ro.* per compendium Leid. 2. *publicum P. R.* Fragm. Hav. qualis diversitas etiam infra obcurrit cap. seq. §. 6. Similiter olim infra editum est 26, 47, 2. *Opifices ad duo millia hominum erant: eos publicos fore populo Romano edixit.* ubi Sigonius *populi Romani* legendum monuit. V. quae ibi notantur, ut et ad 23, 17, 2.

Mirari se, quonam modo] Omnes veteres editi cum MS. *quonam more.* Lego, *quonam ore.* KLOCK. Illud *modo* in una tantum exstat Mediol. ed. anni 1505. cujus margini Klockius notas adscripsit. Solent autem *modo* et *more* commutari. V. infra ad 27, 4, 13. Verum ea lectio nullius meorum codicum consensu firmatur. Si Msti accederent, non displiceret Klockii conjectura *quonam ore*, id est, quanam inpudentia, audacia. Infra 26, 32, 4. *Quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse.* Ovid. Ep. 17. Heroïd. 102.

Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest.

Terent. in Phorm. 5, 7, 24. *Quo ore redibo ad eam, quam contemserim.* V. Manut. ad Cic. 9. ad fam. Ep. 8. Et ita prima litera *τοῦ more* nata foret ex ultima praecedentis vocis. V. ad 37, 29, 8. Codices tamen omnes in vulgatum *more* conspirant. Id itaque mutare non audeo.

Numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano] *usurpaverunt* Fra-

*Romano, quem pro domino judicem fecerint, interceptu-
ros sperent. Sibi exiguum vitae tempus superesse: non* 8
potuisse se tamen inducere in animum, quin, quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce, qua una posset, vindicaret. Magnopere se sua-

gment. Hav. *usurverit* Haverk. Deinde *cum*, pro *eum*, Harlej. 2. Tum *ab populo Romano* Haverk. qui mox etiam *indicem*, pro *iudicem*, praefert, sollemni librariorum errore. V. infra ad 5, 26, 6.

§. 8. *Non potuisse se tamen inducere in animum*] *non potius sese* Haverk. vocibus olim continua serie scriptis, postea inperite divisis, et duabus literis transpositis. *Tò se* exsulat a Leid. 1. Sed pronomen interceptum videtur ab ultima syllaba praecedentis vocis *potuisse*. Alia exempla hujus erroris infra v. ad 34, 11, 7. Tum *tantum*, pro *tamen*, Fragm. Hav. a m. 1. quod recte a m. 2. emendatum est. Alibi ita saepe peccatur. V. supra hoc lib. c. 46, 1. *tum* habet Lipsiens. V. ad 22, 17, 5. Deinde *ducere in animum* Gaertn. De locutione *inducere in animum* v. ad 1, 17, 4. Denique *non potuisse tamen inducere se in animum* Leid. 2.

Quin, quem agrum miles pro virili parte manu cepisset, eum senex etc. *vindicaret*] In cod. Borbetomagensi legitur *pro parte viri*. RHEN. *quamquam agrum* Gaertn. aberratione librarii. Tum *pro virili parte* primus dedit Curio. Priores praeferunt *pro parte virili*. Et hoc ordine exstat in omnibus Mstis; nisi quod in Florent. etiam, ut in Borbetom. Rhenani, sit *pro parte viri*. Quamvis autem parum aut nihil intersit, praestat tamen vel ideo codices manu exaratos sequi: praesertim quum nec alibi ea serie haec vocabula proferre Livius refugerit. Infra 6, 11, 5. *Illius gloriae pars virilis apud milites sit, qui simul vicerint*. 10, 8, 4. *Ut adjuvent vos homines plebeji divinis quoque rebus procurandis, sicut in ceteris humanis pro parte virili adjuvant*. Vocula *pro* non bene abest a Leid. 1. Insuper *tum senex*, pro *eum senex*, Leid. 2. Voss. sec. Harlej. 1. Gaertn. et Portug. Placet tamen vulgatum. *Quem agrum miles cepisset, eum senex vindicaret* eodem modo dictum, ut paullo ante hoc ipso cap. *cujus agri jus numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano intercepturos sperent*. 4, 48, 15. *Quam rogationem a collegis promulgatam senatus censeat dissolvendae reipublicae esse, ei se intercessuros ostendunt* ubi male Gruterus tentabat *Quoniam rogationem*. 21, 18, 10. *Vos enim quod C. Lutatius consul primo nobiscum foedus icit, quia neque auctoritate Patrum, neque populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri*. (* 36, 32, 7. ubi vide.) Denique *indicaret* Lipsiens. Interdum haec vocabula commutantur. V. infra ad Epit. Liv. l. 63.

Magnopere se suadere populo] *Magno opere se suadere* Leid. 2. et Portug. Si gravioris auctoritatis codices accederent, Livianum videri posset. V. ad 28, 18, 4.

dere populo, ne inutili pudore suam ipse caussam damnaret.

1 LXXII. Consules quum Scaptium non silentio
modo, sed cum adsensu etiam, audiri animadvertissent, Deos hominesque testantes flagitium ingens
2 fieri, Patrum primores arcessunt. cum his circumire tribunos, orare, *Ne pessimum facinus pejore ex-*

§. 1. *Quum Scaptium non silentio modo*] *quum Captium* Fragm. Hav. a m. 1. *quum P. Captium* Voss. 2. *quum Sp. Captium* Portug. *quum P. Scaptium* Lipsiens. et Haverk. V. ad cap. praec. §. 3.

Patrum primores arcessunt] *priores* Fragm. Hav. a m. 1. saepius obvio lapsu, quem manus altera recte emendavit. V. infra ad 37, 43, 10. Deinde, *arcessunt*, non *accersunt*, Pall. Mstos praeferre, testis est Gebhard. supra ad 2, 19, 10. Neque aliter nostri, et Neapolit. Latinii, nisi quod *arcescunt* male habeant Haverk. et Fragm. Hav. *arcersunt* Florent. Vide, quae ad d. l. notantur.

§. 2. *Cum his circumire tribunos, orare, Ne pessimum facinus pejore exemplo admitterent; judices in suam rem litem vertendo*] Lego, *judicis in suam rem litem vertentis:* ita ut id pendeat ab *exemplo*, et cum ea voce conjungatur. Alioqui enim tollenda erit distinctio. Probatur autem emendatio his verbis, quae mox sequuntur: *cum praesertim*, etc. *judici*, etc. T. FABER. Distinguendum, ut jam olim factum a Moguntinis, post *judices.* Sed neque sic integer est locus. Nec enim tribunos rei controversae disceptatores sumpserant socii. Tantum illi in gratiam plebis Scaptio potestatem dicendi dederant. At Patres non ad alios, nisi ipsos judices, hanc habuerunt orationem. Quod ex sequentibus clarissime patet, et vel maxime ex ea ipsa, si directam ex obliqua fecerimus. Dixerunt enim: *Ne, quaeso, ne pessimum facinus pejore exemplo admittite, dum estis judices, litem in rem vestram vertendo.* Certus itaque sum, scripsisse Livium, *cum his circumire tribus, orare*, etc. Supra c. 17. *Patres circuire plebem, admonere, ut viderent, in quod discrimen rempublicam adducerent.* Populus Romanus captus erat a sociis judex, de quo inter eos ambigebatur agro, eumque ut tali modo orarent Patres atque circumirent, infra suam dignitatem non esse, in hoc negotio existimabant. Apud eundem tamen *plus* valuit *cupiditas*, quam rei aequitas, Patrumque preces; adeoque *vocatae tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse.* JAC. PERIZ. Non dubito, quin vera sit emendatio Perizonii *tribus.* Suetonius in Aug. 56. *Tribus cum candidatis suis circumibat, supplicabatque more solemni.* Livius supra c. 17. *Patres circumire plebem.* Et quomodo circumibant tribunos, quos credibile est in subselliis suis sedisse? Contraria ratione peccatum fuerat in Floro 4, 2, 16. Post

emplo admitterent judices, in suam rem litem vertendo, quum praesertim, etiamsi fas sit, curam emolumenti sui judici esse, nequaquam tantum agro intercipiendo adquiratur, quantum amittatur alienandis injuria sociorum animis. Nam famae quidem ac fidei damna majora es- 3 *se, quam quae aestimari possent. Hoc legatos referre domum: hoc vulgari: hoc socios audire: hoc hostes. quo*

judices etiam Budaeus ad l. ult. D. de Aedil. Edict. distinctionem ponit; quod non omnino necessarium est. Nam verba haec, retenta distinctione, quae hic est, recte exponi possunt, qui, quum judices sunt, litem in rem suam vertant. DUK. Insigni in his verbis negligentia Cl. Hearne paraphrasin, sive obliquae in directam orationem conversionem, quam Cel. Perizonius dedit, pro viri κριτικωτάτου emendatione venditat. Fuit etiam vir clariss. cui Perizonii emendatio minus satisfecit. Is autem priora verba ita distinguebat, *cum his circumire, tribunos orore.* Ad verbum autem *circumire* intelligebat populum quemcumque, congregatum illic in concilio. Addi autem *tribunos orore* putat, quod tribuni praeessent isti populi concilio, quos propterea certa oratione adgrediuntur consules. Durum quidem videtur, vocem subaudire, quae non proxime praecessit: attamen nulli codicum *tribunos* in *tribus* mutanti adstipulantur. Denique Doujatius quoque vulgatum adversus Tan. Fabrum defendit, licet receptam etiam distinctionem servet, *judices*, quod tamen ad praecedens *odmitterent* referendum dicit, exponens, ipsi judices cum sint. Ceterum in media voce *admitterent* desinens Harlej. 1. reliqua parte hujus cap. carebat. [*cumque his circumiret tribunos* Veith.]

Etiamsi fos sit, curam emolumenti sui judici esse] *judicem esse* Lipsiens. *judicis esse* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii codd. quos Oxonii inspexit, L. 2. et N. [Veith.] Ita et est in Romana princ. et Aldi ed. posterior tamen inter errata *judici* revocavit. Non multum abeunt Voss. 2. qui legit *judices*, et Harlej. 2. in quo est *judicū*. Nullus sane meorum codd. in vulgatum *judici* consentit. An itaque forte ex vestigiis codd. legendum *judicibus?* ut *judicis*, pro *judicibus*, scriptum sit passim obvio errore, de quo v. ad 21, 60, 7.

§. 3. *Quom quoe oestimori possent*] *extimori* Leid. 2. Gaertner. et Fragm. Hav. *existimare* Lipsiens. V. ad 34, 2, 5.

Hoc legotos referre domum? hoc vulgori? hoc socios audire? hoc hostes? Se quater *haec*, pro *hoc*, in Oxon. C. invenisse, auctor est Cl. Hearne. sed priori loco tantum *hec* praefert Lipsiens. [Veith.] Ex omnibus autem his Portug. nihil habet, nisi sola duo vocabula *hec hostes.* Pro *hostes* autem perperam *testes* est in Voss. 1. Ceterum, cur omnes editores haec per interrogationem excudi curarint, rationem non intelligo: quare mutavi. Mox *quo cum audire dolore hos* Lipsiens. Voss. 1. et

4 *cum dolore hos? quo cum gaudio illos? Scaptione hoc,*

Leid. 2. inserto verbo, quod explicandi caussa antea margini adscriptum fuisse videtur, sed Livius commodius subaudiri posse judicarat. Corruptior Haverk. qui exhibet, *quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos patiemini?* et Harlej. 1. in quo superest, *quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos fatiemini?*

§. 4. *Scaptione hoc concionali seni adsignaturos putarent finitimos populos*] Quidam codices *concionari* habebant, quod alii in *concionali* mutarunt. neutrum mihi bene intellectum. *concionanti* etiam quidam habent libri, quod utique intelligitur. utrum germana sit lectio, non definio. GLAR. Buslidianum exemplar habet *Scaptio non concionali sene assignaturos.* Locus simul corruptus et mutilus. Mihi videtur legendum cum istorum aut simili supplemento verborum. *Scaptione* (hoc est, an Scaptio) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Sed facilius potest divinari in mutilis sententia, quam, quod deest, reponi. NANNIUS. *Senem concionalem* ad contumeliam dixit. quomodo autem *concionalis* ignominiam adferre possit, nemo tradit. puto *coëmptionali* legendum. Caeterum senes, ut inquit Cicero, in secundo de legibus, qui filios suscipere non poterant, coëmtiones faciebant, ne privata sacra interirent. Ex quo Curius ad Ciceronem [7. ad famil. epist. 29.] *senes coëmtionales* scripsit. Habet autem ignominiam quamdam, adeo decrepita aetate esse, ut suscipere liberos non posset. SIG. Audio Cic. *concionalem clamorem* [2. ad Q. Fr. epist. 5.] Video *concionarium populum* [2. ad Q. Fr. epist. 3.] et *concionalem plebeculam* [1. ad Attic. Ep. 13.] Sed num legendum hic *cocioni seni?* vel *coëmptionali seni?* vel *conditionali seni?* de quo v. Brissonii Lexic. in v. *Conditio.* vel *cognitionali seni?* KLOCKIUS. quem etiam v. in Syllog. epist. quas edidit Cel. Burm. tom. 1. p. 393. In scripto codice lego *Scaptio non.* unde *Scaptio num* tentabam. vel sic integrandum, quia lacerus est locus, censui. *Scaptione,* (pro, an Scaptio) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Verum facilius est, (quis iverit inficias?) in mutilis mancisque, quid desit, divinare; quam, quod deest, reponere. A. SCHOTT. 3. Human. Observ. 38. Consentiunt vulgatis nuper libris editiones priscae. At MSS. Pall. primus ac tertius *Captium in hoc contionatum esse assignaturos putarent finitimos populos.* Sec. *Sp. Scaptio hoc concionali seni ne assignatur.* Sigonius, quum non intelligeret, quid esset *contionalis senex*, ruit ad correctionem inconsiderato impetu *coëmptionali seni.* At *contionalis senex* est *ἀγορᾶς περίτριμμα* et plebis tuba. Andreas Schottus 3. Observ. 38. tentabat sic lacerum locum integrandum *Scaptione* (pro, an Scaptio) *concionali sene judice agrum sibi assignaturos putarent, apud finitimos populos clarum hac fore imagine Scaptium nomen.* Verum sequentia verba aliter concipiunt MSS. GEBH. Scribo: *Scaptione hic concionali seni adsignaturos finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium nomen? populum Romanum quadrupla-*

concionali seni, adsignaturos putarent finitimos populos?

toris et interceptoris litis olienae personom laturum? Rationem dedimus in commentario de Sestertiis [4, 9.] J. FR. GRON. *putarent* rursus pro glossa habet Gronovius 2. Obs. 14. Verum, quum ipse testetur, neque hoc, neque alia quaedam, quae hic mutat, ullius libri scripti auctoritate niti, retineri potest scriptura vulgata: nec obsiat, quo minus locus ita accipiatur; *an putarent, finitimos populos hoc tam turpe judicium Scaptio potius tributuros, quam populo Romano?* quae nota significatio vocis *adsignare* est. 28, 42, 15. *Patere, nos omnia consilio tuo adsignare.* et 35, 31, 15. *Petiit, ne unius amentiam civitati adsignarent.* Nec quidquam in eo est, quod sensum impediat, quod dicit vir Celeberrimus. Si ostendisset, etiam alios in eadem sententia dixisse *adsignare aliquem alicui*, qua id hoc loco interpretatur, facilius ei adsentiri possem. Nam obvia illa *donare* et *condonare aliquem alicui*, non sufficiunt ad novam significationem huic generi loquendi adsignandam. DUK. Locus in scriptis varie legitur, ita tamen ut parum ab edita lectione recedatur. *Scaptio non hoc concionali seni assign.* etc. Voss. 1. et Leid. 2. *Scaptio in hoc concionali seni assign.* Gaertn. *Captium in hoc concionatum esse assign.* Voss. 2. *Scaptioni hoc concionali seni adsign.* Leid. 1. et Florent. *Sp..... hoc concionali seni assign.* Portug. in quo tamen *hec*, pro *hoc*, manus altera mutavit. *Sp, Scaptio hoc concionali seni ne assign.* Haverk. *Captio hoc concionali seni assign.* Fragm. Hav. in quo tamen m. 2. emendatum *Scaptione. P. Scaptio hoc concionali seni ne assign.* Harlej. sec. *P. Scaptione hoc concionoli seni assign.* Hearnii Oxon. L. 1. *P. Scaptio hoc concionali seni assign.* ejusdem codex B. et ex meis Lipsiens. Excusi omnes in eamdem lectionem conspirant, nisi quod in una vel altera *concionari*, pro *concionali*, legatur; sed, ut videtur, operarum peccato. Patet itaque, neque scriptos, neque editos libros virorum doctorum conjecturis, quae variae ad haec verba exstant, favere. Nannii conjectura, quam vel sic Schottus ei sublegit, nimis a vulgato recedit, quam ut quisquam alius eam probet. Unam enim vocem *hoc* ejicit, quae in codicibus tantum non omnibus superest. Interserit deinde hic tres dictiones *judice agrum sibi*, ibi unam *apud*, quum tamen in codicibus nulla lacunae vestigia illis locis deprehendantur. Quae sub Sigonii nomine ad hunc locum circumferuntur, ejus eruditione et cognitione illa antiquitatum Romanarum, qua inter aequales excelluit, plane indigna sunt. De senibus, ad coëmtionem faciendam adhibitis, non hanc ob caussam, ut putat Sigonius, ne privata sacra interirent, sed contra potius sacrorum privatorum interimendorum caussa, quo Livium hic respexisse opinatur, ideoque *coëmtionali*, pro *concionali*, restituit, v. longe certiora apud J. Fr. Gronovium 4. de Pec. Vet. 7. De senibus autem coëmptionalibus aliis, quibuscum senes illos priores male confundit, consulendus Gronov. ibid. c. 8. Sed observari velim, scholion illud inter reliqua Sigonii non exstare, nisi in editione, quae diu post ejus mortem prodiit anno 1592. Hinc suspicio subit, Sigonium olim tu-

Clarum hac fore imagine Scaptium: populum Romanum

multuaria opera ad marginem codicis adscripsisse, ut multa alia ex aliorum scriptis excerpta, ita etiam hanc observationem, et quidem eo animo, ut, si tempus suppeteret, et Livium denuo editurus esset, omnia illa diligentius examinaret: id autem exemplar quum in manum hominis inperitioris, vel librarii lucri cupidi incidisset, quaecumque adnotata erant, nullo delectu habito, aliquo famae Sigonianae apud incautos damno in lucem protrusa esse. Certe si umquam Sigonius haec codici suo adscripsit, non ipse eorum auctor exstitit. Paullus Manut. enim hunc locum laudans ad Cic. 7. ad Famil. epist. 29. ita eum profert, quasi *coëmtionali* vulgo editum foret. At Manutii commentarius diu ante hanc postremam Sigonii ἔκδοσιν Livianam lucem vidit. Manutii vel Sigonii auctoritate abreptus Marcilius interpret. legg. XII. Tabul. c. 14. itidem *coëmtionali* hic legendum arbitratus est, ut et postea Guther. de Jure Pontif. 2, 6. Klockio priscarum vocum studiosissimo, qui hic variis conjecturis indulsit, et inter alia etiam *cocioni seni* substituendum opinatus est, suas delicias non invidemus, dummodo his glandibus vesci inviti non cogamur. Vulgatam lectionem *concionali seni*, quam etiam omnes, paucis tantum exceptis, codices servant, recte vindicavit magnus Gronov. 4. de Pec. vet. 9. docens, fuisse Romae genus hominum otiosum, qui, omissis rebus aliis, id fere solum curabant, ut concionibus interessent, ibique turbas darent: eos merito *concionales*, et, quoniam id emeritis, aut quibus aetas serior agendi moliendique segnitiem inposuerat, proclivius esset, *concionales senes* dictos esse. Ipse deinde legit *Scaptione hic concionali seni adsignaturos finitimos populos?* τὸ *hic* substituens, pro *hoc*; et deinde ejiciens vocem *putarent*, qua insubidi corruptores orationi infinitivae intempestivum sufflamen substrinxissent. Eamdem conjecturam etiam defendit 2. Observ. 14. p. 321. Livii autem ita emendati hunc sensum putat: an Romani, a disceptantibus Aricinis et Ardeatibus judices capti, finitimos illos populos, id est, aliquantam finitimorum populorum possessionem, adsignaturi essent Scaptio, id est, Scaptio suadente in illius gratiam cuicumque adsignaturi essent? Si codices hanc emendationem firmarent, eam probare haud dubitarem. Nunc vero, quum *hoc* in plerisque et optimis, *putarent* autem in omnibus constanter supersit codicibus, inde discedere nequeo. Sensum autem hunc constituo; *an putarent, populos finitimos*, id est, socios et hostes, *hoc*, nempe quod judices capti in rem suam litem verterent, *adsignaturos*, ac pessimi istius facinoris culpam adscripturos, *Scaptio*. Hoc sensu *adsignare* apud Cic. non semel obvium est. Ita 6. ad Attic. Ep. 1. *Sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi adsignato: te enim sequor σχεδιάζοντα*. 10. epist. 4. *Quoquo modo vero se res habeat, nihil adsignabis nec patruo, nec patri.*

Clarum hoc fore imagine Scaptii? populum Romanum etc.] Illud *clarum hoc fore*, pro certum est, positum videtur. Quidam ita legunt *clarum hac fore imagine Scaptium nomen. populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturum*. Verum altera lectio etiam intelligitur.

quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam la-

GLAR. Verba aliter concipiunt Pall. MSS. duo: *clarum hac forte imagine Captium esse.* sec. *clarum hoc fore imagini Scaptii, esse P. R. quadruplatoris.* GEBHARD. Gronovius de Pecun. vet. 4, 9. legebat, *clarum hac fore imagine Scaptium? populum Romanum* etc. ejecta voce *nomen*, quam neque in codd. quos ipse consuluit, neque in Pall. exstare testatur, neque etiam convenire putat menti Livii, qui populum Romanum, et solam Scaptii personam obponit, non nomen vel gentem Scaptii. Verba autem *clarum hac fore imagine Scaptium* per decentissimam tralationem indicare existimat, hac actione nobilem et celebrem Scaptium fore. Sane etiam in nullo meo libro, aut scripto, aut excuso vetusto, *τὸ nomen* comparet. unde miror, cur in notis ad verba praecedentia vocem illam ferre potuerit. Frobenius demum anno 1535. edidit *clarum hac fore imagine Scaptii nomen: populum Romanum*, quum antea legeretur, ut Glareani adnotationi praescribitur. Verum ea etiam lectio nullius meorum Mstorum auctoritate firmatur. *clarum hoc fore imagine Scaptium, populum Romanum* habet Harlej. 2. *clarum hoc fore imagini Scaptii, esse populum Romanum* Haverk. *clarum hoc fore imagines Scaptium, esse populum Romanum* Voss. 1. sed *imagine* a m. 2. quomodo et praeferunt Lipsiens. et Klockian. *clarum hoc forte imagine Captium esse, populum Romanum* Voss. 2. sed *imagines* a m. 2. *clarum hoc fore imagine Scaptium, esse populum Romanum* Leid. 1. Portug. et a manu 2. Fragm. Hav. in quo *Captium* erat a m. 1. *clarum hoc fore imaginis Scaptium, esse populum Romanum* Leid. 2. *clarum hoc fore imagine partium esse populum Romanum* Gaertn. Patet, nullius cod. lectionem probari posse. Forte quam proxime ad eorum scripturam refingendum est, *clarum hac fore imagine Scaptium, esse populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturum.* hoc sensu: non existimandum esse, pessimi istius facinoris culpam vicinos populos Scaptio adscripturos, qui potius inde quamcumque famam consecuturus esset,, quod sua opera populus Romanus quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturus esset. Eo tamen quam maxime inclinat animus, ut Gronovii conjecturam in Pecun. vet. propositam, mutata tantum distinctione, veram putem. *clarum hac fore imagine Scaptium: populum Romanum quadruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturum.* ut dicant consules, tantum abesse, ut populi vicini agrum suum a Scaptio interversum credituri forent; ut contra is apud eos hac actione ex ignobilitate, qua adhuc latuerat, emersurus sit, et in solum populum Romanum agri interversi culpam omnes collaturi sint. Eam igitur scripturam recepi: et quidem tanto libentius, quod eamdem superesse in Florent. fidem faciant ejus excerpta, quae demum, postquam haec scripseram, consecutus sum.

§. 5. *Quem enim hoc privatae rei judicem fecisse, ut sibi controversiosam adjudicaret rem*] Vox *controversiosa*, haud usquam apud auctores frequens,

5 *turum. quem enim hoc privatae rei judicem fecisse, ut*
sibi controversiosam adjudicaret rem? Scaptium ipsum
id quidem, etsi praemortui jam sit pudoris, non factu-
6 *rum.* Haec consules, haec Patres vociferantur. sed
plus cupiditas et auctor cupiditatis Scaptius valet.

dubitantem tenet lectorem. GLAREAN. Vet. lib. *controversum.* SIG. Tò *enim* deest in Voss. 2. Harlej. 2. Lipsiens. Gaertn. et Portug. pronomen *hoc* autem in Fragm. Hav. a m. 1. [*quum hoc privatae rei publice fecisse* Veith.] Deinde *controversam adjudicaret rem*, vet. lib. Sigonii consentientes, Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et L. 2. *controversam* vel *controversiosam* ejusdem codex N. *controversiam adjudicaret rem* Voss. pr. Leid. sec. et Lipsiens. *controversam adjudicaret rei* Gaertn. Reliqui vulgatum servant, nisi quod perperam in voces divisis literis *controversios amat judicaret rem* habeat Leidens. 1. Ipsa quidem vox *controversiosus* apud alios nondum observata est. Propterea tamen damnare non audeo: nam multa ἅπαξ λεγόμενα passim obcurrunt. Plura vocabula ejusdem formae memorat Doct. Torrenius ad Valer. Max. 3, 4, 2. ubi etiam videndus est Pighius, et Cl. Corte ad Sallust. Jug. 66, 2. Quin et Gronovius vocem *controversiosus* ex Mstis Senecae vindicavit ad ejus Epist. 85. illamque hoc ipso Livii loco inlustravit. Ejusdem insuper formae *dubiosus* Livio reddere Gronovius infra conatus est 45, 36, 1.

Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui] *Scaptium ipsum id siquidem etsi* Voss. pr. et Leid. sec. *Captium quidem ipsum etsi* Voss. 2.

§. 6. *Haec consules, haec Patres vociferantur*] *vociferabantur* [Veith.] excusi vetusti usque ad Aldum, qui primus vulgavit *vociferantur*. Neque aliter codices mei. Deinde *populi cupiditas*, pro *plus cupiditas*, Lipsiens. et Gaertner.

Judicaverunt agrum publicum populi Romani esse] *publicum P. R. esse* Fragment. Haverk. *publicum po. Ro. esse* Leidens. sec. *publicum populo Romano esse* Voss. pr. a manu sec. V. ad cap. praec. §. 7.

§. 7. *Nec abnuitur ita fuisse, si ad judices alios itum foret*] *Nec abforet* reliquis omissis Leidens. sec. Sed *ad judices alios foret itum* legit Voss. 2.

Nunc haud sane quidquam bonae caussae levatur dedecus judicii] Qui hic emendarunt *causae bono*, recte fecerunt, etiamsi quidam *causa bona* legunt, quidam *bona causa elevatur*. GLAREANUS. Omnino legendum, ut et Glareano placuit, et nostrae membranae retinent, *nunc haud sane quicquam bono causae levatur dedecus judicii*. MODIUS. Pall. duo, et Andreae Campanique editiones *quicquam bonae caussae levatur*. secundus *bono caussae levatur*, ut placuit et Modio. GEBHARDUS. Andreas et alii us-

Vocatae tribus judicaverunt, agrum publicum populi Romani esse. Nec abnuitur ita fuisse, si ad 7
judices alios itum foret: nunc haud sane quidquam bono caussae levatur dedecus judicii. idque non Aricinis Ardeatibusque, quam Patribus Romanis, foe-

que ad Ascensium *causae bonae levatur*. Hujus ex margine adoptaverunt *causa bona* primi Moguntini. Juntas et Frobenius *causae bono*. Gryphius primum *causa bene elevatur*. At Modianus, Voss. Helmstad. Pal. unus, Chiflet. Buslid. Rott. *bono causae levatur*. Et id revocavimus. V. ad Senecae Philosophica. J. FR. GRONOVIUS. Lectionis *causae bono levatur dedecus*, quae est in quibusdam excusis, ante Juntam auctor exstitit Aldus: post quem *causa bona levat dedecus* dederunt Cervicorn. et Ascens. anno 1530. *bona causa elevatur dedecus* substituit Frobenius anno 1535. quod servant Vascosan. et duplex Gryphii ἐκδόσις anni 1548. et 1554. ut et reliquae recentiores editiones. *haud sane quicquam bonae caussae levatur dedecus judicii* est in Voss. sec. Gaertner. Fragment. Hav. et Neapol. Latinii. *haud sane quicquam bono omne levatur dedecus judicii* in Lips. *haud sane quicquam omne levatur dedecus judicii* in Harlej. sec. Portug. et Haverk. [Veith.] *haud sane quicquam bono caussae levatur dedecus judicii* in Voss. pr. et Leidens. utroque, ut et in Hearnii Oxon. B. et N. quod recte Gronovius probavit. Similiter etiam erat in Florent. a manu 1. in quo deinde emendatum a manu interpolatrice *bona caussa elevatur*. Sed *bono caussae*, pro bonitate caussae, bona caussa: qualium locutionum multa exempla vide ad 27, 2, 9. Cic. in Bruto 34. *Fuit accusator vehemens et molestus, ut facile cerneres, naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis*. 5. Tuscul. 23. *Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius? ejus bono fruendum est igitur.* Ovidius 10. Metam. 562.

— — nec dicere posses,
Laude pedum, formaene bono praestantior esset.

levatur est minuitur, aufertur. Infra 4, 7, 6. *Si Ardeates sua tempora exspectare velint, arbitriumque senatui levandae injuriae suae permittant.* c. 17, 2. *Legatos Romanos, caussam novi consilii quaerentes, jussu Tolumnii interfecerunt. Levant quidam regis facinus.* c. 43, 2. *Ob Sempronianae cladis levatam ignominiam, ut ovans urbem intraret, concessum est.* Justin. 12, 10. *Optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, ut communi facto crimen regis levaretur. elevare* eodem sensu apud nostrum etiam saepissime obcurrit. Sed sequimur optimos duces codices manu exaratos.

Quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit] *Tò mansit* in membranis nul-

dius atque acerbius visum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit.

lum eſt. MODIUS. Modius narrat nobis, in suis ultimum *mansit* recisum eſſe. GEBHARDUS. *ab Romanis motibus* Leid. sec. Ultimum *mansit* in omnibus meis conſtanter supereſt; pro quo librarius *fuit* subſtituit in Latinii Neapolit. codice.